R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
453 (3
NAPOLI

Digitized by Google

3

Vet. B. 453

Digitized by Google

Digitized by Google

M. T. CICERONIS

OPERVM

TOMVS V.

ORATIONES — Tomo III

LIBER III. IV. ET V. IN VERREM.

Biblioteca Nazionale Napoli

Digitized by Google

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
ORATIONES
EX RECENSIONE IO. GEORGII GRÆVII

CUM Q. ASCONIO PEDIANO
ANONYMO SCHOLIASTE

CUM NOTIS VARIORUM

Editio noviſſima poſt Grævianam locupletior.

TOMUS III.

Interpretum nomina pagina v. dabit.

NEAPOLI MDCCLXXVII.

Typis, ac ſumtibus Ioseph Mariæ Porcelli
Bibliopolæ

AUCTORITATE PUBLICA.

Biblioteca Napoli

Digitized by Google

Adnotationes, quas ad hoc Orationum volumen ſuis præmiſit Grævius.

Integræ	Selectæ
FRANCISCI HOTTOMANNI	IANI GVILIELMII
DIONYSII LAMBINI	IANI GRVTERI
FVLVII VRSINI	I. FRID. GRONOVII, & aliorum.
PAVLLI MANVTII	
PETRI NANNII ad Lib. II.	

IN HAC NOVA EDITIONE ADIECTÆ

IOACH. CAMERARII
M. ANTONII FERRATII
IACOBI GRONOVII
ISAACI VERBVRGII
NICOLAI HORTENSII
NICOLAI LALLEMANDI ſelectæ.
S. ROGERII ineditæ.
GASPARIS GARATONII nunc primum editæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
ACCVSATIONIS
IN
C. VERREM
LIBER TERTIVS

De Frumento, ſeu *Oratio Frumentaria*.

ORATIO OCTAVA.

ARGVMENTVM IO. AVGVSTI ERNESTI.

Continet hic liber furta Verris in omni frumenti genere. Frumenti autem, quod Prætor Siculus ab aratoribus exigere poterat, & debebat, erat primo decumanum; quod aratores pro agris ſibi attributis dabant; alterum erat emtum, quod vi legis Rupiliæ tenebantur populi Siciliæ veſtigales populo Romano certo pretio vendere. Id erat vel decumanum alterum, cui pretium erat a Senatu Romano conſtitutum in modios ſingulos H-S. terni; vel imperatum, cui H-S. quaterni conſtituti erant. Conſtituebatur autem a Senatu in annos ſingulos e lege Terentia, & Caſſia frumentaria, quanta pecuniæ ſumma in utrumque emti genus ex ærario impenderetur. Tertium erat æſtimatum, ſive in cellam, quod ex S. C. & legibus Prætori in cellam ad uſus ſuos imperabatur. Dabat Senatus Quæſtori Prætoris certam ex ærario pecuniam, unde ab aratoribus emeret, & quidem modium tritici H-S. IV. hordei autem H-S. II. Illam pecuniam aratoribus adnumerabat, & deinde frumentum vehebatur, quorſum volebat. Licebat autem Prætori certam pecuniam, quantam ſcilicet æquum erat, ab aratoribus pro frumento, & vectura paciſci. Iam primum a capite 6. ad 70. fraudes,

& furta Verris in decumano, a capite 7ↄ. ad 81. in emte & deinde in æſtimato oſtendit.

OMnes, qui alterum, judices, nullis impulſi ini micitiis, nulla privatim læſi injuria, null præmio adducti, in judicium reipub. cauſa vo cant, providere debent, non ſolum quid one ris in præſentia tollant, ſed etiam quantur in omnem vitam negotii ſuſcipere conentur. Legem enir ſibi ipſi dicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque o mnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt: atque e magis, ſi id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia niſi utilitate communi. Nam qui ſibi hoc ſumſit, ut cor riga

L*iber tertius*) Tertius hic accuſationis liber eſt, non, ut vulgo inſcribitur, quintus: ſicuti a nobis initio demonſtratum eſt. Continet autem ſurta Verris in omni frumenti genere, in decumano, emto, & æſtimato. Hunc enim ſibi ordinem accuſationis orator hoc libro conſtituit. Genus cauſæ honeſtum eſt. Conſtitutio conjecturalis, ſimplex: verſatus ne ſit in re frumentaria Verres avare & incontinenter. HOTT. In veteri codice titulus aſſignatus fuit: *Liber ſecundus de lege frumentaria*. NANNIUS.

In judicium reip. cauſa vocent) Communi utilitate commoti. Patrocinii tamen, non accuſationis cauſa ad hanc ſe accuſationem deſcendiſſe, dicit in libro de Officiis II. *Sed hoc quidem*, inquit, *non eſt ſæpe faciendum: nec umquam niſi Reip. cauſa, ut duo Luculli: aut patrocinio, ut nos pro Siculis*. HOTT.

Non ſolum quid oneris in præſentia) Vox *ſolum* non comparet in Pall. aut editionibus anni ccccLXXXIII. anni ccccXCIIX. ideoque habuerim pro ſpuria: certe ſæpius ſubaudiri, notius eſt, quam ut probari debeat. GRUT. Nec in Franc. legitur *ſolum*. GRAV. Non miror, Grutero parere Grævium noluiſſe, cum contra ipſum ſenſiſſe videam ad IV. Accuſ. 61. Atque hic non mihi adeo explorata res eſt: cum optimos codices Fabr. Met Nann. Hittorp. Putean. voci *ſolum* ſavere, facile credi poſſit. In re autem ipſi teſtibus Grævius opprimitur, quos dabit Dukerus ad Florum II. 2. 20. aliosque paſſim alii. Omnes editione *in præſentia*, & rectum hic eſt: vide tamen Oudendorpium ad I. de Invent 17. GARATONIUS.

Quantum in omnem vitam negotii ſuſcipere conentur) Voces illæ *negotii ſuſcipere conentur*, admodum mihi ſuſpectæ tamquam ortæ a calamo librariorum, non ore, aut mente Tullii. GRUTER. Quid ita?

Legem enim ſibi dicunt innocentiæ continentiæ &c.) Vulgata *indicunt*, ſed alterum eſt in Metelli codice, ut & in Melchioris Hittorpii ſchedis; qui libri cum præterea non agnoſcant verbum *continentiæ*, Guilielmius id vellet tollere: & profecto qui innocens eſt, idem & continens IDEM. Non tollendum, omnes intelligunt. GAR.

Qui ab altero rationem vitæ repoſcunt) Aptiſſima ſimilitudo, & mire conveniens. Ut qui Reip. debitor eſt, ſi alium debitorem rationes reddere jubeat, audiendus non ſit, niſi primum ipſe rationem referat: eodem modo, qui ſe ſcelere aliquo obligarit, niſi priore loco pœnas luat, ab alio ſi repoſcat, minime ferendus eſt. Vide Divinat. HOTTOM. Iuven. *Quis tulerit Gracchos de ſeditione quærentes?*

Quis

rigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus ejuſmodi civis laudandus, ac diligendus eſt, qui non ſolum a repub. civem improbum removet, verum etiam ſe ipſum ejuſmodi fore profitetur, ac præſtat; ut ſibi non modo communi voluntate virtutis, atque officii, ſed etiam ut quadam magis neceſſaria ratione recte ſit, honeſteque vivendum. Itaque hoc, judices, ex homine clariſsimo, atque eloquentiſsimo, L. Craſſo, ſæpe auditum eſt, cum ſe nullius rei tam pœnitere diceret, quam quod C. Carbonem unquam in judicium vocaviſſet: minus enim liberas omnium rerum voluntates

Quis huic ignoſcat?) Quid ita? an quoniam vindicandi maleficii ratio ex hoc capite ducitur, Reip. intereſſe ut maleficia vindicentur? quod cum generale ſit & univerſum, ipſum quoque omnino accuſatorem complectitur. Et cum accuſandi voluntas hoc habeat rationis, ut aliis exemplum ſtatuatur, ſi vera eſt voluntas, ad id ſe, quod proclivius eſt, applicabit. Pœnæ igitur ſe primum accuſator offerat: tum alios in crimen vocet. HOTTOM.

Qui non ſolum Reip. civem improbum removet) Magis placet, *e Rep. civem improbum*, & ſi omnes libri habent *Reip.* F. URSIN. *Qui non ſolum ob repub. civem &c.*) Ita Pal. ſec. Met. & Hit. niſi quod duo poſtremi adhuc *quod non.* quomodo item fuit in Fabr. fidem facit editio Lambini. Vulgata, *ſolum reip.* ſed præter edd. antiquas in quibus *ſolum R. P.* quod & in Pal. pr. quod tam *republ.* notare poteſt, quam *reipub* GRUT. Franc. *re. p* GRÆV. *Ab republica*. Ita codices noſtri, ut Gruterus e ſuis notavit. LALLEM.

Communi voluntate virtutis) Pro ſua virili parte. HOTTOM. Vide Manut.

Sed etiam ut quadam magis neceſſaria ratione recte) Egregie Hittorpianus & Metellanus: *ſed etiam vi quadam neceſſaria*: niſi quod hic, *ut*: quæ particula cum non inveruſtam anadiploſin heic efficeret, viſa eſt ſcribis legitima, addideruntque de ſuo *ratione*, quod a duobus illis libris omnino non agnoſcitur; ut teſtatur ſancte Guilielmius, qui locum iſtum confirmat illo ex Adelphis Terentii, ubi vis voluntati opponitur: *Ille: fidem nunc veſtram imploret Demea: Quod vos vis cogit, id voluntate impetret*. GRUTER.

Ita hoc judices ex homine clariſſimo) Vetus: *Itaque hoc judices*: ut ſit ανταπολογικον, non ſimilitudinis adverbium. NANN. *Itaque hoc judices*) Eſt a Pal. ſec. Met. & Hittor. Publicata prius, *Ita*: meis auribus minus appoſite, reſpuitque, fide quoque MS. ſui Nannius. GRUTER.

Quod C. Carbonem) Cicero ad Papirium Pætum, Epiſtola, *Ain' tandem? Tres*, inquit, *fratres fuere, C. Cn. M. Carbones. Marcus Publio Flacco accuſante condemnatus, fur magnus ex Sicilia. Caius, accuſante L. Craſſo, cantharidas ſumpſiſſe dicitur; is & Tribunus pl. ſeditioſus, & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus*. Et in Bruto: *C. Carbo propter perpetuam in populari ratione levitatem morte voluntaria ſe ſeveritate judicum vindicavit*. At de L. Craſſo in eodem libro ſic ſcribit: *Accuſavit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens; ſummam ingenii non laudem modo, ſed etiam admirationem eſt conſequutus*. In libro de Offic. II. *Nam L. quidem Craſſus, cum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam laudem ex illa accuſatione nobili &glorioſa*. Quot vero natus annos eam

tates habebat : & vitam ſuam pluribus , quam vellet , obſervari oculis arbitrabatur . Atque ille his præſidiis ingenii, fortunæque munitus , tamen hac cura continebatur , quam ſibi , nondum confirmato conſilio, ſed ineunte ætate , ſuſceperat : quo minus etiam perſpicitur eorum virtus , & integritas , qui ad hanc rem adoleſcentuli , quam qui jam firmata ætate deſcendent : illi enim , antequam potuerunt exiſtimare , quanto liberior vita ſit eorum , qui neminem accuſarint , gloriæ cauſa , atque oſtentationis accuſant . nos , qui jam , & quid facere , & quantulum judicare poſſemus , oſtendimus , niſi facile cupiditates noſtras teneremus , numquam

cauſam egerit , docet in eius perſona Tullius libro de Orat. III. *Quippe*, inquit , *qui omnium maturrime ad publicas cauſas acceſſerim , annoſque natus unum & viginti , nobiliſſimum hominem & eloquentiſſimum in judicium vocarim* . Quo tamen loco videamus ne librarii culpam admiſerint , ac pro *undeviginti* , *unum & viginti* ſcripſerint ; cum ſcilicet Cornelius Tacitus in Dial. de Oratore aperte teſtetur eam tum Craſſi ætatem fuiſſe : *Nonodecimo* , inquit , *ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem , uno & vigeſimo Cæſar Dolabellam , altero & xx Aſinius Pollio Catonem iis orationibus inſecuti ſunt , quas hodieque cum admiratione legimus* . Memorabilis autem hujus Craſſi fiducia fuit , qui cum ex Conſule provinciam Galliam obtineret , atque in eam Cn. Carbo , cujus patrem damnaverat , ad ſpeculanda acta ſua veniſſet , non ſolum eum inde non ſubmovit , ſed inſuper locum ei in tribunali aſſignavit , nec ulla de re , niſi eo in conſilium adhibito , cognovit : auctor Valerius . Idem ſcribit , dum accuſationem Craſſus inſtrueret , & Carbonis ſervus ſcrinium plura continens , quibus facile opprimi poſſet , ad eum attuliſſet , ut erat ſignatum , cum ſervo catenato ad eum remiſiſſe. HOTTOM.

Nondum confirmato conſilio] Vide ne verius ſit , *conſilio confirmata* , ut ad *ætatem* referatur : certe non multo poſt ſequitur , *firmata ætate* . GUILIELM.

Quo minus etiam perſpicitur eorum virtus) Metelli , *percipitur* : ſed haud dubie vere Hittorpii excerpta , *præcipitur* , id eſt cogitatione animi & ſpe , qualis futura ſit , intelligitur . IDEM . Probat hoc etiam Verburgius : ſed recipere non audet . Quouſque Tullium verbo non apto , atque non ſuo loqui patiemur ? Guilielmius, qui modo lectionem optimam *confirmato conſilio* amovere conabatur , pulcre hic vidit , quid rectum eſſet . *Præcipitur* enim utroque ſenſu aptiſſimum eſt : ſive animo præcipere , ſive jubere quodammodo , & præſcribere intelligas : quod poſtremum mihi magis arridet . Favet haud dubie MSo Hittorpiano Metellianus : quid enim eſt obvium magis , ac frequens , quam *per* , & *præ* commutari ? Exempla in his ipſis verbis ſuppeditavit celeberrimus vir , Drakenborchius ad Liv. VII 26. ubi hanc notam Guilielmii citat , eiuſque tacite judicium probat. Denique Hittorpiano conſentiunt diſerte codices Lallemandi duo , ne quis adhuc moroſior obſiſtat . Hunc tamen miror ſatis inſtructum ab ratione , ac MSis iſtud non reddidiſſe auctori verbum . GARAT.

Quid facere poſſemus , oſtendimus) In Quæſtura , qua , Sex. Peduceo Prætore Siciliæ, functus eſt . HOTTOM.

Et quantulum judicare poſſemus , oſtendimus) Vetus : *Et quantillum dicere poſſemus , oſtendimus* , ſed ſuperior lectio magis arridet : diſſimilem enim ſe facit adoleſcentibus , qui accuſationes temere ſine judicio ſuſcipiunt . NANN.

Atque

quam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam , libertatemque vivendi .

2. Atque hoc ego plus oneris habeo , quam qui ceteros accuſarunt ; ſi onus eſt id appellandum , quod cum lætitia feras, ac voluptate : verumtamen hoc ego amplius ſuſcepi , quam ceteri ; quod ita poſtulatur ab omnibus , ut ab iis ſe abſtineant maxime vitiis , in quibus alterum reprehenderint . Furem aliquem , aut rapacem accuſaris ? vitanda tibi ſemper erit omnis avaritiæ ſuſpicio : maleficum quempiam adduxeris , aut crudelem ? cavendum erit ſemper , ne qua in re aſperior , aut inhumanior fuiſſe videare : corruptorem , adulterum ? providendum diligenter , ne quod in vita veſtigium libidinis appareat : omnia poſtremo , quæ vindicaris in altero, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt . Etenim non modo accuſator, ſed ne objurgator quidem ferendus eſt is , qui , quod in altero vitium reprehendit , in eo ipſe deprehenditur . Ego in uno homine omnia vitia , quæ poſſunt in homine perdito , nefarioque eſſe , reprehendo : nullum eſſe dico indicium libidinis , ſceleris , audaciæ , quod non in iſtius

Atque ego plus oneris habeo) Legendum puto , *ſubeo* . Nam hoc , *habeo* , natum fortaſſe eſt ex errore librarii, qui ſcripſiſſet , *oneris ubeo* , omiſſo *ſ*. deinde ab alio factum eſt ex *ubeo* , *abeo* , & *habeo* : verumtamen quia ſcriptum eſt , *habeo* , in vetuſtiſſimo cod. nihil mutavi . LAMB. *Plus oneris habeo*) Lambinus divinat *ſubeo* , ſine cauſa neceſſaria : nam ſic loquitur Tullius lib. V. in Verr. cap.15. GRUTERUS.

Quod ita poſtulatur ab omnibus , ut ab iis ſe abſtineant maxime vitiis , in quibus alterum deprehenderunt) Vetus : *Quod ita poſtulatur ab hominibus , ut ab iis ſe abſtineant maxime vitiis , in quibus alterum reprehenderint* . Ut τo *omnibus* mihi magis placet , quam illud *hominibus* : ita *reprehenderint* malim , quam *deprehenderint* : qui enim accuſat, non *deprehendit* , ſed *reprehendit* . NANN. *Ut ab iis ſe abſtineant*) Hit. & Met. *ut his abſtineant* , omiſſis aliis : non male : nolui tamen ſequi , quod & alteri ſua eſſet venuſtas : ſed mox *reprehenderunt* mutavi in *reprehenderint* , iiſdem auctoribus , & Nanniano codice . GRUT.

Fuiſſe videare) *Fere* , poſtulare videtur oratio : ut ſit , *fere videare* . HOTTOM. Cave Hottomannum hic audias . Hoc volebat Cicero: Cavendum erit , ne quid in omni vita committas , unde fuiſſe videaris aſperior . GREV.

In eo ipſe deprehenditur) Sic Pall. & edd. omnes Guilielmius inclinabat in Hitt. & Met. ſcripturam *reprehenditur* ; quam ſane vix admiſerim: *deprehenditur* enim is qui quaſi in ipſa αυτοφωρια plane tenetur , neque habet quo ſe excuſet . GRUT. Recte : atque iſta confundi notum eſt , & modo ex Nannio didicimus . GAR.

Nullum eſſe dico indicium) In Veneta MCCCCLXXXIII. in Naugeriana , in Manut. &c. deeſt verbum , *dico* , quod in Lambinianis , nullo auctore allegato , primum additum vidis GARATON.

iſtius unius vita perſpicere poſsitis. Ego in iſto reo legem hanc, judices, mihi ſtatuo: vivendum ita eſſe, ut iſti non modo factis, dictiſque omnibus, ſed etiam oris, oculorumque illa contumacia, ac ſuperbia, quam videtis, diſsimillimus eſſe, ac ſemper fuiſſe videar. Patior non moleſte, judices, eam vitam, quæ mihi ſua ſponte antea jucunda fuerit, nunc jam mea lege, & conditione neceſſariam quoque futuram.

3. Et in hoc homine ſæpe a me quæris, Hortenſi, quibus inimicitiis, aut qua injuria adductus ad accuſandum deſcenderim: mitto jam rationem officii mei, neceſsitudiniſque Siculorum: de ipſis tibi inimicitiis reſpondeo. An tu majores ullas inimicitias putas eſſe, quam contrarias hominum ſententias, ac diſsimilitudines ſtudiorum, & voluntatum? Fidem ſanctiſsimam in vita qui putat, poteſt ei non inimicus eſſe, qui Quæſtor Conſulem ſuum, conſiliis commiſsis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, ſpoliare, relinquere, prodere, oppugnare auſus ſit? Pudorem, & pudicitiam qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam, domeſticum lenocinium videre? Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui ſana ſpoliarit omnia, qui ex thenſarum orbitis prædari ſit auſus, inimicus non eſſe qui poteſt? Qui jure æquo omnes putat eſſe oportere, is tibi non infeſtiſsimus ſit; cum

Mea lege & conditione) Quam mihimetipſi mea voluntate ſtatui, atque indixi. HOTT.

Neceſſitudiniſque Siculorum) Quæ inter nos dum Quæſturam gererem, intercesſit. IDEM.

Quam contrarias hominum ſententias) In hanc eamdem ſententiam ipſe in Lælio ſic ſcribit: *Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur: nec ob aliam cauſam ullam boni improbis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia*. IDEM.

Conſiliis commiſſis) Cum illo communicatis, ejus fidei *commiſſis*. Nam *commiſſa conſilia* alia in re alibi dicuntur. IDEM.

Spoliare, relinquere, prodere, oppugnare) Vide I. Act 4. & I. Accuſ. 30. ibique notam noſtram hæc explicantem. GARATON.

Meretriciam diſciplinam) Vitæ rationem impuram, atque impudicam: qualis doceri ſolet a meretricibus. HOTT.

Domeſticum lenocinium) Rubrii perductoris domeſtici. IDEM.

Ex thenſarum orbitis) Ex hoc & alio tertiæ orationis loco, capio conjecturam, & Ædilem Verrem fuiſſe, & cum Ædilis viam, a Vertumni ſigno ad circum maximum, in qua thenſæ ducebantur, muniret, iniqua & improba ratione pecuniam coegiſſe. Vide infra Aſconium de thenſis, & or-

eam cogitet varietatem, libidinemque decretorum tuorum? qui ſociorum injuriis, provinciarumque incommodis doleat, is in te non expilatione Aſiæ, vexatione Pamphyliæ, ſqualore, & lacrymis Siciliæ concitetur? qui civium Romanorum jura, ac libertatem ſanctam apud omnes haberi velit, is non tibi plus etiam, quam inimicus, eſſe debeat, cum tua verbera, cum ſecures, cum cruces ad civium Rom. ſupplicia fixas recordetur? An, ſi qua in re contra rem meam decreſſet aliquid injuria, jure me ei inimicum eſſe arbitrarer: cum omnia contra omnium bonorum rem, cauſam, rationem, utilitatem, voluntatemque fecerit, quæris, cur ei ſim inimicus, cui populus Romanus infeſtus ſit? qui præſertim plus etiam, quam pars virilis poſtulat, pro voluntate populi Romani oneris, ac muneris ſuſcipere debeam?

4. Quid illa, quæ leviora videntur eſſe, non cujuſvis animum poſſunt movere? quod ad tuam ipſius amicitiam, ceterorumque hominum magnorum, atque nobilium faciliorem aditum iſtius habet nequitia, & audacia, quam cujuſquam noſtrum virtus, & integritas? odiſtis hominum novorum induſtrias: deſpicitis eorum frugalitatem: pudorem contemnitis: ingenium vero, & virtutem depreſſam, extin-

& orbitis. HOTT. *Ex cenſorum orbitis*) Ita MSi omnes, ita edd. ante Lambinum, cujus editiones, *ex cenſorum orbitis*: quod quid ſit, adhuc exſpecto qui explicet. GRUT.

Civium Romanorum jura ac libertatem) C. Gracchus legem tulerat, ne de capite civis Rom. injuſſu populi judicaretur. HOTT.

Haberi velit) Sic Hit. Met. Fabr. vulgata, *vult.* eodem res redit, ſed cur excludamus id, quod videri queat auctoris genuinum? GRUT.

Arbitrarer) Rectius putarem, *arbitrarere* cum præſertim continuo ſequatur, *quæris*: & Hortenſium alloquatur. HOTTOM. Ita Lambinus quoque: non quæro, an ex ſuis MSis: nam ferri vulgata poteſt. GAR.

Ceterorumque hominum magnorum) Prius impreſſi, *ceterorumque omnium majorum*: ſed alterum exſtat in Fabr. in Hitt. in Met. GRUT. Licet ſententiam dividere, atque hactenus adhærere vulgatis libris, ut legamus, *ceterorumque omnium magnorum, atque nobilium*. Ita IV. Acc. 21. *omnium cupidiſſimorum inſtaiss*. II. de Offic. 14. *trium prudentiſſimorum*: ita centies, noſque non ſine cauſa conjeciſſe videmur ad II. Accuſ. 45. *ceterorum fortiſſimorum*, neque MSis invitis. In ſolemni autem permutatione verborum *omnes*, & *homines* utrum h. l. mavis, nihil profecto intereſt. GARATON.

Virtutem depreſſam) Ne ſi emerſerit, ſuo ſplendore veſtram illam nobilitatem obſcuret. Moleſte patiebatur nobilitas, populum Romanum novis hominibus honores & imperia mandare. HOTT.

tinctamque cupitis : Verrem amatis. Ita credo : ſi non virtute, non induſtria, non innocentia, non pudore, non pudicitia; at ſermone, at litteris, at humanitate ejus delectamini. Nihil horum eſt : contraque ſunt omnia cum ſummo dedecore, ac turpitudine, tum ſingulari ſtultitia, atque inhumanitate oblita. Huic homini ſi cujus domus patet, utrum ea patere, an hiare, ac poſcere aliquid videtur? Hunc veſtri janitores, hunc cubicularii diligunt : hunc liberti veſtri, hunc ſervi, ancillæque amant : hic cum venit, extra ordinem vocatur: hic ſolus introducitur, ceteri, ſæpe frugaliſsimi homines, excluduntur : ex quo intelligi poteſt, eos vobis eſſe cariſsimos, qui ita vixerunt, ut ſine veſtro præſidio ſalvi eſſe non poſsint. Quid? hoc cuiquam ferendum putas eſſe, nos ita vivere in pecunia tenui, ut prorſus nihil adquirere velimus : ut dignitatem noſtram, populique Romani beneficia non copiis, ſed virtute tueamur : iſtum, rebus omnibus undique ereptis, impune eludentem circumfluere, atque abundare? hujus argento domus veſtras, hujus ſignis, & tabulis forum comitiumque orna-

Non pudore, non pudicitia) A quibus omnibus eſt multo remotiſſimus. HOTTOM.

Patere, an hiare) Sumta a beſtiis translatione, quæ ſimul eum, a quo paſtum accipere conſueverunt, aſpexerint, hiare ſolent. Ex quo intelligi voluit, ædes nobilium, quoties ipſe intro recipiebatur, ſolitas eſſe aliquid ab eo recipere. IDEM. *Hiare* proprie dicuntur pulli avium ad eſcam: metaphorice, eſt avide expetere. Hinc *hiantes cupiditates* apud Tacitum I. Hiſt. 12. Domus *hiat*, continens pro contento, ideſt, dominus domus aperto ore, id eſt, avidiſſime prædam concupiſcit. HORTENSIUS. Vide II. Accuſ. 54.

Qui ita vixerunt, ut ſine veſtro præſidio ſalvi eſſe non poſſint) Aſpere, ſed ſubtiliter dictum. Alii certis hominibus præſidio ſunt, quod eos caros habeant. Vos vero non quo Verrem ametis, propterea eſtis illi præſidio : ſed ideo amatis, quod præſidii veſtri indigeat, cujus vobis mercedem prolixe cumulateque perſolvit. HOTTOM.

Populique Romani beneficia) Honores, quos adepti ſumus, virtute potius, quam opulentia & facultatibus ornemus. IDEM.

Impune eludentem) Laſcivientem, neminem præ ſe ducentem. IDEM. Vide notas Dukeri, & Drakenb. ad Liv. II 45. GARAT.

Hujus argento dominia veſtra) Haud ſecus Fabr. Hitt. Met. eximie, *dominia* poſita, pro *magiſteriis*; ut Græci *βασιλείας*; tunc enim maxime oſtentabatur ſupellex argentea : admodum frigide haſtenus cuſi, *domus veſtras*. GRUTER. Muſæ ne ſirint, ut hic Gruterum ſequamur. Nuſquam *dominia vini* pro *magiſteriis* aut *regnis vini*, ut vocantur ab Horatio, leguntur eſſe dicta. Novi *dominos* dici, illos bibendi magiſtros. Martialis :

Qui me reſpiciet Regem dominumque vocabo.

Sed

ornari ? præſertim cum vos veſtro Marte his rebus omnibus abundetis ? Verrem eſſe , qui veſtras villas ſuis manubiis ornet ? Verrem eſſe , qui cum L. Mummio certet : ut plures hic ſociorum urbes , quam ille hoſtium ſpoliaſſe videatur ? plures hic ſolus villas ornamentis fanorum , quam ille fana ſpoliis hoſtium ornaſſe ? & is erit ob eam rem vobis carior , ut ceteri libentius ſuo periculo veſtris cupiditatibus ſerviant ?

5. Ve-

Sed dominia fuiſſe a Cicerone appellata hæc magiſteria numquam in animum inducere poſſum , ut credam , & propter cauſam , quam dixi , & quia vox dominii nuſquam apud Tullium occurrit , & quia in iſtis compotationibus non tam argenti ratio habebatur , quam vini . In conviviis lautioribus argentum exponebatur in abacis , ſed in illis ſympoſiis certabant poculis. Retinenda igitur editionum omnium ante Gruterianam , & librorum , quos docti conſuluerunt , quoſque ipſe inſpexi , lectio . Dumus ornantur , cum abaci in domibus exornantur argento pretioſo . GRAEVIUS. Gruterus optime præclarum codicem ad Lamb. marginem citatum habuit pro Fabriciano . Iam ſatis membranarum eſt ad veterem , optimamque lectionem , *dominia* , tuendam , quam vere defendit Erneſtus in indice h. v. Addam ego paullo confidentius , ut in re certiſſima , neceſſariam , & unice præferendam hanc eſſe lectionem: tum ex iis ipſis , quæ vir doctiſſimus ibi affert : tum etiam quod auctor accedat Nonius Marcellus v. *dominus.* corrupta ille , ut plurima , hæc profecto exhibet : ſed non modo ipſum jampridem ſanavit maximus ICtorum Cujacius XI. Obſerv. 12. verum id MSorum ope princeps Tullio quoque reſtituit. Quid quærimus ? Vox iſthæc , *domus* , a Nonii propoſito eſt alieniſſima . Hoc enim demonſtrare veterum verbis ille vult : DOMINUS *appellatur convivii exhibitor* , *unde &* DOMINIA *convivia* . Pro Cujacio denique ipſa faciunt Nonianæ ſcripturæ veſtigia . Unus tamen ex recentioribus Grævium deſeruit Verburgius ; nihil vero illi repoſuit. Quod ea vox rarior eſſet , malas librariorum manus experta eſt . Sed erat tunc certe in uſu , quemadmodum aliæ plures ; ex iis etiam , quæ annos poſt obitum Ciceronis CXX. jam inter obſoletas numerabantur . Auctor enim dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ totidem annis recentior Tullio cap. 22. quædam generatim in illo inveniebat *verba velut rubigine infecta* . GARATON.

Forum comitiumque ornari) *Comitium* in foro fuiſſe , locus hic oſtendit quem ſubjiciam ex epiſt. 2. lib III. epiſt. ad Attic. *Metellus tamen poſtulat ut ſibi poſtero die in foro obnuncietur : nihil eſſe quod in campum noctu veniretur , ſe hora prima in comitio fore. Itaque ante diem XI. Kal. Ian. in comitium Milo de nocte venit* . Plinius præterea in lib. XV. cap. 18. *Colitur* , inquit , *ficus arbor in foro ipſo ac comitio Romæ nata* . Tectum autem fuiſſe comitium ſcribit Livius decad. 3. lib. VII. eoque populum convenire ſolitum apparet ex Ciceronis verbis . HOTTOM. Ludos edituri magiſtratus ſolebant forum & comitium aulæis , ſignis , tabulis , aliiſque rebus pretioſis exornare . Vide Sueton. Iul. X. & quæ ibi notat Caſaubonus . GRAEV.

Veſtro Marte) Veſtra ſponte . Tranſlatum ab Imperatoribus , qui ſuis ipſorum auſpiciis , & copiis bellum gerunt . HOTTOM.

Suis manubiis) *Manubiæ* prædam ſignificant de hoſtibus captam . Vult igitur hæc Verris furta in Siculos , quaſi in hoſtes facta videri , & ſocios in loco ac numero hoſtium a Verre habitos fuiſſe . IDEM.

Ante

5. Verum hæc & dicentur alio loco, & dicta ſunt: nunc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca ante fuerimus a vobis, judices, deprecati. Superiore omni oratione perattentos veſtros animos habuimus: id fuit nobis gratum admodum: ſed multo erit gratius, ſi reliqua voletis attendere: propterea quod in his omnibus, quæ antea dicta ſunt, erat quædam ex ipſa varietate, ac novitate rerum, ac criminum delectatio: nunc tractare cauſam inſtituimus frumentariam: quæ magnitudine injuriæ fere criminibus ceteris antecellit: jucunditatis in agendo, & varietatis minus habebit: veſtra autem auctoritate, & prudentia digniſſimum eſt, judices, in audiendi diligentia non minus religioni tribuere, quam voluptati. In hac cauſa frumentaria cognoſcenda hæc vobis proponite, judices, vos de rebus, fortuniſque Siculorum omnium, de civium Romanorum, qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus a majoribus traditis, de vita, victuque populi Romani cogituros: quæ ſi magna, atque adeo maxima vobis videntur, quam varie, & quam copioſe dicantur, exſpectare nolite. Neminem veſtrum præterit, judices, omnem utilitatem, opportunitatemque provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adjuncta ſit,

con-

Ante fuerimus) A Lambino eſt; antea cudebatur *erimus*. Garat.

At novitate rerum) Eſt in Metelli *nobilitate*. Forte non male, inquit Guilielmius; nam pleraque eorum, quæ libro antecedenti objecta Verri, ita pervulgata, ut cuivis de populo notiſſima eſſent. Gruter. Error manifeſtus.

Magnitudine injuriæ ac re) Sic Fabr. & Met. antea impreſſi *injuriæ fere*. Gruter. Non capio, quid ſibi *re* hic velit, ſive facinus, ſive copias intelligas. Scripſit forte Cicero: *Magnitudine injuriæ & rei*, ut paullo ante *novitate rerum & criminum*. Sed retinenda codicum aliorum ſcriptura. Grav. Defendi ſane poſſet illud *re*, quaſi diceret, ſi rem ſpectes. Hæc enim res ad rempublicam pertinebat, cujus intererat, Siciliam coli, & arari quam maxime. Ipſe Cicero confeſtim plura in hanc ſententiam colligit, quæ *magna, atque adeo maxima* dicit eſſe. Verum, quoniam id mihi duriuſcule videretur dictum, & facilis in duobus MSis fieri permutatio illa potuit, nihil umquam mutaveꝛim. Garat.

In audiendi diligentia) Quanto iſtud melius retro vulgatis: *in audienda diligentiam*; eſt autem a Metel. & Fabr. Gruter.

Non minus religioni) Non minus propter rationem officii veſtri, quam propter fructum jucunditatis & oblectationis attendere. Hottom.

De vita victuque populi Romani) Rebus quibus populus Romanus alitur, ac ſuſtinetur. Idem. Recte; *vita* enim eſt, quo vitam ſuſtentamus & tuemur. Ab Ennio dicuntur piſcatores *vitam mari quærere*, h. e. victum. Sic ſæpe vita Latinis, ut Græcis βίος. Grav.

Nam

conſiſtere in re frumentaria maxime : nam ceteris rebus adjuvamur ex illa provincia, hac vero alimur, ac ſuſtinemur. Ea cauſa tripertita, judices, erit in accuſatione : primum enim de decumano, deinde de emto dicemus frumento, poſtremo de æſtimato.

6. Inter Siciliam, ceteraſque provincias, judices, in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt, quod ceteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, ut Hi-

Nam ceteris rebus) Optimum hoc quidem : ſed moneo alias, quas vidi, Lambino vetuſtiores legere *in ceteris rebus* : ut infra, ubi habent illæ, *in agrorum vectigalium rationibus*, Lambinum *ratione* reponentem omnes audiverunt. Garat.

Inter Siciliam) Siciliæ quædam civitates provinciales ſunt, quædam liberæ, liberarum quædam fœderatæ, quædam non fœderatæ. Hottom.

Ceteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur) Conſuetudo Latinorum fecit, ut vectigalis nomen latiſſime pateret, ut olim Cujacius monuit VII. Obſ. 4. In eo *ſtipendium* quoque contineri videmus : quod ipſum hic appellatur *vectigal ſtipendiarium*. Sed hæc inſolens mihi formula eſt : populos, civitates, homines *ſtipendiarios*, qui ſtipendium perſolverent, ſæpe legi, *vectigal ſtipendiarium* non item. Sunt exempla fortaſſe, quæ ignoro, & ſatis etiam ſine exemplis id probum eſſe dicetur. Verumtamen non celabo inſcitiam meam, qua ſcriptum a Tullio conjiciebam, *qui ſtipendiarii dicuntur*, aut totum id, *quod ſtipendiarium dicitur*, eſſe ſuppoſitum ; cum ſatis ad diſtinguendum ſint, *vectigal certum*, & *Cenſoria locatio*, quæ locum in iis habebat, quæ ratione pretii erant incertæ. Ad hoc genus Cicero hic refert ſine dubio illas XVII. Siciliæ urbes : quamvis pro Balbo 9. inter *ſtipendiarios* Siculorum aliquos non ſine contemtu numeret. Erneſtum conſule h. v. Ego vero Tullium hic arbitror vere, atque accurate loqui, dum omnes ex inſtituto Siculorum conditiones exponit : neque ullam, cur mentiretur, aut aliquid præteriret, cauſam probabilem video. De loco illo pro Balbo ibi videbimus. Vnum addo, ex illa Cujaciana obſervatione *vectigales* appellari poſſe, qui erant revera *ſtipendiarii*, atque ita Livii locum XXXVII. 55. quem adfert mox Hottomannus, explicari. Neque enim Livius ibi, ut ille putat, duas urbium conditiones exprimit : ſed uno de genere intelligendum eſſe, in primis docet ille, unde ſua Livius derivavit, Polybius Excerpt. Legat. XXV. qui uno vocabulo eſt uſus, φορος, quod in ea re Romano more *ſtipendium* potius dicerem, quam *vectigal*. Idem dicito de Anonymi ad Div. 3. definitione, quæ tamen omnino manca, ut ab homine illo, eſt. Ea Burmannus, & Erneſtus utuntur, ut horum nominum confuſionem oſtendant : ſed nihil aliud probat, niſi *ſtipendiarios vectigal pendere*, quod hic etiam Cicero affirmat, cujus eſt potius d. c. 3. perpendendus locus, de quo ad l. c. pro Balbo erit dicendum. Garat.

Vectigal eſt certum) Certa & definita non frumenti, ſed pecuniæ ſumma, quam populo Romano quotannis in frugum ſive copia, ſive inopia perſolvant. Ac de toto hoc genere ut breviter dicamus, hoc intelligi oportet, *civitates* alias *vectigales* fuiſſe, alias *liberas* atque *immunes*. *Vectigalium* autem alias certum (aut in pecunia ſcilicet, aut in frumento) vectigal ſolviſſe : quæ *ſtipendiariæ* dicebantur, alias *decumanas* fuiſſe, quæ decimam frugum partem ſolvebant : quod vectigal, quia ex annorum ratione, & frugum copia, aut inopia pendet, modo minus, modo amplius erit,

ut Hiſpanis, & pleriſque Pœnorum, quaſi victoriæ præmium, ac pœna belli: aut cenſoria locatio conſtituta eſt; ut Aſiæ, lege Sempronia. Siciliæ civitates ſic in amicitiam, fidemque recepimus, ut eodem jure eſſent, quo fuiſſent: eadem conditione populo Romano parerent, qua ſuis antea

eſt, non certum appellatur. Harum utrarumque Livius mentionem facit lib. XXXVI. his verbis: *Ceteræ civitates Aſiæ, quæ Attali ſtipendiariæ fuiſſent, eædem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuiſſent, eæ liberæ atque immunes eſſent.* Decumanarum autem agri aratoribus Romæ a Cenſoribus locari ſolebant, ut eos ſuis civitatibus colerent, ea lege ut decimam frugum partem populo Romano penderent. Eas porro decumas publicani a populo Romano emebant certo pretio, quod Quæſtoribus ærarii repræſentabant. Decumas autem poſtea qui in operis erant, ab aratoribus exigebant. Hæc de vectigalibus. Liberarum civitatum aliæ fœderatæ ſunt, quæ ſcilicet hoſtes nunquam fuerunt, ſed ad amicitiam ſociali fœdere jungendam coeunt. Exteri populi omnes aut provinciales populi Romani ſunt, aut liberi. Liberorum alii fœderati ac ſocii, alii non fœderati. *Liber populus*, inquit Proculus, *eſt is, qui nulli alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt, item ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſus eſt, ut is populus alterius majeſtatem comiter obſervaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur, alterum non eſſe liberum.* L. 7. D. de Cap. & Poſtlimin. Et Sueton. in Auguſto ſic ſcribit: *Urbium quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites libertate privavit.* Aliis ſine fœdere, & ſuis legibus & ſuis vectigalibus uti permittitur. Hi alii liberi populi dicuntur. *Exteros* vocat Cicero Verrina IV. Siculos, primum quod omnium nationum caterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam populi Romani applicuit. Et Verr. VI. *Mihi credite, judices, cum multas acceperint per hoſce annos ſocii atque exteræ nationes calamitates, & injurias, &c.* Hoc ita eſt, cum duo tamen fœderis genera numeremus, ut Proculus. Quod ſi tria, ut Livius, &, ut videtur, Cicero, qui blanditiæ cauſa *ſocios* appellat provinciales: tum erit aliud. Iam *provinciales* alii ſunt *vectigales*: alii *ſtipendiarii*. *Vectigales* qui incertum, *ſtipendiarii* qui certum. Ac de hoc triplici vectigalis genere videndus Appianus lib. de Bell. Civil. I. HOTOMAN.

Et pleriſque Pœnorum) Ed. MCCCCLXXXIII. *ceteriſque*. Locus eſt mihi non uno ſuſpectus nomine: ſed, cum præſidiis omnino caream, ſileho. Unum moneo, legem eſſe veterem apud Briſſon. de Form. II. 31. de agris Africæ, in qua & agri ſtipendiariis aſſignati, & vectigalia ea aliis agris locari ſolita memorantur. Ipſam vide. GARAT.

Cenſoria locatio) Agri enim earum civitatum publicati, id eſt, populi Romani facti, Romæ a Cenſoribus locari ſolebant aratoribus, qui eos civitatibus illis colerent, ea lege ut certum frumenti numerum quotannis populo Romano penderent. Quod etiam in quibuſdam Siciliæ civitatum agris factum eſt, ut modo oſtendet: & Verrina VII. declarat his verbis: *Qui publicos agros arant, certum eſt quid ex lege Cenſoria dare debeant. Cur iis quidquam præterea ex alio genere imperaviſti?* Ex quibus intelligi volumus certi vectigalis genera duo fuiſſe, alterum pecuniæ, alterum frumenti. IDEM.

Ut Aſia lege Sempronia) Corrige, *Aſiæ*, quod ſententia perſpicue flagitat. *Legem* autem *Semproniam*, quam Tib. Sempronius Gracchus tulit ut iis, qui agrum acciperent, pecunia quæ Regis Attali fuiſſet, divideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus Rex Pergami. Florus epiſt. 58. IDEM.

Per-

antea paruiſſent: perpaucæ Siciliæ civitates ſunt bello a majoribus noſtris ſubactæ: quarum ager, cum eſſet publicus populi Romani factus, tamen illis eſt redditus: is ager a Cenſoribus locari ſolet. Fœderatæ civitates duæ ſunt, qua-

Perpaucæ Siciliæ civitates) Septemdecim. Vide ſupra. IDEM. Harum ager, *cum eſſet publicus P. R. factus, tamen illis eſt redditus*. Quædam eſt in his nondum animadverſa difficultas. An enim ſunt regiones aliquæ bello captæ, quas populus Rom. priſtinis poſſeſſoribus non reſtituerit? an quæ reddebantur, publica populi R. amplius non erant? Illud quidem incertum fortaſſe videatur eſſe; hoc autem procul dubio falſum eſt. Quæ jure belli ſua fecerant, aliquando ſibi retinebant Romani, expulſis veteribus dominis: aliquando ea victis populis reſtituebant, ita tamen, ut ſemper publica P. R. eſſent. Ad primum genus refertur Campanus ager, qui Campanis ademtus publice colendus locabatur, de quo II. Agrar. 29. *Majores noſtri non ſolum id, quod de Campanis ceperant, non imminuerunt; verum etiam quod ii tenebant, quibus adimi jure non poterat, coemerunt*. Ceterum perquam raro id contigit: plerumque autem in agros ſic ademtos coloni ex plebe Romana deducebantur, qui ſolvebant Reip. annuam penſionem. Ad alterum genus referuntur cetera pluriniarum victoriarum præmia in Sicilia, Græcia, Africa, Hiſpania, & Aſia; nam ea conditione victis agri redditi ſunt, ut vel provinciarum magiſtratibus quotannis vectigal certum penderent, & *ſtipendiarii* dicebantur, vel publicanis ex lege Cenſoria, ut ſupra dixit, quibus ea vectigalia in quinquennium Cenſores locaſſent, & hi erant *Vectigales* P. R. De his V. Accuſ. 21. *Qui publicos agros arant, certum eſt, quid ex lege Cenſoria dare debeant*. Neque enim ferenda conditio fuiſſet, ſi populi vectigales, quantum a publicanis petitum eſſet, dare debuiſſent. An vero hæc omnia, quia veteribus dominis fuerant reddita, *ſtipendio*, ſeu *vectigali* impoſito, ideo non erant populi R. publica? Falſum eſt: imo & adimi jure poterant, ſi viſum id eſſet e rep. II. Agrar. 18. *Italiam pervenſuiſti: perge in Siciliam. Nihil eſt in hac provincia, quod aut in oppidis, aut in agris majores noſtri proprium nobis reliquerint, quin id venire jubeat*. Præter alia quædam, horum etiam XVII populorum agros, qui bello in Sicilia ſubacti fuerant, vendebat ſua lege P. Servilius Rullus. Num Cicero negat, eos eſſe publicos populi Romani? Et jure adimi Siculis poſſeſſoribus? Ne verbum quidem. Fatetur utrumque, & agros illos eſſe publicos, & adimi jure poſſe, neque hoc nomine reprehendit Servilianam legem: ſed illud unum contendit, vendendum non eſſe populi Romani patrimonium. FABRATIVS. Vide Briſſon. ſelect. Antiq. IV. 1. GARAT.

Quarum ager) Non omnium privatorum, ſed tantum ipſius civitatis. HOTTOM. Vide Manut. in II. ad Attic. 15. GARAT.

Tamen illis eſt redditus) Itaque paullo poſt ſic ſcribit: *Voluerunt eos in ſua ecous intereſſe*. Nam Hiſpanis, Aſianis, Pœnis non eſt redditus, ſed cives Rom. eo migrarunt, qui agros illos conduxerunt. Hoc primum genus Proculus in l. 7. D. de capt. & poſtliminio reverſis non numerat. Cicero tamen Verr. 6. *ſocios* videtur pro omnibus appellare: *Majores noſtri ſanite patiebantur hæc eſſe quam plurima apud ſocios, ut imperio noſtro quam ornatiſſimi florentiſſimique eſſent, apud eos autem quos vectigales, aut ſtipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant*. HOTTOMAN.

Fœderatæ civitates) Fœderis tria ſunt genera. Vnum quo bello victis leges dicuntur; ubi enim omnia ei qui armis plus poſſet dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſt. Alterum cum pares bello æque fœde-

quarum decumæ venire non ſoleant , Mamertina , & Taurominitana : quinque præterea ſine fœdere immunes civitates ,

fœdere in pacem atque amicitiam venirent . Tunc enim repeti , reddique per conventionem res , & ſi quarum turbata bello æquo poſſeſſio ſit , eas aut ex æquo ſimul , aut ex formula juris antiqui , aut ex partis utriuſque commodo componi . Tertium genus eſt , cum qui hoſtes numquam fuerint , ad amicitiam ſociali fœdere jungendam coeunt . Ii neque dicunt , neque accipiunt leges ; id enim victoris & victi eſt . Hæc Livius libro bell. Maced. IV. IDEM .

Fœderatæ civitates duæ ſunt) Mirari ſubit , cur Tullius fœderatas civitates heic recenſens Netinam prætermiſerit, quam alibi inter fœderatas locum obtinere tradit . Eſt qui putat , Neti civitatem a Tauromenitana & Mamertina fuiſſe a Tullio diſſociatam , quia in acceptis fœderis legibus a decumæ immunitate fuerit excluſa ; cujus propterea nullam heic mentionem injecerit , ut qui eas fœderatas civitates recenſeret , *quarum decumæ venire non ſolent* . At Netinos eodem , ac Tauromenitanos & Mamertinos , jure donatos fuiſſe perſpicue tradit Tullius lib. V. in Verr. cap. 22. *Tu qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum , cur Tauromenitanis frumentum, cur Netinis imperaſti ? quarum civitatum utraque fœderata eſt . Ac Netini quidem ſibi non defuerunt ; nam ſimul ac pronunciaſti , libenter te Mamertinis quiddam remittere , te adierunt , & eamdem ſuam cauſſam fœderis eſſe docuerunt* . Eodem lib. cap. 51. Netinorum civitatem fœderatam appellat : *Hoc Netinorum fœderata civitas publice dicit* . Iſtæc porro urbs *Netum* ſive *Neetum* dicta , hodie *Noto* , remotam jactat antiquitatem , atque inter Siciliæ mediterraneas nulli eſt ſecunda . Hieronis imperio primum Netini paruere : at obſidente Syracuſas Marcello Cos. cum ipſi ſuppetias tuliſſent , fœderatæ civitatis jura adepti ſunt . ROGAKIVS .

Mamertina) Mamertinam urbem olim *Zanclen* vocatam fuiſſe teſtes ſunt Strabo lib. VI. & Thucydides lib. VI. cap. 4. eamque hujuſmodi nomenclaturam ſibi quaſiiſſe tradunt a littore incurvo , falcis formam referente : το δε δρεπανον οι Σικελοι ζαγκλον καλουσι , inquit Thucyd. loc. cit. *falcem autem ζαγκλον vocant Siculi*. Quo ſane reſpicit vetuſtiſſimus nummus apud Cl. Burmannum Secundum in Comm. ad Numiſm. Sic. cujus in adverſa parte piſcis delphinus incurſus exſculptus extat ; qui quidem obſervante Havercampio ſinus incurvationem præſefert, quem maris æſtus juxta Zanclen faciebat. Poſtea *Meſſana*, nunc *Meſſina* , dicta , docente Herodoto lib. VII. cap. 164. licet nonnulli *Meſſenam* appellent , quippe cui ſuæ patriæ nomen impoſuerit Anaxilas , quartus Rheginorum Tyrannus , a Meſſeniis Peloponnesiacis oriundus , cum in eam colonias deduxit . Verum *Meſſena* Peloponneſi urbs eſt *Meſſana* vero Siciliæ ; atque in nummis antiquis , & Codd. MSſis ſemper ΜΕΣΣΑΝΑ , & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ occurrit : ut teſtis locupletiſſimus eſt Cluverius lib. I. Sic. Ant. cap. 6. Deinde vero a Mamertinis Campaniæ populis , qui ſimulata cum Meſſanenſibus amicitia , iniqua eos proditione oppugnarunt , *Mamerti* ſive *Mamertinæ* urbis nomen accepit . Vide Diodorum. IDEM .

Tauromenitana) Tauromenium (uti ſcribendum eſſe demonſtrat Garatonius adnot. ad lib. II. cap. 66. quibus adde quæ differit praclariſſ. Petrus Burmannus Secundus Comm. ad Num. Sic. Tab.X.) hodie *Taormina*, a colonis Naxiis conditum; unde Plinius lib.III. cap. 14. *Colonia Tauromenium , quæ antea Naxos* . Hi enim urbe exciſa profugi ac palantes duce Andromacho montem Taurum occuparunt , ibique ſuas collocavere ſedes. Plura antiquitatum monumenta in hac urbe conſpicienda dantur : ac præſertim Theatrum eximii operis, Coliſæo Romano æquandum , verſus mare in edito loco ſitum, quod magna ex parte hodie integrum extat . Hippodromi ſeu Naumachiæ reliquiæ , cujus hodie partem muri

Digitized by Google

tes, ac liberæ, Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halicyenſis, Panormitana : præterea omnis ager Siciliæ civitatum decumanus eſt : itemque ante imperium populi Romani ipſorum Siculorum voluntate, & inſtitutis fuit : videte nunc majorum ſapientiam, qui, cum Siciliam, tam opportunum ſubſidium belli, atque pacis ad rempublicam adjunxiſſent, tanta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, ſed ne legem quidem venditionis decumarum, neve ven-

muri occidentalis non modicæ magnitudinis videre licet : ac plurium ædificiorum & ſarcophagorum rudera; quæ omnia fuſe deſcribit Cl Dorvillius Sicul. cap. 15. Dignæ autem ſunt, quæ memorentur, binæ Athleticæ Inſcriptiones, Græce exaratæ; unde Tauromenium, ut pleræque illuſtriores Siciliæ urbes, Gymnaſio ornatum colligitur : quod ſane inſigne fuiſſe arguunt impenſæ non exiguæ in ludos, epulas, & alia factæ, & plures agones uno anno, vel ſub uno Agonotheta editi. Eas latine redditas, atque erudito commentario illuſtratas legeſis apud laudatum Burmannum in Comm. ad Sic. Numiſm. Quod vero ad immunes ſine fœdere civitates attinet, vide inter adnotationes Manutii. IDEM.

Immunes civitates) Quæ nihil penſitant; ſic Verrina VII. *Qui ſunt immunes, ii certe nihil debent*. HOTT.

Præterea omnis ager Siciliæ) Id eſt, præter ſeptemdecim, quæ certum frumenti vectigal lege Cenſoria pendunt : & liberas fœdere, aut ſine fœdere. IDEM. Siciliæ civitates aut bello ſubactæ fuerant, aut ſponte venerant in amicitiam, fidemque populi Romani. Quæ bello ſubactæ fuerant, ſeptemdecim erant; *quarum ager, cum eſſet publicus populi Romani factus, tamen illis eſt redditus: is ager a Cenſoribus locari ſolet*. Cenſores Romæ locabant vectigal eorum agrorum; publicani frumentum, aliaque cujuſcumque generis colligebant, iiſque venditis pecuniam, quam in redimendo pacti fuerant in ærarium referebant. Superiori autem oratione attigit Cicero, quam iniquus fuerit Verres Siculis civitatibus, quæ vectigal penderent, in gratiam Carpinatii, proindeque publicanorum. Ex iis, quæ ſponte venerant in ditionem populi Rom. aliæ nihil pendebant, quarum duæ, utpote fœderatæ, Meſſana, & Tauromenium, quinque, utpote immunes, Centuripæ, Haleſa, Segeſta, Halicyæ, Panormum. His porro nullæ injuriæ ſunt factæ pro frumento *decumano*, quod illæ non dabant, ſed pro *empto*, & *æſtimato*, ut alibi fuſius oſtendam. Reliquæ omnes civitates, præter has VII. & illas XVII. bello ſubactas, decumas frumenti dabant, quas dederant etiam ſub Regibus; ideoque onus erat illis admodum leve, cui antiquitus aſſueverant. Itaque Siciliæ Prætor quotannis vendebat decumas ſingularum civitatum, & ii, quibus vendebantur (erant autem ſere Equites Romani publicani) dicebantur *Decumani*. Horum ſub Verre princeps fuit Apronius. Decumani ex qualibet civitate decumas colligebant, tot frumenti, hordei, aliarumque rerum modios Prætori dabant, quot pro ſingulis civitatibus in emtione pacti fuerant : quod reliquum erat, decumani ſibi habebant. Ex his facile quæ in hac oratione Tullius in Verre criminatur, intelligentur. FERRATIVS.

Decumanus eſt) Decimam partem ſuarum ſrugum pendit populo Romano, & a Cenſoribus locari ſolet. HOTTOM.

Ne legem quidem venditionis Decumarum) Cenſores haſta in foro poſita decu-

Digitized by Google

vendundi , aut tempus, aut locum commutarent : ut certo tempore anni , ut ibidem in Sicilia , denique ut lege Hieronica venderent: voluerunt eos in ſuis rebus ipſos intereſſe, eorumque animos, non modo lege nova , ſed ne nomine quidem legis novo commoveri. Ita decumas lege Hieronica ſemper vendundas cenſuerunt , ut iis jucundior eſſet muneris illius functio, ſi ejus regis, qui Siculis cariſsimus fuit, non ſolum inſtituta , commutato imperio, verum etiam nomen maneret. Hoc jure ante Verrem Prætorem Siculi ſemper uſi ſunt: hic primus inſtituta omnium , conſuetudinem a majoribus traditam , conditionem amicitiæ , jus ſocietatis, convellere, & commutare auſus eſt.

7. Qua in re primum illud reprehendo, & accuſo , cur in re tam veteri, tam uſitata , quidquam novi feceris : ingenio aliquid aſſecutus es? tot homines ſapientiſsimos , & clariſsimos , qui illam provinciam ante te tenuerunt , prudentia, conſilioque viciſti? Eſt tuum, eſt ingenii , diligentiæque tuæ : do hoc tibi , & concedo : ſcio , te Romæ , cum Prætor eſſes , edicto tuo poſſeſsiones hereditatum a liberis ad alienos, a primis heredibus ad ſecundos, a legibus ad li-

decumas Siciliæ , auctione vendebant. Eas publicani redimebant , & pecuniam populo Romano repræſentabant. IDEM.

Neve vendundi aut tempus) Hoc modo Fabr. & Met. recepta lectio , *vendundis*. GRUTER.

Ut ibidem in Sicilia) Id ante Verrem Prætorem factum eſt ; at poſtea Cenſoribus, ut Romæ venderent permiſſum. HOTTOM.

Eorumque animos &c.) Adjecimus encliticam , juſſi a Met. & Fabr. GRUTERUS.

Muneris illius functio) Penſionis illius ſolutio ; ſic infra : *Tamen hoc vobis eſt ſtatuendum , quid aratorem ipſum arationis nomine muneris in Remp. fungi ac ſuſtinere velitis*. Ulpianus in Titulis: *Dos, quæ ſemel functa eſt, amplius fungi non poteſt : niſi aliud matrimonium*. Sic Paullus dixit *eas res , quæ pondere , numero , & menſura conſtant , functionem in ſua ſpecie recipere* : id eſt, ſolutionem . HOTTOM.

Sapientiſſimos , & clariſſimos) Non potui excludere vocem poſtremam , inventam non modo in Met. ſed etiam Fabr. niſi quod is *clariſſimoſque* e aliis edd. id verbi abeſt. GRUTER.

Ingenii diligentiæque tuæ] Sic Hitt. ſic Fabr. & Met. non *prudentiæque* , quod in hactenus cuſis . IDEM .

Scio te Romæ] Dicta hæc ſunt , & explanata libro Accuſat. primo , ſupra : & alibi . HOTTOM.

Poſſeſſiones hereditatum ad alienos) Vetus codex : *Edicto tuo poſſeſſiones hereditatum a liberis ad alienos* , quæ pars orationis haud dubie requiritur in hac triplici contentione , a liberis ad alienos , a primis heredibus ad ſecundos , a legibus ad libidinem . NANN. *Poſſeſſiones hereditatum a liberis ad alienos*] Adjecimus modo illud *a liberis* , admoniti a Nannii ſcriptis , item Fabr. & Met. quod tamen non eſſe Ciceronis legitimum clamat Palati-

ad libidinem tuam tranſtuliſſe. Scio, te edicta ſuperiorum omnium correxiſſe, & poſſeſſiones hereditatum non ſecundum eos, qui proferrent, ſed ſecundum eos, qui dicerent teſtamentum factum, dediſſe: eaſque res novas abs te prolatas, & inventas magno tibi quæſtui fuiſſe ſcio: eumdemque te memini cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere, & commutare, ne is redimeret, cuja res eſſet: ne pupillo tutores, propinquique conſulerent, quo minus fortunis omnibus everteretur: exiguam diem præfinire operi, qua ceteros ab negotio excluderes, ipſe in tuo redemtore nullam certam diem obſervares. Quamobrem novam legem te in decumis ſtatuiſſe non miror, hominem in edictis prætoriis, in cenſoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquam, miror, te aliquid excogitaſſe: ſed quod tua ſponte, injuſſu populi, ſine ſenatus auctoritate jura provinciæ Siciliæ mutaris, id reprehendo, id accuſo. L. Octavio, & C. Cottæ Conſulibus ſenatus permiſit, ut vini, & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipſis videretur, edice-

latinus ſecundus; admittendumque potius *a ſuis ad alienos*: quid elegantius? Iuriſconſultis enim *heredes ſui*, ſunt filii. GRUTER.

Exiguam diem præfiniri operi) *Præfinire*, melius opinor legeretur. HOTTOM.

Ipſe in tuo redemtore) Apertius eſſet, *cum ipſe*; ut in impreſſis quibuſdam. IDEM.

Frugum minutarum) Frumenti & leguminum. IDEM. Vide Servium ad I. Æneid. 178. GARAT.

L. Octavio & C. Cottæ Conſulibus) Franc. *L. Octavio, & Cottæ Conſulibus*. GRÆV.

Ante te) Antequam venderes, antequam Prætor Siciliam obtineres. HOTTOM.

Quam ipſis videretur) Nonnulli ſic correxerunt, *Quæ ipſis videretur*: imperite, cum alibi hac ipſa locutione ſit uſus: ut in Orat. pro C. Rabirio per d. *Fit*, inquit, *S. C. ut C. Marius, L. Valerius Coss. adhiberent Tribunos pl. & Prætores quos eis videretur*. Et Livius: *Mitteretque cum imperio, quem ipſi videretur, qui rem gereret quoad Manutius convaluiſſet*. IDEM. *Legemque his rebus, quam ipſis videretur, edicerent*) Vetus: *Legemque rebus, quæ ipſis videretur, edicerent*. Sed video hanc ſyllepſim apud caſtiſſimos auctores in magno & multo uſu. Horatius in Satyris,

. . . *Notante*

Iudice quo noſti populo. NANNIUS. Malim legi, *dicerent*, pro, *edicerent*: &, *quam*, pro, *quæ*, ut eſt ſcriptum in libris antiq. LAMBINUS. *Legemque his rebus, quæ ipſis videretur, edicerent*) Eſt a membranaceis Nannii. Vulgata, *quam ipſ. vid. dicerent*. ſed Pall. & olim editi ſervant tamen *edicerent*. GRUTER. Servat item Naugerius; & præterea vocem *quam* optime a Grævio retentam, binis Lallemandi MSis accedentibus: qui tamen iidem

Cic. Op. T. V. Orat. T. III.

edicerent. Cum locatio fieret, publicani poſtularunt, quaſdam res ut ad legem adderent, neque tamen a cenſoriis cete-

iidem habent, *dicerent*. Et certe mox c. 8 de his ipſis Conſulibus legimus: *Quibus ſenatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem poteſtatem permiſerat*. Imo ex veteris legis fragmento apud Briſſonium II. de form. 31 hæc formula eruitur. *Vectigalibus publicis fruendis, locandis, vendundis legem dicere*, eademque firmatur ex Tabulis Heracl. p. 378. Ne multa, ſic ferme legendum videtur. Quamquam non negaverim defendi poſſe illud *edicerent*, ut etiam legebat V. C. Erneſtus, quem in indice h. v. conſule: *Dicere*, & *edicere* paſſim permutantur: vide II. Accuſ. 26. & Drakenb. ad Liv. XXXIII. 14 Utrumque iiſdem in rebus uſurpatum fuiſſe verbum, facile oſtendetur: quod jam de Livio a viris doctis planum eſt factum. Tullius denique non ſine cauſa variare potuit. quod optima Erneſti explicatio, aureſque ipſæ ſuadent. GARATON.

A Cenſoriis legibus) Quæ ſunt in aliis provinciis de vectigalibus conſtitutæ. HOTTOM.

Cauſam cognoverunt) Sic Francii 2 editi, *cognoverunt*. GRAEV.

Cenſoriis ceteris legibus) An perplexe loquitur, *Cenſorias leges* nunc appellans, quas modo *a Conſulibus datas* dicebat? Quid vero illud eſt quod dicit, Quæſtores ante Prætorem Verrem decumas vendidiſſe, eum biennio ante Præturam Verris Sicilienſem Conſules illi fuerint, a quibus venditas fuiſſe declarat? Ego quid reſponderi poſſit, non intelligo, niſi & hic & paullo poſt pro Coss. reſtituendum ſit Coss qua nota verbum *Cenſoribus* ſignificatur. Nam præterquam quod convenire hæc non poſſunt cum illorum Conſulatu, ſicuti oſtendimus: tum illud affirmare liquido poſſumus, nuſquam nos legiſſe decumas a Conſulibus, ne extra ordinem quidem venditas fuiſſe. Cenſorum enim hæc eſſe cura conſuerat. Et cum ante Verrem Prætorem (quemadmodum paullo ante dixit) Quæſtores in Sicilia vectigalia vendere ſolerent, tum hanc curam Cenſoribus impoſitam fuiſſe eo veriſimilius videtur, quod Cicero in orat contra Rullum ſic ſcribit: *Cenſoribus vectigalia locare niſi in conſpectu populi Romani non licet*. Et altera ſuſius oratione: *Vectigalia locare nuſquam licet, niſi in hac urbe hoc ex loco, hac veſtrum frequentia*. HOTTOM. Vidimus I. Accuſ. 50. hos ipſos Conſules, cum nulli eſſent in rep. Cenſores, eorum perfunctos officio fuiſſe, Senatumque non Conſulibus modo, verum etiam aliquando Prætoribus Cenſorias procurationes demandaſſe. Conſule illa quoque, quæ ad I. Acc 55. diſſeruimus: & adde Tabulas Heracl. p. 378. ad eaſque celeberr. Mazoch. p. 380. Hic ad SCum additur populi juſſum.. Nimirum cenſoribus decennium jam vacua reſpublica magiſtratum aliquem requirebat, qui de veteribus locationibus cognoſceret, novaſque inſtitueret, Populus, cui adhuc *nomen Cenſorium*, ut ait Cicero Divin. 3. *aſperius videbatur*, cum Cenſores creare nollet, eam poteſtatis Cenſoriæ partem, qua neque ipſe offendebatur, neque diutius carere ſine maximo detrimento poterat adminiſtratio reipublicæ, Conſulibus extra ordinem, lege lata, permiſit. Hinc planum eſt, quomodo Cenſoriæ leges ad Conſules pertinerent. Quod attinet ad Siciliam, ejus certe antiquum jus, de quo c. 6. Senatus imminuit: qua de cauſa, ego quidem ignoro. Publicani adeo ceteris provinciis exæquare Siciliam conati ſunt. Reſtitit huic rei Sthenius, atque pervicit: verum decumæ venditæ Romæ ſunt, quæ antea in Sicilia ſolebant: neque adverſus voluntatem Senatus obniti poterat Sthenius. Ad Verrem iſta non pertinent, quæ ante ipſius Præturam evenerant: exempli cauſa tantummodo proferuntur, ut patet. Quod autem dicitur, *quas ante te Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent*; vel repetitum fuit pronomen te perperam ex ſyllaba, quæ ante-

ceteris legibus recederent. Contra dixit is, qui caſu tum Romæ fuit, tuus hoſpes, Verres, hoſpes, inquam, & familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. Conſules cauſam cognorunt: cum viros primarios, atque ampliſsimos civitatis multos in conſilium advocaſſent, de conſilii ſententia pronunciarunt, ſe lege Hieronica venditturos.

8. Ita ne vero? prudentiſsimi viri, ſumma auctoritate præditi, quibus ſenatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem poteſtatem permiſerat, populuſque Romanus idem juſſerat, Siculo uno recuſante, cum amplificatione vectigalium, nomen Hieronicæ legis mutare noluerunt: tu homo minimi conſilii, nullius auctoritatis, injuſſu populi, ac ſenatus, tota Sicilia recuſante, cum maximo detrimento, atque adeo exitio vectigalium, totam Hieronicam legem ſuſtuliſti. At quam legem corrigit, judices, atque adeo totam tollit? acutiſsime, ac diligentiſsime ſcriptam: quæ omnibus cuſtodiis ſubjectum aratorem decumano tradit, ut neque in ſegetibus, neque in areis, neque in horreis, neque in amovendo, neque in aſportando frumento, grano uno poſſet arator ſine maxima pœna fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter eſt, ut eum ſcripſiſſe appareat, qui alia vectigalia non haberet: ita acute, ut Siculum: ita

antecedit; vel potius Verres oblique tangitur, & ſenſus eſt, rem novam feciſſe Senatum, quod eam locationem a Quæſtoribus Sicilienſibus ad Conſules illo anno transtulerit, Verrem autem poſtea lucri cauſa eamdem a Quæſtoribus per imperii vim ad ſe pertraxiſſe. GARATON.

Qui caſu tum Romæ fuit) MSus Metell., *caſſu*; & ſic M. Tullium ſcripſiſſe ex Quinctiliano diſcimus; adnotat Guilielmius. GRVTER. Locus eſt Quinctiliani Inſt. orat. I. 7. ubi Tullio hac in re Virgilium adjungit. GAR.

Omnibus cuſtodiis) Quæ tantam facit Decumano poteſtatem ſpeculandi & obſervandi aratorem, ut neque, &c. HOTTOM.

Neque in aſportando) Lambinus, *exportando*. Sic II. Accuſ. 70. *Syracuſis erant exportata*, & pluries in illa oratione. Tabulæ Heracleenſes: STERCORIS. EXPORTANDEI. CAVSA, p. 352. Ita denique Anonymus *exportata* exhibet I. Acc. 20 ubi vulgo, *aſportata*. Sed neminem haſtenus præter Lambinum varietatem hanc obtuliſſe peripexi. GARAT.

Vectigalia non haberet) Eoque accuratius de iis retinendis, & amplificandis cogitaret. HOTTOM.

Ita acute ut Siculum) Gentem Siculam acutam natura & controverſam fuiſſe, ſcribit Cicero de Clar. Orat. ID. *Ita acute ut Siculum*] Hanc ſagacis & acuti ingenii indolem, quam heic ἀντονομαστικῶς Siculis tribuit, cum ipſorum meminit, in laude ponere numquam non conſuevit Tullius. Divinat. quidem in Q. Cæcil. cap. 9. Siculos *hominum genus eſſe nimis acutum & ſuſpicioſum* ait: ubi ſane eo *ſuſpicio-*

ita ſevere, ut tyrannum : qua lege Siculis tamen arare expediret : nam ita diligenter conſtituta ſunt jura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non poſsit auferri. Cum hæc eſſent ita conſtituta, Verres tot annis, atque adeo ſæculis inventus eſt, qui hæc non commutaret, ſed everteret : eaque, quæ jamdiu ad ſalutem ſociorum, utilitatemque reipub. compoſita, comparataque eſſent, ad ſuos improbiſsimos quæſtus converteret : qui primum certos inſtitue-

cioſum nihil vitii in Siculis arguit, ſed majorem vim addit, ac perſpicacioris ingenii poteſtatem præfefert. Hujus enim vocis ſententia ex verbo *ſuſpicor*, cum quo affinitatem habet, perſpicue aperitur : quod ſane verbum ejuſmodi notione ſumit ipſe Tullius, ut penitiorem cognitionem exprimat. Syracuſanorum ingenium eximium prædicans lib. V. in Verr. cap. 28. ait : *Interea Syracuſani, homines periti & humani, qui non modo ea, quæ perſpicue eſſent, videre, verum etiam occulta ſuſpicari poſſent*, &c. Eam nimirum Syracuſanis mentis aciem tribuit, ut occulta, abſtruſa ſcilicet ac difficilia rimari atque inveſtigare poſſent. Verbo *ſuſpicor* intelligendi, cogitationeque complectendi ſententiam ineſſe adnotat Robertus Stephanus in Theſauro, idque ſe proſequi fuſius monet in ſuis ſchedis, quas ad manus non eſſe moleſte fero. Horum prorſus ſimilia habet Tullius, cum oratoriæ artis præcepta a Siculis primum conſcripta eſſe tradit de Clar. Orat. cap. 12. *Itaque ait Ariſtoteles, cum ſublata in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum quod eſſet acuta illa gens & controverſa natura, artem & præcepta Siculos Coracem, & Tiſiam conſcripſiſſe*. Vbi quidem Budæus apud Rob. Stephanum in Theſauro *controverſa natura* explicat, *omnia ad controverſiam revocans*. At hiſce verbis potius dixerim, Tullium Siculorum ingenium extollere, ut qui in cauſis diſceptandis longas inſtituerent quæſtiones, & rationum momenta ad trutinam revocantes nonniſi ſolidiſſimis argumentis cederent ; ea enim ſuperiora reſpiciunt, cum ait, *res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur*. Eoſdem præterea Siculos acutos lepidoſque vocat Tuſcul. lib. I. cap. 8. *Sed tu mihi videris Epicharmi, acuti nec inſulſi hominis, ut Siculi, ſententiam ſequi*. In leporibus etiam ac facetiis excellere tradit de Orat. lib. II. c. 54. *Inveni ridicula & ſalſa multa Græcorum; nam & Siculi in eo genere . . . & præter ceteros Attici excellunt* : tum ibid. c. 69. Siculorum ſalſa dicta unum & alterum refert. Atque hæc quidem Siculæ gentis ſingularis & propria mentis perſpicacia in cauſa eſt, quamobrem viris in univerſo litteraturæ genere præſtantiſſimis abundaverit. Qua de re conſulenda Bibliotheca Sicula Antonini Mongitoris, qui jure quodam ſuo in votis habet, ut Siculi *laboris ac ſtudii patientes ingenii vim gravioribus ſcientiis admoveant, facili enim negotio penitiora facultatum arcana penetrarent, ac ſupra omnes ad doctrinæ faſtigia ſeſe extollerent*. KOOBATVS.

Diligenter conſtituta) Ita Decumani rationibus conſultum ac proviſum eſt. HOTT. *Conſtituta ſunt jure decumani*) Vetus : *Conſtituta ſunt jura decumano*. NANNIVS. *Conſtituta ſunt jura decumano*) Eſt a libris Nannii ac Metelli r publicati alii, *decumani*. GRVTER.

Cum hæc eſſent ita conſtituta) Franc. *Cum hæc eſſet ita conſtituta*, nimirum ſi ſic ſcripſit Cicero, illa lex, de qua egit. Deinde in illis, *qui hæc non commutaret*, idem codex non agnoſcit *hæ.*, ut ſubaudiatur *legem*. GRÆV.

Quæſtus converteret) Veteres omnes, *converteris* : quod cum ſuperioribus verbis concordat. HOTTOM. Contra in præcedentibus legit vetus : *Qui hæc non*

ſtituerit nomine decumanos, revera miniſtros, ac ſatellites cupiditatum ſuarum: per quos oſtendam ſic provinciam per triennium vexatam, atque vaſtatam, judices, ut eam multis annis, multorum innocentia, ſapientiaque recreare nequeamus.

9. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Q. ille Apronius, quem videtis: de cujus improbitate ſingulari graviſſimarum legationum querimonias audiſtis. Adſpicite, judices, vultum hominis, & adſpectum, & ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos ejus ſpiritus Sicilienſes quos fuiſſe putetis, cogitate, ac recordamini. Hic eſt Apronius, quem in provincia tota Verres, cum undique nequiſſimos homines conquiſiſſet, & cum ipſe ſecum ſui ſimiles duxiſſet, non parum multos, nequitia, luxuria, audacia, ſui ſimillimum judicavit. Itaque iſtos inter ſe perbrevi tempore, non res, non ratio, non commendatio aliqua, ſed ſtudiorum turpitudo, ſimilitudoque conjunxit. Verris mores improbos, impuroſque noſtis. Fingite vobis, ſi poteſtis, aliquem, qui in omnibus iſtis rebus par ad omnium flagitiorum neſarias libidines eſſe poſ-

non commuteret, ſed everteret, atque ita idem eſt συγχρονισμος, verborum *commutaret, everteret, converteret*. quamquam ille ipſe non eſt tam ſanctæ religionis, quam quidam Grammatici volunt. In editis eſt, *commutarit, converterit*. NANN.

Graviſſimarum legationum querimonia) Franc. & Vict. aliæque edd. *querimonias*. Cur id ſine libris mutavit Gruterus? GRAV.

Ex ea contumacia) Iuriſcoſulti a contendendo, Grammatici a tumeodo dictam eſſe *contumaciam* putant: quibus hic locus & ſuperior, qui eſt infra, ſuffragari videtur: ut *contumacia* nihil aliud ſit, quam habitus oris, ſuperbia & arrogantia quadam inflati atque intumeſcentis. HOTTOM.

Illos ejus ſpiritus Sicilienſes) Sic omnis vetus lectio edita ſcriptaque. Lambinus tamen aliquot editionibus obtruſit nobis, *illos etiam ſpiritus &c.* GRUTER.

Non res, non ratio) Non quod negotia inter ſe communia haberent. HOTTOM. Conjunguntur hæc, quia *res*, hoc eſt, negotiatio ſine ratione non poteſt eſſe. Plaut. Prolog. Amphitr.

Ut res rationeſque veſtrorum omnium
Bene expedire vultis. GRAV.

Studiorum ſimilitudo) In orat. pro Cluent. *Magnam*, inquit, *vim habet ad conjungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo*. HOTTOM.

In omnibus iſtis rebus) *Iſti*, legendum: ut in multis impreſſis. IDEM. Vetus Veneta, Nauger. aliique, *iſtis*. Sed vere mehercule monuit Hottomannus *iſti* eſſe legendum, eique obtemperatum a Grutero, & poſterioribus ſane vellem. Ita Lambinus, nec ſine MSis, ut puto, & P. Manutius, atque ita in veteri codice ſe reperiſſe, adſcripſit Iannoctius. Quæ mihi in tali lectione ſufficiunt. GARATON.

ſe poſſit ; is erit Apronius ille : qui , ut ipſe non ſolum vita, ſed etiam corpore, atque ore ſignificat, immenſa aliqua vorago eſt , aut gurges vitiorum , turpitudinumque omnium . Hunc in omnibus ſtupris , hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conviviis principem adhibebat : tantamque habebat morum ſimilitudo conjunctionem , atque concordiam, ut Apronius , qui aliis inhumanus , ac barbarus, iſti uni commodus , ac diſertus videretur : ut, quem omnes odiſſent, neque videre vellent, ſine eo iſte eſſe non poſſet: ut , cum alii ne conviviis quidem iiſdem , quibus Apronius , hic iiſdem etiam poculis uteretur: poſtremo, ut odor Apronii teterrimus oris , & corporis , quem , ut ajunt , ne beſtiæ quidem ferre poſſent , uni iſti ſuavis , & jucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus , in cubiculo ſolus, in convivio dominus: ac tum maxime , cum accu-

Is erit Apronius) Vetus : *Is erit Apronius* ; haud dubie melius ; fingitur enim is qui talis futurus eſſet , non qui jam eſſet. NANNIVS. *Poſſit ; is erit Apronius ille*) Ita egregie Naon. & Met. codd. præ vulgato, *erat*. GRVTERVS.

Sed etiam corpore) Statura fuiſſe ſignificat Apronium vaſta & ingenti , habituque corporis opimo atque obeſo. HOTTOM. *Non ſolum vita , ſed etiam corpore*) Vox *etiam* non eſt in Met. MSo , minimeque deſideraverim . Sæpius ſubaudiri, multis exemplis oſtendit olim Rivius in caſtigationibus ad Tullium noſtrum. GRVTER. Adde Oudendorp. ad Cæſar. I. B. G. 38. Tamen ex uno codice non eſſe hanc admittendam ellipſim , recte Grævius exiſtimavit . GARAT.

Aut gurges vitiorum) *Ac gurges* eſt in vetere libro , rectius : & paullo poſt, *ſi plus abſtulerit* , pro eo quod eſt in vulgatis , *ſi plura ſuſtulerit* . FVLV. VRSIN. Muretus quoque cenſebat legendum eſſe *ac gurges vitiorum*. GRÆV. Vrſino , & Mureto paruit Lallemandus. Ego vulgatam non rejicerem . Nihil enim video , quod in ea tantopere offendamur : cum duæ res ſane diverſæ disjunguntur , & ſimilis utriſque Apronius dicitur Nota eſt harum particularum permutatio , de qua Drakenborchius ad Liv. XXI. 53. GARAT.

Hunc in omnibus ſtupris , in fanorum expilationibus , hunc impuris) Vetus : *Hunc in omnibus ſtupris , hunc in fanorum expilationibus , hunc impuris , &c.* atque ita epanaphora triplici repetitione per tria commata pulcherrime contexitur . NANNIVS.

In cubiculo ſolus) In manuſcripto *ſocius* : quod valde placet . HOTTOM. *In cubiculo ſocius*) Sic habent libri veteres : vulgati autem , *in cubiculo ſolus*. LAMBINVS. Veneti ac alii : *in cubiculo ſolus* ; quod non incommodo ſenſu legi videtur. CAMERARIVS . *In cubiculo ſolus*) Liquido Pall. Nann. & Met. libri agnoſcunt *ſolus* , ut & olim editi omnes ; neque aliter legendum ; cum ſuperius cap. 4. de Verre ſimiliter dixerit . Hoc moneo , ne Lambino credamus , confirmanti , in ſuis MSis reperiſſe *ſocius*, quod ipſe non modo admiſit in contextum, ſed obſequentem habuit quoque Mich. Brutum, alioſque . GRVT. *Solus* eſt quoque in Francii MSis . GRÆV.

Præ-

accubante prætextato Prætoris filio in convivio ſaltare nudus cœperat.

10. Hunc, uti dicere inſtitui, principem Verres ad fortunas aratorum vexandas, diripiendaſque eſſe voluit: hujus audaciæ, nequitiæ, crudelitati, fideliſsimos ſocios, optimoſque cives ſcitote hoc Prætore traditos, judices, atque addictos fuiſſe, novis inſtitutis, & edictis; tota Hieronica lege, quemadmodum antea dixi, rejecta, & repudiata. Primum edictum, judices, audite præclarum: *quantum decumanus edidiſſet aratorem ſibi decumæ dare oportere, ut tantum arator decumano dare cogeretur.* Quomodo? quantum popoſcerit Apronius, dato. Quid eſt hoc? utrum Prætoris inſtitutum in ſocios, an in hoſtes victos inſani edictum atque imperium tyranni? Ego tantumdem, quantum ille popoſcerit? poſcet omne, quantum exaravero. Quid omne? immo plus etiam, inquit, ſi volet. Quid tum? Quid cenſes? Aut dabis, aut contra edictum feciſſe damnabere. Per deos immortales, quid, quid eſt hoc? veriſimile enim

Prætextato) *Prætextam* pueri *togam* ad annum XVII. geſtabant: quo tempore puram, quæ etiam virilis dicebatur, ſumebant. HOTTOM.

Saltare nudus cœperat) Græcorum hic mos erat in conviviis, apud Romanos turpis; itaque in Piſonem id ipſum Gabinio: in ſecunda Catilinaria Catilinæ ſociis crimini dedit. IDEM.

Verres ad fortunas aratorum vexandas dirip.) Non potui non ſequi exemplaria Fabr. & Met. quæ non agnoſcebant illud vulgatum, *Verres ad evertendas fort. ar. vex. dirip.* & quis non ſentit eam vocem heic aut ſuperfluam, aut non ſuo loco poſitam? GRUTER.

Addictos fuiſſe) Ejus poteſtati atque arbitrio permiſſos. Translatum ex addictis, quorum conditio non multum diſſimilis ſervorum conditionis eſſe videbatur. HOTTOM.

Quantum decumanus edidiſſet) Profeſſus eſſet. Vulgus, *Preſcriptam aeſtimationem dediſſet.* IDEM.

Aratorem ſibi decumanæ dare oportere) Legendum videtur: *Aratorem ſibi decumanæ*, ſeu *decumarum nomine dare oportere*. LAMBIN.

Ego tantumdem) In manuſcripto, *Eho tantumdem?* Alii, *Ego tantum dem?* disjunctis verbis; quæ lectio recta eſt: cum hæc vulgata vitiata ac depravata ſit. HOTTOM. Mihi quoque recte videtur dediſſe Lambinus, *tantum dem.* Quid enim clarius? Tamen unus poſtea ita diſtinxit Lallemandus. GARATON.

Quantum exaravero) *Exarare* hoc loco, non *arare*, ut ſæpe alias: ſed ex aratione percipere, & ſata colligere ſignificat; ut infra: *Quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant.* HOTTOM.

Per deos immortales quid eſt hoc?) Veteres & impreſſi nonnulli, *Quid, quid eſt hoc?* quod non improbo. IDEM. Sic & Manutius, quem ſequimur. GRÆV. Optime. P. Manutius quidem anno MLXL edebat *quid*, ſed geminatum hoc verbum in ſuo MSo notavit Iannoctius, & ceteræ porro Manutianæ geminarunt. Gravium recen-

 ſio-

le enim non eſt. Sic mihi perſuadeo, judices: tametſi omnia in iſtum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis falſum videri: ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen affirmare non auderem, ſi hæc edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem: ſicuti faciam: da, quæſo, ſcribæ: recitet ex codice. Recita edictum de profeſſione. EDICTVM DE PROFESSIONE. Negat me recitare totum: nam id ſignificare nutu videtur. Quid prætereo? an illud, ubi caves tamen Siculis, & miſeros reſpicis aratores? dicis enim, te in decumanum, ſi plura ſuſtulerit, quam debitum ſit, in octuplum judicium daturum eſſe. Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoque, quod poſtulat, totum recita. EDICTVM DE IVDICIO IN OCTVPLVM. Iudicio ut arator decumanum perſequatur? miſerum, atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab uſu rerum ruſticarum ad inſolitam litem, atque judicium.

11. Cum omnibus in aliis vectigalibus Aſiæ, Macedoniæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Africæ, Sardiniæ, ipſius Italiæ, quæ vectigalia ſunt: cum in his, inquam, rebus omnibus publi-

tiores non audivere: ſed magis etiam miror, lectionem hanc non prætuliſſe Gruterum, qui tum aliis, tum editione Veneta MCDXXXIII. utebatur, in qua legimus *quidquid*, & diſerte *quid*, *quid* in Naugeriana. GARATON.

Dicis enim) Satius putarem, *edicis enim*. HOTTOM. Quamvis conjecturam Hottomanni veram eſſe judicem: non tamen audeo cum Grutero contra libros omnes illam recipere. GRAV. Ex Lambinianis Gruterus id hauſit, quæ MSos habuerunt fortaſſe auctores: haſque negligenter ſane recentiores ſequuntur, ceterarum diſſenſu poſthabito. Quid eſt vero, quod nemo ejus lectionis rationem habeat, quam ex MSo modo proferebat Urſinus, *ſi plus abſtulerit*? Lambinus aliquando dedit *abſtulerit*, & lectio Urſiniana eſt manifeſto commodior, ex eaque facile vulgata iſthæc *plura ſuſtulerit*, manare potuit. Infra c. 12. *Omnes dico plus, ac multo plus, quam decumas, abſtuliſſe*. GARAT.

In octuplum) In quo ſimplum, opinor, continetur; ut in furti manifeſti actione. Petebant igitur ſepties tanto amplius, quam quantum eis ablatum eſſet. HOTTOM.

Totum recita EDICTVM *&c.*) Sic Pal. pr. cum ſec. *totum ψήφισμα de judicio in octuplum*; verum antiqua editio facit etiam pro nobis; poſteriores aliquot adjecerant, *totum*. *Recita edictum de judicio octuplum*, EDICTVM; ex ſuperabundanti. GRVTER.

Quæ ad vectigalia ſunt) Legendum putarem: *Quæ vectigalia ſunt*; ut ſit, ex qua parte, vel quibus in locis vectigalia ſint in Italia. HOTTOM. *Ipſius Italiæ, quæ vectigalia ſit*) Sic legi debet, non, ut eſt in libris vulgatis, *quæ vectigalia ſunt*; hæc enim verba aut nihil hoc loco ſignificant, aut ſententiam corrumpunt. Iam non omnis Italia erat vectigalis: idcirco ita

publicanus petitor, ac pignerator; non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe: tu de optimo, de juſtiſsimo, de honeſtiſſimo genere hominum, hoc eſt, de aratoribus, ea jura conſtituebas, quæ omnibus aliis eſſent contraria. Vtrum eſt æquius, decumanum petere, an aratorem repetere? judicium integra re, an perdita fieri? eum, qui manu quæſierit, an eum, qui digito licitus ſit, poſsidere? Quid? qui in ſingulis jugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, quo in numero magnus ante te Prætorem numerus, magna multitudo Siculorum fuit: quid facient, cum dederint Apronio, quod popoſcerit? relinquent arationes? relinquent Larem familiarem ſuum? venient Syracuſas, ut, te Prætore, videlicet, æquo jure, Apronium, delicias, ac vitam tuam, judicio recuperatorio perſequantur? Verum eſto: reperietur aliquis fortis, & experiens arator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, judicio repetat, & pœnam octupli perſequatur. Exſpecto vim edicti, ſeveritatem Prætoris: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem poſtulat arator? nihil, niſi ex edicto judicium in octuplum. Quid Apronius? non recuſat: quid Prætor? jubet recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus.

ita dixit, *in vectigalibus Italiæ, quæ vectigalis ſit.* LAMBINVS. Simplicius Hottomannus, & melius. Sed hic a MSis deſerimur. Manutius recte locutionem defendit: ſed ea ſententiam non admodum probabilem facit. GABATON.

Petitor ac pignerator) Prætoris auctoritate pignus pro ſecuritate rei accipiat, poſſeſſorem nihil in ea re deterius facturum. HOTTOM.

Integra re) Nondum erepta re. IDEM.

Qui digito licitus ſit) In auctione qui licitabantur, id eſt pretium augebant, digitum tollere ſolebant, ut dictum eſt Verr. III ſupra. IDEM.

Qui in ſingulis jugis arant) Hunc locum intelligimus ex Varronis & Plinii verbis, quæ ſubjiciam. Varro de Re Ruſtica lib. I. *In Hiſpania ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. Iugum vocant quod juncti boves una die exarare poſſint.* Plinius autem lib. XVIII. cap. 3. *Iugerum*, inquit, *vocatur quod uno jugo boum in die exarari poſſet.* IDEM. Pro *jugerum* legendum eſt *jugum* apud Plin. ut ex ſuperiore loco Varronis patet, & ex ſequentibus Plinii: id vidit etiam doctiſſimus Harduinus. GRAEV.

Recuperatorum rejicere decurias) Erant item ut Romæ, Senatorum, ſic in provinciis, civium Rom. (ex quibus conventus conſtabant) *decuriæ*. Dabat autem actor judices: dabat reus: tum omnia nomina judicum ſcribebantur, ut & actor quos vellet rejiceret ex rei judicibus: reus ex actoris. HOTT.

Iubet Recuperatorum rejicere decurias) Omnes alii etiam impreſſi libri, *Recuperatores*: & ſic poſtea perſæpe legimus, *rejicere Recuperatores.* Quare putarem ſic corrigendum, & locum interpun-

mus. Quas decurias? de cohorte mea rejicies, inquit: Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides

terpungendum: *Iubet Recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus. Quas decurias? de cohorte mea rejicies, inquit*: ut illa verba *decurias ſcribamus*, aratorum verba ſint, quod vero ſequitur, in Verris perſona dicatur. Similiter fere hac ipſa oratione locutus eſt: *Recuperationes rejice: quod adverſum edictum feceris: ex quo numero? ex eadem cohorte*. Ioan. *Iubet recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus. Quas dec.*) Ita Pall. & vet. editio, quemadmodum cupiebat diſtingui Hottomannus: nam medii ævi: *Iubet recuperatorum rejicere decurias. Scribamus. Quas dec.* porro videtur adhuc legendum ex Fabr. & Met. *exſcribamus*. Gauter. Paullus Manutius quoque recepit hanc diſtinctionem. Sed in Victor. editione legitur: *jubet Recuperatores rejicere decurias: ſcribamus quas decurias*. Francii autem primus ſic diſtinguit, uti recte diſtinxit Hottomannus & Manutius: *Iubet recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus, quas decurias?* Sed & ſequentia ſic idem diſtinguit: *De cohorte mea. Rejicies inquit.* Sed *rejicies* puto delendum. Hæc enim verba ſunt Verris. *De cohorte mea, inquit*, ſcilicet ſcribamus decurias. Sic vocat more Romano illum indiculum judicum, qui in his aratorum cauſis erant ſeſſuri, ut Romæ album judicum dicebatur decuria. Rejecerat Prætor recuperatores, qui ſolebant ex conventu dari, & novorum judicum decurias conſcribebat ex cohorte ſua, quas ſane aratoribus non licebat rejicere. Sequentia hoc clariſſime oſtendunt. Grav. Mihi tamen videtur, factam a Verre poteſtatem rejiciundi judices ea ipſa ſua cohorte fuiſſe, quæ multis conſtabat hominibus. Supra c. 9. *Cum undique nequiſſimos homines conquiſiſſet, & cum ipſe ſecum ſui ſimiles duxiſſet non parum multos*. Sed hoc nemo negaverit. Quot autem ex tot hominibus dare oportebat? Diſcimus ex c. 12. *Cum e Verris turpiſſimo, flagitioſiſſimoque comitatu tres recuperatorum nomine adſediſſent*. Verum nonne ipſe hic Cicero, *jubet*, ait, *recuperatores rejicere*? Et infra c. 13. *Feceris poteſtatem aratori non modo rejiciundi, ſed etiam ſumendi recuperatores*? Et cap. 29. apertius: *Minus te jugerum profeſſum eſſe dico: recuperatores rejice, quod adverſum edictum feceris*? Neque aliter c. 59. Verbi vim, atque uſum egregie jam Erneſtus expoſuit. Quid ergo illud *rejicies* adverſus codicum omnium fidem opus erit explodere? Garat.

Horum canum) Verba ſunt Verris. Canes autem dicit ſuos aſſeclas, omnia ubique ad prædam & rapinam perveſtigantes: ſic Verr. 3. ſupra: *Multa ſibi opus eſſent, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet. At lambere dicuntur tribunal*, quod eo alantur, & illud quaſi aluminam ac nutriculam ſugant. Hæc cum ita ſint, tamen Ammianus Marcellinus libro XV. de fratribus Cibyratis hunc locum intelligit, qui cum cives Rom. non eſſent, de Prætoris cohorte eſſe non poterant, & *lambere* idem ipſe in malam partem pro *lacerare* ſumere videtur. Hotrom. Non talem certe ſenſum verbo lambere Ammianus XV. 3. affinxit, quod legenti patebit. De Cibyratis vero fratribus certe ille ibi loquitur, de quibus Cicero IV. Acc. 13. *canes* etiam eos appellans. Verum facile aſſentior Hottomanno, Tullium hic illos non deſignare, ſed generatim potius totam Verris cohortem, ac ſocios, quos I Acc. 48. in ipſa Prætura urbana Verres ſic appellaverat: licet ad Cibyratas tamen hic reſpici, ſummo viro, ac Valeſio ad eum Ammiani locum, videatur. Ammianus autem, meo judicio, hinc locutionem ſumſerit, rem totam ex IV. Acc. 13. Nam illi quoque Cibyratæ Verris *tribunal lambere* facile ab Ammiano fuerint exiſtimati: quorum alter Tlepolemus infra in cohorte, ac recuperatoribus ponitur, cap 28. quamquam non tam in foro, quam in domibus præ-

Digitized by Google

vides lambere. Nam de conventu nullum umquam judicem, nec recuperatorem dedit: iniquos decumanis eſſe ajebat omnes, qui ullam agri glebam poſsiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalaſſent.

12. O præclarum, & commemorandum judicium! o ſeverum edictum! o tutum perfugium aratorum! Atque, ut intelligatis, cujuſmodi iſta judicia in octuplum, cujuſmodi iſtius de cohorte recuperatores exiſtimati ſint: ſic attendite. Ecquem putatis decumanum, hac licentia permiſſa, ut tantum ab aratore, quantum popoſciſſet, auferret, plus quam deberetur popoſciſſe? Conſiderate cum veſtris animis voſmetipſi, ecquem putetis, præſertim cum id non ſolum avaritia, ſed etiam imprudentia accidere potuerit: multos neceſſe eſt. At ego omnes dico plus, ac multo plus, quam decumas, abſtuliſſe. Cedo mihi unum ex triennio præturæ tuæ,

prædarentur; atque in ſignis potiſſimum, & toreumatis eorum opera verſaretur. Addit Ammianus *tribunal Legati*: quod etſi ferre in tali ſcriptore poſſumus pro Prætore dictum, vide tamen, an ex Tullio hauſerit, qui eo cap. 13. de Verre ait, *in Legationis prædis, atque furtis multum illorum* (fratrum Cibyratarum) *opera, conſilioque uſus eſt*. Quod vero ſoli cives Romani in cohorte Prætoris numerarentur, plane infirmum id eſt argumentum, & eo hic facile carebimus. GARATON.

Nam de conventu) Infra c. 13. *Ex omni copia conventus Syracuſani*. Vide notas ad II. Accuſ. 13. IDEM.

Crapulam exhalaſſent) Quorum nondum ebrietas vinolentiaque deferbuerat. HOTTOM.

Impudentia accipere) Ut cui lege atque edicto liceat: & hæc ſcriptura aperta eſt: cum alii plerique vetus mendum retineant, *imprudentia accidere*. HOTT. *Solum ſine avaritia, ſed etiam ſine impudentia accipere pot.*) Scripſerat Cicero, indicante Metelli codice; *ſolum avaritia: ſed etiam imprudentia accidere pot.* alludit Pal. pr. in quo, *ſine imprudentia accidere pot.* GRUT. Metelli codicis ſcripturam probat quoque Francii liber primus, in quo iiſdem verbis legitur. Et ſane quo magis conſidero, eo magis vulgata lectio mihi improbatur. Quomodo enim decumanus ſine avaritia poteſt accipere, cum plus poſcit, quam ſibi debetur, quamvis ſine impudentia propter edictum poſſit accipere? Sed optime Metelli & Francii MSi: potuit fieri inquit Cic. ut non modo avaritia impulſus plus acciperet decumanus, ſed etiam imprudenter, cum putaret ſibi vere tantum deberi. GRAV. Cum Grutero, & Grævio dedimus; & firmat unus e noſtris codicibus. LALLEM. Ipſa varietas, quæ in editionibus conſpiciebatur, locum indicabat eſſe corruptum: Vetus Veneta, qua uti poterat teſte Gruterus: *Non ſolum ſine avaritia, ſed etiam imprudentia accidere potuerit*. Sanus ergo jampridem erat locus, una vocula *ſine* deleta. GARATON.

Omnes dico plus quam decumas abſtuliſſe) Vetus: *At ego omnes dico plus, ac multo plus quam decumas*, &c. non mediocrem acrimoniam affert iſtiuſmodi ἐπανορθώσεις. NANNIUS. *Plus, ac multo plus quam*) Eſt a MSis Fabr. & Metel.

tuæ, qui octupli damnatus ſit; damnatus? immo vero in quem judicium ex edicto tuo poſtulatum ſit. Nemo erat videlicet aratorum, qui injuriam ſibi factam queri poſſet: nemo decumanorum, qui grano amplius ſibi, quam deberetur, deberi profeſſus eſſet; immo vero contra, rapiebat, & aſportabat, quantum a quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores ſpoliati, ac vexati querebantur: neque tamen ullum judicium reperietur. Quid eſt hoc? tot viri fortes, honeſti, gratioſi, tot Siculi, tot equites Rom. ab uno homine nequiſsimo, ac turpiſsimo læſi, pœnam octupli ſine ulla dubitatione commiſſam non perſequebantur? quæ cauſa? quæ ratio eſt? una illa, judices, quam videtis: quod ultro etiam illuſos ſe, & irriſos ab judicio diſceſſuros videbant. Etenim quod eſſet judicium, cum e Verris turpiſsimo, flagitioſiſsimoque comitatu tres recupera-

tel. prius de erant nobis illa, *ac multo plus*, quæ tamen fuiſſe item in Nannii libris, ſeculum fere eſt quod monuerat: ſed nimirum Belgarum ſcripta alpes non tranſeunt. Grut.

Ullum judicium reperietur) Nullus exſtitit, qui judicio decumanum ſit perſequutus. Hott.

Sine ulla dubitatione commiſſam) *Commiſſa pœna, multa*, hereditas dicitur, cum quid quamobrem peti poſſit, commiſſum eſt. Idem.

Illuſos & irritos) *Irriſos*, non dubito quin ſit legendum: quam ſcripturam etiam in impreſſis veteribus nonnullis reperio. Idem. *Quod ultro etiam illuſos ſe, & irritos ab judicio deceſſuros videbant*) Vetus: *Quod ultro etiam inluſos ſe & irriſos ab judicio deceſſuros viderbant*. Nann. *Quod ultro etiam illuſos ſe & irriſos ab judicio diſceſſuros videbantur*) Pro *irriſos*, ut eſt a quibuſdam emendatum, placet ut reponatur *irritos*, quo modo prius legebatur: nam *illuſos* & *irriſos* idem fere eſt: præterea *irritus* refertur ad fruſtrationem iudicii, non ad ludibrium: nam de perſonis dici, teſtimonio eſt Tibullus illo verſu:

Venit & a templis irrita turba domum. F. Ursin.

Illuſos ſe & irriſos) Sic Nannii, ſic Metelli codex: placuitque prorſus Guilielmio, præ vulgato *irritos*, quod & in Pall. & Urſiniano: tamquam *irritum*, vox ſit ſacrorum, cum res divina non recte facta. Tibullus: *Venit & a templis irrita turba domum*. Ita & Iuriſconſultis, *teſtamentum irritum*, non recte factum. Gruter. In Francii primo ſcribitur quoque *irritos*. Grav. Neque aliter vetus Veneta, Naugerius, Manutius. Quibus cum codices tam multi faveant, neſcio, cur omnes recentiores Gruterum, & Lambinianas ſequi maluerint, & Urſini judicium plane contemnere. Neque enim perperam hic judicavit. In ipſo Tibullo & citatus verſus II. 3. 22. a Grutero fruſtra removetur cum *irrita turba* ibi ſit *fruſtrata*, & alter eſt locus II 5. 102. quo *irrita maledicta* valent *effectu carentia*, quo ſenſu paſſim hæc vox occurrit, ut *labor irritus*, ideſt, fruſtra ſuſceptus: quod ipſum cur ad fruſtratos homines, votique impotes transferri nequeat, ſane non video. Neque unus porro transtulit Tibullus, verum etiam Virgilius II. Æneid. 459. ubi de pugnante ait, *& variis adſultibus irritus urget*. Multa oratores habent poetis affinia: hoc ei dico, ſi quis poetarum teſtimonia forte repudiat. Garaton.

Non

peratorum nomine aſſediſſent, aſſeclæ iſtius, non a patre ei traditi, ſed a meretricula commendati? Ageret videlicet cauſam arator: nihil ſibi frumenti ab Apronio relictum, bona ſua etiam direpta: ſe pulſatum, verberatumque diceret; conferrent viri boni capita: de comiſſatione loquerentur inter ſe, ac de mulierculis, ſi quas a Prætore abeuntes poſſent deprehendere; res agi videretur; ſurrexiſſet Apronius, nova dignitas publicani, non, ut decumanus, ſqualoris plenus, ac pulveris; ſed unguentis oblitus, vino, vigiliiſque languidus; omnia primo motu, ac ſpiritu ſuo vini, unguenti, corporis odore compleſſet; dixiſſet hæc, quæ vulgo dicere ſolebat, non ſe decumas emiſſe, ſed bona, fortunaſque aratorum: non ſe decumanum eſſe Apronium, ſed Verrem alterum, dominum illorum, ac tyrannum. Quæ cum dixiſſet, illi viri optimi de cohorte iſtius recuperatores, non de abſolvendo Apronio deliberarent, ſed quærerent, ecquo modo petitorem ipſum Apronio condemnare poſſent.

13. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, ut quantum vellet, poſceret, quantum popoſciſſet, auferret, hoc tibi defen-

Non a patre ei traditi) Quis hic patri locus? Franc. *non a populo Romano ei traditi*; quod verum eſſe videtur. Nam quamvis ipſi Prætores legerent comites ſibi & contubernales: videntur tamen a ſenatu & populo nonnulli eis fuiſſe commendati. GRÆV. Vitium codicis manifeſtum vir ſummus tuetur. Verres patrem habebat, a quo probatos, & honeſtos comites eum accipere fuiſſet æquum. Quis umquam audivit, populum Romanum hæc tam puſilla curaſſe? GAR.

Conferrent viri boni capita) Sic Livius II. 45. *Conſules velut deliberabundi, capita conferunt, diu colloquuntur*. Pro quo Plautus dixit, *conferre ſermones inter ſe*. HORTENS.

De comiſſatione) Pluribus verbis oſtendi in commentariis Horatianis, *comiſſari*, & *comiſſationem* eſſe dicendum, non, *comeſſari*, & *comeſſationem*: idque ex Varrone. LAMB. Adde Voſſium in Etymologico. GAR.

Res agi videretur) Simularent ſe colloqui & conferre de aratoris controverſia. HOTT.

Nova dignitas publicani) Habitu & ornatu multo magis exculto, & nitenti, quam quo ſolent eſſe publicani. HOTT. Vide Manutium.

Sed quærerent, quomodo petitorem ipſum Apronio permiſiſſent, ut quantum vellet, poſceret) Vetus codex integra fere periodo plenior eſt: *Sed quærerent, quomodo petitorem ipſum Apronio condemnarent, hanc tu licentiam diripiendorum aratorum, cum decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, ut quantum vellet, poſceret*. Ingens hic vulnus perſanatum eſt. NANNIUS. *Petitorem ipſum Apronio condemnare p.*) Alias, *permitterent*: alias, *condemnarent*: al. *condonarent*. LAMB. *Quærerent, ecquo modo petitorem ipſum*

ſenſionis ad judicium tuum comparabas, *habuiſſe te edictum*; *recuperatores daturum in octuplum?* Si mehercule ex omni copia conventus Syracuſani, ſplendiſsimorum, honeſtiſsimorumque hominum, faceres poteſtatem aratori non modo rejiciundi, ſed etiam ſumendi recuperatores; tamen hoc novum genus injuriæ ferre nemo poſſet, te, cum tuos omnes fructus publicano tradidiſſes, & rem de manibus amiſiſſes, tum bona tua repetere, ac perſequi lite, atque judicio. Cum

ipſum Apronio condemnare &c. Apronio permiſiſſes) Exemplaria Italica in hunc uſque diem integra deſtituuntur periodo; quam inventi libris noſtris, auctoritate codicis Nanniani; cui accredit & liber Metelli, habent, inquam, pleræque editiones tantum, *quærerent quomodo pet. ipſum Apronio permitterent*, perperam. GRUT. Cur *petitorem ipſum?* quem alium condemnarent? Dein omnes aratores petitores damnabant hi comites Verris. Adde, *damnare Apronio*, durum admodum eſt, quamvis norim poſſe explicari, in Apronii gratiam condemnare. Sed quo magis hæc conſiderabis, eo abſurdiorem eſſe ſententiam deprehendes. Scripſit Cicero *condonare Apronio*, hoc eſt non modo damnare, ut perdat, quod petebat ſibi reſtitui, ſed & Apronio petitorem ipſum tradere vexandum pro lubitu. Sic pro Cluent. 69. Pro Flacco 11. & multis aliis locis. GRÆV. Adjuvat Grævium varietas Lambiniana, *condonarent*. Quam probum, atque Tullianum hoc ſit, etiam index Erneſti docebit. Sed *condemnare Apronio* ita defendi poteſt, ut ſit, cogere aliquid Apronio dare, a quo ipſe petitor octuplum debuiſſet accipere. Sic II. Accuſ. 8. *Hunc hominem Veneri abſolvit, ſibi condemnat*. GARATON.

Ad judicium tuum) Ad hanc accuſationem. HOTTOM.

Habuiſſe te edictum) Id eſt, in edicto: niſi forte ita ſit legendum ut paucis verſibus interjectis, *Item habuit in edicto, &c.* IDEM. Tamen eodem modo I. Acc. 45. *Si habuiſſet iſte edictum, quod ante iſtum, & poſtea omnes habuerunt*. Dicitur enim abſolute, *habuiſſe te edictum*, nota loquendi forma. Verres ajebat; habebam edictum, ex quo petenti recuperatores dediſſem. GAR.

Te cum tuos omnes fructus) Secunda perſona poſita exempli cauſa: quaſi dicat aratorem aliquem: nota locutionem. HOTT.

De manibus amiſiſſes) Hortenſius emendat, *emiſiſſes*, locumque laudat pro Cæl. 28. Plures ex uno Livio dediſſet Drak. ad XXII. 3. Quin imo iſta paſſim confunduntur, ut vere obſervat Burmannus ad Phædr. I 13. 10. Hujus eximiam lege adnotationem. Quid enim? Hic varietas, quod perrarum eſt, nulla conſpicitur. Quæ licet adeſſet, vulgata præſtaret tamen: ſi ex Burmanni regulis eſt eligendum, ad quas hunc ipſum locum ille retulit. Nam invitus utique rem de manibus arator amiſit: quod cum in illo Cælianæ loco contra ſit, & hic *amittere*, & ibi *emittere* aptiſſima ſunt. Livius etiam XXIX. 32. *Maſiniſſam ſaucium prope e manibus inter tumultum amiſit*. Sed urget Hortenſius illud *tradidiſſes* cum hoc verbo non convenire. Eſt aliquid: nam ſcientes *emittunt*, ipſo volente Burmanno. Tamen quod per vim traditur potius *amittitur*: caput enim rei non ſcientia eſt, ſed voluntas. GARAT.

Tum bona tua repetere, ac perſequi) Terentius in Eunucho:

Sed tu quod cavere poſſis, ſtultum admittere eſt.
Mala ego nos proſpicere, quam hunc ulciſci accepta injuria. HOTTOM.

Lite, atque judicio) Notandum eſt, quod in veteri Veneta perſcribitur, *liti*. Videtur enim hæc ablativi terminatio ceteris ſimilibus addenda,

quas

Cum vero verbo judicium ſit in edicto, re quidem vera tuorum comitum, hominum nequiſsimorum colluſio cum decumanis, ſociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius judicii mentionem facere, præſertim cum id non modo oratione mea, ſed etiam re ipſa refellatur? cum in tantis incommodis aratorum, injuriiſque decumanorum, nullum ex iſto præclaro edicto non modo factum, ſed ne poſtulatum quidem judicium inveniatur? Erit tamen in aratores lenior, quam videtur; nam, qui in decumanos octupli judicium ſe daturum edixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum. Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum, aut inimicum fuiſſe? quanto lenior eſt, quam in publicanum? Edixit, ut, quod decumanus edidiſſet ſibi dari oportere, id ab aratore magiſtratus Siculus exigeret.

quas collegit Voſſius II. de Analog. 17. Ita *civi* II Acc. 13. Priſcianum legiſſe, ac propugnaſſe vidimus. Idem, ſi quid hoc ad rem pertinet, accuſativum pluralem *iſtis* dabit infra c. 57. GARAT.

Colluſio) Neque Siculi dentur judices, neque alii, qui nomine judices: reverа, ſocii in præda & furtis eſſent. HOTTOM.

Procuratoribus) Qui tibi in prædando operam ſuam navarent. IDEM.

Tamen audes illius judicii mentionem facere) Vetus: *Tamen audes ullius judicii mentionem facere*. Sed vulgata magis placent: non enim de numero agitur judiciorum, ſed de ipſa natura judicii. NANNIVS. *Illius judicii mentionem facere*) Malebat Guilielmius *ullius*, ut erat & in Met. & Nann. ſed non auſus ſum eidem obſequi, ob rationem quam produxit ipſemet Nannius. GRVTER.

Non modo factum judicium) Non, conſtitutum, ſed habitum, vel exercitum, ut ſi diceret, non modo numquam de ea re judices cognoverunt, &c. *Conſtitui* vero judicium a Prætore dicitur in privatis cauſis, cum judicibus ſumtis imperat, ut de controverſia cognoſcant: quod cum facile, ac perſpicue ex Ciceronis locis innumeris intelligatur, ſane mirum eſt has a Budæo locutiones ad forenſia noſtra vocabula ita translatas in prioribus adnotationibus fuiſſe, ut quod vulgo dicimus: *Facere ſuper aliqua re proceſſum, aut inſtantiam, conſtituere judicium* interpretetur, & in cauſis publicis: *Evacuare finem non procedendi, conſtituere quæſtionem*; cujuſmodi alia ſunt in iiſdem adnotationibus permulta; quæ latinæ linguæ ſtudioſus facile animadvertet. HOTTOM.

In quadruplum daturum) Si minus arator dediſſet, quam popoſciſſet Apronius: infra. IDEM.

Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum aut inimicum fuiſſe) Non dubito quin pro *inimicum* ſit legendum, *iniquum*, quomodo legebat etiam Faernus. F. VRSIN. Vide Drak. ad Liv. XXVIII. 29. GARAT.

Magiſtratus Siculus) In eo autem injuria eſt, quod ſi plus quam debeat, arator dederit, idque velit repetere, ad magiſtratum Siculum petere non poſſit: ſcilicet a quo tantumdem ſolvere coactus eſt, ſed ad Verris aſſeclas, a quibus iterum damnabitur: *Nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat eſſe?* ut ipſe ait infra. HOTTOM. Falſo Verres oſtendebat, ſe velle decumanis cavere, leniore tamen eorum cauſa judicio in aratores propoſito, quam in eos ara-

ret. Quid dereliquit judicii, quod in aratorem dari poſſet? Non malum eſt, inquit, eſſe iſtam formidinem, ut, cum exactum ſit ab aratore, tamen ne ſe commoveat, reliquus metus judicii ſit. Si judicio a me vis exigere, remove Siculum magiſtratum: ſi hanc vim adhibes, quid opus eſt judicio? Quis porro erit, qui non malit decumanis tuis dare, quod popoſcerit, quam ab aſſeclis tuis quadruplo condemnari?

14. Illa vero præclara eſt clauſula edicti, quod omnium controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem, & decumanum, ſi uter velit, edicit, ſe recuperatores daturum. Primum, quæ poteſt eſſe controverſia, cum is, qui petere debet, aufert?

aratorum cauſa propoſuerit. Cum edixit, ut quantum decumanus ab aratore peteret, magiſtratus exigeret, nihil *dereliquit judicii*, nullum judicio huic, quod ipſe in aratores proponebat, locum reliquit. Quid enim judicio decumani petant, quod ſine judicio ex magiſtratuum coactione, h. e. ex edicto, poſſunt certiſſime obtinere? At Verres obtendebat, ſe voluiſſe aratorum poſt exactionem querelas præcidere. Reſpondet Cicero, horum alterutrum non eſſe neceſſarium; vel illi non eſſe vim inferendam per magiſtratum Siculum, quem judicio cogere velis, vel judicio nihil opus eſſe, ſi tantum dare per vim, quantum petitur, arator cogitur. FERRATIVS. Hoc edicti caput videtur pro debito habere, quidquid petatur: quod maxime contrarium eſt altero illi capiti, quo actio in octuplum aratori dabatur, eamque actionem inutilem reddit. Hinc aratores mallent, quod peteretur, dare, vi etiam illa remota; ſolo quadrupli metu, cum certa damnatio immineret: neque, cum per vim dederint, repetere auderent. GARAT.

Quid dereliquit judicii) I.e. Quos judices? Siculos enim relinquere judices in condictiunis cauſa debebat. HOTTOM. Franc. *quid reliquit judicii*. GRAEV. Fortaſſe præferendum hoc eſt, ut magis apertum, aptumque ſententiæ, quam unus vidit, Manutio, Hottom. Hortenſio errante, Ferratius. Sane Lambinum, & MSum ad ejus marginem *quid eſt reliqui judicii* exhibentem omnes recte abire juſſerunt. Sed hoc quoque ortum ex vulgata, & hæc proba videtur. Eamdem varietatem invenit Cortius in Salluſt. Cat. XIX. 6. GARAT.

A me vis exigere) Verba ſunt decumani. Si vis id, quod plus quam debebas ſolviſti, judicio repetere. HOTTOM.

Quam ab aſſeclis tuis quadrupli condemnari) Vetus: *Quadruplo condemnari*. NANN. *Quod popoſcerit, quam ab aſſeclis tuis quadruplo condemnari*) Sic quoque Met. & Fabr. quippe vulgata *poſcerent*, &, *quadrupli*; quod ultimum damnant etiam Nannii exemplaria calamo exarata. GRUTERUS. Lambinus edidit certe *popoſcerint*, nihil tamen monuit de Fabriciano: neque aliter puto edere voluiſſe Gruterum, quem tamen errantem omnes ſecuti ſunt. Lege igitur, ſi placet hoc, cum Lambino: neque enim illa eſt contemnenda vetus, & firma lectio, *poſcerent*. GARAT.

Si uter velit) Ita ſe edicti injuriam poſſe tegere putabat, ſi judicium hoc recuperatorum in utrius arbitrio reliquiſſet. Atqui non erat dubium quin hos decumani judices poſtularent. Sed paullo infra ſemel atque iterum ſic ſcriptum eſt, *ſi uter volet*; quo modo qui-

aufert? & cum is non, quantum debetur, ſed quantum commodum eſt, aufert? ille autem, unde ablatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poteſt? deinde in hoc homo luteus etiam callidus, ac veterator eſſe vult, quod ita ſcribit, SI VTER VOLET, RECVPERATORES DABO. Quam lepide ſe furari putat? Vtrique facit poteſtatem, ſed utrum ita ſcripſerit, *ſi uter volet*, an, *ſi decumanus volet*, nihil intereſt; arator enim tuos iſtos recuperatores numquam volet. Quid? illa cujuſmodi ſunt, quæ ex tempore ab Apronio admonitus edixit? Q. Septitio, honeſtiſsimo homine, equiteque Romano, reſiſtente Apronio, & affirmante, ſe plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repenti-

quidem ſcripſiſſe hoc loco Tullium ſuſpicamur. HOTTOM.

Homo luteus) Id eſt, homo nihili, ut in Piſonem, *ex luto & argilla factus*: & in VI. actione, *luteum negotium*, id eſt, futile. Sed Veneti & alii quoque libri *lynceus* perpetua ironia. I. CAMERAR. *Homo lynceus*) In Aldino & aliis quam multis, *luteus*: quæ lectio melior eſt ſine controverſia. Nam quid hoc ſignificat? Homo cum ſit lynceus, tamen vult videri callidus. Ecquinam enim callidi ac verſuti ſunt, niſi lyncei? At *lutei* dicuntur, hebetes & tardi, ut apud Plautum in Truculento: *Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam*. Talem autem fuiſſe Verrem cum ſæpe alibi, tum hoc loco declarat, quem ſubjiciam ex ſuperioribus: *Itaque excogitat quid? nihil ingenioſe, nihil quod quiſquam poſſit dicere improbe, verum callide: nihil ab ipſa tectum, nihil veteratorium exſpectaveritis: omnia aperta ac perſpicua reperientur, imprudentia, amentia, audacia*. HOTTOM. *Homo luteus, etiam callidus, &c.*) Sic repoſui, ſecutus codices emendatiores, in his Aldinos. *Luteus* autem, id eſt, hebes, & ſtultus, & nullius judicii, atque ita Hottomannus quoque emendavit: malim tamen legi, *bliteus*. LAMBIN. *Homo luteus*) Sic Pal. pr. Met. & Aldinæ; at veterrimæ quæque *lynceus*; quod retinuit Victorius, ac Lambinus: reprehendit autem Hottomannus: reperi in Pal. ſec. *lautus*; quod non admodum diſplicet. GRVT. Certe Lambinus edidit *luteus* (quemadmodum heic edidimus) ut ex ipſa ejus adnotatione conſtat: quod & monuerunt, & mutarunt editionis ejus repetitores. GARAT.

Si Decumanus volet) Deeſt, *volet*, in veteri Veneta, & poteſt abeſſe: ſed eſt in ceteris omnibus. IDEM.

Iſtos recuperatores numquid volet) Vetus: *Tuos iſtos recuperatores numquam volet*: puto rectius eſſe ſi aſſertive, quam ſi interrogative legatur. NANN. *Tuos iſtos recuperatores numquid volet*) Secutus olim eram libros fere omnes vulgatos, quibuſcum congruunt duo manuſcr. ſed in exemplis Caroli Stephani impreſſum eſt, *numquam volet*; quod ſi ſine nota interrogationis legatur, non eſt rejiciendum, immo vero, ſcripturis omnibus, meo quidem judicio, anteponendum: quod ego eo certius aſſevero, quod cod. ille longe omnium antiquiſſimus, atque optimus ita habet. LAMBINVS. Magis placet, ut eſt in antiquo libro, *numquam volet* ſine interrogationis nota. F. VRSIN. *Numquam volet*) Eſt a Nann. & Met. nam publicatur paſſim, *numquid volet?* GRVTER.

Peculiare edictum repentinum) Novum, ac Verris proprium Manutius intelligit. Permulta erant hujuſmodi, atque hoc etiam utique. Sed non ea res hoc loco exagitatur. Exem-

pentinum, ne quis frumentum de area tolleret, ante quam cum decumano pactus eſſet. Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum corrumpi in area patiebatur: cum illud edictum repente uberrimum, & quæſtuoſiſſimum naſcitur, ut ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Hoc edicto non Siculi, nam eos quidem jam ſuperioribus edictis ſatis perdiderat, atque afflixerat, ſed iſti ipſi equites Romani, qui ſuum jus retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis Prætoribus gratioſi, vincti Apronio traditi ſunt. Attendite enim, cujuſmodi edicta ſint. NE TOLLAT, inquit, EX AREA, NISI ERIT PACTVS. Satis hæc magna vis eſt ad inique paciſcendum; malo enim plus dare, quam non mature ex area tollere. At iſta vis Septitium, & nonnullos Septitii ſimiles non coërcet: qui ita dicunt: Non tollam potius, quam paciſcar. His hoc opponi-

plum eorum apponitur, quæ Verres *ex tempore ab Apronio admonitus edixit*. Scilicet non initio anni, quo jam provinciale ſuum edictum Verres in albo propoſuerat, ſed *ex tempore*, Apronio ex hac nova cauſa urgente, quoddam edictum fecit *peculiare*, ac *repentinum*, quod repente ſcribi juſſit peculiariter, & quaſi nominatim in Q. Septitium, quocum habebat controverſiam Apronius. FERRATIVS. De his edictis repentinis diximus ad I. Acc. 43. 46. Infra c. 20. *Subito, atque ex tempore nova naſcebantur edicta*. Totum vide locum ea confirmantem, quæ, illo non animadverſo, tradit Ferratius. GARAT.

Antequam cum decumano pactus eſſet). Tranſegiſſet de ſumma decumæ nomine perſolvenda. HOTTOM.

Et imbri) Conſentiunt in hoc editiones, quas vidi, omnes, & Priſcianus p. 763. ed. Putſ. Vide Voſſium II. de Anal. 12. Priſcianus, *in area corrumpi*, verbis tranſpoſitis. GARAT.

Ad aquam deportatas) Ad litus freti Siculi, unde Romam avehantur decumæ: ſic infra: *Coge ut ad aquam tibi* (*id quod ſummi juris eſt*) *frumentum Ennenſes metiantur*, &c. HOTTOM.

Haberent) Aratores, ſive agrorum vectigalium poſſeſſores, quos neſcias, an vox illa *omnes* deſignet, an vero ad *decumas* ea pertineat, & ita politum ſit verbum *haberent*, ut ſæpe apud optimos auctores, abſolute, nomine, a quo pendent, ſubaudito, hujuſmodi verba ponuntur. Vide Perizonium ad Valer. Max. II. 2. Dukerum ad Liv. IX. 1. Drakenb. ad XXXIV. 56. Cortium ad Salluſt. Catil. LI. n. 40. & quos ille citat. Hanc enim ſuſpicionem injecit mihi ſimilis locus infra c. 20. *Vt ante Kalendas Sextiles decumas deportatas haberent*: ubi & id verbum tutiſſimum, quod ad codices, eſt, & ita certe, ut dixi, ponitur: ut jam ſi quis haud aliter hic quoque contendat poſitum, facile ſim conceſſurus. GARAT.

Sed illi ipſi) Omnes ad unum libri veteres, *ſed iſti ipſi*: quod non video cur temere ſit mutandum cum præſertim eos demonſtret, quos in judicium produxerat. HOTTOM.

At iſta vi Septitium) Vetus: *At iſta vis Septitium*, &c. NANN. *At iſta vis Septitium*) Hoc quoque firmat auctoritas Met. & Nann. vulgata *at iſta vi*. GRVTER.

Ne tollam potius quam paciſcar) Malo in area relinquere, quam inique tran-

ponitur, deportatum habeas ante Kalendas Sextiles. Deportabo igitur. Niſi pactus eris, non commovebis. Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area. Prohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem.

15. Iam vero illud non ſolum contra legem Hieronicam, nec ſolum contra conſuetudinem ſuperiorum, ſed etiam contra omnia jura Siculorum, quæ habent a ſenatu, populoque Romano, ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. Statuit iſte, ut arator decumano, quo vellet decumanus, vadimonium promitteret; ut hic quoque Apronio, cum ex Leontino uſque Lilybæum aliquem vadare-

tranſigere. Sic enim, ut in aliis prope omnibus corrigendum: *Non tollam, p. q. paciſcor*. HOTTOM. *Ne tollam potios, quam paciſcor*) Vetus: *Non tollam potios, quam paciſcar*; ſuperius magis antique, qui *ne*, pro *noo* uſurpabant. NANNIUS. *Noo tollam*) Aſſentior nunc iis, qui hic legi volunt, *noo tollam*, cum præſertim ita ſcriptum ſit in cod. illo ſæpe a me commemorato, Fr. Fabricii Marcodurani, viri doctiſſ. Quamquam vulgatam, *ne tollam*, non auſim damnare: reſpondet enim hoc, *ne tollam*, verbis edicti, *ne tollat*. Tum quidam grammatici veteres, *ne*, pro, *non*, poſitum eſſe volunt. LAMBIN.

His hoc opponitur) Haud aliter Fabr. & Met. non *apponitur*, ut in vulgatis. GRUTER. *Opponitur* jam olim fuit in editione Manutii. GRÆV.

Vim adhibeat) Cogebat invitum decidere aratorem, & inique tranſigere. HOTTOM.

Extra ſuum forum) Moris erat ut in certis provinciæ ſuæ oppidis, magiſtratus Rom. conventum certis temporibus haberent, ubi jus dicerent: & quo qui in vicinia erant vadimonia conſtituerent. Hoc *forum* dicitur, & cum magiſtratus conventum egit, *forum agere* dicebatur. Civitas autem illa *territorium* a Iuriſconſultis appellatur, l.39.§.8. de Verborum Sign. HOTT.

Quod vellet decumanos) *Quo vellet*, ſine dubio, item ut in impreſſis pleriſque libris, corrigendum, ut infra, *Quocumque is vellet*, &c. Quid ſit autem *vadimonium*, in Quintiana explicavimus. IDEM. *Statuit iſte, ut orator decomano quod vellet decomanus vadimoniom promitteret*) Vetus: *Statuit iſte, ut arator decumano, quo vellet decumanos*. Longe id caſtius, ſed non opus eſt ſemper accinere ſuffragium quaſi ſπονδεῖον. NANNIUS.

Com ex Leontino) Agro. *Urbs* enim, *Leontini*, ut ſupra diximus, appellatur. HOTTOM. Sic Victor. Car. Steph. Manutii aliæque vetuſtiores editiones. Lambinus: *cum e Leontino*. Gruterus neſcio unde & cur edidit, *a Leontiois*. Ex Leontino autem; ſcilicet agro, ut recte jam Hottomannus. Nam urbs non dicebatur Leontinum, ut vult Manutius, ſed Leontini, quod perperam idem negat, etiam nunc *Lentini*: vide Cluver. Sicil. antiq. lib.I. c.10. GRÆV. Tamen *e Leontinis* Lambino debetur, quem non Gruterus modo, verum etiam recentiores omnes, Grævio contemto, ſequuntur. Veneta, *ex Leontinis*. Quid ergo? Cum Lambinus nihil moneat, aut quiſquam alius de MSis, Grævium male hactenus deſertum cenſeo. Optime de aratoribus illud, *ex Leontino*; nam ſubauditur *agro*, citius etiam, & promtius, quam idem verbum, aut *fundo*, cum dicitur, *in Tuſculano*, *in Pompeiano*. Nihil porro hoc agro celebrius. Alia erat Livii

tur, ex miſeris aratoribus calumniandi quæſtus accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam ſingulari conſilio reperta ratio, quod edixerat, ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur. Quæ res cum ad pactiones iniquiſsimas magnam vim habuit, ſicut oſtendam, neque ad ullam utilitatem reip. pertinuit: tum vero ad calumnias, in quas omnes inciderent, quos vellet Apronius. Vt enim quiſque contra voluntatem ejus dixerat, ita in eum judicium de profeſsione jugerum poſtulabatur; cujus judicii metu magnus a multis frumenti numerus ablatus, magnæque pecuniæ coactæ ſunt: non quo jugerum numerum vere profiteri eſſet difficile, aut amplius etiam profiteri, quid enim in eo periculi eſſe poſſet? ſed cauſa erat judicii poſtulandi, *quod ex edicto profeſſus non eſſet*. Judicium autem quod fuerit,

ratio cum dixit XXIV. 29. *ex Leontinis legati venerunt*. Longum eſt ab Leontinis ad Lilybæum iter: ſunt enim hæ urbes ad lineæ cujuſdam capita, quæ mediam ab Oriente ad Occaſum inſulam ſecat. GARAT.

Calumniandi queſtus accederet) *Calumniandis*, in patiendi ſignificatione rectius, opinor, legeretur. Multa ſunt apud Ciceronem generis ejuſdem ac ſignificationis, ut illud pro Cælio: *Magnum crimen vel in legatis inſidiandis, vel in ſervis ad hoſpitem necandum ſollicitandis*. HOTTOM. Recepit hanc conjecturam Lambinus, probavit etiam Hortenſius, codices ipſos aliquando, ſi Lambino de ſuis generatim aſſeveranti non credimus, confirmaturos ego confido. GARAT.

Jugera ſationum ſuarum) Columella ſcribit *ſemijugerum* Gallos *Arepennum* vocare. HOTTOM.

Quid enim in eo periculi eſſe poſſet) Non enim ex jugerum numero, ſed ex fructibus perceptis decumæ pendebantur. IDEM.

Cauſa erat judicii poſtulandi) Apronio & ceteris decumanis. Quod ſi pro *poſtulandi*, *formidandi* vetus liber aliquis haberet, lubentiſſimo animo eam lectionem comprobarem. Rationem enim, non cur decumani judicium poſtularint, ſed cur aratores formidarint, exponi oportebat. Et ſic fere loquitur infra: *Iſte, æquiſſimus homo, formidinem illam ſuam miſeris Agyrinenſibus injiciebat, Recuperatores ſe de cohorte ſua daturum*. HOTTOM. *Sed cauſa erat judicii pertimeſcendi*) Sic legendum eſt, non, ut in libris vulgatis, *poſtulandi*; judicii (inquit) de profeſſione jugerum metu, magnus frumenti numerus ablatus, magnæque pecuniæ coactæ ſunt: non quod eſſet difficile numerum jugerum profiteri, ſed quod ex edicto profeſſus non eſſet; propterea quod fuit longior oratio interpoſita, ab illo loco, *Cujus judicii metu, &c.* aliis verbis, ut memoriæ auditoris conſulat, eamdem ſententiam exprimens, *ſed cauſa* (inquit) *erat judicii pertimeſcendi, &c.* LAMBINUS. Inanes argutiæ. Nam dictum eſt modo: *ut quiſque &c. ita in eum judicium de profeſſione jugerum poſtulabatur*. Ejus erat *judicii poſtulandi* cauſa, quod quis ex edicto profeſſus non eſſet. Hoc ſcilicet calumniæ velum obducebatur: nam in ipſa profeſſione nihil erat, quod reprehenderes. Neque illa eadem aratoribus judicii pertimeſcendi eſſe poterat cauſa. Fuerit ſane in verbis edicti captionis aliquid: Apronius tamen non minus hac in re quæſtum faciebat, ſed poſtulatione judicii. Cum poſtulaſſet, tum

fuerit, iſto Prætore, ſi, quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis, ſcire debetis. Quid igitur eſt, quod ex hac iniquitate novorum edictorum intelligi velim, judices? Injuriam ne factam ſociis? at videtis. Auctoritatem ſuperiorum repudiatam? non audebit negare. Tantum Apronium iſto Prætore potuiſſe? confiteatur neceſſe eſt.

16. Sed vos fortaſſe, quod vos lex commonet, id in hoc loco quæretis, num quas ex hiſce rebus pecunias ceperit. Docebo, cepiſſe maximas, omneſque eas iniquitates, de quibus antea dixi, ſui quæſtus cauſa conſtituiſſe vincam, ſi prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus uſurum ſe putat, ex defenſione ejus dejecero. Magno, inquit, decumas vendidi. Quid ais? an tu decumas, homo audaciſsime, atque amentiſsime, vendidiſti? tu partes eas, quas

tum denique aratores *cohortis*, & *comitatus* illius metu, qui ſecundum Apronium, vel ipſo tacente, quantumvis manifeſta calumnia, eſſet judicaturus, cum Apronio iniquiſſime decidebant. GARAT.

Quod vos lex commonet) Quæ de pecuniis repetundis lata, de pecuniis ereptis quæri jubet. HOTTOM.

Sui quæſtus cauſa irrupiſſe) Alii, *conſtituiſſe*; quæ conjectura longius a verbo remota videtur omnino. Ego veteris ſcripturæ veſtigia ſecutus, *repperiſſe* legendum arbitrarer. IDEM. *Quæſtus cauſa irrupiſſe convincam*) Vetus: *Sui quæſtus cauſa conſtituiſſe convincam*. NANNIUS. *Sui quæſtus cauſa repeciſſe convincam*) Iam olim conjectura ductus, edendum curavi, *ſui quæſtus cauſa reperiſſe convincam*, maneoque in ſententia, niſi quod pro *convincam*, ſcripſi, *vincam*: ut habent codices veteres. Nam lectio vulg. *irrupiſſe*, ferri non poteſt. Non celabo lectorem tamen, in codice illo antiquiſſ. ſcriptum eſſe, *ſui quæſt. cauſa conſtituiſſe vincam*: quæ ſcriptura mihi magis placeret, ſi legeretur, *inſtituiſſe*, pro, *conſtituiſſe*. LAMBINUS. *Conſtituiſſe convincam*) Sic Pal. Nann. editioneſque exoletæ: neque abit Fabr. aut Met. niſi quod ii *vincam*. Victoriana *irrupiſſe convincam*. Lambinus edidit *reperiſſe vincam*, quod & admiſit Aldus Nepos; natum e conjectura Hottomanni. GRUTER. Nuperrime Pariſiis ediderunt, *ſui quæſtus cauſa cepiſſe*, neſcio quo ſcripto editove meliore auctore. Sed cur reſpuamus, quæſo, tot optimorum codicum ſcripturam? Si conſtituere jus dixit Cicero, *conſtituere judicium*, *actiones*, quæ omnes locutiones apud illum occurrunt, ut in Rull. *Lex, quæ jus melius Sullanis conſtituat, quam paternis*; cur non dixerit etiam *conſtituere iniquitates*, hoc eſt, eorum iniquorum edictorum, ac judiciorum, quæ injuriis infinitis afficiebant aratores, auctorem eſſe. Modo dixit, *iniquitatem novorum edictorum*. Recepi quoque ex Metelli & Fabricii codice *vincam*, hoc eſt, invictis argumentis probabo, ut *vere vincere* apud Plautum. Lib. XI. ad Fam. ep. 28. *Id quidem me capere, niſi & anteacta nota & reliqua mea ſpes tacente me probat, dicendo vincere non poſtulo*. Iuſtin. II. 13. *Cum vincere conſiliis ceteros non poſſet*. GRÆV. Recte Grævius, duoque e noſtris codicibus cum eo faciunt. LALLEM.

Magno, inquit, decumas vendidi) Altera hypophora. *Decumani*, quod magnam vim eis Verres in aratorum bona permiſerat, quamplurimo decumas emerant: quod quia ad ærarii com-

quas te S. P. Q. R. voluit, an fructus integros, atque adeo bona, fortunaſque aratorum omnes vendidiſti? Si palam præco juſſu tuo prædicaſſet, non decumas frumenti, ſed dimidias venire partes, & ita emtores acceſsiſſent, ut ad dimidias partes emendas: ſi pluris vendidiſſes tu dimidias, quam ceteri decumas, cuinam mirum videretur? Quid vero, ſi præco decumas pronunciavit: revera, hoc eſt, lege, edicto, conditione plus etiam, quæ dimidiæ venierunt? tamen hoc tibi præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quam ceteros, quod oportebat, vendidiſſe? Pluris vendidi decumas, quam ceteri. Quibus rebus id aſſecutus es? innocentia? Adſpice ædem Caſtoris: deinde, ſi audes, fac mentionem innocentiæ. Diligentia? codicis lituras tui contemplare in Sthenii Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem. Ingenio? qui teſtes interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris, quantumvis, & te, & patronos tuos, ingenioſos eſſe dicito. Qua re igitur id, quod ais, aſſecutus es? Magna eſt enim laus, ſi ſuperiores conſilio viciſti, poſterioribus exemplum, atque auctoritatem reliquiſti. Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet, inventorem rerum optimarum, ac principem imitabuntur omnes. Quis aratorum, te Prætore, decumam dedit? quis duas?

commodum, & utilitatem maxime pertinebat, ob eam rem Verres ſe populi Romani gratiam, & in hoc judicio defenſionem conciliari poſſe ſperabat. HOTTOM.

Adſpice ædem Caſtoris) In cujus ſartis tectis exigendis ſine ulla religione prædatus es. IDEM.

Diligentiaque) Corrige, *diligentia?* cum interrogandi nota, ut in Aldino, & in multis impreſſis. IDEM. Grævius in V. L. pro his multis impreſſis unam Cratandri citat. In veteri Veneta eſt *diligentiæ*, diphthongo ex voce antecedenti certe repetita. Aldus ſuos habuit codices, item Lambinus. Addo Hervagianam MDXL. quæ cum notis Camerarii prodiit. GARAT.

Codicis lituras) In quo coram delatum facis nomen Sthenii, cum abſens reus eſſet factus. HOTTOM.

Qui teſtes interrogari) Non fuit defenſus priore actione C. Verres, neque interrogati teſtes: adempta conſilio accuſatoris ea facultate Hortenſio, dum in teſtium interrogatione Cicero primam actionem conſumit. IDEM.

Iis tacitum os tuum præbere) Melius forte Metelli *tacitus*: os præbet qui verberari ſe aut contumelia affici impune patitur, ut notum ex Terentii Adelphis. GRUTER.

Ingenioſos eſſe dicito) Conceſſio ironica. Præbuit enim hoc ſilentium occaſionem exiſtimandi populo, nihil eſſe quod poſſent dicere atque defendere. HOTTOM.

Cum

duas? quis non maximo ſe affectum beneficio putavit, cum tribus decumis pro una defungeretur, præter paucos, qui propter ſocietatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam, ſenatuſque bonitatem quid interſit. Senatus, cum temporibus reip. cogitur, ut decernat, ut alteræ decumæ exigantur, ita decernit, ut pecunia pro his decumis ſolvatur aratoribus; ut, quod plus ſumitur, quam debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cum tot decumas non S. C. ſed novis edictis tuis, nefariiſque inſtitutis exigeres, & eriperes, magnum te feciſſe arbitrabere, ſi pluris vendideris, quam L. Hortenſius, pater iſtius Q. Hortenſii, quam Cn. Pompeius, quam M. Marcellus, qui ab æquitate, ab lege, ab inſtitutis non receſſerunt? An tibi unius anni, aut biennii ratio habenda fuit: ſalus provinciæ, commoda rei frumentariæ, ratio reip. in poſteritatem fuit negligenda? cum ita rem conſtitutam accepiſſes, ut & popu-

Cum tribus decumis pro una defungeretur) *Defungerentur* recte ſe habere ſentio. Veneti *defrugeretur*, id eſt, carperetur, haud ſcio an ſine cauſa repoſito verbo, quamvis ruſtico, inuſitatiore tamen, & hoc loco translato. CAMER. *Tribus decumis pro una defungeretur*) Nonnulli impreſſi, *defrugeretur*. Vtra ſit melior, ſtatuere equidem facile non poſſum. Nam fieri poteſt ut hoc verbo facete Cicero ſit uſus: quod ad frugum jacturam, & amiſſionem indicandam non male accommodatum eſt. Id ego, ut vere dicam, neque negare, neque affirmare auſim. Quare doctioribus judicium relinquo, quibus antiquorum codicum major facultas erit. HOTT. *Pro una defungeretur*) Ita omnes MSi noſtri, & edd. uſque ad Victorianam; quæ, *defrugeretur*, hoc eſt *carperetur*, inquit Camerarius. GRVT. Pall. accedit prim. Franc. GRAV.

Temporibus Reipub.) Difficultate rei frumentariæ. HOTT.

Quam M. Marcellus) Vetus: *Quam C. Marcellus*. NANN. Atque adeo ita legendum ex libro ſuperiore c. 3. & ex hoc infra cap. 91. LALL. Optime vir doctus ſuum Marcello huic prænomen reſtituit. Vide ad II. Accuſ. 21. Ex Nannio item, ut ſolebat, jampridem reſtituerat Carolus Stephanus. GARATON.

Vnius anni ratio) Ut vectigal eo anno quam maxime amplificares: in poſterum nihil unde ſolvi poſſet relinqueretur. HOTT.

Ratio Reip. ut ſatis frumenti ex Sicilia ſuppeditaretur) Vetus defectum quem aſteriſcus * indicat eumque permagnum, integerrime reſarcit: *Ratio Reipublicæ in poſteritatem fuit negligenda, cum jure ita conſtitutam accepiſſes, ut & populo Romano ſatis frumenti ex Sicilia ſuppeditaretur*. NANN.

In poſterum fuit negligenda?) Nihil hæc quidem ſcriptura habet vitii per ſe, & eſt bonis ſcriptoribus & ipſi M. Tullio uſitata: ſed quia codex ille antiquiſſ. habet, *in poſteritatem*, ſic eſſe legendum arbitror. LAMB. *In poſteritatem*) Ita Græviani, & noſtri codices, & plerique editi. Quidam maluerunt, *in poſterum*. LALLEM. Nempe Manutius; unde autem, nec ſcio, nec quæro. In Veneta veteri, in Naugeriana, in Hervagiana deſunt hæc omnia, quæ Nannius reſtituit. Manutium, & Lambinianas maluit ſequi

 Gru-

populo Romano ſatis frumenti ex Sicilia ſuppeditaretur, & aratoribus tamen arare, atque agros colere expediret: quid effeciſti? quid adſecutus es? Vt populo Romano, Prætore te, neſcio quid ad decumas accederet, deferendas arationes, relinquendaſque curaſti. Succeſſit tibi L. Metellus. Tu innocentior, quam Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim conſulatus quærebatur, Metello paternus honor, & avitus negligebatur; multo minoris vendidit, non modo quam tu, ſed etiam, quam qui ante te vendiderunt.

17. Quæro, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum quam plurimo venderet, ne tua quidem recentia proximi Prætoris veſtigia perſequi poterat, ut tuis præclaris, abs te principe inventis, & excogitatis edictis, atque inſtitutis uteretur? Ille vero tum ſe Metellum minime fore putaſſet, ſi te ulla in re imitatus eſſet: qui ab urbe Roma, quod nemo umquam poſt hominum memoriam fecit, cum ſibi in provinciam proficiſcendum putaret, litteras ad Siciliæ civitates miſit, per quas hortatur, & rogat, ut arent, ut ſerant beneficio populi Romani. Hoc petit aliquanto

Gruterus: nam Lambino, ut vides, alia mens fuit, eui, & Nannio ille rectius adhæſiſſet. Tamen ſectatores invenit multos, in his Gronovium, Verburgium, Olivetum. Inſolentem viſam exiſtimo locutionem. Verum ita locutus eſt Tullius etiam infra c. 55. & in Catilin. l. 9. 12. GAR.

Quid aſſecutus es? ut pretore te, neſcio qoid ad decumas accederet) Vetus: *Quid aſſecutus es, ut pop. Rom. pretore te neſcio quid, &c.* NANN.

Tibi enim conſulatus) Populi ſumma erat poteſtas in creandis magiſtratibus; itaque inire omnes a populo gratiam ſtudebant, ad quam aditus iis facillimus patebat, qui ærarium locupletaſſe putarentur. Eſt autem ironia. Minus ne Metellus locupletare ſtuderet ærarium, ut paternum avitumque honorem conſequeretur. HOTT.

Serant in beneficio populi Romani) In iis agris qui cum eſſent publicati, tamen illis ſunt redditi: infra. IDEM. *Litteras ad Siciliæ civitates miſit, per quas hortatur, & rogat, ut arent, & ſerant in beneficio pop. Rom.*) Vetus: *Litteras ad Siciliæ civitates miſerit, per quas hortatur, & rogat, ut ſerant beneficio* pop. Rom. ut vel *in* ſubintelligas, vel *beneficio*, hoc eſt, *beneficium*, ſive in *beneficium* interpreteris, ut ſit ſeptimus caſus. NANN. *Serant in beneficio populi Rom. Hoc petit &c.*) Lambinus edidit; *ſerant. In beneficio populi Rom. hoc petit*. Nannii codex non habet vocem *In*: legitque ſtatim, *propter hoc petit, &c.* Locus lubricus. GRVT. *Beneficia* dici agros, qui cum publicati eſſent, redditi erant Siculis, quis ſibi perſuadeat? Beneficia populi Romani ſæpe magiſtratus appellant: ſed non agros populo victo conceſſos. Præterea *ſerere in beneficio populi Romani*, pro in agro, quem debent gratiæ Romanorum Ciceronem ſcripſiſſe quis eredat? In Seneca, Valerio Maximo, aut aliquo declamatore apud Senecam patrem ſi legerem, forte non rejicerem. Sed Ciceronem ſic locutum unquam eſſe in animum inducere non poſſum ut credam. Mihi igitur perſua-

quanto ante adventum ſuum: & ſimul oſtendit, ſe lege Hieronica venditurum, hoc eſt, in omni ratione decumarum nihil iſti ſimile facturum. Atque hæc, non cupiditate aliqua ſcribit adductus, ut in alienam provinciam mittat litteras ante tempus: ſed conſilio; ne, ſi tempus ſationis præteriiſſet, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. Cognoſcite Metelli litteras. Recita epiſtolam L. Metelli.

18. LITTERÆ L. METELLI. Hæ litteræ, judices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt; glebam commoſſet in agro decumano Siciliæ nemo, ſi Metellus hanc epiſtolam non miſiſſet. Quid? Metello divinitus hoc venit in mentem: an ab Siculis, qui Romam frequentiſsimi convenerant, negotiatoribuſque Siciliæ doctus eſt? quorum, quanti conventus ad Marcellos, antiquiſsimos Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, Cos. deſignatum, ceteroſque illius provinciæ neceſſarios fieri ſoliti ſint, quis ignorat? Quod quidem judicium nullo umquam de homine factum eſt, ut abſens accuſaretur ab iis palam, quorum in bona, liberoſque ſummum imperium, poteſtatemque haberet. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de iſtius pravitate, & injuriis deplorare, & conqueri mallent. Quas litteras cum ad omnes civitates prope ſuppliciter miſiſſet

ſuaſiſſimum eſt Tullii manum eſſe, quam ſervavit vetus Nannianus: *Ut arent, & ſerant beneficio populi Romani*, ut ſecure publicum agrum arent, & ſerant, ſe beneficio populi Romani uſuros, nec plus ab iis quemquam exacturum quam lege Hieronica, aliiſque, quas beneficio populi Romani haberent, liceret. Ne ſe patiantur novis illis edictis Verris quæ beneficium populi Romani pæne everterant, deterreri ab arando, & ſerendo: uſuros illos, ſe prætore, beneficio populi Romani, quo ante Verris præturam uſi fuerant. GRÆV.

Hoc petit aliquanto ante ſuum adventum) Vetus: *Propter hoc petit aliquanto ante ſuum adventum*. NANN.

In alienam provinciam) Nondum enim Verres deceſſerat. HOTT.

Frumenti hornotini) *Hornum & hornotinum*, quod ipſius anni eſſet, veteres dicebant. IDEM.

Metello divinitus hoc venit) Sine conſilio & ratione, quaſi hoc a diis eſſet infuſum ejus menti. Suet. Iul. I. *Satis conſtat Sullam &c. tandem proclamaſſe, ſive divinitus, ſive aliqua conjectura*. GRÆVIUS.

Ab Siculis doctus eſt) Mallem, *edoctus*. GUIL.

Quod quidem judicium) Quæ teſtificatio exiſtimationis, quam de ſuo Prætore provinciales haberent. HOTT.

Tanta vis erat injuriarum) Legendum fortaſſe eſt: *Tanta vis erat iſtius injuria-*

Digitized by Google

ſiſſet Metellus ; tamen antiquum modum ſationis nulla ex parte adſequi potuit ; diffugerant enim permulti , id quod oſtendam : non ſolum arationes , ſed etiam ſedes ſuas patrias iſtius injuriis exagitati reliquerant . Non mehercule criminis augendi cauſa dicam , judices : ſed , quem accepi ipſe oculis , animoque ſenſum , hunc vere apud vos , & , ut potero , planiſsime exponam . Nam , cum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem : ſic mihi affecta viſa eſt , ut hæ terræ ſolent , in quibus bellum acerbum , diuturnumque verſatum eſt ; quos ego campos antea , colleſque nitidiſsimos , viridiſsimoſque vidiſſem , hos ita vaſtatos nunc , ac deſertos videbam , ut ager ipſe cultorem deſiderare , ac lugere dominum videretur . Herbitenſis ager , Ennenſis , Murgentinus , Aſſorinus , Imacharenſis , Agyrinenſis , ita relictus erat ex maxi-

riarum , &c. Alioqui ſubintelligenda vox , *iſtius* . LAMB.

Nulla ex parte exſequi) Efficere ut tantum agri ſereretur , quantum antea ſolebat . HOTT. *Nulla ex parte exſequi potuit*) Vetus : *Nulla ex parte aſſequi potuit* . NANN.

Criminis augendi cauſa dicam) Suſpecta Guilielmio vox *cauſa* , tamquam ſcribæ additamentum . GRUT.

Accepi ipſe oculis animoque ſenſum) Quid mihi agros deſertos intuenti in mentem venerit : quid mihi de iis rebus cogitanti viſum ſit . HOTT.

Sic mihi affecta viſa ſunt) Adeo inculta erant omnia , & horrida : tanta erat vaſtitas & ſolitudo . ID.

Murgentini) Urbs Murgantina ſita in meditullio Siciliæ ad Symæthum fluvium . Sed Enna , cujus incolæ Ennenſes , nunc vocatur *Caſtro Ianni* . GRUT. Quod dixi ad II. Accuſ. 65. *Hennenſis* , & *Henna* eſſe ubique ſcribendum , id quidem ita conſtat , ut nullo alio præſidio jam egeat : addo tamen , quod maxime huc pertinet , virum doctiſſimum P. Burmannum juniorem ad Anthol. Lat. Tom. II p. 550. teſtari , *Hennenſes* in Verrinarum codice Huydecoperiano paſſim diſerte perſcribi . Hoc ipſum ſervavit etiam probe Veneta editio MCDLXXXIII. in hac oratione c. 42. 43. 83. quæ in ſequenti tamen Ætnam , & Ætnenſes vulgari errore ſupponit , hoc ipſo loco , *Etnenſis* , & ita paſſim . Sed contra etiam peccatum eſt , quod mirere , ut in MSo Rigaltiano Minucii Felicis c. 35. & Regio ejuſdem Minucii alio loco apud N. Heinſium ad Claudian. rapt. Proſerp. I. 122. GAR.

Aſſorinus Machærenſis) *Imacharenſis* non *Macharenſis* ſcribendum eſt hic , & infra , ſi Ptolemæo , & Plinii alphabeto Sicilienſi credendum eſt , qui in littera *I* , ponit hanc civitatem , non in *M* , ut quidam emendarunt . FULV. URS. Vere Fulvius . Urbs *Imachara* oppidum Siciliæ mediterraneum ; vide Cluver. Sic. Antiq. II. cap. 8. Sic *Aſſorus* , quæ & *Aſſorium* appellatur , eſt urbs Siciliæ inter Ennam & Agyrium , nunc *Azaro* : vid. eumdem lib. II. cap. 7. Agyrium vero eſt oppidum in ſublimi colle ſitum , nunc *S. Filippo d' Agirone* , & nonnumquam *d' Argirone* , vide cap. 6. ejuſdem libri . GRAEVIUS. *Machærenſis*) An ſic dedit Cicero , ut aliis ſæpe placuit primam hujuſmodi ſyllabam intermittere ? Cluverius tamen & hic alia exemplaria notat habere , *Imacharenſis* , & lib. V. c. 6. *Leonida Imacharenſi* , & cum ſic vocant alii auctores , nunc quoque ſic corrigendum putat lib. II. Siciliæ antiquæ . Nec ſecus ante eum ex Urſini obſervatio-

maxima parte, ut non ſolum jugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Ætnenſis vero ager, qui ſolebat eſſe cultiſsimus, &, quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, cujus antea ſpecies hæc erat, ut, cum obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vererere, ſic erat deformis, atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus; labefactarat enim vehementer aratores jam ſuperior annus, proximus vero funditus everterat.

19. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum, tu in tanta improbitate, tu in tanta acerbitate, in tot, & tantis injuriis? Cum in arationibus, & in earum rerum jure pro-

vatione plures alii. Etiam cap. 42. ſic edidit Victorius. GRONOV. Harduinus ad Plin. III. 8. in emend. n. LVII. codices omnes Cluverianæ lectioni favere teſtatur: audet tamen Plinio adfingere *Hyccarenſes*: quod ipſum Dalecampio ſublegit. Erat hoc in Sicilia oppidum, atque ita in MSis Antonini ſcriptum invenit poſtea Weſſelingius p. 97. Quid inde? Alphabetum Plinianum utramque litteram fert, ſi oculis recte utimur: miror que adeo virum doctum in Miſcell. Obſerv. Amſtel. vol. V. p. 103. hoc idem argumentum feciſſe plurimi, ut Plinio, & Tullio h. c. & 42. *Hemicharenſes* reſtituendos eſſe contenderet. Habet ille ſane meliora: pleroſque ſcilicet Ptolemæi codices, quibus tamen cum Cluverio Plinianos opponas, ipſiuſque Ptolemæi Palatinum; nummum præterea, ſic inſcriptum C. FLAV. HEMIC. LEG. PROPR. vexatum valde, atque ambiguum, ex quo an ille recte ſuam eliciat *Hemicharam*, alii judicent. Incerta mehercule hæc mihi videntur omnia. GAR.

Sed etiam dominorum] Quaſi pro derelictis haberentur. HOTT.

Cujus antea ſpecies] Alii omnes veteres, *cujus antea ſpes*: abſurde, cum de ſpecie, ac viriditate, luxuriaque agrorum loquatur. Mendum natum eſt ex linea impoſita, *ſpes*. IDEM. Vetus: *Cujus antea ſpecies hæc erat, ut cum eum obſitum vidiſſes*, &c. Infinitis partibus rectius iſtud quam illud; loquitur enim de vultu, ut ſic dicam, illius loci, qui talis erat, ut ubertatem videretur polliceri. NANN. *Cujus antea ſpes hæc erat*] MSi Nannii item Pall. *ſpecies*, ſicque edidere Lambinus atque Aldus Nepos. Sed vide num rectius ſit alterum. Tibullus: *Nec ſpes deſtituat*. Mamert. Genethl. Maximiani: *Nullus ager fallit agricolam, niſi quod ſpem ubertate ſuperat*. GRUT. Nihil iſta ſpes agricolarum, quam ſcilicet habent de ſemente, quæque illos fallit, cum nihil metunt, ad hunc locum. Recte veteres libri, & inter hos Francii *ſpecies*, & recte ſunt interpretati Nannius, & Hottomannus. GRÆV.

Siciliam quæreremus] Adeo diſſimilis erat ab illa quam antea videramus, ut non agnoſceremus. HOTT. Lamb. *requireremus*, ceteris refragantibus. GARATON.

Tu etiam audes mihi mentionem facere decumarum, tu in tanta acerbitate] Vetus: *Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum, tu in tanta improbitate, tu in tanta acerbitate*. NANN. *Tu in tanta improbitate*] Hoc totum, quod aberat a libris vulgatis, repertum in antiquiſſ. codice, *in tanta improbitate*, repoſui. LAMB. *Improbitate, in tantu*] Recepi iſthæc ſuaſu MSi Nannii: prius deerant, neque hærent in Pall. nam heic jam deficiunt exemplaria Metelli, atque Hittorpii; magno Criticæ rei malo. GRUT.

re provincia Sicilia conſiſtat, everſis funditus aratoribus; relictis agris, cum in provincia tam locuplete, ac referta non modo rem, ſed ne ſpem quidem ullam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare putabis habere, cum dices, te pluris, quam ceteros, decumas vendidiſſe? Quaſi vero aut populus Romanus hoc voluerit, aut ſenatus hoc tibi mandaverit, ut, cum omnes aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in poſterum fructu illo, commodoque rei frumentariæ populum Romanum privares: deinde, ſi quam partem tuæ prædæ ad ſummam decumarum addidiſſes, bene de populo Romano meritus viderere. Atque perinde loquor, quaſi in eo ſit iniquitas ejus reprehendenda, quod propter gloriæ cupiditatem, ut aliquos ſumma decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interpoſuerit, omnium ſuperiorum auctoritatem repudiarit. Magno tu decumas vendidiſti. Quid ſi doceo, te non minus domum tuam avertiſſe, quam Romam miſiſſe, decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cum ex provincia populi Romani æquam partem tu tibi ſumſeris, atque populo Romano miſeris? quid, ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quam populo Romano miſiſſe? tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, & populo, ac coronæ ſe daturum? Hæc vos antea, judices, audiſtis: verum fortaſſe ita au-

Tam locuplete) Non dubitarem ſcribere *locupleti*, quod ſe hic inveniſſe, Priſcianus diſerte teſtatur p. 765. ed. Putſchii. Idem hoc ex optimo, quem citat, MSo reſtituit Lambinus IV. Acc. I. omnibus deinceps adprobantibus. GAR.

Aliquid te populare putabis habere) Quo gratioſius eſſe apud populum poſſis, quaſi ejus vectigalis amplificaris. HOTTOM.

Partem tuæ prædæ) Si ex tuis furtis partem aliquam tibi detraheres, quam ad decumas adjungeres. ID.

Ut aliquos ſumma decumarum vinceret) Ut pluris, quam alii Prætores, vectigalia venderet. HOTT.

Cerviculam jactaturum) In Hortenſio frequenter actionem & geſtum (cujus, ut ſcribit Val. Maxim. ille perſtudioſus fuit) reprehenſum fuiſſe, Gellius & Quinctilianus teſtatur. ID. Ab contumacibus taurorum cervicibus hoc Tullii dictum translatum putat V. C. Henr. Cannegieterus ad Avian. fab. XXXI. ubi taurum ille ait *cervice minari*. Sed verius, mea quidem ſententia, Hottomannus. GAR.

Et populo ſe ad coronam daturum) Difficilis locus. Nam *coronam* pro multitudine populi (quæ, quia circum ſubſellia totundum facit ambitum, & quaſi circum, *corona* interdum nominatur) non video qui commode hoc loco accipere

cipere poſſimus; tum quod *dare ſe populo*, & conjuncte, *dare ſe ad coronam*, eadem ſententia, tam continenter, mihi non eſt veriſimile dixiſſe Ciceronem: tum quia nulla huic locutioni *dare ſe populo*, vel *ad coronam*, quæ quidem huic loco conveniat, ſubeſſe ſententia videtur. Coronari autem oratores Romæ ſolitos, quaſi qui civem ſervaſſent, civica corona eis deberetur, nuſquam legiſſe memini, niſi forte hoc ſignificet Cornelius Gallus his verſibus, quos ſubſcribemus:

Sæpe perorata percepi lite coronam:
Et datæ ſunt linguæ premia digna meæ.

Apud Donatum autem in Terentii commentariis locum hunc ſic deſcriptum reperio: *Cerviculam jactare, & populo ſe accommodare*. Vidi qui reponendum putarent, *ac coronæ*: pro multitudini populi, quæ (ut dixi) coronam facit: ſed hanc ſententiam jam ante refellimus. Neque jam dubitamus, quin conjectura noſtra vera ſit, Hortenſio ab oratore objici, quod populo ad coronam recipiendam quaſi re bene geſta, & cive ſervato præbiturus eſſet. HOTT. *Et populo ad coronam daturum*) Vetus: *In hoc crimine cerviculam jactaturum, ac populo, ac coronæ ſe daturum*. NANN. *Et populo ſe, ac coronæ daturum?*) Sic reſtitui, codicis illius longe omnium antiquiſſ. auctoritatem ſecutus, cum tamen multo ante ex Donati verbis in Adelph. quamvis corruptis, conjeciſſem ſic eſſe legendum: ſic autem Donatus ad illud Terentii: *Da te hodie mihi; id eſt, inquit, accommoda te ipſum voluntati meæ; nam ad animum tranſtulit, quod eſt corporis*, ut in Eunucho, *mihi ſeſe dare: ſermonem quærere*. Cicero: *cerviculam jactare: populo ſe accommodare*. Hactenus Donatus. Quæ cum ſæpe mihi negotium feciſſent, ut ſuſpecta, atque adeo depravata: quod, cum Donatus exemplum hujus locutionis, *dare ſe alteri*, ex Cicerone proferre deberet, id non præſtaret iis verbis, quæ in vulgatis editionibus reperiuntur: ſenſi tandem, pro *accommodare*, legendum, *ac coronæ dare*, de qua conjectura nullus jam relinquitur dubitandi locus, poſteaquam librorum antiquorum auctoritate comprobata eſt. Coronam autem ſignificare interdum per tranſlationem ſermonis, multitudinem inſtar coronæ circumſtantem, licet ex M. Tullii locis compluribus intelligere. LAMB. Scribendum eſt, ut Nannii codex oſtendit, *populo ac coronæ ſe daturum*, id eſt ſe committere & quodammodo jactare populo & multitudini. Coronam vocabant circumſtantem populi multitudinem, quæ ad judicium ſpectandi & audiendi cauſa convenerat. Cicero in Bruto: *At iſti Attici cum dicunt non modo a corona, quod eſt ipſum miſerabile, ſed etiam ab advocatis deſeruntur*. Solent oratores veteres, ſi quid populare aut magnificum dicerent, in quo exſultare & triumphare eorum oratio poſſet; convertere & applicare ſe ad circumfuſam populi multitudinem, ut ab iis melius oratio excipi & intelligi poſſet; ſicuti contra, cum invidioſum aliquid, & quod minus gratum ad populi aures accideret, ſummiſſe id & ad ſolos judices dicebant. Vtriuſque rei apud Ciceronem in orationibus exempla ſunt. Dicit igitur nunc Cicero. Quid, inquit, Hortenſi, quid eſt? Populare tibi videtur, & in eo jactare cerviculam poteris, quod Verres decumas magno vendiderit? quid ſi doceo, duabus partibus eum plus frumenti furto domum avertiſſe, quam Romam miſiſſe; tamen etiam ne audebis te in hac præclara venditione frumenti jactare, & populo ac circumſtanti coronæ te dare, quibus hanc rem gratam accidiſſe in annonæ caritate putas? *Dare* autem *ſe populo*, idem hoc loco fere valet, quod apud eumdem Ciceronem dialogo de Oratore: *Id quoque toto capite annuit, ut ſe Craſſo daret*. Et epiſtolia ad Atticum: *Video ut equites veſtri huic ſe dent, ut daturi ſint*. Et epiſtolia ad Familiares: *Quare da te homini; complectetur, mihi crede*. I. LIPSIVS. Vera hæc ſunt, inepta, quæ Hottomannus de corona civica oratoribus dari ſolita. Quod etſi verum eſſet, quis tamen ſic loquitur *dare ſe populo ad coronam*, ſcilicet accipiendam. Nemo, mihi crede, nemo. GRÆV. Ad hanc lectionem certiſſimam confirmandam inſignis eſt locus pro Flacco 28. *A judicibus oratio avertitur, vox in coronam, turbamque effunditur*. GAR.

Aucto-

ita audiſtis, ut auctorem rumorem haberetis, ſermonemque omnium. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam, ut ſimul illam quoque ejus vocem improbam agnoſcatis: qui ſe uno quæſtu decumarum omnia ſua pericula redemturum eſſe dicebat.

20. Audimus hoc jamdiu, judices: nego quemquam eſſe veſtrum, quin ſæpe audierit, ſocios iſtius fuiſſe decumanos: nihil aliud arbitror in iſtum falſo eſſe dictum ab iis, qui male de iſto exiſtimarint, niſi hoc: nam ſocii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Ego rem totam, fortunaſque aratorum omnes iſtius fuiſſe dico: Apronium, Veneriosque ſervos, quod iſto Prætore fuit novum genus publicanorum, ceteroſque decumanos, procuratores iſtius quæſtus, & miniſtros rapinarum fuiſſe dico. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui iſtum eſſe prædatum? opinor, ex eo maxime, quod iniquam legem, novamque dixiſſet. Quis enim umquam conatus eſt jura omnia, & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione ſine quæſtu? Pergam, atque inſequar longius: iniqua

Auctorem rumorem haberetis) Notanda locutio: in lib de Officiis I. dixit in eandem ſententiam: *Nihil preter auditum habere*. Hott.

Ejus vocem improbam) Ita & Veneti, & verum eſſe judico. Aliqui *probam* ειρωνικως. quod cum aliqui non advertiſſent, *proorſum* ſuppoſuerunt. Cam.

Uno quæſtu decumarum) Sola ea pecunia, quam ex decumarum venditione conciliavit. Hott.

Omnia ſua pericula) Id eſt, ſi quando in judicium vocaretur, ſe judices largitione corrupturum, & damnationis periculum evaſurum. Id.

Audimus hoc jamdiu) Vulgata *audivimus*; ſed noſtrum eſt a Pall. meliuſque convenit. Gruter.

Procuratores iſtius quæſtus, & miniſtros rapinarum) Vetus, *& adminiſtros*. Nann. Recepit Lambinus: Venera vetus, *quæſtus, comminiſtros*. Retuli particulam Nannianæ lectionis ex collectione Oporiniana, cum in V. L. Grævius τo *&* inde prætermiſerit. Nam erunt aliqui fortaſſe iſti lectioni, quæ optima eſt, cum Lambino faventes. II. Acc. 54. Timarchides dicitur *adminiſter iſtius cupiditatum*: infra c. 33. *libidinis adminiſtros* habes: referta exemplis lexica ſunt. Illud vero plane reſtituendum cenſeo, quod ab editionibus ante Lambinum firmatur omnibus, jam inde ab an. MCCCCLXXXIII. *dico fuiſſe*. In ipſo Nannii codice, *duo fuiſſe*, quæ non varietas eſt, ſed facillima, & manifeſta in v. *dico* legentis aberratio. Mutavit Lambinus ordinem, ut hexametri clauſulam, opinor, tolleret. Sed vide ad I. Act. 7. Tamen ab illo, quantum ſcio, numquam poſtea receſſum eſt. Leve eſt, quod præceſſerit *fuiſſe dico*, ut iterum eodem ordine verba diſponere, MSis invitis, Tullium compellamus. Gar.

Quomodo ex locatione columnarum) Argumentum ex conſentaneis. Nemo gratis eſt improbus. Non pervertit igitur jura & leges Siculorum Verres ſine quæſtu. Hott.

Ini-

iniqua lege vendebas, quo pluris venderes: cur, jam addictis, & venditis decumis, cum jam ad ſummam decumarum nihil, ad tuum quæſtum multum poſſet accedere, ſubito, atque ex tempore nova naſcebantur edicta? nam ut vadimonium decumano, quocumque is vellet, promittere-tur: ut ex area, niſi pactus eſſet, arator ne tolleret: ut ante Kalendas Sextiles decumas deportatas haberent: hæc omnia, venditis jam decumis, anno tertio te edixiſſe dico: quæ ſi reipub. cauſa faceres, in vendundo eſſent pronunciata: quia tua cauſa faciebas, quod erat imprudentia prætermiſſum, id quæſtu, ac tempore admonitus reprehendiſti. Illud vero cui probari poteſt? te ſine tuo quæſtu, ac maximo quæſtu, tantam tuam infamiam, tantum capitis tui, fortunarumque periculum neglexiſſe; ut, cum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniaſque audires; cum, ut ipſe dixiſti, reum te fore putares; cum hujuſce judicii diſcrimen ab opinione tua non abhorreret; paterere tamen aratores indigniſsimis injuriis vexari, ac diripi? profecto, quamquam es ſingulari crudelitate, & audacia; tamen abs te totam

Iniquam legem, novamque dixiſſet) Ne pupillus Iunius a redemtoribus ſocius admitteretur, itaque is excluderetur, cuja res eſſet. ID.

Iura omnia) Forte *jura communia*. GVIL.

Iniqua lege vendebas) Erat iniqua lex, ut tantum arator daret, quantum ſibi deberi decumanus edidiſſet. HOTTOM.

Arator, ne tolleret, Kal. Sextilibus decumas deportatas haberent) Vetus: *Arator ne tolleret, ut ante Kal. Sextiles decumas, &c.* NANN. *Vt ante Kal. Sextiles &c.*) Particulam *ut* adpoſui volentibus membranis Nannii. GRVTER.

Hæc omnia venditis decumis) Vetus, & quidam impreſſi, *Hæc omnia jam venditis*: placet. HOTT. Merito recepit Manutius, neſcio cur reſpuerit Gruterus. GRÆV. Neſcio, cur deinde reſpuerint Verburgius, & Olivetus. Optime retinuit Lallemandus, atque ita in vet. Veneta, niſi quod eo loco *jam* ponitur, quo hic Hottomannus poſuit, item Manutius. Tranſpoſuit cum Lambino Grævius, & Lallem. GARATON.

Tempore admonitus) Quod ita emolumenti tui ratio poſtularet. HOTT.

Reprehendiſti) Vetus: *Tempore admonitus deprehendiſti*. Puto utrumque tolerabile, ut reprehendere ſit retrahere, quod omiſſum erat, & quaſi ſua manu revocare: deprehendere, ſentire, quod antea nondum intellectum erat. NANN. *Reprehendiſti*) Codex vetuſtiſſ. habet, *deprehendiſti*: ego lectionem vulgatam retineo, nonnulli, *repræſentaſti* legi volunt. LAMB. Apage correctores iſtos, qui hic argute inepti ſunt; nam aptiſſimum hoc loco verbum *reprehendendi*; inque fugitivis retrahendis proprie ſedem habet; migrationes in alia multas, ut oſtendit Guilielmius in Veriſimilibus. GRVT.

Cui probari poteſt) Cui fidem facies, quis poterit perſuaderi. HOTT.

Tot

totam alienari provinciam, tot homines honeſtiſsimos tibi inimiciſsimos fieri nolles, niſi hanc rationem, & cogitationem ſalutis tuæ pecuniæ cupiditas, ac præſens illa præda ſuperaret. Etenim, quoniam ſummam, & numerum injuriarum, judices, vobis non poſſum exponere, ſingillatim autem de uniuſcujuſque incommodo dicere infinitum eſt, genera ipſa injuriarum, quæſo, cognoſcite.

21. Nympho eſt Centuripinus, homo navus, & induſtrius, experientiſsimus, ac diligentiſsimus arator: is cum arationes magnas conductas haberet, quod homines etiam locupletes, ſicut ille eſt, in Sicilia facere conſueverunt, eaſque magna impenſa, magno inſtrumento tueretur, tanta ab iſto iniquitate oppreſſus eſt, ut non modo arationes relinqueret, ſed etiam ex Sicilia profugeret, Romamque una cum multis ab iſto ejectis veniret: fecit, ut decumanus Nymphonem negaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, niſi ad hujuſmodi quæſtus pertinebat, numerum

Tot honeſtiſſimos tibi inimiciſſimos fieri nolles) Vetus: *Tamen totam abs te abalienari provinciam, tot homines honeſtiſſimos tibi inimiciſſimos fieri nolles.* NANN. *Tot honeſtiſſimos*) Deeſt vox *homines* poſt *tot*, quæ eſt in manuſcripto; infra etiam *præclara hominum honeſtiſſimorum* legendum eſt, cum in vulgatis deſit vox, *hominum*. F. VRS. *Tot homines honeſt. ac locupletiſſimos*) Tres voces interſertæ ſunt auctoritate libri Nanniani. GRVT. Sed harum duarum vocum & *locupletiſſimos* nullum exſtat veſtigium in veteribus libris Nannii, aliorumque. In margine quidem Lambini conſpiciuntur, ſed hoc nota veteris codicis: *Homines honeſtiſſimos* eſt quoque in Caroli Stephani editione. GRAEV. Voces, *ac locupletiſſimos*, margini adſcripſit Lambinus, ut conjecturas ſuas ſolebat. Appoſitæ ſunt maxime; ſed carent auctoritate. Vocem *homines* abeſſe poſſe, notum eſt: vide ſupra ad c. 4. quam hic tamen non repudio; altero autem loco, quem laudat Vrſinus, cap. 29. infra optime reſtitutam puto ab Lambino, quem omnes poſtea ſecuti ſunt. GAR.

Sigillatim autem) Vetus: *ſingillatim autem*. NANN.

Homo navus.) Vetus Veneta, *gnavus*: & eadem c. 51. *magni, & gnavi aratores*. Vtroque modo veteres ſcripſiſſe putat Drakenborchius ad Liv. III. 41. tamen edit ibi libentius, *navus*, & *naviter* X. 39. GAR.

Arationes magnas conductas) Cum multos agros aratorios colendos ſuſcepiſſet: ex quorum fructibus decumam ſolveret. HOTTOM.

Magno inſtrumento) Iis rebus omnibus, quæ fructus quærendi, cogendi, & coacervandi gratia paratæ ſunt. Sed *inſtrumenti* nomine quæ res intelligantur, cognoſce ex Vlpiano in l. inſtrumento, & l. quæſitum eſt, D. de inſtructo, vel inſtr. leg. In.

Nymphonem negaret ex edicto &c.) Eſt a Pal. ſec. nam pr. *necaret*: vulgata hodie, *vocaret*, & poſt, *profeſſum non eſſet*, contra utrumque MSi. GRVTER. In Francii libro *vocaret* quidem legitur, ſed negandi particula non invenitur. GRÆV. Optime Gruterus.

Æquo

merum jugerum profeſſum eſſe. Nympho cum ſe vellet æquo judicio defendere, iſte viros optimos recuperatores dat, eumdem illum medicum Cornelium, (is eſt Artemidorus Pergæus, qui in ſua patria dux iſti quondam, & magiſter ad deſpoliandum Dianæ templum fuit), & haruſpicem Voluſianum, & Valerium præconem. Nympho, antequam plane conſtitit, condemnatur. Quanti, fortaſſe quæritis: nulla erat edicti pœna certa: frumenti ejus omnis, quod in areis eſſet. Sic Apronius decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum, atque celatum; ſed tritici ſeptem millia medimnum ex Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo jure tollit.

22. Xenonis Meneni, nobiliſſimi hominis uxoris fundus erat colono locatus: colonus, quod decumanorum injurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem judicium dabat illud ſuum damnatorium de jugerum profeſſione. Xenon ad ſe pertinere negabat: fundum elocatum

Æquo judicio defendere) Æquis judicibus. HOTTOM.

Artemidorus Pergamenus) Non ex Pergamo minoris Aſiæ urbe, ſed Perga Pamphiliæ oppido, ut apparet ſupra. *Περγαιος* tamen Strabo appellat: ut fortaſſe *Pergæus*, aut per irriſionem *Perganus* a Cicerone dictum ſit. Veteres quidem omnes libri *Pergameus* habent. IDEM. Gruterus hic ſecutus eſt Manutium; qui legit *Pergæus*. Sed Victor. C. Steph. & Lambin. *Pergamenus*. GRÆV. Imo Lambinus quoque pro ſumma ſua diligentia emendabat, *Pergæus*, quod unice verum eſt. Librarii lineolarum prodigi fecere *Pergameus*: hic eſt errorum fons, & initium. GAR.

Antequam plane conſtitit) An profeſſus numerum jugerum non eſſet. HOT.

Edicta pœna) Corrigendum putarem, *edicti*, in ſecundo caſu, ut modo paullo ante: quid enim edicta pœna ſignificat? ID. Vetus. *Edicti pœna*. NANN. Ita etiam Veneta, Naugerius, Hervagius, Lambinus: hoc itaque præferendum, licet *edicta* rectum ſit. GAR.

Redemtionis) Decumarum, vectigalium. HOTT.

Xenonis Meneni) Ab oppido Μεναι rectiſſime derivatur *Menæus*, quemadmodum eſt apud Silium XIV. 266. de qua lectione vide ibi Heinſium, & Drakenb. Neque aliter Stephanus emendandus, ut multi monuere, qui habet Μενᾶιος: imo id etiam in Diodoro conjiciebat Cluverius Sicil. ant. II. 9. Sed, quoniam in Siculis nummis Μεναινων eſt, editioneſque Tullii probatæ c. 43. idem habent, MSis etiam Lallemandi confirmantibus, Diodorum potius dediſſe puto Μεναινων πολιν, eoſque *Menænos* Latine dictos. Sed etiam *Halæſe*, & *Halæſa* promiſcue dicitur. Quod ſi oppidum ipſum Μεναινον dicebatur, non modo incolæ bene *Meneni*, verum etiam *Menenii* dicentur, ut eſt in MSo Nannii d. c. 43. & a Verburgio, Oliveto, & Erneſto probatur. Vide ibi Grævium. GARATON.

Fundum elocatum eſſe) Veneti: *Fundum eum locatum eſſe, dabat teſtes, judicium*. Forte legendum: *Dabat teſtes, iſte judicium*. CAMERAR. *Fundum eum locatum eſſe*) Omnes alii veteres, *Fundum elocatum eſſe*: quam lectionem tantiſper conſervabo, dum mihi auctoritate alicujus antiqui codicis evincatur.

tum eſſe dicebat: dabat iſte judicium, *ſi pareret, jugera ejus fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus*, tum uti Xeno damnaretur. Dicebat ille, non modo ſe non araſſe id, quod in ſatis erat, ſed nec dominum ejus eſſe fundi, nec locatorem: uxoris eſſe: eam ipſam ſuum negotium gerere: ipſam locaviſſe. Defendebat Xenonem homo ſummo ſplendore, & ſumma auctoritate præditus, M. Coſſetius. Iſte nihilominus judicium H-S. LXXX. dabat. Ille tametſi recu-

eatur. Nam cum proba ſit, & probam habeat ſententiam, eam ſine cauſa immutare, petulantis eſſe arbitror, & facilitate ſtudioſorum abutentis. Diſſimilis eſt ejus loci ratio qui proxime ſequitur; *Dabat teſtes, judicium*: quæ lectio tametſi omnium, quos vidi librorum, auctoritate nitatur, cum tamen aperte vitiata & corrupta ſit, levem & infirmam reddit illorum auctoritatem, quod eodem modo de loco illo judicari volumus, in quo ſcriptum eſt, *quod in ſatis erat*, cum in aliis, *quod ſatis erat*, deminute & vitioſe legatur. HOTTOM. *Fundum eum locatum dicebat*) Vetus: *Fundum eum elocatum dicebat*. NANNIVS. Eadem varietas eſt in L. 9. §. 1. D. de public. & vectig. ſed Florentinus codex tuetur *elocanda*. Etiam vide pro Flacco 28. GAR.

Si pareret jugera ejus fundi) Hoc & in Divinatione expoſui, & in orat. pro Q. Roſcio. Dicitur *&* *ſi paret*, ut apud Vlpianum l. *inter hæc verba*. D. de verb. ſign. & apud Paullum l. *hæc verba*, ſub eod. tit. HOTTOM. Naugeriana ſolito errore, *pateret*, Manutio ſectante. Sed jampridem in Veneta, recte *pareret*, ut etiam dedit Lambinus, & in uno Palatino Gruterus invenit. In Lambinianis pro varietate adſcribitur, *ſi paret*, eoſque non ducit alter Palatinus, quem Gruterus idem ait habere, *ſi apparet*. Vide quæ notavimus ad Divin. 17 namque optimum, & fortaſſe recipiendum eſt hoc, vel unius antiquiſſimi Fabriciani codicis fide, quem ibi Fabricius ipſe *ſi paret* hoc loco exhibere ſectatur, ut jam de Lambini negligentia querendum jure mihi putem. Ab eodem Fabriciano eſt, *ejus fundi*, & a duobus Palatinis, cum antea legeretur, *ejuſmodi fundi*. GARAT.

Tum Xeno damnaretur) Vetus: *Tum uti Xeno damnaretur*. NANN. Sic & Palatinus primus & ſecundus. GRVTER. Non abundat hoc, ut Manutius exiſtimat: nam damnari locator debuiſſet. Iudicium erat tum per ſe iniquum, tum in eum, in quem ne ſic quidem dari oportebat. GAR.

Non modo non araſſe ſe id) Vetus: *Non modo ſe non araſſe id*. NANN.

Id quod in ſatis erat) Ita citat neſcio ex quibus veteribus Hottomannus, & ſecutus eſt P. Manutius; at MSis noſtris & edd. aliis abeſt præpoſitio. GRVT. Hanc deleo cum recentioribus. GAR.

Vxorem eſſe) Vetus: *Vxoris eſſe*. NANN. *Vxoris eſſe*) Ita liber Nannii; aliorum, *uxorem*, quomodo item paſſim vulgata, nec omnino male. GRVTER. *Vxoris eſſe* eſt in editione Caroli Stephani. Sed in Victor. Manut. Lambini, legitur, *uxorem eſſe*. GRÆV. In lectione ipſa nihil intereſt: tamen unico MSo nimium jam omnes poſt Gruterum crediderunt: ejuſque cauſa non mihi videtur vetus, & proba lectio deſerenda. GAR.

H S LXXX.) Coronatorum duum millium. Nam ſubauditur vox *millium*. HOTTOM. Vetus: *M. Coſſetius iſte nihilominus judicium dabat*. Omiſſo numero ſeſtertiorum, neſcio an recte, certe judicium non fuiſſe tum peractum, ſequentia indicant, ſed fieri poteſt, ut in jactandis minis, etiam ſummam multæ oſtentaverit. NANNIVS.

Tum

Digitized by Google

recuperatores de cohorte latronum ſibi parari videbat, tamen judicium accepturum ſe eſſe dicebat. Tum iſte magna voce Veneriis imperat, ut Xenon audiret: *Dum res judicaretur, hominem ut aſſervent; cum judicatum ſit, ad ſe adducant*; & illud ſimul dixit; *ſe non putare, illum, ſi propter divitias pœnas damnationis contemneret, etiam virgas contemnere.* Hac ille vi, & hoc metu adductus, tantum decumanis, quantum iſte imperavit, exſolvit.

23. Polemarchus eſt Murgentinus, vir bonus, atque honeſtus: is, cum pro jugeribus quinquaginta medimna ɪↃCC. decumæ imperarentur, quod recuſabat, domum ad iſtum in jus eductus eſt: &, cum iſte etiam cubaret, in cubiculum

Tum iſte magna voce Veneriis imperat, ut Xenonem adirent, dum res dijudicaretur) Vetus: *Tum iſte maxima voce Veneriis imperat, ut Xeno audiret, dum res judicaretur*. Quod rectius arbitror; voluit enim minas ſuas exaudibiles eſſe ad terrorem reo. IDEM. *Ut Xeno audiret*) Hoc eſt, ut ille exaudire poſſet minas Verris. Sic Ovidius lib. II. Amorum: *Riſit, ut audirem, tenera cum matre Cupido*; emendatio hujus loci eſt ab Nanniano, & Pal. ſec. inepte enim in hunc uſque diem lectum *Xenonem ut adirent*: eique non cohærent illa ſequentia, *ut aſſervent, ut adducant*; quomodo diſerte exſtare in Fabriciano teſtatur Lambinus; nam vulgati heic quoque *dum judicaretur*, item *ut adſervarent*: quid, quod inſolens eſt locutio, *imperat ut adirent*? potius dixiſſet, *adeant*. Palatinus pr. etiam alludit huic correctioni, habuit enim primo *Xenon ut audirent*, moxque ab eadem manu fictum *audiretur*. GRUT. Forte Cicero ſcripſit, *Xenon*, dixerunt enim veteres *Plato* & *Platon*, *Cimon* & *Cimon*, ut alibi oſtendi. Et ſic recte in C Steph. editione paullo ante: *Xenon ad ſe pertinere negabat*. GRÆV. Fugit hos omnes luculentiſſimum Priſciani teſtimonium, qui pag. 690, ita plane legit, ut Nannii codex, & Palatinus: atque adeo *Xeno* hic notat poni pro Græco Ξένων. Vetus quidem Veneta ſemper *Xenon*: variatque Naugerius. Sed, cum de hujus loci lectione plane conſtet, non abſurde ad hunc exigo ſuperiores, ut Gruterus, recentioreſque fecere. Lambinus etiam, *Xeno ad ſe pertinere*; nam *Xeno damnaretur* jam fere in omnibus eſt. Utor politiſſimo Drakenborchii judicio, quem vide omnino ad Liv. XXXIV. 61. ut, quod frequens eſt in MSis optimis, ſequi me porro ſcias. GARATON.

Dum res judicetur, &c.) Quamvis hæc ſcriptura parum a vulgata diſcrepet, tamen quia ita ſcriptum eſt in antiquiſſ. illo codice, arbitror eam illi eſſe anteponendam. LAMBIN. *Judicaretur* eſt in Nanniano, ut & Francii, non *judicetur*, ut edidit Lambinus & Gruterus, GRÆV.

Pœnas damnationis contemneret) Nihilo magis decumanis, quantum vellent exſolveret. HOTTOM.

Is, cum pro jugeribus) Ad hujus loci illuſtrationem ſuadeo videas, quid dicat ſummus vir I. F. Gronovius lib. III. de Pec. Vet. p. 117. VERBURG. Edidit Lamb. *jugeris*. Vide ad c. 47. GAR.

Domum ad iſtum in jus deductus eſt) Vetus; *eductus eſt* hic plenum eſt, quod ſæpius antea nunc *duci*, nunc *educi* nominavit. NANNIUS. *In jus eductus eſt*) Habent iſtud Pall. & Nann. ut omittam edd. rancidæ vetuſtatis; vulgata *deductus*. GRUTER. Vide II. Acc. 26. 37.

culum introductus eſt: quod, niſi mulieri, & decumano, patebat nemini alii. Ibi, cum pugnis, & calcibus conſciſſus eſſet, qui DCC. medimnis decidere noluiſſet, mille promiſit. Eubulides eſt Groſphus, Centuripinus, homo cum virtute, & nobilitate domi ſuæ, tum etiam pecunia princeps: huic homini, judices, honeſtiſsimæ civitatis honeſtiſſimo, non modo frumenti ſcitote, ſed etiam vitæ, & ſanguinis tantum relictum eſſe, quantum Apronii libido tulit: nam vi, malo, plagis adductus eſt, ut frumenti daret, non quantum haberet, ſed quantum cogeretur. Soſtratus, & Numenius, & Nymphodorus ejuſdem civitatis, cum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant, hominibus coactis, in eorum arationes Apronius venit: omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit: poſtea cum ad eum Nymphodorus veniſſet Ætnam, & oraret, ut ſibi

Nemini alii) Reſtitue, *alii nemini*, ut habent editiones, quas vidi, ante Gruterum omnes. Cur hic ordinem gratum auribus immutaverit, & cur ceteri hunc ſolum audiverint, neſcio. GAR.

Conſciſſus eſſet) Eſt a vet. Veneta, & Lambino, MSoque ad ejus marginem. Hinc hauſit Gruterus; deinde repudiavit nemo. Quin de altera lectione *conciſus*, quam præter alios exhibent Naugerius quoque, ac Manutius, ne monetur quidem. Ego vero malim hanc: quam etiam retinet hæc citans Gronovius de Pec. Vet. III. 1. IDEM.

Virtute & nobilitate domi ſuæ princeps) *Suæ* hic æque delendum cenſeo, ut Gronovius lib. II. c. 46. ubi vide cauſas. GREV. Atqui jam ibi recte a parente ſuo Iacobus ipſe diſceſſerat, cujus verba ita retulit Grævius, ut probaſſe diceres. Profecto, ſi *domus* pro patria dicitur, ut nemo negat, & *in patria ſua*, quod etiam modo c. 21. dicebat Cicero, rectum eſt; cur *domi ſuæ* ita damnetur, ut plures locos firmiſſimos emendemus, cauſa nulla eſt. GAR.

Tres fratres conſortes) Nihil muto; fortaſſe tamen moveri hæc verba ſuo loco potuerunt: & poſt vocem *Nymphodorus* temere collocari: cum eo tamen ut ſingulis articulis ſingulæ diſtinctiones apponantur: *Tres fratres*, *conſortes*, *ejuſdem civitatis*, &c. Sunt autem *conſortes*, qui agrum eumdem ſortiti ſunt, & inter ſe poſtea regionibus diviſerunt. HOTTOM. Imo *conſortes* dicebantur coheredes, quamdiu hereditas diviſa non erat. Gloſſæ: *conſortes* κοινόβιοι, σύγκληροι. Inde & *conſortium* ſocietas & communio coheredum. Contra *diſſortes* poſtquam diviſerant. Gloſſæ; *diſſortes* διακληρωθέντες SALMASIUS Exercitat. Plin. Ita recte antea hunc locum explicaverat Cujacius V. Obſerv. 10. ubi agit de conſortibus, quem omnino conſule. GARAT.

Quantum exararant) Collegerant. Vide infra. HOTT.

Hominibus coactis) Probo lectionem vetuſti codicis, *Hominibus exactis*: id eſt, expulſis, ejectis. IDEM. Recepit Manutius, ſed ceteri libri, quos Victorius, Nannius, Lambinus, Gruterus conſuluerunt, omnes refragantur. Hominibus autem coactis eſt, venit cum hominibus, quos collegerat Apro-

ſibi ſua reſtituerentur, hominem corripi, ac ſuſpendi juſsit in oleaſtro quodam: quæ eſt arbor, judices, in foro: tamdiu pependit in arbore ſocius, amicuſque populi Romani in ſociorum urbe, ac foro, colonus, aratorque veſter, quamdiu voluntas Apronii tulit. Genera jamdudum innumerabilium injuriarum, judices, ſingulis nominibus profero: infinitam multitudinem injuriarum prætermitto. Vos ante oculos, animoſque veſtros tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, hujus importunitatem, Apronii regnum proponite. Contemſit Siculos: non duxit homines: nec ipſos ad perſequendum vehementes fore, & vos eorum injurias leviter laturos exiſtimavit.

24. Eſto: falſam de illis habuit opinionem, malam de vobis: verumtamen cum de Siculis male mereretur, cives Romanos coluit, his indulſit, eorum voluntati, & gratiæ deditus fuit. Iſte cives Romanos? At nullus inimicior, aut infeſtior fuit. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera

Apronius ad diripienda iſta bona, non cum liſtoribus, & apparitoribus prætoris. GRÆV.

In oleaſtro quodam) Hodie legitur *quadam*, ſed contra Pall. & edd. veteres. GRUTER. *Quodam* eſt a Manutiis, Nannio, & Rub. Stephano, h. e. Naugerio, quorum citat editiones Voſſius I. de Analog. 13. hoc fere probans. Addo Hervagium, & Camerarium: his tamen omnibus non aſſentior. Lambinus enim & codices ſuos, & alios multos, compluteſque præſtantes editiones ſecutus edidit *quodam*, & jam inde omnes. Virgilianum eſt, *oleaſter plurimus*, ipſo notante Voſſio. Quid eſt igitur cauſæ, cur genus a Tullio mutatum credamus, cujus tot MSI non mutant? Ego vero facile mihi perſuadeo, inepte aliquos id mutaſſe, quod ſequi viderint, *quæ eſt arbor*: cum tamen, meo judicio, his ipſis verbis quiddam inſit ad illud *quodam* conſtabiliendum. GARATON.

Quæ eſt arbor judices in foro) Vetus: *Quæ eſt arbor judices Ætnæ in foro*. NANNIUS. Recepit hoc Lambinus, & Carolus Stephanus: nemo præterea, quod ſciam. Gloſſam crediderint, nec repugno. Nam infra magis neceſſario c. 25. *quod in foro Ætnæ ſtraverat*. Verumtamen hoc fateor mihi placere. GAR.

Singulis nominibus profero) In unoquoque eorum quos nominavi. HOTOMAN.

At nullus inimicior) *Nullis*, in tertio caſu, non dubito quin ſit legendum. HOTT. *At nullis inimicior*) Eſt ab Hottomanni conjectura, nam ſcripti editique *nullus*. GRUTER. Nullus inimicior fuit nimirum civibus Romanis. Quæ cauſa recedendi ab omnium librorum ſcriptura? Si *nullis* inveniretur in codicibus, probarem. GRÆV. Edidit cum Hotromanno Lambinus, atque, ſi ipſi credimus, ex MSis. Verres profecto rectius *nullis* inimicior, infeſtiorque, quam civibus Romanis, dicetur, quam *nullus* alius Prætor iiſdem inimicior, quam Verres. Gruterum, & Verb. iis obſecutos damnare non poſſum: neque aliter I. F. Gronovius h. l. citat ad Liv. XXVIII. 29. GARAT.

bera, mitto ſecures : crucem denique illam prætermitto, quam civibus Romanis teſtem humanitatis in eos, ac benevolentiæ ſuæ voluit eſſe: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus rejicio. De decumis, de civium Romanorum conditione in arationibus diſputo : qui quemadmodum eſſent accepti, judices, audiſtis ex ipſis : bona ſibi erepta eſſe dixere. Verum hæc, quoniam ejuſmodi cauſa fuit, ferenda ſunt, nihil valuiſſe æquitatem, nihil conſuetudinem: damna denique, judices, nulla tanta ſunt, quæ non viri fortes, magno, & libero animo affecti, ferenda arbitrentur. Quid ſi equitibus Romanis non obſcuris, neque ignotis, ſed honeſtis, & illuſtribus, manus ab Apronio, iſto Prætore, ſine ulla dubitatione afferebantur? quid exſpectatis? quid a me amplius dicendum putatis? an id agendum, ut eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium poſsimus, id quod illi ego jam in Sicilia pollicitus ſum, pervenire? qui C. Matrinium, judices, ſumma virtute hominem, ſumma induſtria, ſumma gratia, Leon-

Hujuſmodi caſus aſſuit) Quoniam hæc fuit quaſi quædam communis fortuna, atque calamitas. Hottoman. *Quoniam ejuſmodi cauſa f.*) Etiam hæc ſcriptura ex antiquiſſimo illo codice ſumta eſt; ac, ne fruſtra lectorem morer, dum ſingulas ſcripturas a vulgata lectione differentes, auctoritate codicum veterum confirmo, lectori aſſevero, omnes ſcripturas diſſimiles, a me probatas ac receptas, mihi denique adſcriptas, vel ab illo antiquo libro, vel ab aliis eſſe petitas. Lambin. *Quoniam ejuſmodi cauſa fuit*) Sic Lamb. e Fabriciano; vulgata, *quoniam hujuſmodi caſus adfuit*; quomodo item, Pall. niſi quod a ſecunda manu eſſet in pr. *fuit*; uterque autem deſtituebatur illo noſtro *verum*, quod proxime antecedit. Grut.

Pollicitus ſum venire) Vetus, *Pervenire*. Nann. Manutius hæc ita dici a Tullio putat, quaſi Apronium, Verre damnato, majeſtatis accuſaturo. Ferrarius IV. epiſt. 7. in eo multus eſt, ut illum refellat, doceatque, judicium Apronio paratum eſſe in eam formulam, *quo ea pecunia pervenerit*: Rabirium ait Poſtumum, damnato repetundarum Gabinio, haud aliter accuſatum fuiſſe, tales hujuſmodi judiciorum eſſe *appendiculas* conſueviſſe. An vero exiſtimabit aliquis, Tullium Apronii delaturum nomen, qui de Prætore ipſo ſe purgat, & plane accuſator appellari recuſat? Qui porro hujus magis, quam Timarchidis? Sed Ciceronis animus, ingenium, dignitas ab hac re prorſus abhorret. Rabirius autem, quod Gabinius ſolvendo non fuerit, accuſatus eſt. Quis de Verre, præſertim ante damnationem, idem putabit? Mitto alia, quæ has omnino ſejungunt cauſas. Ego ita intelligo, Tullium in Sicilia pollicitum Apronio fuiſſe, ſe illius facinora prolaturum: quod hoc ipſo maxime loco præſtat. Rem incredibilem proponit: qua demonſtrata, nihil jam dubii ſuperſit, quin auctor omnium rerum Verres Apronio fuerit: quod late infra c. 26. perſequitur. Quid a me, inquit, apertius, aut majus, aut omnino quid aliud in Verrem, judices,

Leontinis in publico biduum tenuit: atque ab Apronio, judices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidineſque accommodato, equitem Romanum ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronii retentum, atque ſervatum, neque ante dimiſſum, quam ad conditiones ejus depactus eſt.

25. Nam quid ego de Q. Lollio, judices, dicam, equite Romano ſpectato, atque honeſto? Clara res eſt, quam dicturus ſum, tota Sicilia celeberrima, atque notiſsima: qui cum araret in Ætnenſi, cumque is ager Apronio cum ceteris agris eſſet traditus; equeſtri vetere illa & auctoritate & gratia fretus affirmavit, ſe decumanis plus, quam deberet, non daturum: refertur ejus ſermo ad Apronium. Enim-

ces, exſpectatis? Nonne res eſt mihi hæc agenda potiſſimum, ut *quo maturius* tam inaudita exponere de Apronio poſſim, *eo celerius* Verrem ipſum convictum dem? *Tranſigere de Verre* eſt demonſtrationem criminis in eum propoſiti abſolvere, nimirum ex cap. 16. & 19. *pecunias eum frumentaria nomine cepiſſe maximas*. Vide indicem Erneſti. Apronium autem hoc ipſo judicio periclitatum patet ex cap. 25. tamquam ex *cohorte* Verris adminiſtrum, *cujus ope, conſilio* Verres eſt uſus, per quem denique furatus eſt, a Verre, ut exiſtimo, non ſeparandum. GARAT.

Leontinis in publico biduum tenuit] Id eſt, in via, ſub dio; ut infra: *Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in veſtro oppido jacuit, & pernoctavit in publico*. HOTOM.

Atque ab Apronio] Lallemandus edidit, *atqui*, ex MSſis Gruterianis, & Regio, ut ipſe ait, optimo: ſed vide quæ diximus ad I. Acc. 43. Hanc vocem neque cum hoc emendandam, neque cum aliis delendam cenſeo. GARAT.

Cuſtodiis Apronii retentum) *Cuſtodiis*, cuſtodibus, apparitoribus. Plautus in Captivis: *Ita vinculis cuſtodiiſque circummuniti ſumus*. HOTT.

Depactus eſt) Cum quibus vellet Apronius conditionibus tranſegiſſet. IDEM. *Ad conditiones ejus depactus eſt*) Vetus: *Ad conditiones ejus dejectus eſt*. Sed puto vulgatum melius; quia in turpibus, & malis conditionibus depaciſcimur, ſive depeciſcimur; utrumque enim invenitur, quamquam id ipſum & in bonam partem quandoque uſurpatum videas. NANN. Matrinius hic recte *depactus* dicitur, licet non ipſi pactio turpis, ſed Apronio fuerit. Multa de hoc verbo dabunt opuſcula de Latinit. ICtorum a Dukero collecta p. 285. ad 291. *Paciſci*, & *depaciſci* non differunt, & male Ulpianum hoc ipſo loco defendebat Alciatus: ſumuntur enim promiſcue in utramque partem. Cum autem inter duos pactio fiat omnis, accidit in hac oratione perſæpe, ut qui cum decumanis turpiſſime ad id compellentibus paciſcuntur, Catullianum illud uſurpare poſſint: *Id vero non eſt turpe, magis miſerum eſt*. GARAT.

Is ager in Apronio) Particula *in*, ut otioſa, & in hunc locum importune conjecta, tollenda de libris, ac repudianda eſt, auctoribus omnibus veteribus etiam impreſſis. HOTT. *Cum is ager in Apronio cum ceteris agris eſſet traditus*) Vetus: *Cumque is ager Apronio, &c.* NANN.

Enimvero iſte ridere, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audiſſe: mittit ad hominem Venerios, (hoc quoque attendite, apparitores a Prætore aſſignatos habuiſſe decumanum, ſi hoc mediocre argumentum videri poteſt, iſtum decumanorum nomine ad ſuos quæſtus eſſe abuſum), adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius commode, cum Apronius e palæſtra rediſſet, & in triclinio, quod in foro Ætnæ ſtraverat, decubuiſſet. Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio. Non mehercule, quæ loquor, crederem, judices, tametſi vulgo audie-

Mittit ad hominem Venerios] De Veneriis dictum eſt ſupra. HOTT.

Apparitores) Miniſtri dicebantur magiſtratuum, derivata ex eo appellatione, quod iis perpetuo apparere, eorumque imperio præſto eſſe ſolebant. Itaque etiam *ſtatores* appellabantur. Sed *de apparitoribus* vide, quæ dixi Verr. III. ſupra. IDEM.

Mediocre argumentum) Neque enim apparitores niſi a Prætore juſſi, decumanis paruiſſent: non jubebat autem Prætor, niſi ſui quæſtus & emolumenti cauſa. IDEM. *Si mediocre argumentum videri poteſt*) Vetus: *Si hoc mediocre argumentum videri poteſt*. NANNIVS.

Quod in foro ſtraverat) Male Lambinus, & Gruterus *quod in foro ſtatuerat* contra Francii, aliorumque veterum librorum, & optimarum editionum Victorii, C Stephani, & Manutii auctoritatem. GRAEV. Emendaverat etiam Iac. Gronovius, locos præterea ſimiles proferens ex cap. 26. & 44. Accedit vetus Veneta. Lambinus exhibet ſtatim, *recubuiſſet*. Ita ſæpe codices primam illam litteram permutant: quod ego hic favere vulgatæ puto. Scio Petronium c. 70. & alibi de convivis dixiſſe *recumbere*: idque a Gudio reſpici exiſtimo, dum ad Phædr. IV. 24. 19. ævo Neroniano ſcribit extra poeſin ita primum eſſe locutos: nam de poeſi ipſe ibi Phædrus, & notiſſimus Horatii locus I. epiſt. 5. 1. eum facile admonebat. Cum Gudio equidem non contendo: neque tali ejus præſidio adverſus Lambinum utor; cum firma, & optima vulgata ſit, Plauto adſtipulante. Quam ſæpe hic ita loquatur, ex Parei lexico uno intuitu diſcitur. Notandum eſt tamen, quod Pareus adfert ex Terentio, *prior bibas, prior decumbas*, Eugraphium legere *diſcumbas*, neque aliter Donatum quoque legiſſe, ſuſpicari aliquem inde poſſe, quod hoc ab illo citari Tullianum videat ex I. in Verr. 26. *mature veniunt, diſcumbitur*. Eſt locus Phorm. II. 2. 28. In Virgilio etiam I. Æn. 700. ex *diſcumbitur* aliqui fecere *decumbitur*. An igitur hic quoque *diſcubuiſſet*? Sed & hoc pluribus melius convenire, quam uni Apronio, dicetur, & omnino nihil muto. GARAT.

In illo tempeſtivo gladiatorum convivio) Quid *tempeſtivum convivium* ſit, non videtur intellexiſſe Manutius. Sic enim explicat, quaſi tempeſtivum convivium laudi duceretur, cum ſic non debeat appellari gladiatorum convivium, cum tempeſtiva convivia ſemper vitio vertantur. Sic enim dicebantur illa, quæ de die inibantur, hoc eſt ante legitimam cœnæ horam, quæ erat nona. Martialis:

Cum jubet exſtructos frangere nona toros.

Quæ igitur hora ſeptima aut octava cœperant agitari, dicebantur *tempeſtiva*, licet protraherentur in noctem; ut olim docuit maximus Salmaſius. Ea vero erant hominum genio indulgentium, & luxurioſorum, non ſeveriorum. *Gladiatores* autem hic non ſunt, qui artem gladiatoriam faciunt, ſed

audieram, niſi mecum ipſe ſenex, cum mihi, atque huic voluntati accuſationis meæ lacrymans gratias ageret, ſumma cum auctoritate eſſet locutus. Statuitur, ut dico, eques Rom. prope annos XC. natus in Apronii convivio, cum interea Apronius caput, atque os ſuum unguento perfricaret. *Quid eſt, Lolli? inquit: tu, niſi malo coactus, recte facere neſcis?* Homo quid ageret: taceret, reſponderet, quid faceret denique illa auctoritate, & ætate præditus neſciebat. Apronius interea cœnam, ac pocula poſcebat: ſervi autem ejus, qui & moribus iiſdem eſſent, quibus dominus, & eodem genere, ac loco nati, præter oculos Lollii hæc omnia ferebant. Ridere convivæ, cachinnari ipſe Apronius; niſi forte exiſtimatis, eum in vino, ac luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo, atque exitio ſuo riſum tenere non poſſit. Ne multa, judices: his contumeliis ſcitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges conditioneſque veniſſe. Lollius, ætate, & morbo impeditus, ad teſtimonium dicendum venire non potuit. Quid opus eſt Lollio? nemo hoc neſcit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus, nunc ſe primum hoc dicet àudire.

ſed homines perditi, ſcelerati, audaces, quibus aratores alioſque vexabat. Vide quæ notavi ad VII. ad Fam. 1. GRAV.

Eodem genere ac loco nati) Infra, ſervum Apronium appellat. Erat autem Verris libertus. HOTT.

Præter oculos Lollii hæc omnia ferebantur) *Præter oculos*, ante oculos; & ſic locutus eſt Livius lib. belli Maced. VIII. *An non præter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho L. Scipionis, &c.* Sic Varro Eumenidibus, apud Non. Marcellum, qui etiam hunc locum citat: *Præter matris Deum ædem exaudio cymbalorum ſonitum*. HOTTOM.

In vino ac luxu) Franc. MS. *in vino, ac lucro*, hoc eſt cum genio indulgeret, & eodem tempore ex Lollio lucrum caperet. Hanc lectionem videntur probare ſequentia, nam *vino* & *lucro* opponitur *periculum* & *exitium*. GRAV. *Lucro* eſt etiam in vet. Veneta, atque a Lambino e MSis prælatum videtur. GAR.

Nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus) Nonius Marcel. in dictione *producere*, ita hunc locum citat: *Nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus*. Probat, inquam, ex hoc loco, uſum eſſe *producendi* verbo Tullium. Mihi autem quare hoc repudiemus, cauſa eſſe nulla videtur: cum præſertim oratoris conſilio mirifice conveniat. Hoc enim idem valet ac ſi diceret, neminem poſſis producere, atque interrogare, &c. HOTT. *Nemo hoc non neſcit, nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc dicet audire*) Vetus: *Nemo tuorum amicorum, nemo prompte abductus, nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc dicerct audire*. Non magni momenti id, ſed ex fide mihi referendum videbatur, quidquid diverſum, aut amplius inveniſſem, modo non plane abſurdum videretur. NANN.

re. M. Lollius, ejus filius, adoleſcens lectiſsimus, præſto eſt: hujus verba audietis: nam Q. Lollius ejus filius, qui Calidium accuſavit, adoleſcens, & bonus, & fortis, & in primis diſertus, cum his injuriis, contumeliiſque commotus in Siciliam eſſet profectus, in itinere occiſus eſt: cujus mortis cauſam fugitivi ſuſtinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo ſit occiſus, quod habere clauſa non potuerit ſua conſilia de Verre. Iſte porro non dubitabat, quin is, qui antea alium ſtudio adductus accuſaſſet, ſibi advenienti præſto eſſet futurus, cum eſſet parentis injuriis, & domeſtico dolore commotus.

26. Iam ne intelligitis, judices, quæ peſtis, quæ immanitas in veſtra antiquiſsima, fideliſsima, proximaque provincia verſata ſit? Iam videtis, quam ob cauſam Sicilia tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates, ignominiaſque perpeſſa, non potuerit hoc novum, ac ſingulare, atque incredibile genus injuriarum, contumeliarumque perferre? Iam omnes intelligunt, cur univerſa provincia defenſorem ſuæ ſalutis eum quæſivit, cujus iſte fidei, diligentiæ, perſeverantiæ, nulla ratione eripi poſsit. Tot judiciis interfuiſtis: tot homines nocentes, & improbos accuſatos,

NANN. *Nemo abs te productus*) Nunc primum adjicitur Ciceroni ex Nonio, qui id laudat in *producere*: veſtigiaque ejus remanſerant in MSo Nannii, præferente *nemo promte adductus*; quod Guilielmius refingebat in *nemo pro te adductus*: ut Cicero mirifice eos, qui ab ipſo Verre pro ſe adducerentur, contra illum teſtimonium dicere confirmet. GRUTER.

Mortis cauſam fugitivi ſuſtinent) E Græcis fontibus derivata locutio. Nam αἰτίαν ὑπέχειν Græce dicimus. Similiter Epiſt. ad Attic. libro XIII. *Nunc vero cum de Magno conſtet, nonne furor ejus omnem cauſam ſuſtinet? Fugitivos* autem dicit, qui in Sicilia Athenione duce graſſabantur. HOTT. Imo eorum reliquias.

Habere clauſa ſua conſilia) Celare non potuerit, ſe teſtimonium contra Verrem dicturum. HOTTOM.

Studio adductus) Cum nullas ſuas injurias perſequeretur. IDEM.

Sibi advenienti præſto eſſet futurus) In malam partem, ut II. Accuſ 4. ubi vide quæ adnotavimus. Relinquitur aliquid facile cogitandum: quod aliis locis eſt ſecus, ut pro Cæc. 8. & 32. GARATON.

Iam videtis) Omnes alii, *Iam ne videtis*? & ſic emenda HOTT. Victorii tamen C. Steph. Manut. Lambini editiones ut & Franc. MSus *ne* non agnoſcunt. GRÆV. Eſt in vet. Veneta, & in Hervagiana, mihique non videtur repudiandum. GAR.

Non potuerit novum) *Hoc non potuerit*, ut in omnibus. HOTT.

Cujus iſte fidei) Suum in accuſando induſtriam commendat, quod non Verris tantum, ſed etiam Apronii crimina nota & perſpecta habeat. ID.

Tanta

ſatos, & veſtra, & ſuperiorum memoria ſcitis eſſe: ecquem vidiſtis, ecquem audiſtis in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tanta impudentia eſſe verſatum? Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat: ducebat eos circum civitates: publice ſibi convivia parari, ſterni triclinia, & in foro ſterni jubebat: eo vocari homines honeſtiſsimos, non ſolum Siculos, ſed etiam equites Romanos: ut, quicum inire convivium nemo umquam, niſi turpis, impuruſque, voluiſſet; ad ejus convivium ſpectatiſsimi, atque honeſtiſsimi viri tenerentur. Hæc tu, omnium mortalium profligatiſsime, ac perditiſsime, cum ſcires, cum audires quotidie, cum videres: ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? & tantum apud te quæſtus Apronii, tantum ejus ſermo inquinatiſsimus, & blanditiæ flagitioſæ valuerunt; ut num-

Tanta impudentia) Lambinus, MSo ad marg. allegato, *in tanta imp.* quod eſt recipiendum. GAR.

Stipatorios Venerios) Omnes alii libri, *ſtipatores* quod quamobrem immutari debuerit, conjectura adſequi non queo. *Stipatores* autem dicit, qui eum aſſectarentur, qui latus ejus cingerent. HOTTOM.

Eo vocari) *Eo convocari*, corrige ut in aliis libris. Io. *Eo vocari*) Malim *eo evocari*: certe ſic Pall. ſed ſine particula *eo*. Hotiomannus ait alios legere, *eo convocari*, idque recepit P. Manutius: neſcio quam bene: *evocare* autem verbum eſſe judiciale, aliquoties teſtatum reliquit auctor hiſce Verrinis; mox ſcripſi, *ſterni triclinia, & in foro ſterni*, fide codicis Fabricii. GRUT. MSus Francii quoque *evocari homines honeſtiſſimos*. Sed *eo* excidit. Vulgata non eſt ſollicitanda. Eſt enim *eo*, in illum locum, forum nimirum, ubi ſibi juſſerat ſterni triclinia, invitari juſſit honeſtiſſimos homines ad convivium. Nam *voco* eſt invito ad epulas. Hinc *revocare* eſt eum qui me invitavit rurſus invito. Phædrus lib. I. fab. 26.

Vulpis ad cœnam dicitur ciconiam
Prior invitaſſe. &c.
Quæ vulpem cum revocaſſet, intrito ... cibo
Plenam lagenam poſuit.

Alia exempla in promtu ſont, & vix cuiquam paullo humaniori incognita. GARV. Haud ita mehercule hi miſeri vocabantur, ut eſſent convivæ. Non male tamen legitur, *eo vocari*, neque item male legeretur *evocari*, quod eſt etiam in veteri Veneta. Recte autem Groterus Lambinum, ejoſque codicem ſecutus eſt in iis, *& in foro ſterni*: quod confirmat etiam Servius ad I. Æn. 698. niſi me varietates Burmannianæ decipiont. Neſcio enim, cur lectionem hanc noſtram idoneis teſtibus ab ſe ibi firmatam, velut conjecturam ex hoc Tollii loco petitam, proponat vir maximus, atque interim edat ſatis mendoſe, *ſterni triclinia, & in foro, & in roſtris jubebat*. Vnice, ac vere hic ibi recitatur locus: atque adeo mendum ipſum, ſi critice illo velimus uti, dabit *etiam ſterni*, facile ex verbis illis *& in roſtris* elicitum. Nam ſupereſt illud *etiam* loco τυ *& in* ceteris omnibus libris præter Lambinianom. Sic eſſet, *& in foro etiam ſterni*. Sed Lambinum ſequi, ſat eſt. GAR.

Nemo umquam niſi turpis) Propter odorem teterrimom oris & corporis: HOTTOM.

Et blanditiæ flagitioſæ) *Feminis*, inquit

numquam animum tuum cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret? Cernitis, judices, quod, & quantum incendium decumanorum impetu non ſolum per agros, ſed etiam per reliquas fortunas aratorum, neque ſolum per bona, ſed etiam per jura libertatis, & civitatis, iſto prætore, pervaſerit. Videtis pendere alios ex arbore, pulſari autem alios, & verberari, porro alios in publico cuſtodiri, deſtitui alios in convivio, condemnari alios a medico, & præcone Prætoris: bona tamen interea nihilominus eorum omnium ex agris auferri, ac diripi. Quid eſt hoc? populi Romani imperium? populi Romani leges? judicia? ſocii fideles? provincia ſuburbana? nonne omnia potius ejuſmodi ſunt, quæ, ſi Athenio viciſſet, in Sicilia non feciſſet? non, inquam, judices, eſſet ullam partem iſtius nequitiæ fugitivorum inſolentia conſecuta.

27.

quit Aſconius, *& maxime meretricibus blanditiæ conveniunt*. Ergo hoc ad Apronii infamiam ac turpitudinem pertinere voluit. Id.

Numquam animum tuum cura tuarum fortunarum) Numquam tibi in mentem veniret, tempus fore, cum abs te horum ratio repoſceretur. Apud Nonium Marcellum locus hic corrupte legitur hoc modo: *Numquam tuo me cura, tuarumve fortunarum cogitatio tangeret*. Id.

Pulſari autem alios, & verberari) Franc. *pulſari alios, aut etiam verberari*. Eſt autem *verberari* virgis cædi. Hinc apud Comicos *verbero* eſt maſtigia, ſervus qui verberibus, hoc eſt flagris cæditur. Itaque Iuſtinus lib. I. dixit *ſervilia verbera*. Mox idem rectius diſtinguit: *Quid? Eſt hoc populi Rom. imperium?* GRÆV. In MSo Francii mendum eſt forſitan ex tranſpoſitione, quam in Veneta noſtra cernas, *pulſari alios autem, & verberari*. De his porro duobus verbis vide opuſc. de Latinit. ICtor. a Dukero collecta p. 138. ad 148. ut ſtatuas, numquid hic differant. GAR.

Deſtitui alios in convivio] *Deſtitui* pro *conſtitui*: ut libro accuſat. V. *Qui quo Cæcilium in defendendo filio læſerat, nudus pæne eſt deſtitutus*. Q. autem Lollium intelligit. Sic apud Plautum: *Hoc Herculis & jam fanum Veneris quod ſit: ita duo deſtituit ſigna hic cum clavis ſenex*. Sic in oratione C. Gracchi apud A. Gellium: *Idcirco palus deſtitutus eſt in foro, veſtimenta detracta ſunt*. Item apud Livium lib. VII. ubi de Galli & Manlii Torquati duello loquitur: *Duo*, inquit, *in medio armati deſtituuntur*. HOTT.

Bona tamen . . . ex agris auferri, ac diripi] Bona hic ſunt fructus agrorum, pecora, fundorum inſtrumenta, agreſtia mancipia, quidquid denique in agris erat. Supra c. 23. *Hominibus coactis, in eorum arationes Apronius venit, omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit*. GAR.

Si Athenio viciſſet) De Athenione cognoſce infra. HOTT. *Quæ ſi Athenio viciſſet, in Sicilia non feciſſet*) Vetus: *Quæ ſi Athenio viciſſet, rex fugitivorum in Sicilia, &c.* Sed puto ex gloſſemate marginali in contextum irrupiſſe. NANN. Ineptum gloſſema Lambinus admiſit. Initio cap. 27. Veneta vetus ita diſtinguit. *Privatim hoc modo: quid publice?* Neque aliter Naugeriana, & Aldus Nepos. Hoc non ita, ut factum eſt, aſpernarer. Tum Lambinus dedit, *audiſtis permultarum indicia &c.* GAR.

Cum

27. Privatim hoc modo: quid? publice civitates quemadmodum tractatæ ſunt? audiſtis permulta indicia, & teſtimonia civitatum, & reliquarum audietis. Ac primum de Agyrinenſi populo, fideli, & illuſtri breviter cognoſcite. Agyrinenſis eſt in primis honeſta civitas Siciliæ, hominum ante hunc Prætorem locupletium, ſummorumque aratorum ejus agri decumas cum emiſſet idem Apronius, Agyrium venit. Qui cum eo cum apparitoribus, id eſt, cum minis, ac vi veniſſet, poſcere pecuniam grandem cœpit, ut, accepto lucro, diſcederet: nolle ſe negotii quidquam habere dicebat, ſed accepta pecunia quam primum aliam civitatem occurrere. Sunt omnes Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat: ſed homines & ſatis fortes, & ſatis plane frugi, ac ſobrii: & in primis hæc civitas, de qua loquor, judices. Itaque homini in primis improbiſsimo reſpondent Agyrinenſes, ſeſe decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrum, cum ille magno præſertim emiſſet, non addituros. Apronius certiorem facit iſtum, cuja res erat, quid rei eſſet.

28. Statim, tamquam conjuratio aliqua Agyrii contra rempublicam facta, aut legatus Prætoris pulſatus eſſet, ita Agy-

Cum emiſſet idem) Verres agrorum Siciliæ decumas auctione pluris licitanti vendebat. Emere quamplurimo ſolebat Apronius, quod quantum aratores poſceret, tantum ab iis auferret. Ipſis tamen poſtea civitatibus & aratoribus decumas nonnumquam remittebat, pretium quanti emerat exigens, & lucri præterea nonnihil. HOTT.

Aliam civitatem occurrere) Verum, *accurrere* corrigendum eſt, ut nonnulli putant: an *occurrere* ſic dictum eſt, ut Græci dicunt *καταντᾶν*? quod Lucas in eo libro, in quo res geſtas ſcribit Apoſtolorum cap. 16. uſurpat: *Κατηντησε δε εις Δερβην και Λυστραν*. ID. Recte *occurrere*. Sic *occurrere ad vadimonium* apud Suetonium, eſt præſto eſſe, obire vadimonium; ad quem de hac notione plura notavi. GRÆV.

Cum ille magno præſertim emiſſet) Et eodem pretio remittere decumas aratoribus vellet. Nam *lucrum*, ut infra conſtabit, ſumma erat pecuniæ aut frumenti, quam Apronius decumas aratoribus remittens, ab iis una cum pretio, quanti decimas emerat, exigebat. Unde illud in Divinatione, ſupra: *Mancipes a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt*. Non tamen in pecunia numerata perpetuo dabatur, quia ne decumas quidem decumani pecunia numerata perpetuo coemebant: ut apparet multis ex locis. Cum autem magno emiſſet Apronius, nolebant Agyrinenſes, ſi tantidem acciperent, quanti ille emerat, inſuper aliquid adjungere. Atque hoc eſt quod ſupra dixit: *Poſcere grandem pecuniam cœpit, ut accepto lucro diſcederet*. Nonnulli hoc loco corrigere voluerunt: *Cum illi emiſſent*; quod abſurdum eſt. HOTT.

Cuja res erat) C. Verrem. ID.

Ma-

Agyrio magiſtratus, & quinque primi accitu iſtius evocantur. Veniunt Syracuſas : præſto eſt Apronius : ait, eos ipſos, qui veniſſent, contra edictum Prætoris feciſſe. Quærebant, quid ? reſpondebat, ſe ad recuperatores eſſe dicturum. Iſte, æquiſsimus homo, formidinem illam ſuam miſeris Agyrinenſibus injiciebat: recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minabatur. Agyrinenſes, viri fortiſsimi, judicium ſe paſſuros eſſe dicebant. Ingerebat iſte Artemidorum Cornelium medicum, Valerium præconem, Tlepolemum pictorem, & ejuſmodi recuperatores: quorum civis Romanus nemo erat: ſed Græci ſacrilegi, jampridem improbi, repente Cornelii. Videbant Agyrinenſes, quidquid ad eos recu-

Magiſtratus) Vnum hominem Agyrii ſummum geſſiſſe magiſtratum, an plures dicam? Vnum quidem, ſi *magiſtratus* hic ſit numero ſingulari poſitus, ex Grævii, Gronoviique obſervatione, quos citat, ac ſequitur Dukerus ad Liv. XLII. 1. Ita I. Acc. 17. *Magiſtratum Sicyonium nummos popoſcit*: c. 34. *Mileſium*: & v. 17. *Mamertinum*. II. 67. *Evocat ad ſe Centuripinum magiſtratum, & decem primos*. Vnus etiam Catinenſibus, & Tyndaritanis ſummus erat magiſtratus, *Proagorus*, ex IV. Acc. 23. 39. GAR.

Ad recuperatorem) In quo ipſo paratiſſimum ſibi exitum videbant. HOTT.

Artemidorum Cornelium medicum &c.) Sunt a Fabriciano; nam publicata retro lectio: *Artemidorum medicum Cornelium, pictorem Tlepolemum*, omiſſis ceteris. GRUT.

Tlepolemum pictorem) In manuſcripto, *præconem*: quod eo mihi probabilius videtur, quia ſæpe antea præconem in recuperatoribus nominavit, ex cohorte enim judices a Verre dabantur. At pictor Tlepolemus, de quo infra, ex cohorte non erat. HOTT. Sed vide Manut. GRÆV. Putabat Hottomannus, ut cap. 11. vidimus, cohortem ex civibus Romanis fuiſſe, Tlepolemum autem civem Romanum non poſſe credi. Neque profecto ipſe crediderim: nam IV. Acc. 13. in tabulis Q. Tadii hic, & frater ejus Hiero *Græci pictores* tantum inſcribuntur. Quid vero quod hic legimus, horum civem Romanum fuiſſe neminem? Erant tamen *ex cohorte*, ideſt, ex numero eorum, quos Cicero ad Q. Fratr. I. 1. appellat, *quaſi ex cohorte*, quos conſtare puto non omnes cives Romanos fuiſſe. GAR.

Repente Cornelii) L. Sulla victor, proſcriptorum ſervis, qui firmis corporis viribus, & ætate integra eſſent, amplius decem millibus libertatem dedit: eoſque cives Romanos eſſe, & Corneliorum nomine appellari voluit: ut ex plebe perpetuo decem hominum millia, qui ad ſua mandata præſto eſſent, haberet. Appianus. Ergo cum dixit Artemidorum medicum Cornelium, Cornelii nomen, utpote inviſum, de induſtria inculcavit. HOTT. Rectius Manutius, quem vide. GRÆV. Imo rectius Hottomannus. Putat autem vir quidam eruditus, amicus meus, iſtos hic a Cicerone dici *Cornelios*, non quod revera ſit iſtud eorum prænomen, ſed quia adjuncti ſocii Cornelio Artemidoro, bipedum omnium nequiſſimo, ipſi ex ea ſocietate repente facti ſunt Cornelii Artemidori, ideſt ex improbis (nam *jampridem* erant *improbi*) mortalium omnium, ut ille, nequiſſimi. Si quis verum hoc negaverit, ingenioſum tamen fateatur, neceſſe eſt. HORTENS. Ita nihil dubitans explicavit poſtea Lallemandus. Sed unde cognorunt, Artemidorum tanto fuiſſe ceteris nequiorem? Erant ſane in Prætorum apparitionibus frequen-

recuperatores Apronius attuliſſet, illum perfacile probaturum: condemnari cum iſtius invidia, infamiaque malebant, quam ad ejus conditiones, pactioneſque accedere. Quærebant, quæ in verba recuperatores daret. Reſpondebat, *ſi pareret adverſus edictum feciſſe, quæ ſe in judicio dicturum ajebat*. Iniquiſsimis verbis, improbiſsimis recuperatoribus con-

quentes illi Sullani *Cornelii*, quorum unum, qui lictor eſſet, I. Acc. 26. credere memoratum poſſumus. Nam ſic appellatos ex Orat. I pro Corn. aliiſque conſtat, quamvis in lapidibus vetuſtis paſſim audiant *Corneliani*, ut vel uno in Fabretto Inſcript. p 336. 337. licet recognoſcere, ubi hoc, & ſimilia *publicorum* nomina ita inflexa præbet: atque hic adeo idem homo c. 21. *Voluſius*, & c. 21. *Voluſianus* dicitur, niſi alteruter eſt emendandus locus. Sed Tlepolemum ingenuum ex Cybira fuiſſe ſuadent Tulliana IV. Acc. 13. verba, ibique ille domi manebat, Verre Legationem obeunte: quod idem pæne dixerim de Artemidoro, quem Pergæ ex d. c. 21. Verres invenerit. Omnino, quod *Græci* dicuntur, eorumque patriæ ſic proferuntur, eos non puto umquam ſerviſſe: quod adeo Tullius non præteriſſet, ut neque in Apronio c. 25. neque in Timarchide II. Acc. 28. & alibi præterit. Quod Manutius, Grævius, Fabrettus l. c. p. 439. aliique putant, hos omnes a Verre fuiſſe civitate donatos, vix eſt credibile. Tullius eos, quo tempore maxime judicabant, pro civibus non habebat; durum eſt enim aliter intelligere. An ita libertinos contemſit, Voluſium forte, ac Valerium? quos quidem ſuſpicor ex iis fuiſſe, qui c. 12. Verri dicuntur *a meretricula commendati*. An hi quoque Græci? Artemidoro, & Tlepolemo, qui c. 21. & IV. Acc. 13 fana expilaſſe narrantur, illud apprime convenit, *Græci ſacrilegi*. Ad alios referre, nihil eſt opus. Quid, ſi de uno Artemidoro ſit dictum, *repente Cornelii*? Quem non C. Verres, ſed Cn. Cornelius Dolabella, cui Legatus erat Verres, jampridem in Aſia, fortaſſe etiam non jure, ac legibus, civem Rom. eſſe juſſerit? Sed fateor, de toto hoc loco mihi non liquere. GAR.

Quæ in verba recuperatores daret) Dixi pro Quintio ſupra. HOTT.

Adverſus edictum feciſſe) Aratores. IDEM.

Quæ in judicio dicturum eſſe dicebat) Si pareret recuperatoribus, aratores ea feciſſe, quæ Apronius dicebat ſe in judicio dicturum. Oſtendit iniquitatem judicii. Nam verba formulæ edenda ſunt, ut proinde ſciat reus, cedere, an contendere ultra debeat. ID. *Quæ in judicio dicturum eſſe dicebat*) Vetus: *Quare ſe in judicio dicturum ajebat*. NANN. Cenſeo Ciceronem ſcripſiſſe: *Quæ de re ſe in judicio dicturum ajebat*. Secutus ſum veterem codicem, niſi quod *quæ*, pro *quare* reliquerim. Margo Lambini: *quæ ſe in judicio*, ex Fabriciano credo. Sed Car. Steph. ed. *qua re quæ ſe in judicio dicturum ajebat*. Alterutrum abundat. GRÆV. Reſtituendum videtur, *ſi pareret adverſus edictum feciſſe*, ex MSo Fabricii, ceteriſque, quæ diximus ad Divin. 17. Nam hic quoque ita egit Lambinus, ut ſuperiore ſimili loco c. 22. illum egiſſe vidimus. Ceterum nihil eſt, quod unicum Nannii codicem audiamus, qui ex *quæ* fecit *quare*. Recte Hottomannus βραχυλογίαν ſupplevit. *Feciſſe*, illos ex Agyrio evocatos. *Ajebat*, Apronius, qui id ante dixerat, neque Verres, cujus ore tota proferetur formula, quidquam erat in judicio dicturus. Iniquitas porro erat maxima, ita formulam dare, ut rei neſcirent, quidnam in edictum peccaſſe arguerentur, actor autem, quidquid in eam rem vellet, in judicio poſſet expromere. Car. Steph. & Grævius *ajebat* ex Nanniano dedere: ceteri omnes; *eſſe dicebat*. GAR.

Quid

conflictari malebant, quam quidquam cum iſto ſua voluntate decidere. Submittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, ſi ſaperent, ut tranſigerent. Pernegabant. Quid ergo? In ſingulos H-S quinquagenis millibus damnari mavultis? Malle dicebant. Tum iſte clare, omnibus audientibus, *qui damnatus erit*, inquit, *virgis ad necem cædetur*. Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt, ut ſibi ſuas ſegetes, fructuſque omnes, arationeſque vacuas Apronio tradere liceret: ut ipſi ſine ignominia, moleſtiaque diſcederent: hac lege, judices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortenſius, ſi volet, magno Verrem vendidiſſe.

29. Hæc conditio fuit iſto Prætore aratorum, ut ſecum præclare agi arbitrarentur, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret: multas enim cruces propoſitas effugere cupiebant: quantum Apronius edidiſſet deberi, tantum ex edicto dandum erat. Etiam ne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum eſſet? Etiam. Quomodo? Magiſtratus ex ipſius edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro recuperatore. Quid, ſi minus arator dediſſet, quam popoſciſſet Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo judicum numero? Ex cohorte Prætoris præclara hominum honeſtiſsimorum. Quid amplius? minus te jugerum profeſſum eſſe dico: recuperatores rejice, quod adverſum edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? Si damnatus eris; nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat eſſe? virgis te ad necem cædi neceſſe erit. His legibus, his conditionibus, erit quiſquam iam ſtultus, qui decumas veniſſe

Quid ergo?) Timarchidis verba, ſuadentis Agyrinenſibus ut mallent tranſigere, quam judicio contendere. Hott.

H-S quinquagenis millibus) Mille ducentis quinquaginta coronatis. Idem.

Si audet) Vetus: *Si volet*. Nannius. *Si volet*) Eſt a Pall. & edd. vetuſtiſſimis; ſeculi prioris, *ſi audet*; a quibus abit exemplar Nannii. Grut.

Ipſius) Lambin. *iſtius*. Gar.

Recuperatores rejice) Mihi ſuſpectus eſt hic locus, quamvis libri omnes conſentiant. Quomodo enim Apronius aratoribus, quos in judicium vocabat, poterat dicere, *rejice recuperatores*? Scripſiſſe puto Tullium: *recuperatores recipe*. Veni in jus ad recuperatores, qui cognoſcant, num minus jugerum profeſſus ſis. Hic quærunt aratores: *Ex quo numero* ſcilicet ſumentur recuperatores? Græv. Vide ſupra ad c. 11.

Ara-

niſſe arbitretur ? qui aratori novem partes reliquas factas eſſe exiſtimet ? qui non intelligat, iſtum ſibi quæſtui, prædæque habuiſſe bona, poſſeſsiones, fortunas aratorum ? Virgarum metu Agyrinenſes, quod imperatum eſſet, facturos ſe eſſe dixerunt.

30. Accipite nunc, quid imperarit: & diſsimulate vos, ſi poteſtis, vos intelligere, ipſum Prætorem, quod tota Sicilia perſpexerit, redemtorem decumarum, atque adeo arationum dominum, ac regem fuiſſe. Imperat Agyrinenſibus, ut decumas ipſi publice accipiant, Apronio lucrum dent. Si magno emerat, quoniam tu es, qui diligentiſsime pretium exquiſiſti, qui, ut ais, magno vendidiſti, quare putabas emtori lucrum addi oportere? Eſto: putabas: quamobrem imperabas, ut adderent? Quid eſt aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi hoc non eſt, vi,

Aratorum dominum ac regem fuiſſe) Vetus: *Arationum dominum ac regem fuiſſe*. Sed hoc languidius, quia perſonis caret. NANN. Recepit tamen Carol. Stephanus, *arationum*. Recte; ſic in præcedentibus corrupte, in Francii legebatur *decumanorum*. Sicut & fuit decumarum emtor Verres, ſic arationum dominus; hoc eſt, omnes arationes in ſuam poteſtatem redegerat, ut illarum proventum inſtar tyranni contra fas eriperet Verres aratoribus, & interciperet; vide infer. cap. 33. GRÆV. Immerito recentiores hic ab Grævio arbitror diſceſsiſſe. Video unicum illi auctorem eſſe codicem: ſed lectio inde prolata eſt præſtantiſſima, quæ facile alteram doceat eſſe mendoſam. GAR.

Decumas accipiant) Quas emerat Apronius. HOTT.

Lucrum dent) Et pretium quanti emerat, & aliquam præterea pecuniam. IDEM.

Si magno emeraat) Ab Apronio, cui pecuniam tantam, quanta primum emerat, rependerant. Iubet enim Verres habere eos ſibi decumas, & pretium ſibi reddere; ut infra: *Iubet Segeſtenſes a Docimo tantidem publice accipere*. IDEM. *Si magno emerat*) Sic legendum eſt, non, *emeras*, ut habent nonnulli libri vulg. ſubintelligitur enim, Apronius, qui parvo a prætore decumas emerat, cum ipſum prætorem in decumis ſocium haberet, ut alibi dicetur. LAMBIN. Sed editiones pleræque ut Victor. Car. Steph. aliæque *emeraat*: male. GRÆV. Emendatum omnino neceſſario, atque jam receptum ab omnibus. Supra c. 27. *Reſpondent Agyrinenſes, ſeſe decumas . . daturos, lucrum, cum ille* (Apronius) *magno præſertim emiſſet, non addituros*. GAR.

Pretium exquiſiſti) In auctione. HOTTOM.

Emtori lucrum) Apronio, qui magnum jam commodum ſentiebat, cum illi pretium eſt redditum, quod nimio decumas emerat. IDEM.

Quamobrem imperabas) Nam ſi quando provinciales decumas ab ipſis decumanis accipiunt, & pretium rependunt, & ſua voluntate nonnumquam lucrum decumano dant, tantum puta, quantum facere deductis operis & impendiis potuiſſet, ſi Romæ, aut alibi frumentum vendidiſſet. *At lucrum hoc imperare*, rapere eſt: quod legibus vindicatur. IDEM.

Capere, & conciliare pecunias) Fragmentum legis Serviliæ repetundarum apud Briſſon. II. de Form. 24. ABLATUM

vi , atque imperio cogere invitos lucrum dare alteri ; hoc eſt, pecuniam dare? Age, quid tum? ſi Apronio , deliciis Prætoris , lucelli aliquid juſsi ſunt dare , putate Apronio datum , ſi Apronianum lucellum , ac non prætoria præda vobis videbitur. Imperas, ut decumas accipiant , Apronio dent lucrum, tritici medimnum XXXIII. Quid eſt hoc? una civitas ex uno agro plebei Romanæ prope menſtrua cibaria

TVM . CAPTVM . COACTVM . CONCILIATVM . AVERSVMVE . SIET . Eadem plane habet verba fragmentum incertæ de eadem re legis ibidem II. 29. His omnibus verbis utitur etiam Cicero , quæ paſſim in his Verrinis invenies , ex ipſis legibus deſumta omnia . Semel dico , & hoc quidem loco , ubi lex ipſa , qua cauſa dicebatur , Cornelia reſpicitur . GARAT.

Apronianum lucellum) Vide Scaligerum ad Catullum Carm. XXVIII. *Piſonis comites*, p. m. 30. IDEM .

Apronio dent lucrum) *Lucri* , putarem corrigendum : ut ſæpe poſtea . HOTT.

Tritici medimna XXXIV.) Hujus notæ ignoratione multa in hac oratione depravata ſunt , quæ caſtigare facile eſt, ſi legamus, Men. & intelligamus *medimnum* : ut perpetuo vox *millia* ſubaudiatur : item ut H-S , id eſt ſeſtertium millia , & hujus ipſius & ſuperioris orationis locis innumeris . Hanc autem notam etiam in manuſcripto libro ſæpe offendi, ex cujus ignorantia etiam alius error , qui infinitis locis hujus orationis tenebras offudit . Cum enim *modium* numerum librarii ſcriberent , hanc notam frequenter exarabant , Mod. quæ vix credi poteſt quam crebro cum alia ſuperiore commutata ſit . Nos Dei benignitate , quem in Chriſto Ieſu , Deo & Domino noſtro colimus , magnam harum macularum partem , quæ hos pulcherrimos libros inquinarant , ac turpiſſime contaminarant , eluiſſe ſtudio ac labore noſtro arbitramur . XXX. autem & III. hoc loco ſimiliter legendum eſt , ut paullo infra pagina inſeq. IDEM . *Tritici medimna* XXXIV.) Vetus pro hoc numero XXXIII. *medimna* habet , eamdemque ſummam in ſequentibus retinet . NANN. *Tritici medimnum* XXXIII.) Eſt a Nanniano ; nam prius cuſi , XXXIV. ſine illo *millia* ; conſulatur heic Hottomannus . GRUT. Sed *millia* nec in Nannii , nec in Francii , nec in aliis libris veteribus invenitur , nec in editionibus melioribus. In Francii MS. legitur; *medimna* XXXVIII. Verum recte Hottomannus, & Manutius: *medimnum* XXXIII. GRÆV.

Plebi Romanæ) Vetus liber , *plebis* , & ſic emenda . HOTTOM. *Ex uno agro plebei Romanæ*) Sic legendum putavi . & vero ita habet vetus codex unus ; *plebei* autem , patrius caſus eſt antiquus , M. Tullio , & T. Livio , & aliis in hoc nomine non inuſitatus ; *plebis* tamen habet alius , non minus antiquus . LAMB. *Plebi Rom. menſtrua cibaria*) Probe explicat Italiæ ſuæ novum ſidus Vincentius Contarenus lib. de Frumentatione ; ſcripſi *plebi* ; cogentibus Pall. & edd. antiquis, item Victoriana ; recentior *plebis* ; forte melius *plebei*. GRUT. Cum *plebei* invenerit in antiquo codice Lambinus ; quid dubitamus recipere , cum ſententia hunc caſum poſtulet ? Nonne millies legitur apud Livium , & in inſcriptionibus antiquis *tribunus plebei*? GRÆV.

Plebei Romanæ menſtrua cibaria) Intelligitur a Cicerone menſtrua annona, quæ lege Terentia plebi donabatur eo triennio , quo Verres fuit in Sicilia . Frumenti illius numerus acceſſit ad medimnum XXXIV. M. Sed imminutus eſt modus frumenti a Tullio ad crimen augendum , nos eum amplificemus & producamus ad LV. M. medimnum : qua ratione fiet ad illum tertiæ circiter partis acceſſio . Medimna ſingula modios Romanos capiunt ſex. Erunt

ria Prætoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidiſti, cum tantum lucri decumano ſit datum? profecto, ſi pretium exquiſiſſes diligenter, tum, cum vendebas, $\overline{X}$ medimnum potius addidiſſent, quam H-S. IↃC. poſtea. Magna præda videtur: audite reliqua, & diligenter attendite, quo minus miremini, Siculos re neceſſaria coactos auxilium a patronis, a conſulibus, a ſenatu, a legibus,

Erunt igitur menſtrua modiom Romanorum ccc M, quæ ſufficiunt hominoum LX. millibus alendis, ut modus frumenti fuerint modii quini. Vinc. Cootar. de frumentar. largitione cap. 7. Cap. 10. id ipſum confirmat. Tum temporis, inquit, lege Terentia & Caſſia, quæ & ſimpliciter Terentia dicitur, ex Sicilia aut decumarum aut emtionis nomine advehebantur Romam quotannia ad octusgies bis centena modium millia. Ex iis occcc. modiorum Siculorum, quæ DCCCCLX. fuot Romanorum millia lege Terentia, ſunt importata ad largitiones faciendas, quæ, ſi verum eſt accepiſſe hac lege publicum frumentum ad LX. hominum millia tres paullo amplius menſes plebem Romanam aluerunt, cum eſſet menſtrua largitio cccM. modiorum; vide & cap. 2. de lege Terentia. Verum non video, qui crimen auaerit Cicero numerum frumenti ſi imminuit. Quo plus frumenti abſtulerat Apronius, tanto crimen erat majus. Cicero potius oratorum more dixit, tantum illum frumentum adſportaſſe, quantum prope ſuffecerit menſtruæ largitioni plebis Romanæ, quamvia tertia pars eſſet addenda, ſi ciborum menſtruorum, plebi lege Terentia debitorum, modum deberet implere; ideo adjicit *prope*, ne in reprehenſionem incurreret. GRAV.

Tu magno decumas vendidiſti) Tolle notam interrogationis, & colloca poſt illa verba, SIT DATVM. HOTTOM.

X medimna) Corrigendum eodem modo putarem, X *med.* id eſt *medimnum millia*. IDEM. *Decem medimna potius addidiſſent, quam* H-S. DC.) Hanc pecuniæ ſummam videtur Ciceronem conſtituere pro medimnis reſolveris: ſi enim medimna in modios XXXIII. ris, deinde ſingulia modiis ternos ſeſtertios attribueris, provenient H-S. OXCIII. deſunt ergo integritati iſtius ſummæ non niſi ſex ſeſtertia. Ceterum medimna ſingula, ſingula millia ſignificant: quo more ſeſtertia mille ſeſtertios. NANN. *Medimnum potius*) In his Verrinis, vix receſſimus a numeria medimnum modiorumque ab Hottomanno nobis repræſentaris; non quod convenirent cum MSis noſtris; ſed quod tempus nobia deeſſet excutere membranas illas; fecimua hoc tanto fidentius, quod veriſimiliora ipſius eſſent, quam vulgata: & alioquin eumdem jam antea ſecuti fuiſſent Manutius ac Lambinus. GAVRER. *Medimna* ſignificare mille medimnos, credidit & Scaliger, ſed certis & liquidis rationibus refellitur a Gronovio, qui oſtendit veteres promiſcue dixiſſe *modii* & *modia*, *medimni* & *medimna*, ne *loci* & *loca*: non magis autem *modia* & *medimna* ſignificaſſe mille modios, aut medimnos, quam *loca* mille locos; vide lib. III. de Seſtert. cap. I. Recipienda igitur eum Manutio emendatio Hottomanni $\overline{X}$ *medimnum*, hoc eſt decem millia medimnum. Aut omiſſa eſt nota M, quam abſorpſit ſequens vocabulum *med.* cujus prima littera quoque *M* eſt, aut ſcripſerunt librarii $\overline{X}$ lineola capiti impoſita, quæ millenarii nota eſt, ut Probus Grammaticus docuit. GRAV.

H-S. DC.) Subauditur *millia*; id eſt, coronatorum quindecim millis. HOTT. Non ſubauditur *millia*, ſed pondo, aut pondera ſc. argenti, quæ illam ſummam, quam Hottomannus poſuit, conficiunt, aut interpretandum *ſeſtertia ſexcenta*. GRAV.

Digitized by Google

gibus, a judiciis petiviſſe. Vt probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat Agyrinenſibus Verres, ut in medimna ſingula dentur Apronio H-S. tres.

31. Quid eſt hoc? tanto numero frumenti lucri nomine imperato, & expreſſo, nummi præterea exigentur, ut probetur frumentum? an poterat non modo Apronius, ſed quivis, exercitui ſi metiundum eſſet, improbare Siculum frumentum,

A judiciis) Lambinus, & codex ad ejus marginem, *ab judiciis*. Idem codex, *ab Conſulibus*. Vetus Veneta, Nanger. Manut. *ab Senatu*, *ab legibus*. Si quis hæc mavult, habet auctores ad omnia. GAR.

Vt probaret hoc triticum) Cum enim frumentum non ſatis probum dari diceret, aliquid inſuper pecuniæ poſcebat: quam Cicero ſæpe poſtea *acceſſionem* appellat. HOTT. *Probaret*, non eſt, quod Manutius putat, probum eſſe diceret, ut eo tamquam probo contentus eſſet. *Probare* eſt experiri, experimento cauto cognoſcere, quamvis id perneget G. Scioppius, poſtea vero probum judicare & adprobare. Illud eſt cauſa, hoc effectus. Sic Modeſtinus l. 32. ff. ad L. Cornel. de falſis: *Menſuras vini aut frumenti publice probatas corrumpere*; id eſt, publice examinatas & poſtea probas judicatas. Nec aliter Mela l. 39. ff. de ſolut. *Si ſolaturus tibi pecuniam, eam apud nummularium, quoad probaretur, depoſuerim*. Hoc loco, inquit Sciopp. *probaretur* non ſignificat ad obruſſam exigeretur, ſive inſpiceretur aut examinaretur, ſed pro ſpectata & probata agnoſceretur. Fallitur. *Probaretur* hic utique eſt exigeretur. Clariſſime hoc patet ex trito illo loquendi genere, quod toties apud veteres occurrit, cum Cenſores dicuntur *opus locare*, & poſtea *probare*, hoc eſt inſpicere & examinare num bonum ſit. Plaut. Trinum. IV. 3. 42. *Ex eorum ingenio horum ingenium probant*, pro quo Terentius dicit *ſpectant*. Hic *probant* non eſt laudant, adprobant, ſed exigunt aliorum ingenia ad ſuum, & inde æſtimant, & pendunt. Vt & in Perſ. II. 2.

Tu ex ingenio mores alienos probas.

Sic & in leg. 12. ff. de re militari, tribuni militum dicuntur *probare frumentum*, quod Lampridius de Alexandro Severo dicit; *annonam militum diligenter inſpicere*. Apud Varronem de Re Ruſtica Romana, ut & apud veterem Latinum interpretem Lucæ cap. 14. 19. *probare boves* eadem in notione. Porro recepi ex Nannii libro optimo, ex quo & Metelli multæ in his orationibus lacunæ ſunt expletæ, hæc verba, quæ in aliis deſiderantur: *quod ei dabatur*. Sic enim in illo ſcribi teſtatur Nannius: *Vt probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat*. Receperat id jam ante Carolus Stephanus, quod miror a ſequentibus editoribus fuiſſe neglectum, cum maxime faciat augendo crimini. GRÆV. Has voces in vulgatis omiſſas recepit Grævius, & has ſervat Regius codex optimus. LALLEM. Imo etiam Lambinus.

Apronio H-S III.) Id eſt, nummi ſeſtertii tres. Sed quoniam de millibus perpetuo loquitur, legendum potius putarem: *Vti in medimnum ſingula, dentur Apronio H-S tria*; ut utrobique vox *millia* ſubaudiatur; ut infra: *Neque multum; bina, aut terna millia addebat*; ubi de hac ipſa re loquitur. HOTT. Peſſime. Cicero intelligit ſeſtertios. Medimnus tum temporis quindecim ſeſtertiis erat; quomodo pro probatione medimni penderentur tria ſeſtertia? *Medimna ſingula* eſſe ſingulos medimnos jam ante vidimus. GRÆV.

Tanto numero frumenti in lucri nomen imperato) Vetus: *Lucri nomine imperato*. NANN.

Siculum frumentum) Emphaſis eſt: probum enim ſignificatur, cum Siculum dicitur. *Area* vero ex præceptis Var-

mentum, quód iſti, ex area, ſi vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur: non eſt ſatis: nummi præterea imperantur: dantur: parum eſt. Pro decumis hordei alià pecunia cogitur: jubes H-S. XXX. lucri dari. Ita ab una civitate, vi, minis, imperio, injuriaque Prætoris eripiuntur tritici medimnum XXXIII. & præterea H-S. LX: an hæc obſcura ſunt? aut, ſi omnes homines velint, obſcura eſſe poſſunt? quæ tu palam egiſti? in conventu imperaſti? omnibus inſpectantibus coegiſti? qua de re Agyrinenſes magiſtratus, & quinque primi, quos tu tui quæſtus cauſa evocaſti, acta, & imperia tua domum ad ſenatum ſuum renunciaverunt: quorum renunciatio, legibus illorum, litteris publicis mandata eſt: quorum legati, homines nobiliſsimi, Romæ ſunt, qui hoc idem pro teſtimonio

Varronis I. de R. R. 5 . debebat eſſe in agro, ſublimiori loco, quaoi perflare poſſet ventus. Nam trita grana mos erat e terra ſubjactari, cum ventus ſpirabat lenis, quo paleæ inanes, & quod leviſſimum eſt, extra aream mitteretur & frumentum purum veniret ad corbem. Tritum, & purgatum frumentum arator domum deportabat. Licebat Apronio, inquit Cicero, admetiri ex area; ubi tritum erat frumentum; antequam domum aratoris deportaretur, & ab eo vitiari poſſet. HORTENSIUS.

H-S xxx.] Subaudi *millia*; id eſt coronatos ſeptingentos & quinquaginta. HOTT. Cur ſubaudiatur, quod toties inculcat, *millia*? Imo H-S triginta, ſunt ſeſtertia triginta, hoc eſt ſeſtertia tricies mille. GRÆV.

Medimna xxxIII.) Emendo, *medimnum*: ut ſupra. HOTT.

H-S LX.) Error manifeſtus. Nam III. millia H-S in ſingula medimnum millia, ſi medimnum ſint XXXIII. millia, efficiunt XC. X. millia ſeſtertium. Iam pro decumis hordei XXX. millia exacta ſunt, quæ omnia ſummam efficiunt CXXIX. millium H-S: id eſt coronatorum CIↃ. CIↃ. CIↃ. CCXXV. Emenda ergo, H-S CXX. X. IDEM. Falſa hæc omnia. H-S LX. ſunt ſeſtertia ſexaginta; hoc eſt ſexaginta millia nummum ſeſtertium; ſunt centum quingenti coronati, quos accepit pro probando frumento, cum in ſingulos medimnos tres ſeſtertii pendi juberentur. GRÆV. Apertus tamen error, & rectus Hottomanni calculus. Hinc Lambinus ediderat, *ad* H-S. CXXIX. *millia*; in quo ipſum teneo: vix enim aliunde, quam ab Hottomanno, hæc potuit mutuari, niſi calculum ipſe fecit: quæ res aliquoties comperta, ejus vehementer imminuit fidem. Mihi tamen, ut ſæpe dixi, in his orationibus ſuſpectus eſſe vix poteſt. Hoc, & ſimilibus locis certas, & neceſſarias emendationes exiſtimavit, de quibus adeo ad c. 32. lectorem admonuit. Nonne Manutius, & Gruterus quoque in his numeris Hottomannum ſecuti ſunt? Hic tamen errorem veterem recudere maluerunt. GAR.

Aut, ſi omnes homines) Io Franc. primo alia manu emendatum legitur: *haud, ſi omnes homines.* IDEM.

Quos tui quæſtus cauſa evocaſti) Vetus: *Quos tu tui quæſtus cauſa evocaſti*. NANN. *Quos tu tuique*) Eſt a Nanniana; vulgata enim, *quos tui*, tantum. GRUT. *Tu* eſt a Nanniano, non *tuique*. Iſtud *que* reſpuit ſententia & veterum librorum, inter quos Franc. prima ſcriptura. GRÆV.

monio dixerunt? Cognoſcite Agyrinenſium publicas litteras: deinde teſtimonium publicum civitatis. Recita litteras publicas. LITTERÆ PVBLICÆ. Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animadvertiſtis in hoc teſtimonio, judices, Apollodorum, cui Pyragro cognomen eſt, principem ſuæ civitatis, lacrymantem teſtari, ac dicere, numquam poſt populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenſes contra quemquam infimum civem Romanum dixiſſe, aut feciſſe quidpiam: qui nunc contra Prætorem populi Romani magnis injuriis, & magno dolore publice teſtimonium dicere cogerentur. Vni mehercule huic civitati, Verres, obſiſtere tua defenſione non potes: tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in injuria, tanta religio in teſtimonio. Verum non una te tantum, ſed univerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus, ac teſtimoniis publicis perſequuntur.

32. Etenim deinceps videamus, Herbitenſis civitas honeſta, & antea copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto, ac vexata ſit. At quorum hominum? ſummorum aratorum, remotiſsimorum a foro, judiciis, controverſiis: quibus parcere, & conſulere, homo impuriſsime, & quod genus hominum ſtudioſiſsime conſervare debuiſti. Primo anno venierunt ejus agri decumæ tritici medimnum $\overline{\text{XVIII}}$. Atidius, iſtius

Recita litteras publicas) Locus ſic poſtulat, *Recita; litteræ publicæ*. HOTT.

Cui Pyragri cognomen eſt) Aut *Pyrager* legendum eſt, aut in tertio caſu *Pyragro*. Hanc enim locutionem conſuetudo Latini ſermonis repudiat. IDEM. *Cui Pyragri cognomen eſt*) Vetus: *Cui Pyragro nomen eſt*. NANN. Sic & Carolus Stephanus: vere. Vide quæ ad Iuſtinum noto. GRÆV.

Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor injuriæ) Vetus: *Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in injuria*. τὸ ἀσύνδετον concinnius apparet, & minus flexuoſum. NANN. Recepi & hic Nanniani libri ſcripturam. Verum ego in poſterum parcior ero in indicando, quæ ſumſimus ex Nannianis, cum notæ ejus verſentur in omnium manibus. GRÆV.

Verum non una te ſed univerſæ ſimilibus) Vetus: *Verum non una te tantum, ſed univerſæ ſimilibus*. NANN. In Franc. melius *perſequuntur*; quam vulgatum *perſequentur*. Id enim tum faciebant. GRÆV.

Tritici medimna XVIII.) Corrige *medimnum*: & ſubaudi, *millibus*. Emerat enim non pecunia numerata decumanus, ſed certa pactione frumentū omnium frugum cujuſvis generis decumas. HOTT. *Tritici medimnum* XVIII. *millibus*) Sic eſſe legendum oſtendit ſimilis locus infra, non longe, ibi, cum *decumæ veniſſent tritici medium* CVIII. *millibus*. Nam cum medimnus contineat ſex modios, facile cuivis apparet,

iſtius item miniſter in decumis , cum emiſſet , & præfecti nomine cum veniſſet Herbitam cum Veneriis , locuſque ei publice , quo deverteretur , datus eſſet ; coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici medimnum XXXVII. millia , cum decumæ veniſſent tritici medimnum $\overline{\text{XVIII}}$. Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publice , cum jam privatim aratores ex agris ſpoliati , atque exagitati decumanorum injuriis profugiſſent. Anno ſecundo cum emiſſet Apronius decumas tritici medimnum $\overline{\text{XXV}}$. & ipſe Herbitam cum illa prædonum copia , manuque veniſſet : populus publice coactus

ret , XVIII. millia medimnum efficere centum , & octo millia modiorum. Multa autem hic ſunt emendata in his & modiorum , & medimnorum , & ſeſtertiorum numeris : quæ diligens & attentus lector facile , etiam nobis tacentibus , animadvertet . LAMBINVS.

Acenſus iſtius item miniſter) Vetus : *Atidius item iſtius miniſter* . NANN.

Herbitam) Herbita Siciliæ urbs eſt inter Symæthum amnem , & Heræum montem . Cluverius putat hodie Nicoſiam dici , quem vide Sicil. antiq. II. 8. GRAV.

Quo deverteretur) Ita Livius XLII. I. *Sibi locum publice pararet , ubi deverteretur* . Ibidem : *Apud quos ipſis deverti mos eſſet* . GAR.

Tritici modium XXXVII.) Legendum puto , *medimnum* . Nam in lucro (ut ante dixi) & ipſum pretium , id eſt tritici medimnum XVIII. & incrementum continetur ; quod eo probabilius videtur , quia continuo poſt idem eſt mendum , ubi tritici modium XVIII. legimus : cum *medimnum* (ut paullo ante) legendum conſtet ; & rurſus paullo poſt , *Tritici modium* XXV. & XXVI. pro *medimnum* . Error ſane (ut paullo ante poſui) natus eſt ex notis *med.* & *mod.* quas librarii , non ſatis ad negotium ſuum intenti , plerumque commutarunt . HOTT. *Coguntur Herbitenſes ei lucri dare modium* XXXVII.) Vet. *Coguntur Herbitenſes et lucri dare tritici med.* XXXVII. *millia* . Ceterum hanc notulam Mo. obſervavi in vetere codice , nunc pro medimnis , nunc pro modiis capi , ſed confuſis ſignis , Mo. enim modios , Me. medimna indicat . Dictum autem eſt eadem figura *lucri dare* , qua *acceſſionis dare* , ut ſubintelligas nomine vel cauſa ; ejuſdem rationis propemodum videtur , quod noxæ dativum potius , quam genitivum mallut . NANN.

Cum decumæ veniſſent) Lambinus : *Coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici modium* XXXVIII. *millia* , *cum decumæ veniſſent tritici modium* CVIII. Quæ redactio eſt XVIII. medimnorum millium ad modios . Solus quidem hunc numerum ille habet , quantum ego novi : verumtamen ita MSis optime ſervit , qui conſtanter hic habent modios , & ſupra in eadem ſumma medimna ; & Cicero ſimiliter cap. 45. cum dixerit , *quinquaginta millia medimnum* , idem ita repetit , CCC. *millia modium* . Fronto denique hic legit , *modium* XLIIII. *millia* , quod facile permutari potuit cum XVIII. Vide ad c. 33. GARAT.

Atque hoc triticum lucri coguntur publice dare , cum jam privatim aratores ex agris ſpoliati) Vetus : *Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publice ; cum jam privati aratores ex agris* , &c. NANN.

Decumas tritici medimnum $\overline{\text{XXV}}$.) Sequimur hic Francii primum , niſi quod *modium* in illo ſcribatur , & Paulli Manutii editionem , cui ſic legendum eſſe perſuaſit Hottomannus . In ceteris ſine ſententia , *decumas tritici* XXV. *millibus* . GRAV.

Cum illa prædonis copia) *Prædonis* ,

monio dixerunt? Cognoſcite Agyrinenſium publicas litteras: deinde teſtimonium publicum civitatis. Recita litteras publicas. LITTERÆ PVBLICÆ. Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animadvertiſtis in hoc teſtimonio, judices, Apollodorum, cui Pyragro cognomen eſt, principem ſuæ civitatis, lacrymantem teſtari, ac dicere, numquam poſt populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenſes contra quemquam infimum civem Romanum dixiſſe, aut feciſſe quidpiam: qui nunc contra Prætorem populi Romani magnis injuriis, & magno dolore publice teſtimonium dicere cogerentur. Vni mehercule huic civitati, Verres, obſiſtere tua defenſione non potes: tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in injuria, tanta religio in teſtimonio. Verum non una te tantum, ſed univerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus, ac teſtimoniis publicis perſequuntur.

32. Etenim deinceps videamus, Herbitenſis civitas honeſta, & antea copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto, ac vexata ſit. At quorum hominum? ſummorum aratorum, remotiſsimorum a foro, judiciis, controverſiis: quibus parcere, & conſulere, homo impuriſsime, & quod genus hominum ſtudioſiſsime conſervare debuiſti. Primo anno venierunt ejus agri decumæ tritici medimnum XVIII. Atidius, iſtius

Recita litteras publicas) Locus ſic poſtulat, *Recita; litteræ publicæ*. HOTT.

Cui Pyragri cognomen eſt) Aut *Pyrager* legendum eſt, aut in tertio caſu *Pyragro*. Hanc enim locutionem conſuetudo Latini ſermonis repudiat. IDEM. *Cui Pyragri cognomen eſt*) Vetus: *Cui Pyragro nomen eſt*. NANN. Sic & Carolus Stephanus: vere. Vide quæ ad Iuſtinum noto. GRÆV.

Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor injuriæ) Vetus: *Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in injuria*. τὸ ἀσύνδετον concinnius apparet, & minus flexuoſum. NANN. Recepi & hic Nanniani libri ſcripturam. Verum ego in poſterum parcior ero in indicando, quæ ſumſimus ex Nannianis, cum notæ ejus verſentur in omnium manibus. GRÆV.

Verum non una te ſed univerſæ ſimilibus) Vetus: *Verum non una te tantum, ſed univerſæ ſimilibus*. NANN. In Franc. melius *perſequuntur*; quam vulgatum *perſequentur*. Id enim tum faciebant. GRÆV.

Tritici medimna XVIII.) Corrige *medimnum*: & ſubaudi, *millibus*. Emerat enim non pecunia numerata decumanus, ſed certa pactione frumenti omnium frugum cujuſvis generis decumas. HOTT. *Tritici medimnum XVIII. millibus*) Sic eſſe legendum oſtendit ſimilis locus infra, non longe, ibi, cum *decumæ veniſſent tritici medium* CVIII. *millibus*. Nam cum medimnus contineat ſex modios, facile cuivis apparet,

iſtius item miniſter in decumis , cum emiſſet, & præfecti nomine cum veniſſet Herbitam cum Veneriis , locuſque ei publice, quo deverteretur, datus eſſet : coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici medimnum XXXVII. millia , cum decumæ veniſſent tritici medimnum XVIII. Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publice , cum jam privatim aratores ex agris ſpoliati , atque exagitati decumanorum injuriis profugiſſent. Anno ſecundo cum emiſſet Apronius decumas tritici medimnum XXV. & ipſe Herbitam cum illa prædonum copia , manuque veniſſet : populus publice coactus

ret, XVIII. millia medimnum efficere centum , & octo millia modiorum. Multa autem hic ſunt emendata in his & modiorum , & medimnorum , & ſeſtertiorum numeris : quæ diligens & attentus lector facile , etiam nobis tacentibus , animadvertet. LAMBINVS.

Accenſus iſtius item miniſter) Vetus : *Atidius item iſtius miniſter*. NANN.

Herbitam) Herbita Siciliæ urbs eſt inter Symæthum amnem, & Heræum montem . Cluverius putat hodie Nicoſiam dici , quem vide Sicil. antiq. II. 8. GRAV.

Quo deverteretur) Ita Livius XLII. I. *Sibi locum publice pararet , ubi deverteretur*. Ibidem : *Apud quos ipſis deverti mos eſſet*. GAR.

Tritici modium XXXVII.) Legendum puto, *medimnum*. Nam in lucro (ut ante dixi) & ipſum pretium , id eſt tritici medimnum XVIII. & incrementum continetur ; quod eo probabilius videtur , quia continuo poſt idem eſt mendum, ubi tritici modium XVIII. legimus : cum *medimnum* (ut paullo ante) legendum conſtet ; & rurſus paullo poſt , *Tritici modium* XXV. & XXVI. pro *medimnum*. Error ſane (ut paullo ante poſui) natus eſt ex notis *med.* & *mod.* quas librarii , non ſatis ad negotium ſuum intenti , plerumque commutarunt. HOTT. *Coguntur Herbitenſes ei lucri dare modium* XXXVII.) Vet. *Coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici med.* XXXVII. *millia*. Ceterum hanc notulam Mo. obſervavi in veteri codice , non pro medimnis , nunc pro modiis capi , ſed confuſis ſignis , Mo. enim modios , Me. medimna indicat . Dictum autem eſt eadem figura *lucri dare* , qua *acceſſionis dare* , ut ſubintelligas nomine vel cauſa ; ejuſdem rationis propemodum videtur , quod noxæ dativum potius , quam genitivum malunt. NANN.

Cum decumæ veniſſent) Lambinus : *Coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici modium* XXXVIII. *millia* , *cum decumæ veniſſent tritici modium* CVIII. Quæ redactio eſt XVIII. medimnorum millium ad modios. Solus quidem hunc numerum ille habet , quantum ego novi : verumtamen ita MSis optime ſervit , qui conſtanter hic habent modios , & ſupra in eadem ſumma medimna ; & Cicero ſimiliter cap. 45. cum dixerit , *quinquaginta millia medimnum* , idem ita repetit , CCC. *millia modium*. Fronto denique hic legit, *modium* XLIIII. *millia* , quod facile permutari potuit cum XVIII. Vide ad c. 33. GARAT.

Atque hoc triticum lucri coguntur publice dare , cum jam privatim aratores ex agris ſpoliati) Vetus : *Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publice; cum jam privati aratores ex agris* , &c. NANN.

Decumas tritici medimnum XXV.) Sequimur hic Francii primum , niſi quod *modium* in illo ſcribatur, & Paulli Manutii editionem , cui ſic legendum eſſe perſuaſit Hottomannus . In ceteris ſine ſententia , *decumas tritici* XXV. *millibus*. GRAV.

Cum illa prædonis copia) *Prædonis* ,

coactus eſt ei conferre lucri tritici medimnum XXVI. & acceſsionem HS. CIↃ. CIↃ. De acceſsione dubito, an Apronio ipſi data ſit, merces operæ, pretiumque impudentiæ. De tritici quidem numero tanto, quis poteſt dubitare, quin ad iſtum prædonem frumentarium, ſicut Agyrinenſe frumentum, pervenerit? Anno vero tertio in hoc agro conſuetudine uſus eſt regia.

33. Solere ajunt barbaros reges Perſarum, ac Syrorum, plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere, hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc

Accenſi Timarchidis. *Copia*, Veneriis & apparitoribus; magis tamen placeret, ut *predonum* legeremus. HOTTOM. *Cum illa predonis copia*) Vetus: *Predonum copia*. NANN. Firmat Franc. GRÆV. Lambinus hoc amplius, *cum illa ſua predonum copia*, malebat. GARAT.

H. S. MM.) Quinquaginta coronatos: ſed pro hac nota ſcribe CIↃ CIↃ. HOTT. *Et acceſſionem H. S.* MM.) Vetus: *Populus publice coactus eſt ei conferre modium* XXI. *acceſſionis* ∞ ∞. Ex qua nota quantum datum ſit intelligas, ſed quid datum ſit non exprimitur. NANN. Vide Manut. Sed centum millia non ſunt, ut ille vult, ſcutatorum tria millia, ſed viginti quinque millia. GRÆV. Nannii codicem puto recte dediſſe, *acceſſionis*, idque recepiſſe jure Lambinum. Veneta, *& acceſſiones H. S. co. co.* Cum hac omnes MSti dant modios XXVI. & bis mille ſeſtertios: ita enim notæ illæ ſunt explicandæ, quæ in ea ed. paſſim occurrunt; & in MSo Nanii II. Acc. 57. ubi, ut c. 59. vide, quæ diximus. Vere Ferratius hanc acceſſionis ſummam adverſus Manutium, qui eam volebat auctam, defendit IV. epiſt. 11. Sed operam perdit, ut eam ex modiis lucro datis veriſimilem faciat: ſi enim legas cum Grævio *medimnum*, jam erit cum Manutio, aut paullo minus, augenda: ſin modios retineas, deeſſe tamen aliquid ſuſpicaberis. Adhibere ipſum oportuit locum ex c. 50. peropportunum, de quo hic Manutius non cogitavit, cum tamen optime ibi explicaverit. Verres, ut ibi narratur, *in vendendis decumis nummorum faciebat acceſſiones ad ſingulas decumas; neque multum; bina, aut terna millia addebat*. Hæ itaque ubique certiſſimæ ſummæ ſunt: alias enim ſimiles c. 42. & 36. offendes. GER.

An Apronio ipſi data ſit) Utpote non magna. *Acceſſio* autem, pecunia numerata conſtat, quæ, cum in frumento lucrum datur, præter lucrum additur: opinor, ut frumentum probetur. HOTT.

Redimiculum præbeat) Quid ita non *in redimiculum* legamus, item ut poſtea, *in collum*, *in crines*? &c. Hujus autem conſuetudinis Plato in Alcibiade priore mentionem facit his verbis: Επει ποτ' εγω ηκουσα ανδρος αξιοπιστου, των αναβεβηκοτων παρα βασιλεα, ὃς εφη παρελθειν χωραν πανυ πολλην και αγαθην εγγυς ἡμερησιαν ὁδον, ἣν καλειν τους επιχωριους ζωνην της βασιλεως γυναικος. ειναι δε και αλλην, ἣν αυ καλεισθαι καλυπτραν. και αλλους πολλους τοπους καλους και αγαθους εις τον κοσμον ἐξῃρημενους τον της γυναικος και ονοματα εχειν ἑκαστους των τοπων, απο ἑκαστου των κοσμων. *Audivi enim ex uno eorum qui ad Regem ierant fide digno, cum ſe regionem plane amplam & fructuoſam preteriiſſe diceret, unius prope diei iter longam, quam incolæ Reginæ zonam vocitarent. Eſſe aliam præterea, quam rurſus calyptram nominarent, itemque alia loca eſſe quamplurima, eaque amœna ac fructuoſa, quæ mundo Reginæ attributa eſſent, & quorum ſingula ex ſingu-*

hæc in collum, hæc in crines: ita populos habent univerſos non ſolum conſcios libidinis ſuæ, verum etiam adminiſtros. Eamdem iſtius, qui ſe regem Siculorum eſſe ducebat, licentiam, libidinemque fuiſſe cognoſcite. Æſchrionis Syracuſani uxor eſt Pippa: cujus nomen iſtius nequitia tota Sicilia pervulgatum eſt, de qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal, & ſupra Prætoris caput ſcribebantur. Hic Æſchrio, Pippæ vir adumbratus, in Herbitenſibus decumis novus inſtituitur publicanus. Herbitenſes cum viderent, ſi ad Æſchrionem pretium recidiſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſsimæ mulieris ſpoliatum iri: liciti ſunt uſque eo, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur: ſupra adjecit Æſchrio: neque enim metuebat, ne, Prætore Verre, decumana mulier damno affici poſſet. Addicitur medimnum XXXV. millibus,

ſingulis ornamentis nomen adepta eſſent. Idem ſcribit Athenæus libro I. Videte eum. Probus in Themiſtocle: *Magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiæ ſibi conſtituit: namque hanc urbem ei Rex donarat cum duabus aliis, quæ panem præberet; ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant. Lampſacum item unde vinum ſumeret & Myuntem ex qua obſonium haberet.* HOTT. *Redimiculum præbeat*) Legendum cenſet Hottomannus, *in redimiculum præbeat*; ego tamen ſcripturam receptam magis probo: & ita excudi etiam olim juſſeram, nempe *redimiculum præbeat*, ſine præpoſit. *in*. LAMB.

Iſtius qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat) Vetus: *Qui ſe regem Siculorum eſſe ducebat*. Alterum jactationis, alterum perſuaſionis, utrumque tamen rectum eſſe poteſt. NANN. *Qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat*) Quidam lib. vet. habent, *eſſe ducebat*; quos nunc ſequor. LAMB.

Æſchrionis Syracuſani uxor eſt Pippa) Hoc nomen adulteræ Cicero libenter inculcat, & quia mimi filia, & quia vox *Pippa* cum Chelidone non parum convenit, alterum avis nomen, alterum ſoni, quo aves utuntur. Catullus de paſſere. *Ad ſolam dominam uſque pippiebat*. NANN.

Pippæ vir adumbratus) Translatum a pictoribus, qui *adumbrare* dicuntur, cum leviter informant, ut quaſi umbra duntaxat ejus rei, quam picturi ſunt, appareat. Nam exprimere poſtea dicuntur, cum adhibent colores. Itaque ſæpe hæc quaſi contraria inter ſe Cicero opponit; ut Tuſcul. II. *Eſt enim gloria, ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata*. Similiter actores in ſcena, veluti qui Priami aut Achillis perſonam ſuſtinent, adumbrati dicuntur: & hoc loco *vir adumbratus*, qui mariti nomen ac perſonam ſuſtinebat: cum eſſent alii revera Pippæ mariti. HOTT.

Pretium rediſſet) Si decumæ illi addicerentur in auctione. IDEM. *Si ad Æſchrionem pretium rediſſet*) Vetus, *Si ad Æſchrionem precium recidiſſet*. NANN. Num antehac apud Æſchrionem unquam fuerat, ut jam ad illum redire poſſet pretium? Omnino cum Carolo Stephano recipienda eſt Nanniani codicis ſcriptura, quam immerito alii editores contemſerunt. GRÆVIUS. Recte: atque ita etiam Lambinus. GAR.

Quoad efficere ſe poſſe) Quoad videbatur ferre aliquo modo poſſe. HOTTOMANN.

Addicitur medimnis MM.) Vet. *Addicitur medimnis* VIIIe. Melius hæc

oct.

libus, dimidio fere pluris, quam ſuperiore anno. Aratores fundi-

octo millium ſumma, quam illa duorum millium conveniet cum ſequentibus locis, ubi bis eumdem numerum repetit his verbis. NANN.

Addicitur medimnis MM.) Dimidio fere pluris quam ſuperiori anno; quantum autem in decumis fuit ſuperiore anno, ex his verbis patebit: *Anno ſecundo*, inquit, *cum emiſſet Apronius decumas tritici modium* XXV. *millibus*; quæ ſumma fere dimidio minor quam octo millia medimnorum, quæ in ſe continent XL. octo modiorum millia. Ac rurſus: *Intellexit iſte ita magno vendidiſſe, ut amplius ex Herbitenſibus exprimi non poſſet: demit de capite medimna* DC. *jubet in tabulas pro medimnis* MMMVIII *referri* &c. Pro hoc numero habet vetus codex VIII. jam ſingulas munadas in his libris pro totidem millibus capi, ſupra admonitum, idemque adnotatum a Georgio Agricola. Ceterum hunc numerum MMMVIII octo tantummodo millia ſignificare hac ratione mihi perſuaden, ſcriptum ſcilicet olim fuiſſe MMMV. inſolenti certe modo, ſed non ſemel in Verrinis obvio. Alius librarius, qui voluit indicare has litteras omnes eſſe millenarias, pro tribus MMM tres notas in margine adſcripſit, id alius rurſus in eo contextum retulit, atque ita nobis ex ſuperfluo iſtæ tres monades accreverunt. Conjecturam meam vel vero, vel veriſimile mihi, ſequentia iodicabunt. Verres enim iſtam licitationem octo millium jubet ad ſexcenta diminui, ac pro eo numero in tabulas referri OMMDIV. hoc eſt, ut ego computo ſeptem millia, quingenta & quadringenta. Cur autem factum ſit ut D redundet, hanc, quæ mihi certe utcumque probabilis videtur, cauſam accipe. Librarius, cum vidiſſet in hoc numero D ante MM præponi, & notam eſſe credens quingentenariam, eam integrum poſt M rejecit hoc modo MMDIV. Alius qui alibi offenderet DMMIV. alibi MMOIIII. credens o deeſſe, quod utrobique invenerat, in unum contulit, & ſuo codici OMMDIIII. adſcripſit. IDEM. *Addicuntur medimnum* CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. IↃↃ.) Id eſt medimnorum XXXV. millibus: ſic autem legendum eſſe recte conjecit Hottomannus. LAMB. *Addicitur medimnum*) Cornelius Fronto Grammaticus in exemplis elocutionum, adducit in voce *dimidio*, Ciceronis verba ex libro, quem Tiro in lucem edidit, ut ſcribit Quinctilianus lib. X. inſcriptum *Commentaria cauſarum*; ex quibus totus hic de Herbitenſium decumis locus corrigi poteſt: ſunt autem hæc: *De decumis Herbitenſium per triennium cum primo anno venditas dicat tritici modium* XLIIII. *Secundo tritici modium* XXV. *millibus* DCCC. *anno tertio ſuprajaciente Æſchrione venditas dicunt medimnum* VIII. *mill. centum*, *id eſt modium* XLVIII *millibus* DC. *dupla ſumma anni proximi addicitur medimnum* VIII. *millibus* C. *dimidio fere pluris, quam ſuperiore anno*. Ex hujus autem loci collatione, Ciceronis verba, quæ non bene a quibuſdam emendata ſunt, ita reſtitui poterunt: *Primo anno venierunt ejus agri decumæ tritici modium* XLIIII. paullo poſt: *anno ſecundo cum emiſſet Apronius decumas tritici modium* XXV. DCCC. & poſt: *modium* XXV. infra: *addicitur medimnum* VIII. C. *dimidio fere pluris quam ſuperiore anno &c. jubet in tabulas pro medimnum* VIII. C. *referri*. F. URSIN. Si Frontonem ſequimur, & lucrum emtionibus addendum eſt, Herbitenſes primo anno dederunt modium LXXXI. millia, altero LI. millia octingentos, & acceſſionem non grandem, tertio autem XLVIII. millia, ſexcentos. Videtur itaque Fronto a ceteris MSis non diſceſſiſſe in primi anni decumis, cum paullulum in ſequentibus diſceſſerit, & XVIII. aut forte XVIIII. dediſſe. Si cum pretio lucrum permiſcemus, idem apertius conſequemur: niſi quod anno ſecundo aut ſumma ex pretio, & lucro conflata, aut acceſſio videatur augenda. GARAT.

Dimidio fere pluris, quam ſuperiore anno) Non igitur *medimnis* MM aut

cIↃ

funditus evertebantur: & eo magis, quod jam ſuperioribus annis exhauſti erant, ac pæne perditi. Intellexit iſte ita magno veniſſe, ut amplius ab Herbitenſibus exprimi non poſſet: demit de capite medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. IↃC. jubet in tabulas pro medimnum XXXV. referri XXXI. & CCCC. Hordei decumas ejuſdem agri Docimus emerat.

34.

CIↃ CIↃ ſed *medimnum* XXXV *millibus* legendum omnino eſt. HOTTOM. *Dimidio fere pluris, quam ſuper*) Quo anno venierant decumæ medimnum XVIII. millibus. LAMB. Imo XXXV. milia reponebat Hottomannus, non duplam ſummam, ut Fronto, illius, quæ data proximo anno fuerat intelligens. Verum id putabat, ad medimna XXV. milia ſuperioris anni tot acceſſiſſe, quæ fere dimidiam eorum XXV. milium partem facerent. Lambinus male has cum anni primi decumis comparavit. Omnino autem corrupti ſunt codices, & hariolatur Hottomannus. Fronto non leve illis, quas modo vidimus, Nannii conjecturis momentum addit: eumque accuratiſſime deſcripſiſſe ſummam dicet aliquis: mirum, ſi aut ipſe erraverit, aut mendis fuerit inquinatus. Hinc ſequeretur, modiis ſuperiora omnia Tullium eſſe metitum: verum quid improviſa huc redeunt medimna? Editiones veteres c. 30. 31. medimnis frumentum Agyrinenſe metiuntur, uſque huc Herbitenſe modiis: niſi quod in decumis anni primi eſt utrumque. Infra modii adhibentur cap. 36. & 42. ſed loci vehementer dubii ſunt. Cetera de civitatibus medimnis aguntur: atque adeo cap. 45. & 46. adduntur modiorum ſummæ, qui medimnis illis continebantur. Talem hic Fronto explicationem interpoſuit, a Cicerone idcirco præteritam, quod ſatis erat dixiſſe, *dimidio fere pluris &c.* Mihi certe, ſi Tullius in menſuris variaverit, quoniam in magna differentia varietatem non video ſatis vitari, Frontoniani numeri placebunt. Quos cum optimus Nannii codex una illa lectione, *medimnis* VIIIC. ideſt *octo millibus, & centum*, confirmet omnes, tutius ita edi poſſe cenſeo: quamquam Hottomanni divinatio, ut patet ex dictis, cauſas habeat ſatis probabiles. GARAT.

Amplius ab Herbitenſibus exprimi non poſſet) Lucri nomine, ut annis ſuperioribus. HOTT.

Demit de capite) *Caput* ſumma erat principalis: cui reſpondet *lucrum*, & *acceſſio*. Summam autem intelligo pretii, quo decumæ a publicanis emuntur, velut in hac auctione *med.* XXXV. *millia*. IDEM.

Medimna &c.) Emenda ut paullo poſt CIↃ CIↃ CIↃ IↃC. & pro *medimna*, lege *medimnum*. Reſtabant igitur XXXI. millia, & præterea CCCC. IDEM.

Pro medimnis MMMVIII *referri* DMMD *&* IV.) Nemo eſt, qui ex iis quæ modo diximus, non facile intelligat legendum eſſe, *Medimnum* XXXV *referri* XXXI. *&* CCCC. Conſideret autem lector ſtudioſus veſtigia veteris ſcripturæ. MMMVIII. pro XXXVM. & DMMD. pro XXXIM. facile enim pro X. M. ſupponi potuit: item IV. pro CCCC. In. *Pro medimnum* CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ *referri*, CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CIↃ CCCC) Id eſt, pro medimnum XXXV millibus referri XXX millia, & mille quadringentos: nemo eſt, qui non facile videat ita legendum, & has ſummas quadrare: deme enim de medimnum XXXV millibus, tria millia, & ſexcentos medimnos, reſtabunt XXX millia, unum mille, & quadringenti. LAMB. Nannii codex, & Fronto hæc omnia ita refingi jubent: *Demit de capite medimna* IↃC. *jubet in tabulas pro medimnum octo millibus, centum, referri ſeptem millia, & quingenta*. Numerus ille IↃC. eſt etiam in vetuſtioribus editionibus: quem Hottomannus auſus eſt immutare, binos adeo locos, ut illis ſuis XXXV. millibus inſerviret, emendans. Numerum enim ex cap. 34. huc arceſſivit, hinc vero illuc me-

34. Hic eſt Docimus, qui ad iſtum deduxerat Tertiam; Iſidori mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine. Hujus Tertiæ plus etiam, quam Pippæ, plus quam ceterarum, ac prope dicam tantum apud iſtum in Sicilienſi prætura auctoritas valuit, quantum in urbana Chelidonis. Veniunt Herbitam duo Prætoris æmuli, non moleſti, muliercularum teterrimarum improbiſsimi cognitores: incipiunt poſtulare, poſcere, minari: non poterant tamen, cum cuperent;

medimna tranſtulit. Sed vidit jamdudum egregie Nannius, cap. 34. medimna redigi ad modios, quod Tullius hic non ſemel facit, vetereſque imo lectiones his duobus locis firmiſſimæ Frontoni favent. Nam ex xxxv. millibus ſexcenta detrâhere, non adeo magnum eſt; & rectius Cicero id exagitat, queriturque, illa eadem ex VIII. millibus & C. fuiſſe detracta. Notandum porro eſt, quod c. 36. legitur, mitti conſueviſſe Apronium ad agros *maximos, ac feraciſſimos*, alios autem *ad minores civitates*. Hinc aliquis medimna Hottomanni Herbitenſia tuebitur: rogabit adeo, ne tam impares has prædas Agyritienſibus, Ætneoſibus, Leontiniſque conſtituamus. Vide cap. 30. 31. 45. 46. Adde, quod ſatis amplum Herbitenſem agrum fuiſſe ex illis etiam ſuſpicari licet, quæ de hac urbe iam collegit Cluverius Sicil. antiq. II. 8. p. m. 328. Verum & anno tantum fecundo has decumas emit Apronius, & c. 32. aratores, cum hæc petebantur, jam direpti a decumanis, & exagitati profugiſſe dicuntur. GARAT.

Vi abductam ab Rhodio tibicine) Donatus in illud Terentii: *Multæ ſunt cauſæ quamobrem cupio abducere*: *Abducere*, inquit, *dixit tamquam ab ſtulto: nec per verum meritum; ſed per fraudem*; Cicero: *Per vim, atque dolum abducta ab Rhodio tibicine*. HOTT. Hoc itidem ex Donato retulit Lexicon Terentianum vetus apud Barthium XXXVIII Adv. 15. niſi quod formavit *obducere*. Sed hoc loco nemo Grammaticis credet. Illud vero jamdiu nimis contemnitur, quod ex MSo adfert Lambinus, & ipſe improbat, *ad quem iſte deduxerat Tertiam*. At cur eam Verres ad Docimum non deduxerit? Cur non Prætor potius, qui, ut conſtat ex V. Acc. 31. eam *vi abduxit*, penes Docimum paratam ſibi collocaverit? Certe apud Docimum fuiſſe Tertia videtur, qui ejus *cognitor* dicitur, imo *Prætoris æmulus*; & c. 36. *Docimo, hoc eſt, Tertiæ*, ut optime reſtitutum ex Fabriciano fuit, illis confirmantibus verbis; *Tertiæ mimæ condonavit*. Sed hic non ille ſolum codex, quem Fabricianum ſolet Gruterus exiſtimare, ita legit ut dixi, verum etiam Veneta MCCCCLXXXIII. Vulgata eſt a Naugerio, quæ Docimum abduxiſſe Tertiam, Verre jubente, indicat: quam lectionem ſane non improbo, cui melius viſum eſt convenire verbum *deducere*, de quo vide Drakenb. ad Liv. XXVI. 50. Sed quis ignorat, tum de hoſpitio quodam apud Docimum, tum vero magis etiam de nuptiis potuiſſe id uſurpari? Vide Gronov. ad Plaut. Milit. III. 1. 91. Vulgatæ nihil favet locus ex V. Accoſ. 12. ad quem alia dicemus. GARAT.

Duo prætoris æmuli non moleſti) *Æmulum* dixit pro *rivali*, qui eamdem amat; ut in illo Terentii: *Et iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito*. *Æſchrionem* autem, propter uxorem: & *Docimum* propter *Tertiam* ſignificat. HOTT.

Muliercularum teterrimarum improbiſſimi cognitores) *Cognitores* (ut alibi declaravimus) præſentium dicuntur, qui *procuratores* abſentium. Contumelioſe autem *cognitores* appellat, quaſi non ſuum ipſi ius perſequerentur, ſed mulierum: utpote quibus id Verres libi-

rent, Apronium imitari. Siculi Siculos non tam pertimeſcebant. Cum omni ratione tamen illi calumniarentur, promittunt Herbitenſes vadimonium Syracuſas. Eo poſteaquam ventum eſt, coguntur Æſchrioni, id eſt, Pippæ, dare tantum, quantum erat de capite demtum, tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. IↃC. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno ſuo quæſtu animum ad vectigalia redimenda transferret. Tranſactum putabant Herbitenſes, cum iſte, quid de hordeo, inquit, & Docimo, amiculo meo? quid cogitatis? At hoc agebat in cubiculo, judices, atque in lectulo ſuo. Negabant illi ſibi quidquam eſſe mandatum. Non audio: numerate H-S. XV.

libidinis cauſa conceſſerat: itaque paullo infra: *Coguntur*, inquit, *Æſchrioni, id eſt, Pippæ dare tantum, &c.* In orat. pro Cæcina, *Ebutium viduarum cognitorem* contumeliæ loco appellat: quod alendis earum litibus & controverſiis ipſe aleretur. IDEM. *Mulierculaum deterrimarum improbiſſimi cognitores*) Vetus: *Mulierculaum teterrimarum improbiſſimi cognitores.* Sunt autem hic *cognitores*, non procuratores ad litem, qui cauſam familiarius cognitam habent, ſed procuratores ad negotia decimarum ſcilicet: uxores enim illorum decumanæ erant re vera, ipſi in re uxoria procuratores. NANNIUS. *Mulierculaum teterrimarum*) Haud aliter Pal. & Nannianus. Vulgata *deterrimarum*: eamdem vocem revocavi quoque infra cap. 35. GRUT. Vide de voce *cognitor* Gronov. de Pec. Vet. IV. 3. GRAV.

Tritici modios MMM DC) Lege *medimnum*, ut ſupra: & ſcribe ſic, *medimnum* CIↃ CIↃ CIↃ IↃC. HUTTEM. *Tritici modios* MMM DC.) Audivimus ſupra ſexcenta medimna de capite eſſe detracta octo millium, ea debent contineri in iſtis MMM DC. modiorum, id an ita ſit, jam ſtatim liquebit. Continent enim ſingula medimna ſenos modios, quamobrem ſi ſexcenta medimna per ſenarium multiplices, abſolute conficient tria millia modiorum & ſexcentos. Vides egregium æquamentum utriuſque ſummæ. NANNIUS. MSi omnes retinent *modios*, quos Nannius recte defendit, & certe *modios*, vel *modium* præfero, ut dixi, conjecturæ Hottomanni, quam, velut codicem aliquem, aut emendationem neceſſariam omnes incaute ſequuntur. Errorem Gruterianæ typographicum, qui Grævium quoque, Verburgium, ac Olivetum fugit, cum Lallemando correximus; DC. pro IX. repoluimus. Modium tria millia, & ſexcenti faciunt novem millia ſeſtertium. Attende, quod Cicero ſubdit, *noluit nimium lucri dare*. Exigua igitur debuit eſſe ſumma. Quod ſi totidem medimna data fuerint, conficientur H-S. LIV. millia. Atqui Docimo, id eſt, Tertiæ, quæ plus poterat apud Verrem, XV. millia data ſunt, ſive XII. ut habet Nannii codex. Sane XV. millia dimidium ejus ſummæ faciunt, quam eodem nomine Agyrinenſes c. 31. Apronio dare coacti ſunt: quod eſt conſiderandum. Si pretium ipſius hordei decumani hac ſumma continebatur, quod Hottomannus perpetuo ſtatuendum putabat, ipſa non multum Tertia lucrata eſt; ut hic ſecundas agere, & minus IX. millibus accepiſſe, videri etiam facile poſſit. GARAT.

At hoc agebat in cubiculo judices) Melius *atqui*, pro *at*, ut eſt in manuſcripto. F. URSIN.

H-S. xv.) Subaudi *millia*, id eſt, trecentos ſeptuaginta quinque coronatos.

XV. Quid facerent miſeri? aut quid recuſarent? præſertim cum in lectulo decumanæ mulieris veſtigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perſeverandum intelligebant? Ita civitas una ſociorum, atque amicorum duabus teterrimis mulierculis, Verre prætore, vectigalis fuit. Atque ego nunc eum frumenti numerum, & eas publice pecunias decumanis ab Herbitenſibus datas eſſe dico: quo illi frumento, & quibus pecuniis tamen a decumanorum injuriis cives ſuos non redemerunt. Perditis enim, & direptis aratorum bonis, hæc decumanis merces dabatur, ut aliquando ex eorum agris, atque ex urbibus abirent. Itaque cum Philinus Herbitenſis, homo diſertus, & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret: animadvertiſtis, judices, gemitum populi Romani, cujus frequentia huic cauſæ numquam defuit: qua de paucitate aratorum alio loco dicam.

35. Nunc illud, quod pæne præterii, non omnino relinquendum videtur: nam, per deos immortales, quod de capite ipſo demſit, quo tandem modo vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur? Unus adhuc fuit poſt Romam conditam, dii immortales faxint, ne ſit alter, cui reſp. ſe totam traderet temporibus coacta, & malis

tos. HOTTOM. H-S xv.) Vetus H-S xii. NANNIUS. Non *millia* ſubaudi, ſed lege *ſeſtertia quindecim*. GRAEV.

Perditis enim, & direptis) Lambinus, *perditis enim jam, & direptis*. GAR.

Quod de capite ipſi demſit) *Ipſe*, aut *ipſo*, legendum potius arbitrarer. HOTT. Teſtatur Lambinus in margine veteris codicis ſcriptum eſſe: *Quod de capite iſte demſit*. GRAEV. Nempe in vet. codice ad Lambini marginem laudato. GAR.

Quo tandem modo ferendum, verum etiam animadvertendum videtur) Vetus: *Quo tandem modo, vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur*. Malim vulgatam lectionem, quæ indicat, id nullo modo ferri debere, & inſigniter puniendum: quamquam vetus exemplar etiam magni ponderis verba habeat, ſcilicet ne audiendum quidem, tantum abeiſe ut ſit ferendum. NANNIUS. *Quo tandem modo vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur?*) Ita Lambinus, ſed ex libro Nannii. Prius cuſi: *Modo ferendum verum etiam animadvertendum videtur*. Palatini accedunt ſcripturæ Nannianæ, niſi quod omittant, *vobis non modo*; neque aliter edd. vett. GRUT. Franc. accedit Palatinis. Hanc Nanniani codicis ſcripturam ſecuti ſunt Carolus Stephanus, Lambinus, & Gruterus. GRAEV.

Cui Reſpub. totam ſe tradidit) Vetus: *Cui Reſp. ſe totam traderet*. NANNIUS. *Totam ſe traderet*) Aliæ edd. *tradidit*, ſed noſtrum eſt in membranis Nannii. GRUT.

L. Sulla

lis domeſticis, L. Sulla: hic tantum potuit, ut nemo, illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet: tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium Romanorum cum venderet, ſe prædam ſuam vendere. Ejus omnes res geſtas non ſolum obtinemus; verum etiam propter majorum incommodorum, & calamitatum metum, publica auctoritate defendimus. Vnum hoc illius ſenatus conſulto reprehenſum: decretumque eſt, ut, quibus ille de capite demiſiſſet, hi pecunias in ærarium referrent. Statuit ſenatus, hoc ne illi quidem eſſe licitum,

L. Sylla) Vetus. *L. Sulla*, ſic *cypreſſus & cupreſſus*. NANN.

Nec vitam retinere poſſet) In hanc ſententiam Salluſtius in conjuratione ſic ſcribit: *Nam uti quiſque aut domum, aut villam, poſtremo vas aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet: neque prius finis jugulandi fuit, quam Sulla omnes ſuos divitiis explevit*. HOTT.

Vt dicere in concione non dubitaret) Bona proſcriptorum pro roſtris a Sulla vendita oſtendit in orat. contra Rullum, his verbis: *L. Sulla cum bona indemnatorum civium funeſta illa auctione ſua venderet, & ſe prædam ſuam dicerct vendere, tamen ex hoc loco vendidit*. Loco autem, in quo nam habebat orationem, dicit, id eſt, roſtra: & in eamdem ſententiam ſic ſcribit lib. II. de Offic. *Eſt enim auſus dicere, haſta poſita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorum, & locupletum, & certe civium, prædam ſuam ſe vendere*. IDEM.

Verum etiam propter majorum incommodorum & calamitatum metum) Sic legendum arbitror, non, ut habent omnes libri & vulg. & manuſc. *malorum incomm*. Animadverti autem ſæpe ab imperitis illis librariis & *i* pro *l*, & contra *l* pro *i* ſcriptum eſſe. LAMB.

Propter majorum incommodorum) Probavimus Lambini conjecturam: vulgo *malorum*: corrupte. GRUTERUS. Probavit etiam Paullus Manutius. Vere autem Tullius. Nam in rep. mala quædam & iniqua ferenda ſunt interdum, majorum malorum avertendorum cauſa. Hinc Quinctil. lib. XI. cap. I. ex Ciceronis oratione de proſcriptorum liberis: *Quid crudelius, quam homines honeſtis parentibus ac majoribus natos a rep. ſubmoveri? ſed legibus Sullæ continetur ſtatus civitatis, ut his ſolutis ſtare ipſa non poſſit*. Sic & Florus ſenſit III. 23. *Repetitio bonorum nimirum damnatorum a Sulla civium, quæ vendita erant, procul dubio labefactabat compoſitam civitatem. Expediebit ergo quaſi ægræ ſauciæque reipublicæ requieſcere quomodocumque, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur*. Vide & Cicer. II. ad Attic. ep. 2. GRÆV.

Publica auctoritate) Carbone occiſo, totam ſe Sullæ arbitrio Reſpub. tradidit: comitiorum, creandorumque magiſtratuum ſummam ei poteſtatem permiſit: quin etiam lex a L. Flacco Interrege lata eſt, ut quæcumque Sulla, aut tamquam Conſul, aut tamquam Proconſule geſſiſſet, rata & fixa manerent. Ejuſdemque præterea ſtatua aurea Equeſtris in palatio pro roſtris publice poſita eſt, in cujus baſi grandioribus litteris inciſum eſt, *L. Sullæ Imperatori Fauſto*. Plutarchus, Appianus, & Cicero in Rullum. HOTTOM.

Vnum hoc illius) Subaudi *factum*; vel *decretum* Senatuſconſulto reprehenſum eſt. IDEM. Vetus Veneta, *Vnum hoc aliud* S. C. Lambinus formabat, *Vnum hoc aliquot Senatus conſultis*, quod planius videtur: ſed unum huic rei ſufficit SCum, & nihil temere muto. GAR.

De capite demiſiſſet) Summas immi-

citum, cui conceſſerat omnia, a populo factarum, quæſitarumque rerum ſummas imminuere. Illum viris fortiſsimis judicarunt patres conſcripti remittere de ſumma non potuiſſe: te mulieri teterrimæ recte remiſiſſe ſenatores judicabunt?

minuiſſet pretii, quo decumas enemiſſent. Nos lingua noſtra *demtionem capitis* nominamus, *le rabais*. HOTT.

A populo factarum, quæſitarumque] Quid ſi, *Ab ipſa factarum?* ut paullo poſt: *Quod ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat*: nam etiam ad amplificationem hoc pertinet: ut cum ipſe Sulla eas res quæſierit, de capite tamen in iis diminuere non potuerit. Quin etiam hoc eo probabilius videtur, quia in libris manuſcriptis ſæpe hac nota uſos conſtat librarios *ipo* pro *ipſa*, hac vero *po.* pro *populo*, quod, ne longius abeamus, etiam proximum locum corruperat, quem quinto ab hinc verſu ſcriptum in aliis libris hoc modo reperies, *poſſet pro lege*: cum re vera legendum ita ſit, *po. eſſet*, id eſt, *populo eſſet pro lege*. *Res* autem *factas* dicit, pro *quæſitas*, & *paratas*; ut alibi frequenter *pecuniam facere*, ut ſupra. IDEM. *Ab ipſo partarum, quæſitarumque*) Sic omnino legendum, *ab ipſo*, inquam, non a populo, quemadmodum recte emendavit Hottomannus. præterea, *partarum*, repoſui pro illo corrupto, *factarum*: ita locus totus reſtitutus eſt: atque hanc reſtitutionem confirmant verba illa, quæ paullo poſt ſequuntur: *Quod ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat*. LAMBIN. *A populo factarum quæſitarumque &c.*] Hottomannus & Lambinus heic ſe præbent ſatageos, non neceſſario. *Res factæ a populo*, partæ ſunt, neque enim ignota formula, *rem facere*, *rem factam habere*. Terentius Adelphis: *Porro autem dum ſtudeo, illis ut quam plurimum facerem, contrivi in quærenda vitam atque ætatem meam*: ſic Guilielmius. GRUTERUS. Probat emendationem Hottomanni etiam Manutius. Verum merito tuetur Guilielmus *factarum* contra Lambinum, (nam ſic & *populum facere* pro colligere apud Flor. l. I. ubi vide quæ notavi) ſed etiam *a populo* non eſt immutandum. Nam a populo conſtitutæ erant ſummæ, quas nulli licebat imminuere. Hinc dicit Tullius veterum religione legum, quas populus ſcilicet tulerat de pecunia publica, reprehenſum eſſe Sullam. Nam quamvis Tullius non longe poſt contendat, ex ea pecunia, quam ipſe ſcilicet Sulla quæſierit, remiſiſſe, nimirum de pretio rerum ſub haſta venditarum, quia tamen illa pecunia, quæ ea venditis damnatorum bonis conficiebatur, referebatur in ærarium, recte dicitur illa *a populo facta, & quæſita*, quia populi erat, quæ debebatur ærario. Si librarii peccarunt, in hoc peccarunt quod ignorantia veteris ſermonis addiderint præpoſitionem *a*. Scripſiſſe Tullius videtur: *Statuit ſenatus, hoc ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere*. Quæ nimirum bono, & commodo populi factæ quæſitæque res erant, ut ærarii reditus illis augerentur. Sic apud Tacitum I. ann. 9. Auguſtus dicitur populo & plebi legaſſe quadringenties tricies quinquies, hoc eſt populo legaſſe quadringenties, nimirum ærario inferendum, plebi vero tricies quinquies, nimirum quod plebi divideretur viritim. Labes iſta forte profecta eſt a repetitione ultimæ literæ præcedentis vocis, quæ, ut ſæpe factum, bis ſcripta fuit. Sed poteſt lectio vulgata ferri. GRÆV. *A populo factarum*. Grævius delet præpoſitionem, quam ignorat Regius codex, ut intelligantur pecuniæ bono, & commodo populi factæ, ac quæſitæ. LALLEM.

Illum viris fortiſſimis) Contentio, in qua trium ea rerum comparatione crimen augetur: perſona decumanorum, remittentis poteſtate, & qualitate vectigalium. HOTT.

Mulieri teterrimæ) Ita emendavit Lamb. ut bis etiam ſupra c. 34. ita

Gru-

cabunt ? ille , de quo lege populus Romanus juſſerat , ut ipſius voluntas populo Romano eſſet pro lege , tamen in hoc uno genere veterum religione legum reprehenditur : tu , qui omnibus legibus implicatus tenebare , libidinem tibi tuam pro lege eſſe voluiſti ? In illo reprehenditur , quod ex ea pecunia remiſerit , quam ipſe quæſierat : tibi concedetur , qui de capite vectigalium populi Romani remiſiſti ?

36. Atque in hoc genere audaciæ multo etiam impudentius in decumis Segeſtenſium verſatus eſt : quas cum addixiſſet

Gruterus poſtea ex MSis , quem deſerere auſus eſt nemo, laudatum quoque , ſecutumque a V. C. Burmanno jun. in add. ad Claudian. p. 1024. Sed vide , quæſo , an his tribus locis veteres edd. præſtat defendere . *Teterrimus* enim ad crudelitatem refertur , ad horrorem , ad ſenſus ; de quibus Bentlejus ad Horat. I. Serm. 5. 7. Mulierculæ autem iſtæ potius videantur fuiſſe *deterrimæ* , ideſt , peſſimæ , viles , dignæ contemtu : quippe cum altera mimi eſſet filia , utraque vero ſumma impudicitia , fronteque præfracta. Iudicium in his , quæ paſſim commutantur , valere ſolum ad eligendum debet . GARAT.

Ille , de quo legem populus Romanus juſſerat) Vocem , *lege* , quæ eſt in lib. vulg. olim , ut inculcatam , ſuſtuleram , putans ſupervacaneam : nam quod populus Romanus juſſit , lex eſt. Nunc pro *lege* , *legem* , edidi , libri veteris auctoritatem ſecutus . LAMB. Cave hic audias Lambinum , cum ceterorum librorum ſcriptura ſit longe efficacior . *Lege* tamen non eſt in Francii primo . Dein ſtatim in eodem legitur : *Vt ipſius voluntas populo Romano & poſſe eſſet pro lege* : ſorte : *& eſſe poſſet pro lege*. GRAEV. Lambinus , vetere ad marginem allegato codice , *ut ipſius voluntas ei poſſet eſſe pro lege* ; quo conſpirat etiam Iaunoctii codex & vetus Veneta , quæ ita legit , *voluntas & poſſe eſſet* , MSus denique Francii. Patet enim ex *ei* factum & ſane facillime , & voces *populo Romano* antiquam ejus gloſſam eſſe , qui vocem *ei* fuerat interpretatus . Probo itaque , ac recipiendam puto Lambinianam lectionem , firmam , atque meliorem Neque illud etiam , quod Gravius contemnit , *legem juſſerat* , plane repudio . Senſus eſt : populus Romanus talem de Sulla legem juſſerat , ut ipſius Sullæ voluntas ei populo poſſet eſſe pro lege. Sullæ voluntati hanc poteſtatem lege ſua tribuit populus Romanus : quod mihi tamen magis placet. GARAT.

Veterum religione legum) Auctoritate legum , quæ quidquam remitti vetant . Dicit autem *religionem* , quod magiſtratus omnes , quinque diebus quibus creati erant , in leges jurare cogebantur . HOTT.

In decumis Segeſtenſium) Supra inter liberas , & immunes civitates Segeſtanam nominavit. Ex quo de mendo ſum ſuſpicatus : quod tamen quomodo ſit corrigendum non video ; niſi forte *Eceſtenſium* legamus : quos Plinius libro tertio capite de Sicilia , inter ſtipendiarios nominat . IDEM . Vide Manutium . GRAEV. In re ſatis aperta hallucinantur interpretes. Erant utique Segeſtenſes immunes , & id etiam c. 40. inculcatur : ſed ea lege (idem porro & de reliquis judicium eſt ejuſdem generis) , ut ſi qui poſt conceſſam immunitatem incolæ in Segeſtanam civitatem veniſſent , & haberent agros , ii dare decumas cogerentur , ſicut e converſo dabant decumas ipſi quoque Segeſtenſes pro iis agris , quos in alieno ſolo , atque adeo immuni poſſiderent . Primum illud docet Cicero c. 40. *Quid Halicyenſes , quorum incolæ decumas dant , ipſi agros immunes habent ?* Paullo poſt : *Diocles eſt Panormitanus : is agrum in* Sege-

xiſſet eidem illi Docimo , hoc eſt Tertiæ , tritici modium quinque millibus , & acceſsionem adſcripſiſſet H-S. MD. coegit

Segeſtano .. conductum habebat ... pro decumis cum pulſatus a Venerio eſſet Atqui Panormitani etiam erant immunes, ſed non in alieno , licet immuni , ſolo : decumas , ut conductor , perſolvit . Multo igitur potiori ratione Centuripini , item immunes dicuntur infra pro agris , quos in Leontino poſſidebant , decumas Apronio dediſſe . Quod ſi violaſſet immunitatem Verres , id ne Cicero præteriſſet , aut Segeſtæ , tantæ civitatis , decumæ ſolummodo quinque modium millibus veniſſent ? FERRAT.

Hoc eſt, tritici modium quinque millia] *Quinque millibus* legendum eſſe, dubium nemini eſt ; ſed quod dixit, *hoc eſt*, deeſſe aliquid oſtendit . HOTTOM. *Quas cum addixiſſet eidem illi Docimo , hoc eſt tritici modium quinque millia*) Mutilum hoc eſſe credo , videtur enim aliquid præceſſiſſe , cui iſta interpretatio , hoc eſt *tritici modium* &c. adhibenda ſit , ut exempli cauſa ita fingamus , *quas cum addixiſſet eidem illi Docimo H-S. XV. millibus addixiſſet* , hoc eſt *in tritici modium quinque millia:* id obiter adnotandum , non legi debere *quinque millia* , ſed *quinque millibus* : vitium hoc frequenter obvium ex notulis oritur : nam vs. cum nullum certum caſum deſignent , errorem dedere librariis, ut in eos caſus , in quos non congruebat , deſcriberent . NANNIVS . *Cum addixiſſet eidem illi Docimo tritici medimnum* ɪↃↃ) Sic eſt legendum : nam verba illa , *hoc eſt , tritici medimn. quinque millibus* , primum adſcripta fuerunt ab eo , qui hanc notam ɪↃↃ. declarare vellet : deinde a librario , omiſſis Ciceronis verbis , in contextum orationis translata : quod ſi quis volet ita legi , *medimnum* ɪↃↃ. ſeu *quinque millibus* , *id eſt* , *modium XXX. millibus* , non repugnabo : nam cum medimnum ſex modios contineat , ut diximus , non eſt incredibile Ciceronem medimnorum rationem ad modios redegiſſe . Præterea nomen , *Tertiæ* , ex illo antiquiſſimo libro reſtituimus : unde credibilius eſt natam eſſe hujus loci depravationem , quam ex eo , quod proxime diximus : ſignificat autem Docimo addictas eſſe decumas Tertiæ cauſa , quæ mulier ab eo ad Verrem deducta fuerat . LAMBIN. Valde veroſimilis eſt Lambini conjectura . Si *Tertiæ* reperit in antiquiſſimo illo Fabricii Marcodurani libro , nullum eſt dubium , quin id nomen ſit recipiendum Ex illo autem Nanniano ac Metellano codice infinita loca in his Verrinis orationibus ſunt reſtituta & redintegrata. GRAEV. Merito hic dubites, utrum legas cum Lambino *medimnum* , an vero cum ceteris *modium*. Conferendum eſt diligenter caput 40. quod modiis favere primo intuitu dixeris : ſed idem ſuadet , corrupte hic legi *Segeſtenſes* , quod ſubodoratus eſt Hottomannus , aut ſaltem ab Segeſtanis eſſe hos diſtinguendos , quod magno Salmaſio placebat . Animadverte , nullam hic eſſe de Segeſtæ immunitate mentionem : at ibi diſerte narrari , quo nomine ab Halicyis immunibus decumæ peterentur , tum pergi continuo *Segeſtam , item ad immunem civitatem* . Imo hic verba illa , *decumis Segeſtenſium* , omnia denique clamant , de vectigali agi civitate. Præterea Tullius, dum in hoc genere verſatur , ordinis, brevitatiſque cauſa numquam redit ad ſemel nominatas urbes . Cur ergo, quoniam hic apte incidit in Segeſtam, cetera ad eamdem ſpectantia narrare differt ? Quæ quidem alio anno facta oportuit , ut attendenti patet , ſoletque annos Cicero accurate diſtinguere. Nonne igitur verius eſt , urbes duobus locis percurri duas , annis idcirco non adnotatis , ne verbo quidem addito ad hæc tam diſſita conjungenda ? Iam vero in re ſatis perſpicua eſt etiam aliquid , quod hic *Segeſtenſes* nominari videmus , cum Latini paſſim ab Segeſta ἐθνικὸν habeant *Segeſtanos* . Ita ipſe Cicero hic cap. 6. 40. IV. Acc. 33. 34. 35. 38. V. 47. &c. alios laudat Cluverius Sicil. ant. II. 2. adde Antonini Itinerarium , ubi p. 91.

AQVIS

Digitized by Google

git Segeſtenſes a Docimo tantidem publice accipere : id quod ex Segeſtenſium publico teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM. PVBLICVM. Audiſtis, quanti decumas acceperit a Docimo civitas, tritici modium quinque millibus, & acceſsionem. Cognoſcite nunc, quanti ſe vendidiſſe retulerit. LEX. DECVMIS. VENDVNDIS. C. VERRE PRÆTORE. Hoc nomine videtis tritici modium CIↃ. CIↃ. CIↃ. de capite eſſe demta, quæ cum de populi Romani victu, de vectigalium nervis, de ſanguine detraxiſſet ærarii, Tertiæ mimæ condonavit. Vtrum impudentius a ſociis abſtulit? an turpius meretrici dedit? an improbius populo Romano ademit? an audacius tabulas publicas commutavit? Ex horum ſeveritate te ulla vis, aut ulla lar-

AQVIS. SEGESTANIS. Vtrumque recte ſcio ab eodem derivari fonte: hic tamen acute Salmaſius ab Aceſta deducit *Segeſtenſes*. Cognatæ urbes, Aceſta, & Segeſta, re, nominibusque jampridem a veteribus confuſæ: has a Geographis probe ſeparari primus ille docuit Exerc. Plin. p. 78. Ipſum omnino conſule: quo judice hic *Segeſtenſes* haud alii ſunt, quam Pliniani *Aceſtæi*. Sed ſcripſit fortaſſe Cicero diſerte *Aceſtenſes*, manuſque paſſus eſt emendantiam. Sane hi non alibi hac in re nominantur, ne quidem c. 43. ubi multorum ſimul nomina proferuntur. Omittuntur etiam *Echethlienſes*, quos Plinio III. 8. Harduinus, duce Salmaſio, reſtituit pro illis Hottomanni *Eceſtenſibus*, qui nulli ſunt. At hujus eſt verbi ſcriptura remotior: Aceſtenſes, quando codices nihil juvant, probabiliores. Ita mediocris civitatis decumæ fient V. millia medimnum. Modii enim cum acceſſione ipſa facerent H-S. XIV. milia: cum tamen c. 37. Liparenſes XXX. & c. 38. Tiſſenſes XXI. milia lucri dederint, quorum exponitur, haud hercules ad hos transferenda, tenuitas. GARAT.

H-S. MD.) Coronatos trecentos ſeptuaginta duos. Nam hæc nota ſeſtertios nummos ſignificat mille quingentos. HOTT. Atqui mille quingenti ſeſtertii faciunt tantum coronatos triginta ſeptem & dimidium, ut locus iſte ſit procul dubio corruptus, & aut aliquot, M. id eſt millia omiſſa, aut poſterior nota depravata. GREV.

A Docimo tantidem publice accipere) Apertus locus, & qui dilucide id, quod ante de lucro diximus, ac perſpicue confirmat. HOTT.

Tritici modium quinque miliis & acceſſionem) Corrige: *Quinque millibus, & acceſſione*. IDEM.

Tritici modium MMM *de capite eſſe demta*) Duobus igitur millibus vendidiſſe ſe decumas in tabulas retulerat; atque hoc eſt, quod ſtatim dicet: *An audacius tabulas publicas commutavit*. IDEM. *Hoc nomine videtis tritici modium* MMM *de capite eſſe demta*) Vetus: *Hoc nomine videtis tritici modium VIII. de capite eſſe demta*: ſed hic numerus mihi ob hyperbolem detractionis non valde arridet, maloque ſummam vulgatæ lectionis, vel ob id quod tacita alluſio videtur in hoc nomine *Tertia*, cui tria millia modium donavit. NANN.

Ex horum ſeveritate te ulla vie arripiet, aut ulla largitio eripiet) Ignava eſt illa repetitio, ac proinde addubito, num ſit legendum: *Ex horum ſeveritate te ulla vis, aut largitio eripiet*. NANNIVS. Sic omnino Francii primus. GREV. Atque ita jampridem P. Manutius, Lambinus &c. GAR.

la largitio eripiet? ſed ſi eripuerit ; non intelligis , hæc , quæ jamdudum loquor , ad aliam quæſtionem , atque ad peculatus judicium pertinere ? Itaque hoc mihi reſervabo genus integrum totum : ad illam , quam inſtitui , cauſam frumenti, ac decumarum revertar. Qui cum agros maximos, ac feraciſsimos per ſeipſum, hoc eſt, per Apronium, Verrem alterum , depopularetur , ad minores civitates habebat alios, quos , tamquam canes , immitteret , nequam homines, & improbos : quibus aut frumentum , aut pecuniam publice cogebat dari.

37. A. Valentius eſt in Sicilia interpres : quo iſte interprete non ad linguam Græcam , ſed ad furta , & flagitia uti ſolebat. Fit interpres hic, homo levis, atque egens, repente decumanus : emit agri Lipareuſis , miſeri , atque jejuni, decumas tritici medimnis ıↄc. Liparenſes vocantur: ipſi accipere decumas , & numerare Valeutio coguntur lucri H-S. XXX. millia. Per deos immortales! utrum tibi ſumes ad defenſionem? tanto ne minoris te decumas vendidiſſe,

Sed ſi eripuerit , non intelligis, &c.) Vetus : *Sed ſi eripueris , non intelligis* , &c. Mihi hæc perſeverantia apoſtrophes valde arridet. NANN. *Sed , ſi eripuerit* . &c.) Legendum fortaſſe eſt: *ſed eripuerit : non intelligis* , &c. ut ſit conceſſio , hoc modo : ſed demus tantum apud judices pecuniam, aut gratiam valituram , ut abſolvare : non intelligis , &c. LAMB. Vict. tamen Manut. al. edd. *ſed ſi eripuerit* ſcilicet te vis aut ulla largitio , aut legendum, *ſed ſi eripieris* . GRAEV.

Non intelligis) *Non intelligis* , poſtulat ſententia ; ut interrogatione periodus claudatur . HOTT.

A. Valentinus) Vetus liber , Aldinus , & quidam alii, *Valentius* : & ſic poſtea legitur. IDEM . *Aulus Valentinus eſt in Sicilia interpres*) Vetus : *Aulus Valentius eſt in Sicilia*. Et rectius ; nam poſtea eundem Valentium nominat : *Recita* , inquit , *teſtimonium Liparenſium , deinde quemadmodum Valentio nummi ſint dati* . NANN.

Quo iſte interprete ad furta) Dialogia ludit in voce *interpres* . Is enim dicitur *interpres*, cujus opera ad alterius linguam intelligendam utimur . Sed *interpretem* dicit , cujus opera ac miniſterio in furtis & flagitiis uſus eſt. HOTTOM. Abutitur in poſteriore loco voce *interpres* . Nam interpres ſæpe Latinis ſignificabat proxenetam, per quem , ut Aſconius dicit , inducitur pactio . Itaque interpretem dicit Valentium , cujus pactionibus prædas agebat in minoribus Siciliæ oppidis . GRAEV. Vide Gronov. IV. Obſ. 16. GAB.

Medimnis DC.) Nihil muto . Nam cum agrum miſerum & jejunum appellet , nc *medimnum* millibus ejus decumas veniſſe , non eſt veriſimile . HOTT.

H-S. XXX. millia) Septingentos & quinquaginta aureos . IDEM .

Utrum tibi ad defenſionem) Utraque defenſio inanis eſt , itaque teneri Verrem , neque elabi poſſe oſtendit. Erat enim relatum in tabulas dediſſe Liparenſes H-S. xxx. id eſt , medimnum duo millia : quæ ſumma pro agri tenuitate major eſt , & iniquior quam ferre

ſe, ut ad medimna IↃC. H-S. XXX. millia lucri ſtatim ſua voluntate civitas adderet, hoc eſt, tritici medimnum duo millia? an, cum magno decumas vendidiſſes, te expreſsiſſe ab invitis Liparenſibus hanc pecuniam? Sed quid ego ex te quæro, quid defenſurus ſis potius, quam cognoſcam ex ipſa civitate, quid geſtum ſit? Recita teſtimonium publicum Liparenſium, deinde quemadmodum Valentio nummi ſint dati. TESTIMONIVM. PVBLICVM. QVOMODO. SOLVTVM. SIT. EX. LITTERIS. PVBLICIS. Etiam ne hæc tam parva civitas, tam procul a manibus tuis, atque a conſpectu remota, ſejuncta a Sicilia, in inſulula inculta, tenuique polita, cumulata aliis tuis majoribus injuriis, in hoc quoque

ferre poſſit. Quærit igitur, an ſua voluntate civitas tantum dedit; quod non eſt veriſimile: an ab invitis potius expreſſerit, in quo eum lea tenet. Vtrum igitur horum dixerit, in eo culpa & crimen hærebit. HOTTOM.

Tibi decumas vendidiſſe) Aut, *te decumas vendidiſſe*, legendum eſt; aut *veniſſe*, pro *vendidiſſe*: quod mihi veriſimilius videtur. IDEM. Vere, ſi quid video, Francii: *An tum magno vendidiſſe te decumas, & expreſſiſſe*. GRAEV.

Vt ad medimna DC.) Non quo & hæc tritici, & illa pecuniæ numeratæ ſumma daretur, hujuſque illa eſſet acceſſio: dictum eſt enim jam antea, & aperte commonſtratum, lucri nomine & caput, & lucrum præterea contineri: quod etiam ex eo intelligi licet, quod modo XXX. ſeſtertium millibus medimnum duo millia æſtimat, id eſt ſingula medimna ſeſtertiis nummis quindecim: quæ & vulgata etiam hoc tempore æſtimatio eſt, & cum aliis hujus orationis locis conveniens. *Ad medimna igitur DC.* ita accipio, quaſi diceret, *pro medimnis DC.* præſertim cum veriſimile non ſit, *ad DC. medimna duo millia* inſuper addita fuiſſe. HOTT.

Tritici medimna II. millia) *Medimnum*, ſecundo caſu, corrigendum: ut ſtatim *vendidiſſes*, pro *vendidiſſet*, ut in multis impreſſis. IDEM. *Hoc eſt tritici medimna II. millia*) Vetus: *Hoc eſt tritici* M^{o}. ∞ ∞. Sed & hoc quoque male; nam XXX. millia H-S. lucri cauſa data: ſi deni quini ſeſtertii in medimna ſingula imputentur, duo millia medimnum faciunt, H-S. XXX. millia. NANNIVS. *Hoc eſt tritici modium II. millia*) Sic eſt legendum, non *medimnum*. Nam ſi decumæ medimnis ſeacentis dumtaxat venierunt: quomodo medimnorum duo millia lucri ab illa civitate addi potuerunt? nunc autem cum medimnus, ſeu medimnum ſex modios contineat, atque ita ſexcenta medimna tria modium millia & ſexcentos conſtituant, lucrum illud fuit quidem improbum, atque impudens, ſed tamen Verris mores id tulerunt. Iam modius lege ſeſtertiis nummis tribus erat æſtimatus, interdum tamen duobus dumtaxat æſtimabatur. Ita duo modium millia, ſeſtertium quinque millibus, aut paullo pluris æſtimarentur; atque hac eadem ratione ſexcenta medimna, id eſt, tria millia modiorum, & ſexcenti, decem millibus ſeſtertium eſſent æſtimandi. Porro, quod ait Hottomannus, hic lucri nomine caput, & lucrum contineri, probare non poſſum. LAMB.

Quemadmodum Valentio nummi ſint dati) Franc. *quemadmodum numi ſint dati*. GRAEV.

Sejuncta a Sicilia in inſula inculta) Lipara inſula eſt cum oppido, dicta a

que frumentario genere, prædæ tibi, & quæſtui fuit? quam tu totam inſulam cuidam tuorum ſodalium, ſicut aliquod munuſculum, condonaras: ab hac etiam hæc frumentaria lucra, tamquam a mediterraneis, exigebantur? Itaque qui tot annis agellos ſuos ante te Prætorem redimere a piratis ſolebant, iidem ſeipſos a te pretio impoſito redemerunt.

58. Quid ergo? a Tiſſenſibus perparva, & tenui civitate, ſed aratoribus laborioſiſsimis, frugaliſsimiſque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum frumenti omnino exararant? ad quos tu decumanum Diognotum Venerium miſiſti, novum genus publicani: cur hoc auctore non Romæ quoque ſervi ad publica vectigalia accedant?

Liparo Rege Siciliæ, citra Siciliam eſt, abeſtque ab Italia XII. paſſuum millibus, Plinius. HOTTOM. *In Inſula inculta*) Liber ille vetuſtiſſ. habet, *in inſicula incultæ*: unde libenter & facile fecerim, *in inſulula inculta*, &c. LAMB. Sane *inſulula* in ſuo ſe reperiſſe codice teſtatur Nannius, quod non erat contemnendum. GRÆV.

Cuidam tuorum ſodalium) *Sodalium*, per contemtum: nam *comites* magiſtratuum, *miniſtri* imperii ſunt. *Sodalium* igitur, id eſt ſociorum prædæ & furtorum. HOTT.

Redimere a privatis) Vetus longe rectius: *Redimere a piratis ſolebant*. Prætorem enim in eodem maleficio ponit, quo prædones. NANN.

A Tiſſenſibus) Plinius *Tiſſinenſium* mentionem facit, non *Tiſſenſium*, libro III. cap. 3. HOTTOM. *Tiſſa* parvum fuit oppidulum ad radices montis Ætnæ ſitum, ubi nunc *Randazzo*, teſte Cluverio II. Sic. antiq. 6. cujus incolæ *Tiſſenſes*, & Plin. III. cap. 8. *Tiſſinenſes*, Græcis *Tiſſæi*. In Franc. eſt *Tiſſenenſibus*: ſed in ſequentibus idem liber legit, *Tiſſenſes*. GRÆV. *A Tiſſenſibus*. Sic edidi, relictis Gruteri, aliorumque *Tiſſienſibus*, quos quemadmodum legitime forment, nullus intelligo. Saltem debuerant, *Tiſſinenſibus*, ut recte etiam notatum Hottomanno. Adde Cluverium in Sicilia. Similiter mox egi. GRONOV. Iampridem ita ubique Veneta editio dederat, & Naugerius, aliique. Quod reprehenditur, a Lambino eſt, nempe a docto viro, & MSis inſtructo. Nihil quidem hujus cauſa hic muto in veteri & proba lectione: affirmo tamen *Tiſſienſes* ab Græco Τισσαῖος formari melius, quam *Tiſſinenſes*, cum ita minus a fonte diſcedatur: idque habuit fortaſſe Plinius, in quo ſyllabas talium nominum ſæpe augeri ſciunt omnes, qui edd. ejus veteres, MSosque tractarunt. Habet autem Veneta cum adſpiratione *Thiſſenſes*, quod vitium barbari ævi eluit Heinſius ex Silio: hunc enim ſimiliter infecerat illo, qui maxime ad hunc locum appoſitus eſt, verſu XIV. 267. *parvo nomine Tiſſe*, ſive ut habent editiones priſcæ, ac Stephanus Byzantius, *Tiſſa*. GARAT.

Et aratoribus laborioſiſſimis) Vetus: *Sed aratoribus laborioſiſſimis*. NANN.

Diognetum) *Diognotum*, opinor, antiqua & vera lectio eſt; nam illa nihil ſignificat. HOTT. *Diognotum*) Placebat iſtud Hottomanno, neque aliter Pal. ſec. Vulgata, *Diognetum*. GRUTER.

Cur hoc auctore) Si iſtius exemplum & auctoritatem ſequi volumus. HOTT.

Non Romæ ſervi publici ad vectigalia accedant) Apparitores, lictores, accenſi, aliique magiſtratuum ſtatores, quales in Sicilia ſunt Venerii. Vlpianus

cedant? Anno ſecundo. Tiſſenſes H-S. XXI. lucri dare coguntur inviti: tertio anno CIↃ. CIↃ. medimnum tritici lucri Diognoto Venerio dare coacti ſunt. Hic Diognotus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Vos etiam nunc dubitate, ſi poteſtis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor iſtius ſibi acceperit, an huic exegerit: atque hæc ex publico Tiſſenſium teſtimonio cognoſcite. TESTIMONIVM. PVBLI-

nus in Titulis: *Servus publicus, Pretoriſve, parte dimidia teſtamenti faciendi habet jus.* Cicero Philippica XIII. *Quos A tonius deliciarum cauſa loris in convivio cædi juberet a ſervis publicis.* IDEM. *Non Romæ ſervi publici ad vectigalia accedant*) Vetus: *Non Romæ quoque ſervi ad publica vectigalia accedant.* NANN. Caroli Stephani editio politiſſima: *Non Romæ quoque ſervi publici ad publica vectigalia accedant.* MSus Francii: *ſervi publice ad vectigalia accedant.* Fortaſſis *ad vectigalia* irrepſit ex interpretatione magiſtri, quæ fuit appoſita margini, & Cicero ſcripſit: *Non Romæ quoque ſervi ad publica accedant*: ut apud Senecam ep. 101. *Ille qui mari & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæſtus, acceſſerat*: & apud Horat. in epiſtola ad Mecænatem:

Pars hominum geſtit conducere publica, ſcilicet *vectigalia*: ſed quia tamen vectigalia nonnumquam apponitur, ut apud Sueton. Vitell. 7. *Sinueſſanos Formianoſque, quorum publica vectigalia interverterat, non niſi terrore calumniæ amovit*, & ſtatim in hac oratione: *Qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit*: probo lectionem optimi illius libri, quem Nannius evolvit, a quo non longe abit Francii. Facit enim magis ad rem augendam apud judices, ſi dicas *non Romæ ſervi ad publica vectigalia accedant*, quam ſi dicas, *non Romæ ſervi publici ad vectigalia accedant*. *Accedere* autem *ad vectigalia*, pro conducere vectigalia eſt locutio elegans. Sic apud C. Nepotem in Attic. 6. *Ad haſtam publicam numquam acceſſit.* Vide Gronovii notas ad Senecæ ep. 101. GRÆV. Recentiores non putarunt, unius lectionem codicis ſatis hic tuto recipi poſſe: & vero Francii codex vulgatæ magis favet. GAR.

H-S. XXI.) Subaudi *millia*, id eſt, quingentos viginti quinque coronatos. HOTT.

H-S. MM modium) Corrige, MMM *medimnum*: nam H-S. nota nihil ſignificat ſine numero. Numerum autem duorum millium ad frumenti ſummam pertinere, manifeſtum eſt. *Modiorum* vero minor omnino ſumma eſt, quam ut de ea tantum quereretur, & in medimnis non in modiis æſtimatio fiebat. IDEM. *Tertio anno H-S. MM modium tritici lucri*) Vetus: *Tertio anno H-S. XII. modium tritici*: ut divinare non poſſim, uter numerus rectior (pronione tamen animo in hoc, ut malim XII. millia quam duo; quia ſuperiore anno exegerat H-S. XXI.) Ita facile ſentio, utrobique vel ſeſtertios, vel modios delendos eſſe: quod ſi in iſta deletione mihi optio detur, modios expungere velim, quia ſecundo anno, ſeſtertii dati ſunt, non modii, ergo veriſimilius anno tertio quoque ſeſtertios datos. Deinde quod Verres lucri vult dari, id plerumque ſeſtertiis, raro modiis conſummatur. NANNIVS. *Tertia anno XII. modium trit. mil.*) *Duodecim modium tritici millia*, ſive *duo medimnum tritici millia*, id eſt, XXX. ſeſtertium millia: ſic autem legendum, non *duo millia modium.* LAMBIN.

Vicarium nullum habet) *Vicarius* & *ordinarius* relata ſunt. Vterque ſervus: ſed ille in hujus quaſi domini peculio ſervus. *Peculium* autem eſt, quidquid permiſſu domini ſervus in bonis habet. Martialis: *Eſſe ſat eſt*

 ſer-

PVBLICVM. TISSENSIVM. Obſcure, judices, Prætor ipſe decumanus eſt, cum ejus apparitores frumentum a civitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus ipſi lucri auferant, quam quantum populo Romano decumarum nomine daturi ſunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc prætoris dignitas, ut ſervos Venerios Siculorum dominos eſſe velles: hic delectus, hoc diſcrimen, te prætore, fuit, ut aratores in ſervorum numero eſſent, ſervi in publicanorum.

39. Quid? Ameſtratini miſeri, impoſitis ita magnis decumis, ut ipſis reliqui nihil fieret, nonne tamen numerare pecunias coacti ſunt? Addicuntur decumæ M. Cæſio, cum adeſſent legati Ameſtratini: ſtatim cogitur Heraclius legatus numerare H-S. XXII. Quid hoc eſt? quæ eſt iſta præda? quæ vis? quæ direptio ſociorum? Si erat Heraclio ab ſenatu mandatum, ut emeret, emiſſet: ſi non erat, qui poterat ſua ſponte pecuniam numerare? Cæſio renunciat ſe dediſ-

ſervum, jam nolo vicarius eſſe. Ordinarium Iulianus *diſperſatorem* appellat l. Et ideo D. de inſt. act. HOTT.

Aliquando plus ipſi auferrent) Vetus cum majore integritate: *Aliquanto plus ipſi lucri auferant, quam quantum pop. Rom.* &c. NANN.

Ameſtratini miſeri) *Ameſtratus*, & Dorice *Amaſtratus*, eſt oppidum Siciliæ circa Alæſum amnem, nunc *Miſtretta*. Veteribus quoque dictum fuit *Myttiſtratum*, incolæ *Mytiſtrateni*: vide Cluver. lib. II. Sicil. antiquæ. 12. GRAV *Amaſtra*, quæ a Silio Italico memoratur XIV. 267. ab Ameſtrato diverſa videtur doctiſſimo Heinſio. Diverſum potius oppidum fortaſſe fuit *Mutiſtratum* Polybii, & Plinii, pro quo Μυστρατον in Diodoro. Nihil in tam antiquis, obſcuriſque mihi ſumo. Quid tamen, ſi hæc Tullius ipſe diſtinxerit? Manutium video rem hic plane mirificam animadvertiſſe: litteris, & teſtimonio Ameſtratinorum jam recitato, quibus adeo nihil de anni tertii decumis contineatur, cum tam eos dimiſſos diceres, repente ſubjici: *At Ameſtratinos, homines tenues, cum eorum decumas &c.* Quis non ad alios hic tranſitionem fieri putet? Anni tertii nulla mentio eſt: *tenues* hi vocantur *homines*, cum Ameſtratini ſupra *miſeri* dicti fuerint: res agitur ſine ulla recitatione, ut infra de Petrinis, aliiſque. Quo magis attendo, eo mihi juſtior Manutiana fit de mendo ſuſpicio. Quid autem, ſi anno tertio eidem illi M. Cæſio, quem hic vides, decumæ Ameſtratinorum, non Banobali, erant addictæ? At hoc ex c. 43. recte deducas, ut jam nihil dubii ſuperſit. Vide igitur, an ibi *Mutiſtratinos* legere oporteat, quo nullum eſt propius, aut magis ad permutandum cum ſuperiore illo expoſitum verbum. Mutiſtratini hoc in ne ntio prætereuntur, ut ad c 35. de Echetlienſibus, & Aceſtenſibus dicebamus, eiſque probabilis ibi patet locus: nihilque meo judicio, impedit, quominus ab Ameſtratinis ſejungamus. Diſtinxit fortaſſe Anonymus Ravennas V. 23. duobus illis corruptiſſimis verbis, *Maliſtrata*, & paullo poſt, *Meſtraton*. GRAV.

H-S XXII.) Quingentos quinquaginta coronatos. HOTT.

Med,

dediſſe. Cognoſcite renunciationem ex litteris. Recita ex litteris publicis. LITTERÆ. PVBLICÆ. Quo S. C. erat hoc legato permiſſum? nullo: cur fecit? coactus eſt: quis hoc dicit? tota civitas. Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM. PVBLICVM. Ab hac eadem civitate anno ſecundo, ſimili ratione extortam eſſe pecuniam, & Sex. Vennonio datam, ex eodem teſtimonio cognoviſtis. At Ameſtratinos, homines tenues, cum eorum decumas medimnis DCCC. vendidiſſes Banobali Venerio (cognoſcite nomina publicanorum) cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant, cum magno veniſſent: dant Banobali medimna DCCCL. H-S. MD. Profecto numquam iſte tam amens fuiſſet, ut ex agro populi Romani plus frumenti ſervo Venerio,

Med. DCCC.) Scribe plene *medimnis*: ne quis imperitus medimnum millia ſignificari putet: quæ ſumma hominibus quidem tenuibus nimium immenſa eſt. IOAN.

Cognoſcite nomina publicanorum) Ironia. Latina enim eſſe debebant: *Banobalis* vero Græcum. *Publicani* enim cives Rom. at qui civitate donabantur, ii in aliquam Romanam familiam tranſibant: hoc eſt, quod dixit, *Servi, in publicanorum numero eſſent.* Nunc hoc addidit, ut doceat Græcos homines, ſervos publicos, non cives Rom. decumas emiſſe: quod ſolis *publicanis*, id eſt, civibus Rom. legibus licebat. HOTT. Banobal Punicum potius nomen eſt, ut Hannibal, Aſdrubal, quam Græcum. GRÆV.

Cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant) Hoc falſum eſt, ſi lucrum a capite ſeparemus: nam H-S ꟾↄ ꟾↄ. quæ lucri ſolius nomine data ſunt, pretium efficiunt non amplius centum medimnorum, ducta æſtimatione qua ſupra uſus eſt. Verum igitur apparet, quod ante diximus, in lucro ſummam quoque principalem numerari: ut non pluris eſſe lucri ſolius ſummam, hoc loco affirmet, quam capitis: ſed in eo injuria fit, quod cum ingens atque iniqua eſſet ſumma capitis, nimioque decumæ veniſſent, eam etiam auxerit in lucro imperando. HOTTOM.

Med. DCCC.) Scribe plene *medimnis*; ut ſupra. ID. *Dant Banobali medimna* DCCC H-S. MD.) Vetus: *Dant Banobali medimna* DCCCL. Numeros qualeſcumque libuit adſcribere, ut ſtudioſis divinandi materiam ſuppeditarem; venditæ erant decumæ DCCC. Hæc ſi multiplicaveris per quindecim ſeſtertios, tanti enim, ut in ſuperioribus patet, medimnum veniebat, fient in totum duodecim millia ſeſtertium. Ceterum illi plus lucri quam decumarum nomine coacti erant dare Banobali; quamobrem, hic numerus qui multo minor eſt, ſcilicet H-S. MD. nequaquam convenire poteſt; neſcio ergo num legendum ſit XD. hoc eſt quindecim millia. numerus certe ultra decuplum exaugendus eſt, ſi eum majorem velimus reddere. NANN. Caroli Stephani editio ſequitur Nanoiani codicis ſcripturam: *Dant Banobali med.* DCCCL. *Profecto numquam*, quod præſtat, quam incertis aliorum conjecturis jactari. GRÆV. Dubium eſt nullum tamen, quin omnis hæc ſumma duplum pretii, quo decumæ addictæ fuerant, debeat ſuperare. Nam hic, & cap. 37. verba Tullii ſatis aperta detorquet ad ſuam ſententiam vi, & injuria Hottomannus. Qui nihilominus locis aliquibus non ſine cauſa caput, & lucrum ſumma una comprehendi videtur exiſtimaſſe. GARATON.

Quem

rio , quam populo Romano tribui pateretur , niſi omnis ea præda ſervi nomine ad iſtum ipſum perveniret. Petrini , cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen invitiſsimi P. Nævio Turpioni , improbiſsimo homini , qui injuriarum, Sacerdote *Prætore* , damnatus eſt , H-S. LII. dare coacti ſunt. Ita ne diſſolute decumas vendidiſti , ut , cum medi-

Quam Pretori) Vetus, *populo Romano*, recte , & ſic emenda . Error natus eſt ex notæ ignorantia ; cum librarii grandioribus litteris reccipiſſent *P. R.* ſignificantes , *populo Romano* : alius *Pretori* interpretatus eſt . Errore contrario peccatum eſt in libro Cæſaris de Bello Civili I. *Dent operam Conſules* , *populus Romanus* , *Tribuni pleb. ne quid detrimenti* , *&c.* Nam pro *populus Romanus* ſcribendum eſt *Pretores* : ut cuivis licet vel ex ipſo loco , vel ex oratione Ciceronis pro Deiotaro facile intelligere. HOTT. *Quam pretori tribui pateretur*) Vetus : *Quam populo Romano tribui pateretur*, idque ſincerius eſt. Feſellit librarios, quod ſæpe in antiquis codicibus P. R. nunc prætorem ſignificet , nunc populum Romanum Accuratiores libri ubi prætorem indicant has litteras P R. non diſtinguunt, ubi populum Romanum , diſcrimen interjiciunt , hoc modo P. R. NANN.

Petrini) Petra Siciliæ oppidum in edito colle ſitum, cujus incolæ *Petrini*: hodie illud dicitur *Petrogia* : vide Cluvec. Sicil. antiq. lib. II. GRÆV.

P. Nevio) *Nevio* ſcribi debere ex veterum , & lapidum, & numiſmatum. auctoritate ſupra docuimus : & infra ſcribendum iiſdem auctoribus *Brocchus* quod eſt *Furiæ* gentis cognomen in antiquis etiam denariis . F. VRS.

H-S VIII. *dare coacti ſunt*) Totus hic locus ita corrupte legitur in hoc libro , & aliis. quos vidi , omnibus ; ut diutiſſime ſpem ejus reſtituendi omnem abjecerim. Aliquando tamen Dei benignitate , qui mihi ſemper omnibus in rebus præſto eſt, mihi viſus ſum ita illum commode ſanare poſſe , ſi quod modo dixi meminerimus, æſtimari ſcilicet medimna ſingula quindecim nummis ; & ſingula medimnum millia , H-S quindecim millibus . Quod apertiſſime convenit cum duabus ſummis inferioribus. H-S XLV. & med. MMM. ubi tamen corrupte H-S legitur pro *med.* nam ſupradicta æſtimatione *medimnum* tria millia cum H-S XLV. millibus quadrant . Vbi vero legitur *medimnum* XV *millibus* , ſi pro *medimnum* , *modium* , reponamus ; efficient *medimnum* MMD. hoc eſt (eadem ſcilicet æſtimatione) H S XXXVII. millia & præterea quingentos. Cum igitur MMD. *medimnum* millia H-S efficiant XXXVII. millia & quingentos, atque hæc capitis , ſine lucro , ſumma fuerit ; ſatis conſtat , in lucro ſolo *medimna* fuiſſe dumtaxat *quingenta* , id eſt , H-S VII millia & D. cum quidem in univerſo medimnum ponat tria millia , nummum vero XLV. ut appareat non ita depravatum fuiſſe locum , quin veræ tamen & germanæ lectionis quædam quaſi veſtigia ſuperſint . Vbi enim H-S VII. legitur, ſcribendum oſtendimus XXXVII. millia, & D. ubi vero medimnum XV modium . In quo perfacile fuit errare , præſertim cum mod. & med. ut dixi, notis ſcriberentur . Quod autem ſcriptum eſt H S MMM. ſi ante hæc verba , *Hoc eſt* H-S ita ponatur *medimnum* MMM. hoc eſt, H-S XLV. locum integrum & ſanatum ſic habebimus : *Petrini cum eorum decumæ magno addictæ eſſent*, *tamen invitiſſimi* H-S XXXVII *millia & D. dare coacti ſunt. Ita ne diſſolute decumas vendidiſti , ut cum modium* XV *millibus veniſſent* , *medimnum* MMM. *hoc eſt* H-S XLV. *lucri decumano darentur* ? Nam *ut* poſtremum tollendum eſt . HOTT. HS VII. *dare coacti ſunt*) Vetus codex , H S. LII. *dare coacti ſunt* , qui numerus legitimus eſt , ut mox docebimus , cur autem ex quinquaginta facta ſint quinque, parum liquet ; niſi fortaſſe olim notulæ fuerunt quibus ſimplices numeri ad decuplum

Digitized by Google

medimnum eſſet H-S. XV. decumæ autem III. millibus veniſſent, hoc eſt H-S. XXXXV. ut lucri decumano H-S. LII. daren-

euplum aſſurgerent. Vt exempli cauſa v ſit quinque v̄ quinquaginta v̄ quingenta. Ceste Budæus auctor eſt in ſecundo de Aſſe, apicem porrectum ſuper quemcumque numerum millia ſignificare. Cur autem id ſuſpicer, in cauſa eſt, quod plerumque hunc ſcriptum codicem in decuplum diſſentire video. Sequitur deinde: *Ita ne diſſolute decumas vendidiſti, ut cum medimnum xv millibus veniſſet: hoc eſt* H-S. xxxxv. falſum id eſſe, ipſa computatio oſtendit: nam cum medimnum conſtet xv ſeſtertiis, fient ex quindecim millibus medimnorum, ducenta vinginti quinque millia ſeſtertiorum. Recte igitur hic vetuſtus codex, qui ita habet, *ut cum medimnum eſſet quindecim ſeſtertiis* (intelligit autem ſeſtertios nummos, quibus ſingula medimna comparabantur) *decumæ autem veniſſent medimnum* III. (haud dubie millibus) *hoc eſt* H-S. xxxxv. Si tria iſta millia medimnorum multiplices per quindecim ſeſtertios, hoc enim eſt pretium uniuſcujuſque medimni, reſultat inde ſumma quadringenta quinque millium. Sequitur deinde, *ut lucri decumano* H-S. MMM. *darentur*: hæc tria millia non ſeſtertiorum, ſed medimnorum ſunt: nec lucri, ſed decumarum, ut ex vetuſto codice, quem ſupra citavimus, patet. Habet in hoc loco vetuſtum exemplar ad iſtum modum: *Vt lucri decumano* H-S. LII. *darentur*, ut etiam ſupra dixit: nam hic eamdem ſummam repetit. Partes igitur, ut mihi legendum videtur, in unum contraham: *Petrini cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen invitiſſimi P. Nævio Turpioni improbiſſimo homini, qui injuriarum Sacerdote prætore damnatus eſt*, H-S. LII. *dare coacti ſunt. Ita ne diſſolute decumas vendidiſti, ut cum medimnum eſſet* H-S. xv *decumæ autem* III. *veniſſent, hoc eſt* H-S. xxxxv *ut lucri decumano* H-S. LII. *darentur*. NANNIVS. *Cum eſſet medimnus* H-S. xv. *&c.*) Hæc eſt vera hujus loci reſtitutio, ex codicibus partim vulgatis, partim manuſcr. ſumta: ſummæ autem valde inter ſe quadrant. Venierant decumæ Petrinorum modium XVIII millibus, ſeu medimnum tribus millibus (medimnus enim ſex modios continet, ut ſæpe diximus) hoc eſt, LLS. xxxxv millibus: ſinguli enim medimni quinis denis ſeſtertiis erant æſtimati. Verres coegerat Petrinos dari lucri decumano ſex modium millia, id eſt LLS. xv millia: ſic quidem ſinguli modii binis ſeſtertiis, & dimidio erant æſtimati. Aut igitur male decumas vendiderat, aut Petrinis injuſtiſſime & improbiſſime pecuniam eripuerat. Non diſſimulabo tamen, ſcriptum eſſe in illo codice antiquiſſ. *ut lucri decumano* LLS. LII. id eſt, quinquaginta duo millia darentur: & ſupra LLS. LII. *millia dari coacti ſunt*; quas ſcripturas non ſum ſecutus, ut mendoſas: non eſt enim veriſimile plus lucri nomine datum eſſe decumano, quam quanti decumæ veniſſent: quod factum eſſet, ſi ſcripturæ illæ veræ eſſent: nam decumæ venierant dumtaxat tribus medimnum millibus, id eſt, XVIII modiorum millibus, qui modiorum numerus xxxxv. LLS. millibus erat æſtimatus. LAMB. In hoc loco, peſſime habito in omnibus editionibus ceteris, reſtituendo ne latum unguem receſſi ab omnium optimo codice Nanniano, & Caroli Stephani editione, quæ ipſe Nannius aſſeruit erudite in ſuis animadverſionibus. Quin & ſic in Fabriciano codice repperiſſe Lambinum ejus editionis margo videtur innuere. GRÆV. Nimirum Lambinus ita edidit: *Vt cum eſſet medimnus ſeſtertiis* xv *veniſſent autem decumæ medimnum tribus millibus, hoc eſt*, H-S. xxxxv. *&c.* quod in V. L. neglectum eſt. Ex Nannii, & Lambini notis omnia ſunt hic ſatis explorata. Lucrum addi pretio decumarum ampliorem, neque novum eſt, neque ipſe aliud hic Tullius exagitat. Hottomannum, quamvis ei caput, & lucrum conglutinanti mirifice faveant ſummæ, quæ recte poſtea ſunt

darentur? At permagno decumas ejus agri vendidi. Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam.

40. Quid? Halicyenſes, quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immunes habent: nonne huic eidem Turpioni, cum decumæ * C. med. veniſſent, H-S. XV. CIↃ. dare coacti ſunt? Si id, quod maxime vis, poſſes probare, hæc ad decumanos lucra veniſſe, nihil te attigiſſe: tamen hæ pecuniæ per vim, atque injuriam tuam captæ, & conciliatæ tibi fraudi, & damnationi eſſe deberent. Cum vero hoc nemini perſuadere poſſis, te tam amentem fuiſſe, ut Apronium, ac Turpionem, ſervos homines, tuo, liberorumque tuorum periculo divites fieri velles, dubitaturum quemquam exiſtimas, quin illis emiſſariis hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? Segeſtam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur: is ab iſto litteras affert, ut ſibi contra omnia S. C. contra omnia jura, contraque legem Rupiliam, extra forum vadimonium pro-

ſunt conſtitutæ, non puto hic ſolidum ad eam rem habere præſidium. GARAT.

Permagno decumas ejus agri vendidi) *Modium* XV millibus, id eſt, *medimnum* MMD. HOTT. Vnde *vendidiſti* Gruterianam contaminarit, ignoro. Recte ſane Franc. MSus, Edd. Victorii, & aliæ *vendidi*. GRÆV.

Non Turpioni lucrum datum) Nam *medimnum* habuit dumtaxat D. hoc eſt H-S VII millia, & D. HOTT. *Videlicet igitur non Turpioni locum datum ſed Petrinis pecuniæ ereptæ*) Vetus: *Videlicet gloriatur non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam*. NANN.

Sed Petrinis pecuniæ ereptæ) In manuſcripto & impreſſis quibuſdam, *pecuniam ereptam*: & ſic emenda. Ridet autem Verris amentiam, quod non minus iniquum ſit contra leges a Petrinis auferre, quam eodem modo Turpioni tradere. Itaque utrum dicat, teneri tamen, & nihil defenſionis habere. HOTT.

Cum decumæ C med. veniſſent H-S XV dare coacti ſunt) Depravatus locus, qui quomodo reſtitui poſſit, conjectura adſequi non queo. Etenim ſive de medimnis tantum intelligamus, & ſeſtertiis nummis, levior ſumma eſt, quam ut ejus mentionem facere voluerit: ſive de medimnum, & H-S millibus, multo major, quam ut ſoli Halicyenſium incolæ tantas decumas penderent. IDEM.

Servos homines) Apronium ſerviſſe conſtat etiam ex cap. 25. Sed Quinti prænomen illi datur c. 9. & omnino liber erat factus. Idem de altero dicito, qui proxime c. 39. P. Nævius Turpio eſt appellatus. Servos per contemtum vocari dicas, atque ut eluceat comparatio. Ita ceteroquin etiam ſine contemtu libertos appellatos invenies, ut V. ad Diverſ. 20. Vide ad II. Acc. 77. GARAT.

Liberorumque tuorum) Publicatis enim tuis bonis, inopia & egeſtate laborabunt. HOTT.

Illis emiſſariis) *Emiſſarii* dicuntur furtorum conciliatores, qui in ſingulas civitates ad prædam & rapinam immittuntur. IDEM.

Vt ſibi contra jura omnia, contraque legem Rupiliam) Vetus: *Vt ſibi contra omnia*

Digitized by Google

promittant aratores. Audite litteras, quas ad Segeſtanos miſerit. LITTERÆ. C. VERRIS. Hic Venerius quemadmodum aratores eluſerit, ex una pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite: in eodem enim genere ſunt cetera. Diocles eſt Panormitanus, Phimes cognomine, homo illuſtris, ac nobilis. Is agrum in Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt, conductum habebat H-S. ſex millibus:

omnia SC. contra omnia jura, contraque legem Rupiliam. NANN. *Contra omnia jura*) Guilielmius ioclinat legere, *contra communia jura*: neque enim fieri poſſe, ut uoo delicto omnia jura violentur. GRUT.

Homo illuſtris ac nobilis arator) Vox *arator* in veteri exemplari deeſt. NANN. Recte vetus, uon enim aratoribns tribuitur nobilitas. Merito Carolus Stephanus hanc ſcripturam eſt amplexus: quamvis oon ignorem *nobilis* eſſe ſæpe famoſus, celebris, ut *nobilis arte ſutor*, apud Phædrum. Sed adſentior codici omoium optimo. GRÆV.

Commercium in eo agro) Id eſt, in eo agro res cootrahere & quærere poſſuot. *Commercium* enim eſt rei contrahendæ & quærendæ facultas. HOTTOM. *Is agrum in Segeſtano* (*nam commercinm in eo Panormitanis eſt*) *conductum habebat*) Haud dubie male. Vetus: *Is agrum ia Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt*. Excuſat autem Cic. cur conductum, non ſuum aravetit, oimirum quia caruerit jure commercandi. Neſcio ao legendum: *Nam commercium ia eo agro nemini Panormitanorum eſt*: ot ſoli Panormitani ſint excluſi. NANN. Nanniani codicis ſcripturam expreſſit Carolus Stephanus. Ejus veſtigia ſunt in Fraoc. *Nam commercium ia eo agro neminem, conductum*. GRÆV. Eadem plane veſtigia ſuot io ed. MCDLXXXIII. certiſſima: neque ab Nannii codice latam unguem diſceſſit Lambious. Lectionem tamen Hervagii, Naugerii, Manutii peoitus abſurdam ſecutus Gruterus eſt, Verburgius, atque ex Regiis etiam codicibus Lallemandus, *Panormitanis eſt*. Hanc ipſam ſe malle dicit Olivetus, licet ediderit, *nemini*. Saltem dediſſent, *non eſt*, quemadmodum citat Erneſtus. Sed nullibi eam negationem vidi, quam alio modo per conjecturam Naonius proponebat. Præſtat nimirum optimum ſequi codicem, quam emendare: ex eoque locum hunc citat ICtus egregius Schultingius ad Vlpian. fragm. XIX. 5. recte ſciens *commercium* ibi ab Vlpiano definiri, *emendi, vendendique invicem jus*. Erat igitur quædam Segeſtæ lex, hominibus digna politicis, quæ agros emi ab exteris prohibebat. Haud equidem ad ſolos Panormitanos abouerem hoc referte, ſi MSi juberent: oam otroque modo Diocles, cum emtum habere oon poſſet, conductum habebat: quæ certa eſt loci ſeotentia: caput enim rei eſt, commercium ad locationem non pertinere. Ita Livius XLIII. 5. *Vt denorum equorum iis commercinm eſſet*. De Broccho autem divioare parco: deſunt enim præſidia, & quantumvis ab agro cooducendo aliena viri digoitas videatur, nihil inde noſtræ lectioni erit periculi. Fuerit hic ſane poſſeſſor: quid eoim Segeſtani ſplendidis inter Romanos homioibus ſuam legem opponerent? Quæ adeo lex aliquos adquirendi modos fortaſſe relinquebat, ut erant in jure Romanorum controverſo; vix autem fieri potuit, quin exceptionibus declinanda pateret. Certe Trebatius Tullii συγχρανες *agrum, cujus commercium non habes, legari tibi poſſe reſpondit*. L. 49. § 2. D. de legat. II. Æſtimatio, de qua ille nihil addit, removehitur, ſi commercium ad legata non pertinet, aut agri noo ſit denegata poſſeſſio. Scio, quid his de rebus ICti optimi ſenſeriot; verum hic de lege Segeſtaoorum agi, rogo maximopere, ut attendas. GARAT.

H·S ſex millibus) Centum quinquaginta coronatis. HOTT.

H·S

darentur? At permagno decumas ejus agri vendidi. Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam.

40. Quid? Halicyenſes, quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immunes habent: nonne huic eidem Turpioni, cum decumæ * C. med. veniſſent, H-S. XV. CIↃ. dare coacti ſunt? Si id, quod maxime vis, poſſes probare, hæc ad decumanos lucra veniſſe, nihil te attigiſſe: tamen hæ pecuniæ per vim, atque injuriam tuam captæ, & conciliatæ tibi fraudi, & damnationi eſſe deberent. Cum vero hoc nemini perſuadere poſſis, te tam amentem fuiſſe, ut Apronium, ac Turpionem, ſervos homines, tuo, liberorumque tuorum periculo divites fieri velles, dubitaturum quemquam exiſtimas, quin illis emiſſariis hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? Segeſtam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur: is ab iſto litteras affert, ut ſibi contra omnia S. C. contra omnia jura, contraque legem Rupiliam, extra forum vadimonium pro-

ſunt conſtitutæ, non puto hic ſolidum ad eam rem habere præſidium. GARAT.

Permagno decumas ejus agri vendidi) *Modium* XV millibus, id eſt, *medimnum* MMD. HOTT. Vnde *vendidiſti* Gruterianam contaminarit, ignoro. Recte ſane Franc. MSus, Edd. Victorii, & aliæ *vendidi*. GRÆV.

Non Turpioni lucrum datum) Nam *medimnum* habuit dumtaxat D. hoc eſt H-S VII millia, & D. HOTT. *Videlicet igitur non Turpioni locum datum ſed Petrinis pecuniæ ereptæ*) Vetus: *Videlicet gloriatur non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam*. NANN.

Sed Petrinis pecuniæ ereptæ) In manuſcripto & impreſſis quibuſdam, *pecuniam ereptam*: & ſic emenda. Ridet autem Verris amentiam, quod non minus iniquum ſit contra leges a Petrinis auferre, quam eodem modo Turpioni tradere. Itaque utrum dicat, teneri tamen, & nihil defenſionis habere. HOTT.

Cum decumæ C med. veniſſent H-S XV dare coacti ſunt) Depravatus locus, qui quomodo reſtitui poſſit, conjectura adſequi non queo. Etenim ſive de medimnis tantum intelligamus, & ſeſtertiis nummis, levior ſumma eſt, quam ut ejus mentionem facere voluerit: ſive de medimnum, & H-S millibus, multo major, quam ut ſoli Halicyenſium incolæ tantas decumas penderent. IDEM.

Servos homines) Apronium ſerviſſe conſtat etiam ex cap. 25. Sed Quinti prænomen illi datur c. 9. & omnino liber erat factus. Idem de altero dicito, qui proxime c. 39. P. Nævius Turpio eſt appellatus. Servos per contemtum vocari dicas, atque ut eluceat comparatio. Ita ceteroquin etiam ſine contemtu libertos appellatos invenies, ut V. ad Diverſ. 20. Vide ad II. Acc. 77. GARAT.

Liberorumque tuorum) Publicatis enim tuis bonis, inopia & egeſtate laborabunt. HOTT.

Illis emiſſariis) *Emiſſarii* dicuntur furtorum conciliatores, qui in ſingulas civitates ad prædam & rapinam immittuntur. IDEM.

Vt ſibi contra jura omnia, contraque legem Rupiliam) Vetus: *Vt ſibi contra omnia*

promittant aratores. Audite litteras, quas ad Segeſtanos miſerit. LITTERÆ. C. VERRIS. Hic Venerius quemadmodum aratores eluſerit, ex una pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite: in eodem enim genere ſunt cetera. Diocles eſt Panormitanus, Phimes cognomine, homo illuſtris, ac nobilis. Is agrum in Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt, conductum habebat H-S. ſex millibus:

omnia SC. contra omnia jura, contraque legem Rupiliam. NANN. *Contra omnia jura*) Guilielmius inclinat legere, *contra communia jura*: neque enim fieri poſſe, ut uno delicto omnia jura violentur. GRVT.

Homo illuſtris ac nobilis arator) Vox *arator* in veteri exemplari deeſt. NANN. Recte vetus, non enim aratoribus tribuitur nobilitas. Merito Carolus Stephanus hanc ſcripturam eſt amplexus: quamvis non ignorem *nobilis* eſſe ſæpe famoſus, celebris, ut *nobilis arte ſutor*, apud Phædrum. Sed adſentior codici omnium optimo. GRÆV.

Commercium in eo agro) Id eſt, in eo agro res contrahere & quærere poſſunt. *Commercium* enim eſt rei contrahendæ & quærendæ facultas. HOTTOM. *Is agrum in Segeſtano (nam commercium in eo Panormitanis eſt) conductum habebat*) Haud dubie male. Vetus: *Is agrum in Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt*. Excuſat autem Cic. cur conductum, non ſuum araverit, nimirum quia caruerit jure commercandi. Neſcio an legendum: *Nam commercium in eo agro nemini Panormitanorum eſt*: ut ſoli Panormitani ſint excluſi. NANN. Nanniani codicis ſcripturam expreſſit Carolus Stephanus. Ejus veſtigia ſunt in Franc. *Nam commercium in eo agro neminem, conductum*. GRÆV. Eadem plane veſtigia ſunt in ed. MCDLXXXIII. certiſſima: neque ab Nannii codice latum unguem diſceſſit Lambinus. Lectionem tamen Hervagii, Naugerii, Manutii penitus abſurdam ſecutus Gruterus eſt, Verburgius, atque ex Regiis etiam codicibus Lallemandus, *Panormitanis eſt*. Hanc ipſam ſe malle dicit Olivetus, licet ediderit, *nemini*. Saltem dediſſent, *non eſt*, quemadmodum citat Erneſtus. Sed nullibi eam negationem vidi, quam alio modo per conjecturam Nannius proponebat. Præſtat nimirum optimum ſequi codicem, quam emendare: ex eoque locum hunc citat ICtus egregius Schultingius ad Vlpian. fragm. XIX. 5. recte ſciens *commercium* ibi ab Vlpiano definiri, *emendi, vendendique invicem jus*. Erat igitur quædam Segeſtæ lex, hominibus digna politicis, quæ agros emi ab exteris prohibebat. Haud equidem ad ſolos Panormitanos abnuerem hoc referre, ſi MSi juberent: nam utroque modo Diocles, cum emtum habere non poſſet, conductum habebat: quæ certa eſt loci ſententia: caput enim rei eſt, commercium ad locationem non pertinere. Ita Livius XLIII. 5. *Vt denorum equorum iis commercium eſſet*. De Broccho autem divinare parco: deſunt enim præſidia, & quantumvis ab agro conducendo aliena viri dignitas videatur, nihil inde noſtræ lectioni erit periculi. Fuerit hic ſane poſſeſſor: quid enim Segeſtani ſplendidis inter Romanos hominibus ſuam legem opponerent? Quæ adeo lex aliquos adquirendi modos fortaſſe relinquebat, ut erant in jure Romanorum controverſo; vix autem fieri potuit, quin exceptionibus declinanda pateret. Certe Trebatius Tullii συγχρονος *agrum, cujus commercium non habes, legari tibi poſſe reſpondit*. L. 49. § 2. D. de legat. II. Æſtimatio, de qua ille nihil addit, removebitur, ſi commercium ad legata non pertinet, aut agri non ſit denegata poſſeſſio. Scio, quid his de rebus ICti optimi ſenſerint: verum hic de lege Segeſtanorum agi, rogo maximopere, ut attendas. GARAT.

H-S ſex millibus) Centum quinquaginta coronatis. HOTT.

H-S

millibus : pro decuma cum pulſatus a Venerio eſſet , decidit H-S. XVI. millibus, & IↃCLIIII. id ex tabulis ipſius cognoſcite. NOMEN . DIOCLIS . PANORMITANI . Huic eidem Symmacho Anneius Brocchus, ſenator , homo eo ſplendore , ea virtute , qua omnes exiſtimatis , nummos præter frumentum coactus eſt dare . .Venerio ne ſervo, te Prætore, talis vir, ſenator populi Romani, quæſtui fuit?

41. Hunc ordinem ſi dignitate antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas, judicare? Antea cum equeſter ordo judicaret, improbi, & rapaces magiſtratus in provinciis inſerviebant publicanis : ornabant eos , qui in operis erant : quemcumqe equitem Romanum in provincia viderant, beneficiis, ac liberalitate proſequebantur : neque tantum illa res nocentibus proderat , quantum obfuit multis , cum aliquid contra utilitatem ejus ordinis , voluntatemque feciſſent. Retinebatur hoc tum neſcio quomodo quaſi communi conſilio ab illis diligenter , ut , qui unum equitem Romanum contumelia dignum putaſſet , ab univerſo ordine malo

H-S ſedecim millia & DCLIV.) Coronatos paullo minus quingentos ſexaginta tres. HOTTOM. *Dedit H-S ſedecim millia*) Vetus: *Pro decuma cum pulſatus a Venerio eſſet, decidit* H-S XS. DCLIII. Mihi illud *decidit* ad oſtendendam injuriam nervoſius videtur : qui enim poſt longam licitationem , paullatim detrahendo de ſumma , quæ petitur, ad eum numerum venit quem voluit, atque ita tranſigit , *decidere* dicitur , ut ægre videatur ea mulcta ſalutem redemiſſe. In numero vero exemplaria conveniunt, *ſedecim* enim *millia* & XS. parvi momenti ſunt. Id nonnihil contra Budæanam obſervationem, quod ut XS. chiliades ſignificant, ita DC. non chiliadas, ut ſint ſexcenta millia, ſed ſex tantummodo centurias, denotant. NANN.

Hunc ordinem, ſi dignitate antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas judicare) Vetus: *Si dignitate antecellere non exiſtimabas, nec hoc quidem ſciebas judicare*. Neutrum placet, arbitror autem ſic legendum : *Hunc ordinem ſi dignitate antecellere non exiſtimabas, ne hunc quidem ſciebas judicare.* Vocat enim Cicero in invidiam Verrem, quod ordinem de ſe aliquando judicaturum contemſerit , atque ita in eo tractando ſe geſſerit , tamquam neſciret penes eos judicia eſſe. IDEM .

Cum Equeſter ordo judicaret) Ante Sullæ legem, ante decennium. HOTT. Hinc conqueritur de hujus ordinis judiciis Florus III. 17. *Iudiciaria lege Gracchi diviſerant populum Romanum, & bicipitem ex una fecerant civitatem. Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi , ut qui fata fortunaſque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus ſuo jure depeculabantur remp.* GRAV.

In operis erant) Qui ſocietati operam dabant aut in portoriis , aut in ſcriptura , aut in decumis exigendis : vide ſupra. HOTTOM. *Ornabant eos quicumque in operis erant*. Vetus : *Ornabant eos qui in operis erant, quemcumque* , &c. Parum vel nihil iſta differunt , ſed tamen id ipſum viſum eſt adnotare . NANN.

Retinebatur hoc tum neſcio quomodo quaſi communi conſilio) Franc. *Retinebatur hoc*

malo dignus judicaretur. Tu ſic ordinem ſenatorium deſpexiſti, ſic ad injurias, libidineſque tuas omnia coæquaſti, ſic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberatum, omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam, te Prætore, attigiſſent, judices rejicere, ut illud non cogitares, tamen ad ejuſdem ordinis homines te judices eſſe venturum? in quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus dolor inſideret, tamen eſſet illa cogitatio, in alterius injuria ſeſe deſpectos, dignitatemque ordinis contemtam, & abjectam: quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Habet enim quemdam aculeum contumelia, quem pati pudentes, ac viri boni difficillime poſ-

hoc tum neſcio quo quaſi conſilio: lego: *neſcio quo quaſi communi conſilio*. GRÆVIVS. Cave mutes. Veneta per compendium *quo*. Hinc illa ejus MSi lectio GAR.

Omnes qui habitarent in Sicilia] Vetus: *Omnes qui haberent in Sicilia.* Quod incommodum eſt, niſi *haberent*, pro *habitarent* interpreteris, ſic enim Plautus in Aulularia loquitur: *Patri avoque amicus hujus, qui nunc hic habet.* NANN. *Qui habitarent in Sicilia*) Lambinus *haberent*, fide codicis Nann. nec diſplicet; ſed tam antiquatas voces temere invehere non auſim, quam facile enim ſcriba ſyllabam omiſit? GRUT. Cicero tamen, ſi veteres libros, quos Lambinus inſpexit, non contemnimus, hoc verbo in hac notione uſus eſt quoque lib. III. de Nat. Deorum 22. *Valentis & Pheronidis filius, is, qui ſub terris habet, idem Trophonius*: quamvis editi ibi, *qui ſub terris habetur*: ſed perperam, auctore Giffanio. GRÆV. Quot in Sicilia Senatores habitaſſe credimus? Quam vero in judicibus ſortiendis abſentium rationem habitam? Ut maxime in urnam conjicerentur, ſi quis eorum exiſſet, niſi rejiceretur, alium ſubſortiri non oportebat? Videtur mehercule Verres non omnes Senatores, qui *habitarent* in Sicilia, ſed omnes, qui agros ibidem *haberent*, rejicere voluiſſe. Itaque C. Caſſium rejecit. Vonum tamen vidi Lallemandum, qui de prædiis verbum *haberent* acceperit: quo magis ab eodem non receptum miror. Parum ſane referebat, de duobus idem ſignificantibus, utrum eligeres: nam pro habitare non Tullius modo poſt Plautum dixit *habere*, verum etiam Livius, & alii. Nunc autem, ſi quis locum attente conſideret, longe præferendam optimi Nanniani codicis, Lambinianamque lectionem, puto, fatebitur. Sententia inde verior exoritur, & non defuiſſe olim, qui verbum *habere* interpretarentur, hoc altero *habitare* ſubſtituto, docuit Nic. Heinſius, ex eoque Drakenb. ad Liv. XXXVIII 17. Quæ quidem ſi alibi ferenda non eſt gloſſa, & permutatio, hic mihi certam peſſima videtur, ac ineptiſſima. Iam omnis eſt pervulgatum, de rebus, quas poſſidemus, *habere*, proprium eſſe verbum: vide Burman. ad Virg. I. Georg. 3 Abſolute, ut hic, Horatius I. Serm. 1. 92. *Cumque habeas plus, pauperiem metuas minus*: pluribus in re tam nota opus non eſt. GARAT.

Judices rejicere) Imperfecta ſententia. Quod enim ſequitur, pendet a tribus illis particulis *ſic*: nota igitur interrogans nulla niſi poſt verbum *venturum*; membrum autem poſt *rejicere* ponatur, articulus, poſt *tamen*. HOTTOM.

Quem pati prudentes ac viri boni) Vetus codex, *pudentes*: & ſic puto corrigendum. IDEM. *Quem pati pendens*

poſſunt. Spoliaſti Siculos: ſolent enim inulti eſſe in injuriis ſuis provinciales: vexaſti negotiatores: inviti enim Romam, raroque decedunt. Equitem Romanum ad Apronii injurias dediſti: quid enim jam nocere poſſunt, quibus non licet judicare? Quid, cum ſenatores ſummis injuriis afficis? quid aliud dicis, niſi hoc? cedo mihi etiam iſtum ſenatorium: ut hoc ampliſsimum nomen ſenatorium non modo ad invidiam imperitorum, ſed etiam ad contumeliam improborum natum eſſe videatur. Neque hoc in uno fecit Anneio, ſed in omnibus ſenatoribus: ut ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Caſsio, viro clariſsimo, & fortiſsimo, cum is eo ipſo tempore, primo iſtius anno Cos. eſſet, tanta improbitate uſus

dentes ac viri boni difficillime poſſunt) Vetus: *Quem pati pudentes ac viri boni difficillime poſſunt*; idque rectius. Nam verecundus acerrimum ſenſum doloris in ſui ignominia percipit. NANNIVS. *Quem pati pudentes*) Ita Pal. ſec. & Nann. editi fere *prudentes*, minus prudenter, improbavitque etiam Hottomannus. GRVTER.

Solent enim inulti eſſe in injuriis graves) Vox iſta *graves*, in veteri non habetur, & obeſt ſententiæ, niſi pro *graves* legas *gravibus* mutato caſu, ut intelligatur, Siculos ne in magnis quidem injuriis vindictam affectare. NANNIVS. *Graves* ſane MSus Francii, Victorii, & veteriores editi, ſed *provinciales* legitur in Caroli Stephani, Lambini, Manutii, Gruteri editionibus. Vnde vero, & ex quo libro hoc *provinciales* hauſerint, nondum potui perveſtigare, ſilentibus omnibus. Sententia tamen hanc vocem poſtulat. GRAV.

Inviti enim Romam) Locus hic meam de negotiatoribus ſententiam confirmat: eos nimirum in provincia ſedes fortunarum ſuarum ac domicilium habuiſſe. HOTTOM.

Raroque decedunt) Pal. ſec. *deſcendunt*, alii maluere *diſcedunt*. GRVTER. Francii quoque liber *decedunt*, cui tamen hic nullus locus. Reciperem Palatini codicis lectionem, ſi loqueretur de iis, qui Roma in Siciliam irent: ii enim dicebantur deſcendere, qui ad maritima loca & inſulas ſe conferebant, non qui ex inſulis in continentem ibant. Forte Cicero ſcripſit, *inviti enim Romam raroque concedunt*. Nam *concedere* pro ſe conferre in aliquem locum, frequens veteribus. Plautus Aulul. IV. 5.

Tantiſper hic ad januam conceſſero.

Hoc eſt, me conferam ad januam, ſed exempla quantumvis multa in promtu ſunt. GRAV. Rectum eſſe, *decedunt*, index Erneſti docebit. GARATON.

Equitem Romanum) *Equites* in numero multitudinis & oratio & ſententia poſtulat: niſi forte enallage numeri poſita intelligatur. HOTTOM. Mirum hic contra libros auditum fuiſſe ab editoribus Hottomannum. Quoties enim *eques* apud Livium, Suetonium, Tacitum, & pro equeſtri ordine, & pro equeſtribus copiis, invenitur? GRAV.

Cedo mihi etiam iſtum ſenatorem) Vetus: *Cedo mihi etiam iſtum ſenatorium*. NANNIVS. Merito ſequitur hunc librum C. Stephanus. GRAV. Recentiores Grævium deſeruerunt, & tutior eorum eſt lectio, quam Lambinus quoque retinuit. GARAT.

Nomen Senatorum) *Senatorium*, rectius putarem. HOTTOM.

Conſul eſſet) Cum M. Licinio Lucullo. IDEM.

Iudi-

uſus eſt, ut, cum ejus uxor, femina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentum omne in decumas auferre juſſerit. Hunc tu in hac cauſa teſtem, Verres, habebis: quoniam judicem ne haberes, providiſti. Vos autem, judices, putare debetis, eſſe quiddam nobis inter nos commune, atque conjunctum: multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolum legum, ac judiciorum, ſed etiam rumorum, ac temporum. Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur. In hac tam miſera, & iniqua conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, judices, ut magiſtratibus noſtris in obtinendo jure noſtro ne contemtiſsimi, ac deſpectiſsimi eſſe videamur?

42. Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui. Magni ſua putabant intereſſe, publice potius quamvis magno emi, quam in aliquem iſtius emiſſarium incidere. Appoſitus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non deſtitit. Illi, quoad videbatur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremo liceri deſtiterunt: addicitur Venuleio tritici mod. VIII. Legatus Poſsidorus renunciat. Cum omni-

Judicem ne haberes providiſti) Iudicem enim rejeciſti. IDEM.

In decumas) Vetus codex ad Lambini marginem: *Frum. omne decumanos auferre juſſerit*: quod magis probo. Apertum eſt autem, niſi Prætoris juſſu, hoc auſurum fuiſſe neminem. GARAT.

Legum, ac judiciorum) Quod & judicia ſoli hoc tempore exercent, & lege de pecuniis ob rem judicandam captis tenentur; cum ea ſoluti equites fuerint, cum ad eos judicia tranſlata ſunt, ut patet ex orat. pro Poſtumo. HOTTOM.

Temporum) Quorum ex inclinatione modo aliis atque aliis gratificandum, atque inſerviendum eſt. HOTTOM.

Ab omnibus ventis invidiæ) Nulla res ſit, ex qua invidia naſcatur, quæ invidiam huic ordini non conciliet. IDEM.

In hac miſeria) Omnes alii, *In hac tam miſera*: quod ſine cauſa rejiciendum non putamus. IDEM. *In hac tam miſera & indigna conditione vitæ*) Vetus: *In hac tam miſera & iniqua conditione*. Congruentius id multo in Senatoria fortuna nulla indignitas, ſed iniquitas multa, dum temporum culpam coguntur præſtare. NANNIVS.

Thermitani) Duo fuerunt oppida Siciliæ, quæ Thermæ dicuntur. Alterum eſt *Thermæ Himerenſes*, nunc *Termini*, alterum Thermæ Selinuntiæ, nunc *Sciacca*: utrumque colonia Romanorum eſt, prius hic Cicero intelligit, de quo plura ſunt alias notata. Incolæ *Thermes*, & *Thermitani*. GRÆV.

Tritici mod. VIII.) *Mod.* VIII. id eſt, *millibus*, legendum potius putarem. Verbum tamen *millibus* integre ſcribendum. HOTTOM. *Addicitur Venu-*

omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, tritici mod. $\overline{\text{VI}}$. præterea H-S. CIↃ. CIↃ. ex quo facile apparet, quæ merces decumani, quæ Prætoris præda eſſe videatur. Cedo Thermitanorum mihi litteras, & teſtimonium. TABVLÆ. THERMITANORVM. ET. TESTIMONIVM. Imacharenſes jam omni frumento ablato, jam

leio tritici mod. VIIC.) Vetus: *Addicitur Venuleio tritici mod.* VIII. NANNIVS. Reſtituenda eſt libri Nanniani ſcriptura, ex quo tot loca ſunt reſtituta: cui etiam ſubſcripſit Carolus Stephanus, niſi quod ejus capiti impoſitam millenarii notam perperam omiſerit. GRAV. Lambinus, *addicuntur*, quod pæne neceſſarium aliquis putet, exhibuit. Etiam c. 33. *addicitur*, loco plane gemino, mutavit idem, deditque *addicuntur*, aperte tamen adverſante Frontone, quem ibi affert Vrſinus. Itaque nihil muto, & ſubaudiri *res*, aut quidpiam hujuſmodi arbitror poſſe: quamvis non dubito, quin illam ex MSis lectionem vir magnus receperit. Vide quæ diximus ad II. Acc. 2. Lambinumque ipſum heic ad c. 24. 71. GARAT.

Tritici mod. VI.) Et hic lineola numeri VI. apicibus inſcribenda omiſſa eſt. Scribendum enim $\overline{\text{VI}}$. hoc eſt, modium ſex millia. GRAV. Forte, $\overline{\text{XVI}}$. GARAT.

H-S MM millia) Aut *tria millia* legendum: aut verbum *millia* inducendum. Efficit autem illa ſumma coronatos LXXV. hæc quinquaginta. HOTTOM. Rectius Manutius H-S. II. millia. Sane *millia* delendum, ſi notas millenarii retinemus, ut bene monuit Hottomannus. GRAV.

Merces decumani) Pecuniæ videlicet numeratæ. HOTTOM.

Prætoris præda) Modium videlicet ſex millium, id eſt, H-S XV. millium, coronatorum vero $\overline{\text{CCCLXXV}}$. IDEM. Nimirum caput eſt mod. VIII. lucrum $\overline{\text{VI}}$. acceſſio H-S. CIↃ. CIↃ. cap. 36. acceſſio eſt H-S. CIↃ. IↃ. eademque huic par eſt cap. 32. hic vero paullo poſt H-S. CIↃ. CIↃ. CIↃ. Merces iſta Tullio videtur decumani, quæ tam eſt ubique ſimilis, ut nullibi ejus mendoſus numerus videatur: contra quam viri docti putarunt. Lucrum autem hoc ſi cum eo conferas, quod c. 37. 38. Liparenſes, ac Tiſſenſes dediſſe narrantur, exiguum ſane videbitur: cum Thermitani eſſent tamen locupletiores. Fuerit hoc tam puſillum, quod & domi Venuleio datum, & decumis intolerandis acceſſerit: at illud non effugies, ut civitati non inopi permagnas impoſitas decumas habeamus, legendum eſſe, *medimnum*, non *modium*. Hoc ab eo firmatur, quod infra ex optimo Nannii codice, ipſo invito Nannio, arbitror reſtituendum, *cum decuma veniſſent agri Hennenſis medimnum* $\overline{\text{VIII}}$. CC. Ibi porro in omnibus edd. caput medimnis, lucrum modiis exprimitur, ſed fortaſſe hic fuit, *medimnum*, h. e. *medimnum tribus milibus*. GARAT.

Imachaerenſes jam omni) Vetus: *Acharenſes jam omni*. Vulgata lectio ſincerior videtur, quamquam in ſequentibus mentionem faciat Acharinorum. NANNIVS. Melius ſane veteres *Imacharenſes*, a quibus non erat recedendum, ut oſtendimus ſuperius. Franc. lib. *Macharenſes*. Forte dixerunt veteres *Macharenſes* pro *Imachaerenſes*, ut dicebant *Spania* pro *Hiſpania*. GRAV. *Imacharenſes* ex Victorio edidi pro Gruteriano, *Achaeenſes*. Vide ad cap. 18. GRONOV. Quod eſt hoc in loco varietatis, & quod Veneta vetus Naugeriana, & aliæ ſervant, *Imacharenſes*, hoc ipſum cap. 18. adverſus criticos quoſdam firmare, ac tutius videtur efficere. Plinii quoque Tarviſina editio, *Macarenſes*, codex Chiffletii, *Megarenſes*, certiſſimo adverſus litterarum ſeriem errore. GARAT.

Tri-

jam omnibus injuriis tuis exinanitos, tributum facere miſeros ac perditos coegiſti, ut Apronio darent H-S. XX. millia. Recita decretum de tributis, & publicum teſtimonium. S. C. DE. TRIBVTO. CONFERENDO. TESTIMONIVM. IMACHARENSIVM. Ennenſes, cum decumæ veniſſent agri Ennenſis medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC. Apronio coacti ſunt dare tritici modium XVIII. & H-S. III. millia. Quæſo, attendite, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decu-

Tributum ferre miſeros ac perditos coegiſti) Vetus: *Tributum facere miſeros ac perditos coegiſti*. Etſi utrumque rectum, mire tamen mihi blanditur illud *facere tributum*; quod populus, cum tantum nec in ærario, nec in vectigalibus haberet, tributim coactus ſit eam pecuniam conferre. NANNIVS. *Tributum facere miſeros, &c.*) Habent iſtud Pall. & Nann. hactenus vulgarum, *ferre*, minus invidioſum eſt. GRVTER. *Facere Tributum* placuit etiam Carolo Stephano. Eſt autem hoc, tributum, quod impoſuerunt, colligere, ut *exercitum*, *eem facere*, de quo alias. GRÆV.

Ut Apronio darent H-S. XX. millia) Quingentos coronatos. HOTTOM.

LXXMMM.) Imperite ſcriptum pro *Tribus & ſeptuaginta millibus*. Corrige ſic: IↃↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ. vel ſic: LXXIII. *millia & H-S* III *millia*. Sunt autem H-S III *millia*, coronati ſeptuaginta quinque. IDEM. *Medimnum MMMCC. Apronio coacti ſunt dare tritici mod. LXXMMM. & H-S* III *millia*) Vetus: *Ennenſes, cum decumæ veniſſent, agri Ennenſis medimnum* VIII. CC. *Apronio coacti ſunt dare tritici mod.* XVIII. *& H-S.* III. *millia*. Vulgatæ lectionis numerus præter alia incommoda, vix quid ſibi velit, ad liquidum divinare poſſes. Si enim LXXMMM. pro ſeptuaginta tribus millibus intelligas, modioſque ad medimna contrahas, duodecim millia medimnorum continent, ſuperexcreſcente uno modio; qui numerus, ſi ad medimnorum III. millia & ducenta reſpicias, ultra quadrupli habet proportionem, ſic LXXMMM. non niſi tria millia, & ſeptuaginta monadas interpreteris, ut minor numerus majori præpoſitus ſit, iſta mediocritas mihi magis arrideret, intelligoque id totum præter decumas acceſſionis nomine datum eſſe. Iam quod vetuſtus liber habet, *eedemtas eſſe decumas* VIII. *& ducentis*, *coactos autem dare Ennenſes tritici modios* XVIII. *& H-S.* III. *millia*, aliquam anſam nobis videtur adferre ad conjecturam faciendam; *tria* enim *millia medimnorum*, ut habent libri impreſſi XVIII. millia modiorum faciunt. Superſunt CC. medimna, quibus H-S. III. millia reſpondent, quod ſi in unum conjungere velis, quod in utroque exemplari ſanum videtur, ita textus concinnandus eſſet: *Ennenſes, cum decumæ veniſſent agri Ennenſis medimnum tribus millibus & decentis, Apronio coacti ſunt dare tritici modiorum* XVIII. *millia & H-S.* III. *millia*; atque ita fieret, ut tantumdem eſſet in acceſſione, quantum in capite. NANNIVS. *Apronio coacti ſunt dare tritici modium* XVIII. *millia, &c.*) Hæc eſt vetuſti codicis ſcriptura. LAMBINVS. Recte omnino Nannis codex, medimnum octo milibus, & ducentis: cum agri Hennenſis ubertas notiſſima ſit. Copioſam civitatem ipſe indicat Apronius immiſſus. Qain hoc ipſum, ſi Ætnam, & Leontinos, de quibus infra, reſpicias, exiguum videatur. Sed longe minor agrorum modus: & eumdem numerum c. 33. vidimus in Herbitenſibus, ut jam hos ſeſe invicem tueri numeros putem. Locrum potius videtur augendum, ut ſit modium XLVIII. Ita etiam Nannio ſa-

tis-

decumano: nam per omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc, judices, verſor, in quo non ſingillatim aratores everſi bonis omnibus ſunt, ſed publice decumanis lucra data ſunt; ut aliquando ex eorum agris atque urbibus expleti, atque ſaturi cum hoc cumulo quæſtus decederent.

43. Calactinis quamobrem imperaſti anno tertio, ut decumas agri ſui, quas Calactæ dare conſueverant, Ameſtrati M. Cæſio decumano darent, quod neque ante te Prætorem illi fecerant, neque tu ipſe hoc ita ſtatueras antea per biennium? Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Mutycenſem cur abs te immiſſus eſt? qui aratores ita vexavit, ut illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque civitatibus oſtendam, triticum emere neceſſario propter inopiam cogerentur. Iam vero ex Hyblenſium pactionibus intelligetis, quæ pactæ ſint cum decumano Cn. Sergio, ſexies tantum, quam quan-

tisfiet lucrum cupienti decumis exæquare. Quod ſi pro lucro malis vulgatum illud LXXXIII. non repugnabo. Nam de his omnibus numeris ita ſentio, meliores in edendo ſequi codices oportere, nihil autem poſſe certo affirmari. GARAT.

Nam per omnes civitates) Videtur ſcribendum: *Iam per omnes civitates*. GRÆV.

Non ſingillatim aratores) Rectius puto, quod nonnulli ſcribunt, *ſingulatim*; ut continuo poſt: *Sed in quo publice*, &c. HOTTOM.

Everſis bonis omnibus ſunt) Scribendum cum Francii primo: *everſi bonis omnibus ſunt*. *Everti bonis* Ciceroni eſt in uſu, non *eſſe bonis everſis*. GRÆV.

Decumanis lucra data ſunt) Exiſtimo Ciceronem ſcripſiſſe: *Decumanis lucri data ſunt*, ut in aliis hujus orationis locis ſemper eſt locutus, & bene docti homines expoſuerunt. IDEM.

Calatinis) Legendum eſt *Calactinis*, & paullo poſt *Calactæ*. Nam *Calate* ſive Γαλατη eſt in mediterraneis Siciliæ, unde Plinio *Galatini*. Sed *Calacte* eſt littoralis urbs, ut ipſum nomen oſtendit, καλη ακτη, uti vocatur Herodoto VI. poſtea dicta eſt καλακτα. Philipp. Cluv. antiq. Sic. II. 4. GRÆVIUS. Hoc ante Cluverium monuerat vere Surita: hunc & Weſſelingium vide ad Itiner Anton. p 92. Quos omnes tamen latuit egregius Priſciani locus p.595. ubi & neutrum hoc putavit, ut forte auctor Itinerarii, niſi Græca terminatione ſit uſus Καλακτη; & probe diſtinxit *Calate*, & *Calacte*, quaſi diverſas urbes. GARATON.

In agrum Muticenſem) *Mutycenſem* putarem corrigendum: *Mutyenſes* enim, non *Muticenſes*, & Plinius & Strabo vocant. HOTTOM. *In agrum Muticenſem*) Vetus; *In agrum Mutienſem*. NANNIUS. Nannio & Hottomanno ſuffragati ſunt C.Stephanus, P.Manutius, & Gruterus. Sed Victor. & Lambin. rectius cum vetuſtioribus *Muticenſem*, aut potius *Mutycenſem*. Vrbs enim eſt Mutyca, Græcis Μοτυκα, nunc *Modica*, oppidum mediterraneum inter Pachynum & Syracuſas. Incolæ Μοτυκαιοι. Sane *Mutycenſes* legi quoque apud Plin. III. 8. in omnibus MSis auctor eſt Vir eruditiſſimus P. Harduinus in notis politiſſimis ad Plinium: vid. & Cluv. Sic. antiq. II. 10. GRÆV.

Quæ pactæ ſint) Codex ad Lamb. marg. *facte*: quod optimum eſt, & reci-

quantum ſatum ſit, ablatum eſſe ab aratoribus. Recita ſationes, & pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIONES. HYBLENSIVM. CVM. VENERIO. SERVO. EX. LITTERIS. PVBLICIS. Cognoſcite item profeſsiones ſationum, & pactiones Menenorum cum Venerio ſervo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES. SATIONVM. ET. PACTIONES. MENENORVM. CVM. VENERIO. SERVO. EX. LITTERIS. PVBLICIS. Patiemini, judices, a ſociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis ſerviunt, qui ita plebem Romanam ab ſeſe ali volunt, ut ſibi, ac liberis ſuis tantum ſuperſit, quo ipſi ali poſſunt: ab his, per ſummam injuriam, per acerbiſsimas contumelias, plus aliquanto ablatum eſſe, quam natum ſit? Sentio, judices, moderandum mihi eſſe jam orationi meæ, fugiendamque veſtram ſatietatem: non verſabor in uno genere diutius, & ita cetera de oratione mea tollam, ut tamen in cauſa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortiſsimorum virorum, diligentiſsimorum, & locupletiſsimorum hominum querimonias:

recipiendum dicerem, ſi plures haberem teſtes. Nunc vulgatæ Atticiſmus non eſt rejiciendus, de quo diximus ad I. Acc. 22. probum eſt enim, *pactiones paciſci*, & paſſiva deponentium ſignificatio, præſertim in participiis, quæ hic etiam conſpicitur, nota eſt, ac ſæpe defenſa: vide ad II. Acc. 73. & Ever. Ottonem ad Inſtit. II. 20. §. 4. Imo complures locos, in quibus *pactus* ſua vi primaria paſſive dicitur, habes apud Dukerum ad Liv. XLIV. 30. GARAT.

PACTIONES. HYBLENSIVM. CVM. VENERIO. SERVO] Emenda ex MSo Hottomanni, CVM. CN. SERGIO. de quo ſermo eſt, quique non potuit eſſe *Venerius*. Male ſervus hic ex ſequentibus in alienum migravit locum: quæ ratio mendi eſt apertiſſima. Quid enim? Ipſi ab hoc loco Hyblenſes abierant. Nam Veneta, & Naugeriana pro iis habent, *pactiones Menenorum*, bis etiam repetito verbo, *cognoſcite*, Hervagius item; atque alii. Neminem tamen vidi hactenus, qui hoc, ut oportet, emendatum ediderit. GARAT.

Cognoſcite pactiones Menenorum] Perturbatus plane locus. Vetus codex hoc modo, & rectius: *Ex litteris publicis pactiones Hyblenſium cum Cn. Sergio. Cognoſcite item profeſſiones ſationum, & pactiones Menenorum. Recita ex litteris publicis. Pactiones Menenorum cum Venerio ſervo*. HOTTOM. *Cognoſcite pactiones Menenorum*] Vetus, *Menenictum*. NANNIUS. *Meneni*, Plin. lib. III. 8. *Menanini*. In nummis, teſte Harduino Μεναινοι, & Μηναινοι. Oppidum *Menæ*, & *Menenæ*, inter Ennam & Syracuſas, nunc *Meneo*: vid. Cluver. Sic. antiq. II. 8. Vere Victorius & Manut. & prim. Franc. *Menenorum*, non, ut Gruter. & vulgati alii *Meneniorum*. *Meneni* enim dicuntur non *Menenii*. GRÆV.

Vobis ſerviunt] Forte, *vobis ſerunt*. LALLEM. Vide c. 98.

Per ſummas contumelias] Vetus: *Per acerbiſſimas contumelias*, &c. NANN.

Audietis Agrigentinorum fortiſſimorum virorum diligentiſſimorumque querimonias] Vetus: *Audietis Agrigentinorum fortiſſimorum virorum diligentiſſimorum, & lo-*

 cu-

nias: cognoſcetis, judices, Entellinorum ſummi laboris, ſummæque induſtriæ dolorem, & injurias: Heracleenſium, Gelenſium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenſium, locupletiſsimorum hominum, amiciſsimorumque agros vexatos ab Apronio cognoſcetis: Tyndaritanam, nobiliſsimam civitatem, Cephalœditanam, Alentinam, Apollonienſem,

cupletiſſimorum hominum querimonias: ſed quia poſtea inquit *Catinenſium locupletiſſimorum*, non puto Ciceronem tam conjunctim duas gentes eodem titulo ornare voluiſſe. IDEM. Merito hoc animadvertit C. Stephanus, qui hanc lacunam, ut infinitas alias ex hoc codice in ſua ſupplevit editione. Vellem Gruterum, alioſque poſteriores editores hoc munuſculum codicis Nanniani non repudiaſſe. GRÆV. Non repudiaverat olim Lambinus, niſi quod pro voce *hominum* dabat, *aratorum*; eamque vocem apte ſic tranſponebat, *Entellinorum hominum ſummi laboris*. Conjici etiam poteſt, *Diligentiſſimorumque aratorum*. Idem notat vocem, *Judices*, a veteri codice abeſſe: ex quo infra videtur, dediſſe: *Catinenſium . . . amiciſſimorumque populi Romani agros*. Totum hoc, quod eſt a Nannio, etiam poſt Grævium omnes neglexerunt. GARAT.

Entellinorum) Entellæ fuit olim oppidum Siciliæ ad Crimiſum amnem, cujus non niſi rudera ſuperſunt: vide Cluv. II. Sic. antiq. 12. GRÆV.

Heraclienſium, Gelenſium, Solentinorum) Adhæſi hic Lambino, non temere ſuſpicatus lectionem hanc ejus eſſe a codice Fabriciano. Vulgati, *Her. Inciiienſium, Ætnenſium, Solentinorum*. At *Ætnenſium* antea ſane meminit Tullius, *Incilienſeſque* parum noti ſunt; eorumque loco habent Pal. *& Cilienſium*: ceterum ſi Plinius lib. III. cap. 8. comparetur cum hac nomenclatura, dabit, & accipiet lucem. GRUTER. Pro *Incilienſium* mallet Cluverius *Ancylienſium*. *Ancylium* enim fuiſſe oppidum ex Diod. Siculi excerptis docet lib. II. Sic. p. 389. Cl. vero Iacobus Gronovius legendum conjicit *Alicyenſium*, quorum alias meminit: Franc. liber: *Heraclienſium, Hennenſium, Solentinorum*. Inter Pachynum & Lilybæum, haud procul a mari in edito loco *Gela* Siciliæ urbs & fluvius, incolæ *Gelenſes*, *Geloi*, & *Gelani*, de qua multis Cluv. lib. I. Sic. antiq. c. 15. GRÆV.

Solentinorum) *Solentum* & *Solus* urbs Siciliæ inter Eleutherum amnem, & Thermas Himerenſes, vulgo *Solanto*. Incolæ *Solentini* & *Soluntini*, in nummo antiquo Σολοντινοι: vide Cluver. antiq. Sic. II. 3. IDEM.

Tyndaritani) *Tyndaris*, quæ & *Tyndarium*, oppidum Siciliæ, incolæ *Tyndarienſes*, & *Tyndaritani*; in cujus ruinis etiam nunc ædes Divæ Mariæ dedicata, quæ vocatur *Santa Maria di Tindaro*: vide Cluv. Sic. antiq. II. 5. IDEM.

Cephalœditanam) *Cephalœdis* & *Cephalœdium* oppidum Siciliæ maritimum, & inter Alæſiam & Thermas Himerenſes nunc *Cefalù*. Cluv. Sic. antiq. II. 4. IDEM.

Alentinam) *Aluntium* Siciliæ maritimum oppidum, inter Lilybæum, & Pelorum, nunc etiam *Alunzio*, quod & *Alontium* dicitur, & ut ex Cicerone hic apparet *Alentum*, ſicuti dixerunt *Soluntum* & *Solentum*, incolæ *Aluntini*: male in multis editionibus ſcribitur *Haluntinus*, ut ex nummis, & Græcis ſcriptoribus dudum oſtenderant viri docti: vid. Cluv. Sic. antiq. II. 4. GRÆV. Retineo tamen adſpirationem cum ceteris edd. quas vidi, omnibus, & Cellario G. A. II. 12. 62. quam ipſe in oratione ſequenti Grævius retinuit. Notum eſt, quam ſæpe a Latinis addatur. Unde autem certo ſcimus, Siculos quoque non adſpiraſſe? Qui *Helorum* etiam cum adſpiraverint, ut putatur, habent tamen in eo nomine Latini codices varietatem eamdem. GARAT.

Apollonienſem) *Apollonia* fuit oppidum ſupra Calactam & Aluntium mediter-

ſem, Engynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumarum intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos eſſe, ac perditos: omnes denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigales fuiſſe: & pleriſque aratoribus nihil omnino ſuperfuiſſe: ſi cui quid aut remiſſum, aut relictum ſit,

diterraneum. Cluv. Sic. antiq. II. 12. GRÆV.

Engynam) *Engyum* & *Enguium* Siciliæ Civitas mediterranea, incolæ *Engyni*, & *Enguini*; male hic ſcribitur *Egginam*, ut docet Cluv. II. Sic. antiq. 11. IDEM.

Capitinam) *Capitium* Vrbs quoque mediterranea illius Inſulæ, nunc *Capizzi*: ejus incolæ *Capitini*. IDEM.

Murgentinis) *Morgentia*, *Murgentia*, *Morgentium*, & *Morgantium* oppidum Siciliæ mediterraneum ad Symæthum fluvium, de quo Cluv. Sic. antiq. II. 7. IDEM.

Aſſorinis) *Aſſorus* & *Aſſorium*, oppidum Siciliæ mediterraneum inter Ennam & Agyrium, nunc *Azaro*, incolæ *Aſſorini*. Cluv. ibid. IDEM.

Elorinis) *Elorus*, & *Elorum*, frequentius tamen ſcribitur *Helorum*, oppidum Siciliæ, & fluvius ad quem ſitus, non longe a Pachyno promontorio. Cluv. Sic. antiq. I. 13. IDEM.

Ennenſibus) Qui modo, ubi *Gelenſium* repoſitum eſt, *Ætnenſium*, ſeu, quod eſt in Veneta MCDLXXXIII. *Hennenſium* rejecerunt, cur non iidem *Ennenſibus* hinc removere tentarunt? Nam infra de Ætnenſibus, de his autem ſupra fit nominatim ſermo. Hennenſes hic omnino ſtare non poſſunt. Scriptum fortaſſe fuit, *Ichanenſibus*: vel *Inenſibus*, ab Ina, quam codices Ptolemæi, Coislinianus etiam ille, quantum ex diligentiſſimi Montfauconii ſilentio conſtat, & Anonymus Ravennas V. 23. adverſus Cluverium confirmant. Sed ſine MSis divinandum non eſt. GARAT.

Letinis) Nulli ſunt in Sicilia *Letini*; nemo ſane illorum meminit. Itaque Ortelius, & Cluverius dudum conjecerunt legendum eſſe *Ietini*. Nam quamvia apud Plin. III. 8. Ietenſes dicantur; in nummis tamen vocantur Ιαιτινοι, & a Diodoro Siculo in eclogis Ιετινοι, ut Cl. Harduinus ad Plinium docuit. GRÆV.

Citarinos) Veteres libri, *Citerinos*, quæ ſcriptio ex Plinio, & aliis confirmatur. HOTTOM. *Citarinos*) Legendum eſſe *Cetarinos*, cenſet Cluv. Sic. antiq. II. 2. & ſic legitur apud Plin. III. 8. *Cetarini*, *Cacyrini*. *Cetaria* Vrbs fuit inter Segaſtanorum emporium; & promontorium, ubi etiam hoc tempore *cete* ſive thunni magna copia capiuntur. GRÆV.

Atherinos) Hos nemo veterum novit. Hinc vitiatam eſſe hanc vocem ſuſpicari licet, ſcripſiſſeque Ciceronem *Cetarinos ac Scherinos*. *Scherinos* ſane mediterraneis populis accenſet Plin. III. 8. & apud Ptolem. *Schera* eſt oppidum Siciliæ circa Cratam. Cluver. Sic. antiq. II. 2. Probat hanc Cluverii emendationem Harduinus ad Plinium. Franc. pr. *Athermos*. GRÆV. Egregium eſt, quod Erneſtus in Ind. Geogr. conjicit, *Achetinos* ex Silio. Ipſum vide, & Silii Interpretes XIV. 268. GARAT.

Ex omni reliquo vectigales fuiſſe) Quod ſuperat ex decumis, id totum C. Verri ſolviſſe. HOTTOM.

Quibus quod tum aut remiſſum, aut relictum ſit) Vetus: *Si cui quid aut remiſſum aut relictum ſit*. NANNIVS. *Si cui quid aut remiſſum*) Haud aliter Nann. nam Pal. *cui quid tum aut rem.*; editi, *quibus quod tum aut rem.* GRVTERVS.

ſit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius avaritia contenta fuit, redundarit.

44. Duarum mihi civitatum reliquos feci agros, judices, fere optimos, ac nobiliſsimos, Ætnenſem, & Leontinum. Horum agrorum ego miſſos faciam quæſtus triennii: unum annum eligam, quo facilius id, quod inſtitui, explicare poſsim. Sumam annum tertium, quod & recentiſsimus eſt, & ab iſto ita adminiſtratus, ut, cum ſe certe deceſſurum videret, non laboraret, ſi aratorem nullum in Sicilia omnino eſſet relicturus. Agri Ætnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, judices, diligenter: agri ſunt feraces, annus tertius, decumanus Apronius: de Ætnenſibus perpauca dicam: dixerunt enim ipſi priore actione publice. Memoria tenetis, Artemidorum Ætnenſem, legationis ejus principem, publice dicere, Apronium veniſſe Ætnam cum Veneriis, vocaſſe ad ſe magiſtratum, imperaſſe, ut in foro ſibi medio lecti ſternerentur, quotidie ſolitum eſſe non modo in publico, ſed etiam de publico convivari: cum in eis conviviis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur, retinere ſolitum eſſe aratores, atque ab iis non modo per injuriam, ſed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperaſſet. Audiſtis hæc, judices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronii loquor, nihil de inſolentia, nihil de ſingulari nequitia, ac turpitudine: tantum de quæſtu, ac lucro dicam unius agri, & unius anni, quo facilius vos conjecturam de triennio, & de tota Sicilia facere poſsitis. Sed mihi Ætnenſium brevis eſt oratio: ipſi enim venerunt: ipſi publicas litteras deportarunt: docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris Prætoris, Apronius: id, quæſo, ex ipſorum teſtimonio cognoſcite. Recita teſti-

Retinere ſolitum eſſe aratores) Lambini editio, *retineri ſolitos eſſe*; ſi a Fabr. laudem; ſed tamen fere ſuſpicor, *ſolitum eſſe*, ortum e verbibus præcedentibus. Sane, quamvis abſit, nihil deſideres tamen. Idem. Venetæ mendum, *ſolitus eſset*, vide cui faveat. De poculis his *maximis*, & *majoribus*, qui l. Acc 26. memorantur, jam dictum fuit. Garat.

Nihil de inſolentia) In vetere libro additum eſt, *nihil de permiſsa ab iſto licentia*, poſt verbum *inſolentia*. F. Vrsin.

L me-

teſtimonium Ætnenſium. TESTIMONIVM. ÆTNENSIVM.

45. Quid ais? dic, dic, quæſo, clarius, ut populus Romanus de ſuis vectigalibus, de ſuis aratoribus, de ſuis ſociis, atque amicis audiat: L. medimnum, L. H-S. Per deos immortales, unus ager uno anno CCC. millia mod. tritici; & præterea H-S. L. millia lucri dat Apronio? tanto ne minoris decumæ venierunt, quam fuerunt: an, cum ſatis magno veniſſent, hic tantus tamen frumenti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt? utrum enim horum dixeris, in eo culpa, & crimen hærebit. Nam illud quidem non dices, quod utinam dicas, ad Apronium non perveniſſe tantum: ita te non modo publicis tenebo, ſed etiam privatis aratorum pactionibus, ac litteris: ut intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuiſſe, quam me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quiſquam defendet? hoc hi, ſi aliter de te ſtatuere voluerint, ſuſtinebunt? Vno adventu, ex uno agro, Qu. Apronium, præter eam,

L. medimna) Quinquaginta medimnum millia, cum trecentis modium millibus aptiſſime conveniunt. *Medimnum* igitur legendum. Addendum autem etiam videtur de pecunia numerata, de qua poſtea commemorat, H-S L. id eſt, coronatos CIϽ CCL ut ſic legamus, L. *medimnum*, L. H-S. HOTTOM. L. *medimnum*, L. H-S, *per deos immortales, &c.*) Vetus: H-S. L. *per deos immortales, unus ager uno anno* CCC. *millia mod. tritici, & præterea* L. *millia lucri dat Apronio*. Ceterum incorruptiorem credimus vulgatam lectionem. Moris enim eſt Ciceronis, quod antea per medimna breviore numero contraxit, id poſtea ut res major videatur in modios diffundat, L. autem medimna ex ſe reddunt CCC. millia modiorum. Ceterum iſta ſumma tota eſt lucri, neque nomine decimarum, ſed acceſſionis data, quod Cicero poſtea evidentiſſime declarat. NANNIVS. Recepit hanc conjecturam Hottomanni Gruterus contra veteres libros. Sed quia tamen hujus emendationis clara ſunt in iiſdem libris veſtigia, Grutero ſubſcribo. In aliis enim legitur L. *medimna*, in aliis L. H-S. nullus dubito, incuria librariorum propter repetitionem ejuſdem litteræ L. alterutrum, ut fit, prætermiſſum eſſe in ſcribendo, *millia*, quod eſt in Gruteri editione, ubi habet L H-S delevi, auctoritate codicis Nanniani. Sed priori L. *med.* adponenda eſt nota millenarii & ſcribendum L̄. *medimnum*, & poſterior explicanda quinquaginta ſeſtertia, aut quinquaginta ſubaudi ſeſtertium millia. GRÆV.

Et præterea L. millia) Lego H-S L. *millia*, quod infra de pecunia numerata ſe dixiſſe affirmat HOTTOM. H-S ex conjectura Hottomanni, Lambinus, P. Manutius, Gruterus, contra veteres libros omnes receperunt. Forte Cicero ſcripſit L. ut & H-S & *millia* Romanæ locutionis imperiti adjecerint. Nam veteres dixiſſe *dare* L, æque ut *dare quinquaginta millia* ſeſtertium, quis tam hoſpes eſt in litteris, qui hoc tempore id ignoret? GRÆV.

Tanto ne minoris) Vide Drak. ad Liv. II. 20. GAR.

Ma-

eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC. millia mod. tritici lucri nomine ſuſtuliſſe? Quid? hoc Ætnenſes ſoli dicunt? immo etiam Centuripini, qui agri Ætnenſis multo maximam partem poſſident: quorum legatis, hominibus nobiliſsimis, Androni, & Artemoni, ſenatus ea mandata dedit, quæ publice ad civitatem ipſorum pertinebant, de iis injuriis, quas cives Centuripini non in ſuis, ſed in aliorum finibus acceperunt, ſenatus, & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Sicilia maximus hominum honeſtiſsimorum, & locupletiſsimorum, tres legatos, cives ſuos, delegerunt: ut eorum teſtimonio non unius agri, ſed prope totius Siciliæ calamitates cognoſceretis. Arant enim tota Sicilia fere Centuripini: & hoc in te graviores, certioreſque teſtes ſunt, quod ceteræ civitates ſuis ſolum incommodis commoventur: Centuripini, quod in omnium fere finibus habent poſſeſsiones, etiam ceterarum civitatum damna, ac detrimenta ſenſerunt.

46. Verum, uti dixi, ratio certa eſt Ætnenſium, & publicis, & privatis litteris conſignata: meæ diligentiæ penſum magis in Leontino agro eſt exigendum, propter hanc

Maximus honeſtiſſimorum) Hoc amplius omnes libri veteres: *Maximus hominum honeſtiſſimorum*, quod non improbo. Hottom.

In omnibus finibus) *Omnium finibus*, ſententia poſtulat, cum dicat eos arare tota Sicilia. Hottom. *In omnibus fere finibus*) Vetus: *Centuripini quod in omnium fere finibus habent poſſeſſiones.* Nannius. Probarunt merito *omnium* ex Nanniano C. Steph. P. Manut. & Gruterus. Grav.

Verum ut dixi ratio certa eſt) Vetus: *Verum uti dixi ratio certa eſt*. Nannius. Et ſic C.Stephanus. Grav.

Penſum magis exigendum) Spectandum eſt, quantam diligentiam in eo adhibuerim, quam accurate meum officium fecerim. Translatio ab operis diurnis muliercularum deducta, quibus penſa lanea, aut linea nenda traduntur. Similis figura libro de Orat. III. *Nunc ad reliqua progrediar: meque ad meum munus, penſumque revocabo*. Hottom. *Meæ diligentiæ penſum magis*) Hunc locum in libris & vulgatis & manuſcriptis & vitioſa interpunctione, & caſus mutatione depravatum, emendata interpunctione, & generandi caſu facto ex ablativo, correxi: *meæ autem diligentiæ penſum*, id eſt, meæ diligentiæ partes, & munus, & quaſi opus. Lambinus. Conjecturam Lambini nullo librorum præſidio ſubnixam in contextum poſuit Gruterus; nec poſſum damnare. Nam ratio hujus emendationis certa eſt, quam nullæ convellent cavillationes umquam. Dixerat enim Ætnenſium rationem certam eſſe, & publicis & privatis litteris conſignatam, non Ciceronis diligentia, ſed ſuorum ſcribarum in publicis monumentis urbis, & patrum familias in ſuis tabulis. Ideoque de his

hanc cauſam, quod ipſi Leontini publice non ſane me multum adjuverunt: neque enim eos iſto Prætore hæ decumanorum injuriæ læſerunt: potius etiam adjuverunt. Mirum fortaſſe hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis Leontinos, qui principes rei frumentariæ fuerunt, expertes incommodorum, atque injuriarum fuiſſe. Hoc cauſæ eſt, judices, quod in agro Leontino, præter unam Mnaſiſtrati familiam, glebam Leontinorum poſsidet nemo. Itaque Mnaſiſtrati, hominis honeſtiſsimi, atque optimi viri teſtimonium, judices, audietis: ceteros Leontinos, quibus non modo Apronius in agris, ſed ne tempeſtas quidem ulla nocere potuit, exſpectare nolite: etenim non modo incommodi nihil ceperunt; ſed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæſtu ſunt, compendioque verſati. Quapropter, quoniam me Leontina civitas, atque legatio propter eam, quam dixi, cauſam, defecit, mihimet ineunda ratio, & via reperiunda eſt, qua ad Apronii quæſtum, ſive adeo, qua ad iſtius ingentem, immanemque prædam poſsim pervenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnum $\overline{\text{XXXVI}}$. hoc eſt, tritici mod. $\overline{\text{CCXVI}}$. magno, judices, magno: neque enim hoc poſſum negare: itaque neceſſe eſt aut damnum, aut certe non magnum lucrum feciſſe decumanum: hoc enim ſolet uſu venire iis, qui magno redemerunt. Quid ſi oſtendo, in hac una emtione, lucri

cri

his nihil ſe dictutum ait. Sed Leontinos noluiſſe illum in indagandis furtis Verris multum juvare, ideoque ſuam diligentiam in perveſtigandis furtis, quæ apud Leontinos facta ſunt, in primis requiri. GRÆV. Quandoquidem neceſſaria eſt hic emendatio, ſi elegantiſſimam quæris, dedit Lambinus; ſi vero eam, quæ ab MSis recedat minimum, hæc erit, *a mea dilingentia*. GARAT.

Potius etiam judices, adjuverunt) *Iudices* Gruterus admiſit ex margine Lambiniano, ſi certum eſſet ex Fabriciano codice id additum fuiſſe, non repugnarem. Sed incerta hæc ſunt. Et cum ceteri omnes tam editi quam ſcripti repugnent; non potui aſſentiri Grutero, præſertim cum videatur neſcio quid vaſtum & agreſte ſonare *judices adjuverunt*. GRÆV.

Tritici medimnis XXXVI.) Corrige *medimnum*, ut infra: & ſubaudi millibus. HOTTOM. Recte *medimnum*; ſed adde numero XXXVI. millenarii notam, lineolam tranſverſam, cum Manutio; & ſic in ſequentibus. GRÆV.

Tritici mod. CCXVI.) Nam ſexies triginta ſex efficiunt CCXVI. ſunt autem in medimno ſex modii. *Tritici modios*. Corrige *modium*, ut infra; & ſubaudi *millia*. HOTTOM.

Con-

cri fieri tritici modium C? quid, ſi CC? quid, ſi CCC? quid, ſi CCCC. millia? dubitatis etiam, cui iſta tanta præda quæſita ſit? Iniquum me eſſe quiſpiam dicet, qui ex lucri magnitudine conjecturam capiam furti, atque prædæ. Quid ſi doceo, judices, eos, qui CCCC. millia modium lucri faciunt, damnum facturos fuiſſe, ſi tua iniquitas, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis poterit in tanto lucro, tantaque iniquitate dubitare, quin propter improbitatem tam magnos quæſtus feceris, propter magnitudinem quæſtus improbus eſſe volueris?

47. Quomodo igitur hoc adſequar, judices, ut ſciam, quantum lucri factum ſit? non ex Apronii tabulis, quas ego cum conquirerem, non inveni: & cum in jus ipſum eduxi, expreſsi, ut conficere tabulas ſe negaret. Si mentiebatur,

Coniecturam faciam furti) Vetus: *Conjecturam capiam furti*. NANNIVS.

Si tua iniquitas ſit, ut ex cohorte recuperatores non intercedant) Vetus codex hic omnia farta tecta facit: *Si tua iniquitas, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercedant*. Librarii cum legiſſent conjunctis & conſertis verbis SITVI ultimam litteram T ſuſpicati, ex SITVI, SIT VT fecere. IDEM.

Si tua iniquitas, ſi tui ex cohorte recuperat.) Haud aliter Nann. cod. nam vulgata varie mutata pro ingenio correctorum. Vetuſtior, *ſi tua iniquitas ſit, ut ex cohorte, &c.* ſicque Victoriana: nam Hottom. *ſi ut tua iniquitas fuit, tui ex coh. &c.* Verum longius hæc abit a prima, cui accedunt Pall. & veſtigia retinent emendationis noſtræ: ejuſdem libri fide mox mutavi *iniquitatem* in *improbitatem*. GRVTERVS. Sic fœdiſſime inquinatus locus codicis Nanniani auctoritate fuit purgatus. Sed C. Steph. & Lambini editiones: *Si, ut tua iniquitas fuit, ſi tui ex cohorte recuperatores*. GRAEVIVS. Atqui non tam erat imperitus Lambinus, ut hic Nannii codicem vellet deſerere: ſed peſſime, dum repetita ejus fuit editio, ad veteres illas glandes reditum eſt. Quod habet Nannius, *intercedant*, id mihi non diſplicet, cum præſertim ſupra dicatur, *faciunt*. Scio enallagen eſſe illam frequentiſſimam, quam Veneta, & Naugerius cum aliis plurimis exhibent, *facturos fuiſſe, ſi non intercederent*. Vide II. Acc. I. Duker. ad Flor. III. 3. Grunov. ad Liv. XXXIV. 11. & Drakenb. ad XXXVIII. 2. Itaque nihil urgeo. Tamen & Salluſtius Iug XXXIII. n. 4 ſub eadem particula ita variavit: *Si vera aperiret . . . ſin reticeat*: & Virgilius II Æn. 599. *Ni mea cura reſiſtat, Iam flammæ tulerint &c.* neque deerunt plura quærenti. Sane aptam huic loco Nannii lectionem cenſeo, quam poſtea unus de more C. Stephanus amplexus eſt. Codicis præſtantia, ne hoc negligerem, mihi perſuaſit. GARAT.

Quin propter iniquitatem tam magnos quæſtus feceris: propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe volueris) Vetus: *Quin propter improbitatem tam magnos quæſtus feceris: propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe volueris*. Vtrobique anthypallage, ſed ea abſolutior eſt in ſecundo loco, omnibus undecunque verbis mutuo inverſis: quale eſt illud: *Non vivendum, ut edas; ſed edendum, ut vivas*. NANNIVS. Vides etiam hunc locum optimi codicis ope ſanatum eſſe. *Improbitas* autem *quæſtus*, eſt magnus quæſtus, & impudenter factus, ut *improba ſpes*, *impro-*

batur, quamobrem removebat, ſi hæ tabulæ nihil tibi erant obfuturæ? Si omnino nullas confecerat litteras, ne id quidem ſatis ſignificabat, illum non ſuum negotium geſsiſſe? ea eſt enim ratio decumanorum, ut ſine plurimis litteris confici non poſsit: ſingula enim nomina aratorum, & cum ſingulis pactiones decumanorum litteris perſequi, & conficere neceſſe eſt. Iugera profeſsi ſunt aratores omnes imperio, atque inſtituto tuo: non opinor quemquam minus eſſe profeſſum, quam quantum araſſet, cum tot cruces, tot ſupplicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. In jugero agri Leontini medimnum fere tritici ſeritur perpetua, atque

improbus labor. Et ſuperius lib.I. *Hujus improbiſſimi furti, ſive adeo nefariæ prædæ*. GRÆV.

Ratio decumarum) Alii libri, *decumanorum*, quod probo. HOTTOM. Hic *decumarum* cum Veneta, & ante Lambinum pleriſque retineo: licet infra *pactiones decumanorum* probem, quod iidem libri ſimiliter invexerunt. GARATON.

Cum tot cruces, tot judicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur) Vetus: *Cum tot cruces, tot ſupplicia, tot ex cohorte recuperatores*. Alteram lectionem commendat varietas, alteram vis amplificandi. NANNIUS.

In jugero) Franc. prim. ed. Vict. & aliæ *in jugere*: quod non mutandum. Tibullus: *Et multo innumeram jugere paſcas ovem*. Sic & paullo poſt *ex jugere ararent*, iidem libri GRÆV. Præter Naugerium Veneta vetus, Hervagianæ Man. C.Steph. dederant, *jugere*. Immutavit Lambinus; ſive ex ſuis MSis, ſive ex uno Nannii optimo, in quo ſe *jugero* inveniſſe locis omnibus, ipſe infra Nannius teſtatur. Quod porro ut hic retinendum, ita duobus proximis locis reſtituendum puto: eoque magis, quod ita non Plinius modo ſæpe, ſed etiam Varro, quem citavit jam Charïſius p. 108. ed. Putſ. Neque optimo ævo ſingularem hujus nominis numerum extra verſum, quo erat Tibullus adſtrictus, ego quidem vidi aliter omnibus caſibus declinatum. Vide in primis totum c. 10. lib. I. Varronis de R. R. Ita etiam Livius XLII. 34. Poſtea vero Columella V. 1. XI. 2. ita perſæpe, conſtanter. Varietas eſt in genitivo apud Curt. I. 5. ed. Snahenburg. Melæ plerique codices III. 5 dant genitivum, *jugeris*: quem nihil moror. Haud facile dignoſcas, quid dederit, propter placita Grammaticorum, quos confer in ed. Putſchiana pag. 1707. 1751. 1503. 1980. His noſtram quoque hanc varietatem licet tribuere: ita vero, ut *jugere* probabilius rejici poſſit. Amarunt adeo ablativum pluralem *jugeris* præter Varronem Atteius, & Cato apud Charis. l. c. ſed Priſcianus intervenit, qui p. 742. ſingulare *hoc jugerum* ex noſtro loco probat, ita eum legens: *In jugerum Leontini agri medimnum fere frumenti ſeritur*. Levis aberratio eſt in ſynonymis *tritici frumenti*. At optimum eſt *ſerere in jugerum*, haud certe minus, quam *in jugero*. Quid enim notius? Mox vero Tullius: *Minus tribus medimnis in jugerum neminem dediſſe decumæ*. Facit ne hoc pro lectione iſta Priſciani? An potius locos ille memoriæ vitio commutavit? Rem in medio relinquo. Multum autem tribui jugero huic Leontino, ex Columella XI. 2. facile conſtat, qui, *jugerum*, ait, *agri recipit tritici modios quatuor, vel quinque*. At medimnum ſex modii faciunt. GARAT.

Agri Leontini) Priſcianus l. c. Veneta, Naug. Man. &c. *Leontini agri*. Ordinem Lambinus invertit, fortaſſe primus. IDEM.

Per-

atque æquabili ſatione : ager efficit cum octavo , bene ut agatur : verum, ut omnes dii adjuvent, cum decumo : quod ſi quando accidit , tum fit , ut tantum decumæ ſit , quantum ſeveris : hoc eſt , ut , quot jugera ſunt ſata , totidem medimna decumæ debeantur . Hoc cum ita eſſet , primum illud dico , pluribus millibus medimnum veniſſe decumas agri Leontini , quam quot millia jugera ſata erant in agro Leontino . Quod ſi fieri non poterat , ut plus quam decem medimna ex jugere ararent , medimnum autem ex jugere decumano dari poterat , cum ager , id quod perraro evenit , cum decumo extuliſſet : quæ erat ratio decumani , ſi quidem decumæ , ac non bona venibant aratorum , ut pluribus aliquanto medimnis decumas emeret , quam jugera erant ſata ? In Leontino jugerum ſubſcriptio , ac profeſsio non eſt plus XXX. millium .

48. Decumæ XXXVI. medimnum venierunt . Erravit , an potius

Perpetua atque æquabili ſatione) Plana & integra , cum pars nulla eſt , quæ non feratur . HOTTOM. Minime gentium . Sed *perpetua atque æquabili ſatione* , eſt , hanc ferendi rationem , nempe ut medimnum tritici in jugero feratur , ſemper & ſingulis annis omnes Leontini tenent . GRÆV.

Ager efficit , cum octavo) Cum octo pro uno medimna colliguntur . HOTTOM. *Ager efficit cum octavo*) Sic puto diſtinguendum : *ager efficit cum octavo , bene ut agatur* , id eſt , effert , ſeu reddit eum octavo , bene ut agatur . LAMBIN. Optime Lambinus . Si libri veteres ſubſidio eſſent , valde placeret *reficit* , ut Manutius ſcripſiſſe Ciceronem conjecit . Sed ſine iis nihil immutare auſim, quamvis videas hunc locum a viris doctis ſic laudari , ac ſi in libris editis legeretur *reficit* . GRÆV.

Quam quot millia jugera) Cur ita placuerit Grutero potius edere , quam *jugerum* , quod vidi in omnibus prioribus , dicat ipſe : interim ſequutus ſum vetuſtiores . GRONOV. Vere : fugit hoc Græviam , at non recentiores . GARAT.

Decem medimna ex jugere ararent) An potius *exararent* , ut alibi ſæpe ; vide infra . HOTTOM. *Decem medimna ex jugere ararent*) Vetus : *Ex jugero ararent* , idque conſtanter . Verum ego legendum arbitror non *ararent* , ſed *exararent* , hoc eſt , cultu agrorum obtinerent ; ita enim Cicero perpetuo loquitur . NANN. Recepit Lambinus .

Non eſt plus XXX.) Subaudi *millium* , ſed quid dico ſubaudiendum ? Nam & Baſileæ , & Lutetiæ multis ante annis excuſi libri vocem illam conſervant . Cenſeo igitur reponendam . HOTTOM.

XXXVI. medimnum) Subaudi *millibus* . IDEM . Imo appone cum Manutio , quam librarii ſomnolenti , aut nimis properantes omiſerant , millenarii notam , quam ſi & appoſueris præcedentibus XXX. non eſt ut *millibus* , quod libri multi & editiones vetuſtiores non agnoſcunt , verbis Ciceronis inſeras . Neſcio unde *medimnis* irrepſerit in Gruterianam , quod ſequentes editiones tenuerunt , cum Franc. & vetuſtiores editiones recte *medimnum* . GRÆV.

Tum

potius inſanivit Apronius? immo tum inſaniſſet, ſi aratoribus quod deberent licitum eſſet, & non quod Apronius imperaſſet, neceſſe fuiſſet dare. Si oſtendo, minus tribus medimnis in jugerum neminem dediſſe decumæ, concedes, opinor, ut cum decumo fructus arationis perceptus ſit, neminem minus tribus decumis dediſſe. Atqui hoc in beneficii loco petitum eſt ab Apronio, ut in jugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. Nam cum a multis quaterna, etiam quina exigerentur: multis autem non modo granum nullum, ſed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur: tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus eſt, unum in locum convenerunt: hominem ſuæ civitatis in primis honeſtum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eumdem, quem hoc tempore ad hoc judicium legatum, & teſtem Centuripina civitas miſit: ut is apud eum cauſam aratorum ageret, ab eoque peteret, ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in jugera ſingula, quam terna medimna, exigeret. Hoc vix ab Apronio in ſummo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum eſt: id cum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, ut pro ſingulis decumis ternas decumas dare liceret.

Quod

Tum inſaniſſet) Quippe qui pluris emiſſet, quam quanti eſſent decumæ. Hottom.

Neminem dediſſe decumæ) Legendum videtur, *decumarum nomine*; quamquam hæc lectio vulgata, quam & veteres codices comprobant, ferri poteſt. Paullo poſt autem, *ut cum decumo*, edendum curavi, ut habent omnes libri veteres, rejecta lectione vulgata, *cum decumano*: ut *cum decumo* autem, id eſt, hoc poſito, agrum extuliſſe cum decuma parte. Lambin.

Ut cum decumo) Alii *decumano*, inepte, cum paullo ante hoc modo ſit locutus; & ſenſus eſt, etiam ſi cum decumo, id eſt, decies tantumdem quantum eſſet ſatum, perceptum eſſet. Nam plerumque cum octavo, raro cum decumo fructus percipiebatur. Hottom. Ita Grævius, & plerique codices noſtri. Lallem.

Non modo granum nullum) Eſt a Lambino, & MSo ad ejus marginem: Antea cudebatur, *non ſolum granum ullum*, male. Garat.

Atque hoc) Vetus, *atqui*, quod magis placet. Hottom. Locus alteri geminus infra c. 49. Gar.

Ut jugera ſingula) Corrigendum putarem: *Ut in jugera ſingula*; ut etiam paullo poſt loquitur. Alioqui ſenſum non video. Hott. *Ut in jugera ſingula*) Vocula *in* recepta fuit primitus a Manutio & Lambino de conjectura Hottomanni; eam ego admiſi, quod conſpiceretur in Pal. pr. eſſetque in ſec. *uti jugera*. *&c*. Gruter. Confirmat *in jugera* etiam Franc. prim. Graev.

Ad

Quod ſi tua res non ageretur, a te potius poſtularent, ne amplius quam ſingulas, quam ab Apronio, ut ne plus, quam ternas decumas, darent. Nunc, ut hoc tempore ea, quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam: neque eos appellem, a quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modo de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit: ex his ternis medimnis, quod beneficii, gratiæque cauſa conceſsit, quid lucri fiat, cognoſcite.

49. Profeſsio eſt agri Leontini ad jugera XXX. millia. Hæc ſunt ad tritici medimnum XC. id eſt, tritici mod. DXL. millia: deductis tritici mod. CCXVI. millibus, quanti decumæ venierunt, reliqua ſunt tritici CCCXXIV. millia: adde totius ſummæ IↃXL. millium modium tres quinquageſimas, id eſt, tritici modium XXXII. millia CCCC. ab omni-

omni-

Ad jugera XXX.) Corrige *jugerum*, ut ſupra. HOTTOM. Franc. *ad jugera XXX.* quod non eſt immutandum. Eſt enim circiter xxx. millia jugera. Suet. Iul. xx. *Campum Stellatem; &c. diviſit extra ſortem ad viginti millibus civium*: ubi vide quæ notavimus. GRAV.

Hæc ſunt ad tritici medimna XC.) Corrige *medimnum*, & ſubaudi *millia*: nimirum cum ternæ decumæ exiguntur. Cum enim triginta ſunt jugerum millia, decumæ non amplius medimnum xxx. millium eſſe debebant. At ternæ exactæ ſunt, id eſt, xc. medimnum. HOTTOM. *Hæc ſunt ad tritici medimnum, &c.*) Ut tres decumæ in ſingula jugera darentur: id eſt, pro ſingulis decumis ternæ decumæ darentur; legendum autem, *medimnum*. LAMBIN.

Deductis tritici modiis CCXVI. *millibus*) In hoc numero nullum eſt vitium, triginta enim ſex medimna per ſenarium multiplicata hanc ſummam conficiunt; ille qui ſequitur, vitio laborat. NANNIUS.

Quanti decumæ venierunt) Ipſius capitis. HOTTOM.

Reliqua tritici CCCXXIII.) Vetus: *Reliqua tritici* CCCXXIV. Idque recte; nam nonaginta ſexcuplata (tantum enim medimnorum ex triplicata decimatione colligitur) reddunt ex ſe quingentos quadraginta modios, quibus ſi detrahas ducentos & ſedecim, quanti publicanus redemit, manent in reſiduo trecenti viginti quatuor. Adde totius ſummæ quingenta quadraginta millia modiorum tres quinquageſimas, id eſt, tritici mod. XXXI. CCCC. una quinquageſima totius ſummæ decem millium eſt & octingentorum modiorum, quæ triplicatæ hunc numerum abſolvunt 32400. NANN.

Totius ſummæ DXL. millia mod.) Emenda *millium*, & quod dicit *adde*, intellige ad ſuperiorem ſummam CCCXXIV. HOTTOM. *Adde totius ſummæ* IↃXL. *millium modium, tres quinquageſ.*) Hanc rationem ſic ſubducito: quinquageſ. quingentorum millium modium, ſunt decem millia: hæc decem millia triplicata conſtituunt xxx. millia: quinquageſima XL. millium ſunt octingenti modii: his triplicatis, ſiunt bis mille quadringenti: exſtat hæc ſumma, XXXII. millia, CCCC. modii. LAMBINUS.

Tritici med. XXXII. CCCC.) Id eſt, tritici modium triginta duo millia, & præterea quadringentos. Tot enim efficiunt ternæ quinquageſimæ ſuperioris illius ſummæ. Quod vero ſequitur,

tur,

Digitized by Google

mnibus enim ternæ præterea quinquageſimæ exigebantur , ſunt hæc jam ad CCCLVI. millia CCCC. mod. tritici . At ego CCCC. millia lucri facta eſſe dixeram : non enim duco in hac ratione eos, quibus ternis medimnis non eſt licitum decidere. Verum , ut hac ipſa ratione ſummam mei promiſsi compleam, ad ſingula medimna multi H-S. duo, multi H-S.

tur , *ab omnibus*, parentheſi includendum eſt; pender enim ſententia, quæ abſolvitur his verbis : *Sunt hæ jam ad H-S. &c.* Hottom.

Ab omnibus enim ternæ) Tolle notam articuli , ſeu virgulæ , ut vulgo vocant , & accipe ternas quinquageſimas , quæ ſummam , ut dixit , eſſiciunt XXXII. millium & CCCC. Idem .

Ad H-S CCCXL.) Tolle notam H·S quæ nihil ſignificat , & repone *M.* quæ nota eſt millium . Sed ne ſic quidem locus eſt integer . Nam proxima ſumma ad ſuperiorem adjecta , modium eſſicit trecenta quinquaginta ſex millia : & præterea quadringentos : quomodo legendum eſt hoc loco, ſine dubio . Hottom. *Sunt hæ jam ad ſeſtertia trecenta quadraginta mod. tritici*) Primum delenda eſt hæc vox *ſeſtertia*, ut plane ſupervacanea ; deinde numerus iſte infra magnitudinem juſtam conſiſtit . Vetuſtus autem codex excedit , in quo habentur *trecenta ſexaginta* . Ex trecentis enim viginti quatuor, & triginta duobus millibus ac quadringentis , coit ſumma CCCLVI. millium & quadringentorum. Iam ut quadraginta millia conficias , is enim eſt ſcopus Ciceronis , & tantum in lucrum refertur , opus eſt adhuc XXXIII. millibus & DC. ea complenda ſunt ex XC. millibus ſeſtertiorum , quos ſi binos cum dimidio in modium imputes ; non multum deerit ſummæ iſtius integritati, quam Cicero conſtituit : hunc defectum ille , ut non magnum, in maximo numero negligendum putavit , ut enim numerum rotundent , exceſſus defectuſque non magnos auctores contemnere aſſueverunt . Nannius.

At ego CCCC. millia) Nam ad hanc ſummam deſiderantur adhuc modium XLIII. millia , & præterea ſexcenti . Hottom.

Quibus ternis medimnis) Multi enim quaterna & quina ſolverunt . Idem.

Ad ſingula medimna multi H-S duo) Corrigo *medimnum* ; quod ex ſumma intelligitur : & accipe ſeſtertium duo millia , ut ex loco patet . Georgius Agricola *duorum* legendum putat, opinor , propter nomen *acceſſionem* ; ſed hæc locutio frequens eſt in hac oratione : quod ſemel dictum volui , ne, ſi in multis ab eo diſſentiam , nonnulli ejus librum a me non lectum putent . Sed niſi quis totam hanc Orationem accurate legerit ac perpenderit , non facile de uno aliquo aut altero loco judicare poterit . Idem . Temere nimis Gruterus contra libros admiſit conjecturam Hottomanni, cum numquam ſubaudiatur *millia* , in quo toties lapſus eſt Hottomannus in hac Oratione , & alios decepit : multo minus in ſequentibus legendum cum eodem Hottomanno , *ſingula nummum*, quod itidem recepit Gruterus, exemplo peſſimo. Nam *ſingula nummum* Latinum non eſt , pro ſingula millia nummum . Franc. prim. *in ſingulos nummos* . Feſellit Hottomannum cum ſeſtertia duo legit pro duobus millibus nummum ſeſtertium , ad *duo* credidit ſubaudiri *millia* . Sed hunc errorem diu exploſit Gronovius , ut ſupra notabamus . Reſtituendum igitur hic , ut habetur in omnibus melioribus editionibus , *medimna ſingula & ſingulos nummos* , in præcedentibus H·S duo , ſunt ſeſtertii duo . Græv. Lambinus emendabat : *Multi ſeſtertios binos : multi ſeſtertios ſingulos , & ſemiſſem acceſſionis &c.* Vide quoque Manutium . Garat.

Digitized by Google

ti H-S. quinque acceſsionis cogebantur dare: qui minimum, ſingulos nummos: hoc minimum ut ſequamur, quoniam XC. medimnum millia duximus, accedant eo novo, peſsimoque exemplo H-S. XC. millia. Hic mihi etiam dicere audebit, magno ſe decumas vendidiſſe, cum ex eodem agro dimidio plus ipſe abſtulerit, quam populo Romano miſerit? CCXVI. modium millibus decumas agri Leontini vendidiſti: ſi ex lege, magno: ſi, ut lex eſſet libido tua, parvo: ſi, ut, quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur, parvo vendidiſti: multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt, ſi id te ſenatus, aut populus Romanus facere voluiſſet: etenim ſæpe decumæ tanti venierunt, cum lege Hieronica venirent, quanti nunc lege Verrea venierunt. Cedo mihi C. Norbani decumas venditas. C. NORBANI. DECVMÆ. VENDITÆ.

Singulos nummos) Emendo, *ſingula nummum*, ut ſupra, *ſingula medimnum*, & ſubaudi *millia*: quæ fortaſſe cum eſſent addita, depravata nota ∞ pro CIↃ ab imperitis librariis omiſſa ſunt. HOTTOM. Peſſime Vide præcedentem adnotationem. GRÆV. *Ad ſingula medimna . . . . ſingulos nummos*. Ita ex vetuſtis editis reſtituit Grævius, & ſic habet codex ille Regius optimus. LALLEM.

Quoniam CX. medimna duximus) Atqui *medimnum CX. millia duxerat*, ſic igitur legendum. HOTTOM. Sive *millia* addas, ſive XC. millenarii notam cum Manutio adjicias, eodem res recidit. GRÆV.

H-S XC. millia) Coronatorum duo millia: ſupra ducentos quinquaginta; hac autem ſumma, quadringentorum millium numerus completus eſt: ad quam XLIII. millia, & ſexcenti præterea deſiderabantur. Ducta enim æſtimatione ſingulorum modium ad binos H-S. & aliquanto amplius, fiet idem numerus modium quadraginta triunt millium, & præterea ſexcentorum. HOTTOM.

CCXVI. decumas) Legendum ut ſupra, *CCXVI. modium millibus, decumas agri Leontini vendidiſti*. IDEM. In Franc. tamen æque, ut in aliis non legebatur *modium millibus*. GRÆV. Hanc additionem vidi primum in Lambinianis: & vero ſatis erat $\overline{\text{CCXVI}}$. h. e. millibus: *modium* enim facile ſubauditur ex ſuperioribus. GRÆV.

Si, ut lex eſſet libido tua, parvo) Exigua enim ex tam ingenti ſumma pars ad populum Romanum pervenit. HOTTOM. Sed vide Manutium, qui de corruptione, & ſanatione hujus loci erudite diſputat. GRÆV.

C. Norbani decumæ venditæ) *C. hic Norbanus*, qui Prætor Siciliam provinciam obtinuit, in aureo nummo deſcriptus eſt cum titulo C. NORBANVS PR. S. C. Ab eodem cuſus argenteus etiam denarius repetitur, in cujus altera parte ad indicandam Sicilienſem hanc Præturam, *faſces, ſpicas, & navis prora* ſignata ſunt. F. VRSINVS. Norbanus lege Hieronica tanti decumas vendidit, quanti poſtea Verres, ea lege poſthabita. Cur ille laudatur, hic reprehenditur? Male quæſtionem ſolvit Manutius: neque enim obſervatio illa de proportione medimnorum ad jugera hic locum habet, quam Norbanus non ſecus, ac Verres, exceſſit VI. millibus medimnorum: vide c. 48. Decimam frugum partem Siculi populo Romano debebant lege Hieronica, nihil præterea. Hinc Minncius cap. 64. in oblatione *longius progreſſus eſt*, quod *plus aliquanto ſe,*

TÆ. AGRI. LEONTINI. Atqui tum neque judicium de modo jugerum dabatur; neque enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neque ab aratore magiſtratus Siculus tantum exigebat, quantum decumanus ediderat: nec beneficium petebatur a decumano, ut in jugera ſingula ternis medimnis decidere liceret: nec nummorum acceſsionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumenti addere: & tamen populo Romano magnus frumenti numerus mittebatur.

50. Quid vero iſtæ ſibi quinquageſimæ, quid porro nummorum acceſsiones volunt? quo id jure, atque adeo quo id potius ore feciſti? nummos dabat arator: quomodo? aut unde? qui, ſi largiſsimus eſſe vellet, cumulatiore menſura uteretur, ut antea ſolebant facere in decumis, cum æqua lege, & conditione venibant. Is nummum dabat. Vnde? De frumento? quaſi habuiſſet, te Prætore, quod venderet. De vivo igitur erat aliquid reſecandum, ut eſſet, unde

to ſe, quam decumas, ablaturum videbat, lege illa Prætoriis edictis remota, quæ decumanis, & aratoribus judicia proponebat utrilque caventia: vide c. 8. & 11. Acc. 13. Eſſe autem in lege non poterat, quanti decumæ venderentur: hoc erat Prætoris, curare, ut quam maximo venderet, tum ne minus decuma aratores darent, ne plus ea decumani exigerent. Decumani autem viderint, ne magno emerent, cum agri frugum non plurimum oſtenderent: niſi caverint, damnum fecerint. Laudatur ergo Norbanus, quod magno vendiderit, ſervata lege Hieronica, ſine ullis aratorum injuriis: Verres culpatur, quod longe pluris vendidiſſet, ſi tantam decumanis licentiam non ad ſuum quæſtum, ſed ad utilitatem ærarii permiſerit. FERRAT. Si capita 46. 47. 48. conferas, decumanos, Norbano Prætore, damnum feciſſe colliges: quod eſt tamen pæne incredibile. Subeſt aliquid, quod reſcire non poſſumus. C. Sacerdos, homo frugi, c. 50. minoris dicitur vendidiſſe: non additur, quanti, neque ulla eſt annorum, & copiæ comparatio. Fortaſſe lucri quidpiam voluntarii a Siculis decumano dabatur, præter illam etiam *cumulatiorem menſuram*, quæ c. 50. commemoratur. Alterutrum enim contigiſſe oportet, ut aut de ipſis decumis redemtores proficerent, aut ab aratoribus lucellum haberent. GARAT.

De modo jugerum) Ni aratores numerum jugerum eſſent profeſſi: infra. HOTTOM. *Atque tum neque judicium de modo jugerum dabatur*) Vetus: *Atqui tum neque judicium de modo jugerum dabatur*. NANNIVS. Probo: ſed vide ad I. Acc. 43. GARAT.

Artemidorus Cornelius) Invidioſe addidit *Cornelius*, nomen a Sulla cum civitate Græcis & ſervis quamplurimis ſuæ factionis hominibus conceſſum: vide infra. HOTTOM.

Quo id potius ore) Franc. *quo id potius more*. GRÆV.

Qui ſi largiſſimus eſſe vellet) Liberaliſſimus in populum Romanum. HOTTOM.

De vivo igitur aliquid reſecandum) Id eſt, de eo quod pro ærationis impenſa perceperant, præter quod unum nihil

Digitized by Google

unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Iam id porro utrum libentes, an inviti dabant? libentes? amabant, credo, Apronium: inviti? qua re, niſi vi, & malo cogebantur? Iam iſte, homo amentiſsimus, in vendundis decumis H-S. faciebat acceſsiones ad ſingulas decumas: neque multum; bina, aut terna millia addebat: fiunt per triennium H-S. fortaſſe IↃ. millia. Hoc neque exemplo cujuſquam, neque ullo jure fecit: neque eam pecuniam retulit: neque hoc parvum crimen quemadmodum defenſurus ſit, homo quiſquam umquam excogitavit. Quod cum ita ſit, audes dicere, te magno decumas vendidiſſe, cum ſit perſpicuum, te bona, fortunaſque aratorum, non populi Romani, ſed tui quæſtus cauſa vendidiſſe? Vt, ſi quis villicus ex eo fundo, cui H-S. dena merces eſſet, excisis arboribus, ac venditis, dematis tegulis, inſtru-

nihil erat omnino reliquum factum aratoribus, purum, ac reliquum appellat. Translatio autem ſumta eſt ab imperitis medicis, qui non modo redundantia, & quæ reliquo corpori nocent, urere, & ad vivum amputare ſolent, ſed etiam de vivo aliquid reſecare. IDEM.

Aliquid reſecandum) Vt quemadmodum incolumitatem, integritatemque ſanitatis retinere, qui ita ſecantur, non poſſunt: eodem modo ſalvi eſſe aratores non poſſint. IDEM.

Hoc corollarium nummorum) *Corollarium*, inquit Varro, *dicitur*, *quod additum*, *præterquam quod debitum*. *Ejus vocabulum fictum a corollis: quod hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolite*. IDEM.

Homo amentiſſimus) Avaritia & cupiditate. IDEM.

Nummorum faciebat acceſſione ad ſingulas decimas) Vetus: *H-S. faciebat acceſſiones*. Ceterum res eadem, vox diverſa, idem enim *ſeſtertius*, & *nummus* apud Romanos. NANNIVS. Vnus poſt C. Stephanum huic MSo Grævius eſt obſecutus. In margine Lambini conjicitur, *H-S nummum*, & mox, *bina, aut terna millia nummum*, ſine cauſa. GARAT.

H-S D, millia) Coronatorum duodecim millia ſupra quingentos. Sed hæc ſumma neque binis, neque ternis H-S millibus convenit: quin potius, ut bina tantum ducamus, fiunt per triennium DXL. millia; ſi terna, octingenta & decem millia. Quare & minorem ſummam eum duxiſſe apparet, & ſuo more ſummam integram quingentorum potius dixiſſe. HOTTOM. Calculum duxit Hottomannus ex illis medimnum XC. millibus capitis ſuperioris. Sed hic perſpicue agitur de ſingularum civitatum decumis, ut vidit Manutius, quem conſule. Numeri acceſſionum, qui in hac oratione ſuperſunt, probe conveniunt, lucemque ab hoc loco accipiunt, ut vidimus ad c. 33. & 42. GARAT.

Quiſquam umquam excogitavit) Lege, *excogitabit*, aut *excogitarit*. GRÆV.

Si quis villicus) *Villicus*, *agri colendi cauſa conſtitutus*, *atque appellatus a villa*, *quod ab eo in eam convehuntur fructus*, *& evehuntur*, *cum veneunt*. *A quo ruſtici etiam nunc quoque viam*, *veam appellant*, *propter vecturas*; *& vellam*, *non villam*, *quo vehunt*, *& unde vehunt*. Varro de Re Ruſt. 1. HOTTOM.

Ex fundo cui H-S dena merces eſſet) Omnes alii libri, *ex eo fundo*: ſed in eo quod ſequitur, legendum potius puta-

inſtrumento, pecore abalienato, domino XX. millia nummûm pro X. miſerit, ſibi alia præterea centum confecerit; primo dominus, ignarus incommodi ſui, gaudeat, villicoque delectetur, quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum ſit; deinde, cum audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura continetur, amotas, & venditas, ſummo ſupplicio villicum afficiat, & ſecum male actum putet: ita populus Romanus cum audit, pluris decumas vendidiſſe C. Verrem, quam innocentiſsimum hominem, cui iſte ſucceſsit, C. Sacerdotem, putat ſe bonum in arationibus, fructibuſque ſuis habuiſ-

putarem, *Cujus H-S. denum merces eſſet*, ut ordo ſit, cujus merces, id eſt, proventus, ſeu vectigal, eſſet denum millium H-S. id eſt, coronatorum CCL. Idem. *Vt ſi quis villicus ex fundo, cui H-S dena merces eſſet*) Vetus: *Vt ſi quis villicus, cui H-S dena meritaſſet*. Id ſi rectum erit, *qui* pro *quis*; *cui* pro *qui*; *meritaſſet* pro *meruiſſet*, capi neceſſum eſt. Eſt autem hic *merces* fructus ſive proventus, nonnumquam & uſura. Horatius

Quinas hic capiti mercedes exſecat. Nannius. *Qui ſeſtertia dena meritaſſet*) Id eſt, HS decem millia: alii libri habent, *cui* HS *denum millium merces eſſet*: alii, *cui* HS *dena merces eſſet*. Lambinus. *Qui H-S dena meritaſſet*) Ita Pall. nam ed. vet. *mercaſſet*. Victoriana, *cui H-S dena merces eſſet*, quod & in exemplari Nanniano: ſecutique ſunt Manutiani poſteriores. Gruter. Victorii editionem, & Paulli Manutii hic ſequimur; eam expoſuit Nannius. In Franc. *qui ſeſtêrte dena meritaret*. Grævius. Hujus Grævianæ lectionis auctor videtur unus fuiſſe Naugerius: MSis, quos vidit, eam mallem, quam illius ingenio tribuere. Sed erit homini fermè glorioſior emendatio: habet enim inſignes notas veritatis, atque præſtantiæ. Ita enim ipſe mox Tullius: *Quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum ſit*. Et XV. ad Att. 17. *merces inſularum* dicitur illa eadem, quæ XVI. 1. *fructus inſularum*: neque aliter ICti. Dativus etiam ille rectus eſt, firmus a MSo Nannii, & ab Horatio I. Serm. 2. 14. Præfert hanc Camerarius, licet in Hervagiana ſua ſit altera excuſa, cujus unicum adeo ſenſum probe videbat. Quam quidem MSorum conſenſus Grutero, & Verburgio ſacram fecit, Erneſtus etiam in Indice damnare non audet: Olivetus, & Lallem. Grævium ſequuntur. Locum Plauti Pſeud. IV. 7. 89. 90. quo hic MSos tueamur, indicavit Camerarius: *Quid meret machæra? quid mercedis petaſus hodie domino demeret?* Ita fundus domino *ſeſtertia dena meritaſſet*: ita, inquam, niſi aliter legi poteſt. Hæc enim lectio Naugerianæ multum, meo judicio, de præſtantia concedit. Mitto plura: unum addo, ex Nannii nota recte in V. Lect. deduci, in ejus codice fuiſſe, *ſi qui villicus*; quod optimum eſt, & a Grævio ſæpe Ciceroni redditum. Occurrit centies: ter in uno cap. 30. pro Cæcina. Id ego libenter C. Stephani exemplo reciperem. Garat.

Demtis tegulis, inſtrumento) Inſtrumento fundi ea continentur, quæ fructus, quærendi, cogendi, conſervandi gratia parata ſunt. Hottom.

Viginti millia nummum) Coronatos 12. Idem. Veneta XC.

Item populus Romanus) Vetus liber, *ita populus Romanus*. F. Ursinus. Sic & Franc. prim. Græv. Reſtituo ex ceteris omnibus edd. quas recentiores quoque audiverunt, *item*: ſive ab emendante *ita* profluxerit, ſive ab non inſolita permutatione, de qua Drak. ad Liv. XXXIX. 19. Garat.

habuiſſe cuſtodem, ac villicum: cum ſenſerit, iſtum omne inſtrumentum aratorum, omnia ſubſidia vectigalium vendidiſſe, omnem ſpem poſteritatis avaritia ſua ſuſtuliſſe, arationes, & agros vectigales vaſtaſſe, atque exinaniſſe, ipſum maximos quæſtus, prædaſque feciſſe; intelliget ſecum actum eſſe peſſime; iſtum autem ſummo ſupplicio dignum exiſtimabit.

51. Vnde ergo hoc intelligi poteſt? ex hoc maxime, quod ager decumanus provinciæ Siciliæ propter iſtius avaritiam deſertus eſt: neque id ſolum accidit, uti minus multis jugis ararent, ſi qui in agris remanſerunt; ſed etiam, ut permulti locupletes homines, magni, & navi aratores, agros lætos, ac fertiles deſererent, totaſque arationes derelinquerent. Id adeo ſciri facillime poteſt ex litteris publicis civitatum, propterea quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magiſtratus publice ſubſcribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontini Verres. OCTOGIN-

Vt hi minus multis jugis arent) *In minus multis*, apertius, opinor, legeretur: *jugum* autem, ut ſupra dixi, vocant, quod juncti boves uno die exarare poſſunt. HOTTOM. *Neque id ſolum actum eſt, uti hi minus multis jugis ararent*) Vetus: *Neque id ſolum accidit*. Parvum id, ſed tamen rectius: id enim actum eſt, quod effici voluimus; id accidit quod fortuito contigit. NANNIVS: Lambinum ſecutus eſt Grævius cum Grutero, & recentioribus: ceteri jam inde a Veneta, *uti hi minus m. j. arent*. Eſt ſæpe *hi* pro *ii*: & fortaſſe verum eſt, quod volebat Hottom. *in*, ut c. 11. *in ſingulis jugis arant*. GARAT.

Lætos & fertiles deſererent) Admiſi hanc ſcripturam quorumdam librorum, quod magis placuiſſet Guilielmio, quam altera, *latos*; adnotaſſetque vocem eam domeſticam de agris notæ optimæ & fœcundis, GRVTER. Nihil certius. Virg. Georg. I. *Quid faciat lætas ſegetes*. Vide ibi Serv. Apud Iuſtin. *lætitia pabulorum*. Et apud ſcriptores rei ruſticæ *lætamen* eſt ſtercus, quo agri lætantur, hoc eſt, fœcundantur, ac fertiles redduntur. GRÆV. Piaculum hic viſum eſt omnibus, ab Grutero recedere. Longe tamen præfero *latos* ex Ven. Naug. Man. Lamb. &c. Aut lætus, & fertilis idem eſt: aut agri quidem *fertiles* deſerti ſunt, quæ agri qualitas eſt etiam non lati: *lætos* autem nemo deſeruit, cum læti agri ſint ex ea ſpecie, quam obtiti habent, & frugibus ornati vegetis, atque copioſis. Salluſt. II Hiſt. *frugum, pabulique lætus ager*. Vide ibi Cort. Ennius ed. Heſſel. p. 83. *Et detotondit agros lætos, atque oppida cepit*. Sed mitto argutias. Cur his libris quibuſdam creditur? Cur potius duas res Cicero non conjunxerit longe diverſas, quæ junctæ rem faciunt ſane graviorem, agrorum latitudinem, & ubertatem? agros certe latos habet Sicilia: quam lati deſerti fuerint, aratorum declarat multitudo, qui profugerunt. Tullius ipſe c. 36. *agros maximos, ac feraciſſimos*. Cæſar B. G. II. 4. *latiſſimos feraciſſimoſque agros* dixit. Alia exempla I. F. Gronovius ad Liv. XXIII. 46. attulit, & hoc Tullii quoque; ſive quod Gruteriana non uteretur, ſive quod nobiſcum ſentiret, ut puto. GARAT.

Quos

GINTA . TRES : quot anno tertio profiteantur: TRIGINTA . DVO. Vnum & quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vicarii quidem ſucceſſerint. Quot aratores, adveniente te, fuerunt agri Mutycenſis? videamus ex litteris publicis. CENTVM . OCTOGINTA . OCTO. Quid anno tertio? CENTVM . ET . VNVS. Octoginta ſeptem aratores unus ager iſtius injuria deſiderat, atque adeo noſtra reſpublica, quoniam illa populi Romani vectigalia ſunt, hunc tot patrumfamilias numerum deſiderat, & repoſcit. Ager Herbitenſis primo anno habuit aratores ducentos quinquaginta ſeptem, tertio centum viginti: hinc centum triginta ſeptem patresfamilias extorres profugerunt. Agyrinenſis ager, quorum hominum! quam honeſtorum! quam locupletium! ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno præturæ tuæ. Quid tertio anno? octoginta: quemadmodum legatos Agyrinenſes recitare ex publicis litteris audiſtis.

52. Pro dii immortales! ſi ex provincia tota centum ſeptuaginta ejeciſſes, poſſes ne ſeveris judicibus ſalvus eſſe? Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus inanior cum ſit, vos conjecturam totius provinciæ non facietis? Atque hoc peræque in omni agro decumano reperietis: quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore inſtrumento, minus multis jugis remanſiſſe, quod metuebant, ſi receſsiſſent, ne reliquas fortunas

Quot anno tertio profiteantur) Scripſiſſe Tullium nou dubito: *quot anno tertio profitebantur?* ut paullo poſt: *quid tertio anno?* Qui huic emendationi non aſſentiant, velim ex vulgata ſcriptura commodam efficiant ſententiam. GRAV. Pendet hoc ab illo ſuperiori, *recita*. GARAT.

Quam locupletum) Vetus, *Quam locupletium*. NANNIVS.

Atque hoc peræque) Magis placeret; *atqui*. HOTTOM.

Minus multis jugis) Alii omnes, *minus multis locis*: ſed ſic proxima pagina locutus eſt, ut hoc loco legitur: ut nihil putem corrigendum. IDEM. *Minus multis locis, minores remanſiſſe*) Vetus: *Minus multis jugis remanſiſſe*. NANNIVS. *Minus multis jugis remanſiſſe*) Mendum aliquod ſubeſſe ſenſeram olim in voce, *minores*, quæ eſt in libr. vulg Hottomannus legendum putat, *timore remanſiſſe*. Ego dubitabam, putabamque potius aliquid præterea deeſſe, ut familia, aut aliquid ſimile, & legendum, *minore*, ut ſit *minore* inſtrumento, minus multis jugis, minore familia. Nunc autem, quando eam video abeſſe ab illo vetuſtiſſimo codice, delendam cenſeo. LAMBIN. *Minus multis jugis remanſiſſe*) Vulgati amplius, *jugis minores remanſ.* Sed ea vox abeſt Fabric. & Nann. & tantum turbat. GRVTER.

tunas omnes amitterent : quibus autem iſte nihil reliqui , quod perderent , fecerat , eos plane non ſolum ex agris , verum ex civitatibus ſuis profugiſſe. Illi ipſi , qui remanſerant , vix decuma pars aratorum , relicturi agros omnes erant , niſi ad eos Metellus Roma litteras miſiſſet , ſe decumas lege Hieronica venditurum ; & niſi ab iis hoc petiviſſet , ut ſererent quam plurimum : quod illi ſemper ſui cauſa fecerant , cum eos nemo rogaret , quamdiu intelligebant , ſeſe ſibi , & populo Romano , non Verri , & Apronio ſerere , impendere , laborare. Iam vero , judices , ſi Siculorum fortunas negligitis : ſi , quemadmodum ſocii populi Romani a magiſtratibus noſtris tractentur , non laboratis : at vos communem populi Romani cauſam ſuſcipite , atque defendite. Ejectos aratores eſſe dico : agros vectigales vexatos , atque exinanitos a Verre : populatam , vexatamque provinciam : hæc omnia doceo litteris civitatum , & privatis primariorum virorum teſtimoniis.

53. Quid vultis amplius ? num exſpectatis, dum L. Metellus is, qui multos in iſtum teſtes imperio , & poteſtate deterruit, idem abſens de iſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium dicat ? non opinor. At is optime , qui ſucceſsit iſti , potuit cognoſcere. Ita eſt : verum amicitia impeditur. At debet nos certiores facere, quo pacto ſe habeat provincia. Debet : verumtamen non cogitur. Num quis

Sui cauſa) Ita MSus ad Lambini marginem : a quo Gruterus , quaſi a Fabriciano , & deinde omnes . Vetus lectio , *ſua cauſa* , certior erat : quam in Veneta , ceteriſque aote Gruterum præcipuis reperi , excepta C.Stephani editione . Hanc tamen non damno : cum præſertim genitivi pronominum in uſu fuerint longe latiori , quam hic poſtulet locus . Vide Cortium ad II. ep. ad Diverſ. 6. Garat.

Iam vero ſi Siculorum fortunas negligitis) Vetus : *Iam vero judices ſi Siculorum fortunas negligitis.* Nannius.

Hæc omnia doceo civitatum , & privatis primariorum virorum teſtimoniis) Vetus : *Hæc omnia doceo litteris civitatum , & privatis primariorum virorum teſtimoniis* . Nannius . *Hæc omnia doceo civitatum & privatis primariorum virorum teſtimoniis*) Videtur aliquid deeſſe ad ſenteotiæ ornatum , quod ex vetere libro addi poteſt , ſi legatur : *Hæc omnia doceo litteris publicis honeſtiſſimarum civitatum , & privatis , &c.* F. Vrsinus . Neglectus eſt a Grævio , & ab omnibus Lambinus , qui ex MSo ad marginem allegato hunc locum longe magis auxit : *Hæc omnia docebo litteris civitatum , aſtradam teſtimoniis , & publicis honeſtiſſimarum civitatum , & privatis primariorum virorum* . Ego ſatius ducerem Vrſinum ſequi , binis tantum additis verbis , quæ hic quoque ſunt . Garat.

Pro-

quis in Verrem L. Metelli teſtimonium requirit? nemo: num quis poſtulat? non opinor. Quid ſi teſtimonio L. Metelli, ac litteris hæc omnia vera eſſe docebo? quid dicetis? utrum Metellum falſum ſcribere? an amicum lædendi eſſe cupidum? an Prætorem, quemadmodum provincia affecta ſit, neſcire? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium, & M. Craſſum Cos. quas ad M. Mummium Prætorem, quas ad urbanos Quæſtores miſit. EPISTOLA. L. METELLI. DECVMAS. FRVMENTI. LEGE. HIERONICA. VENDIDI. Cum ſcribit, ſe lege Hieronica vendidiſſe, quid ſcribit? ita ſe vendidiſſe, ut omnes, præter Verrem: cum ſcribit ſe lege Hieronica vendidiſſe, quid ſcribit? ſe per iſtum erepta Siculis majorum noſtrorum beneficia, jus ipſorum, conditionem ſocietatis, amicitiæ, fœderum reddidiſſe: dicit quanti cujuſque agri decumas vendiderit: deinde quid ſcribit? Recita de epiſtola reliqua. SVMMA. VT. DATA. EST. OPERA. A. ME. VT. QVAM. PLVRIMO. DECVMAS. VENDEREM. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidiſti? quia deſertas arationes, inanes agros, provinciam miſeram, perditamque offendi. Quid? idipſum, quod ſatum eſt, qua ratione quiſquam, qui ſereret, inventus eſt? Recita litteras. LITTERÆ. Ait ſe miſiſſe, & præſentem confirmaſſe, ſuam interpoſuiſſe auctoritatem: tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit, ſe nulla in re Verri ſimi-

Provincia affecta ſit) Vetus, *afflicta ſit*. NANNIVS. *Provincia affecta ſit*) Nann *afflicta*; ſed videtur alterum melius. GRVTER.

Quas ad urbis quæſtores miſit) Vetus: *Quas ad urbanos quæſtores*, &c. NANNIVS.

Dicit quanti) Vetus: *Dicit dela quanti*. Vox autem *deinde* quæ ſequitur, abeſt a MSis, & recte, opinor. HOTTOM.

Summa data eſt opera a me) Vetus: *Summa vi opera data eſt a me*. NANNIVS. *Summa vi data eſt a me opera*) Addidi ſyllabam *vi* ex MSo Nannii. Ita Orat. præcedente: *Hominem ſumma vi retinere cœpit*. Terent. Adelph. *Summa vi defendam hanc*. GRVTER.

Ait ſe miſiſſe, & confirmaſſe) Hoc amplius liber optimus & perantiquus, *præſentem confirmaſſe*: quod eo mihi rectius videtur, quia paullo infra ita ſcribit: *Niſi præſens confirmaſſem*. HOTTOM.

Tantum quod) Inſolens locutio, cujus tamen geminam reperio in libr. Ep. ad Attic. XV. in ea cujus initium eſt, *IV. Kal. Hæc cum ſcriberem, tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam*. Senſus eſt non obſcurus; hic enim ſignificat, quod alibi dicit: *Nihil propius factum eſt quam*; vel *tantum non*; quod cum alii non intellexiſſent, hunc locum immutare voluerunt. At Suetonius in Auguſto pro *paullo ante* uſurpaſſe videtur, loquens

ſimilem futurum. At quid eſt tandem, in quo ſe laboraſſe dicat? Recita. VT. ARATORES. QVI. RELIQVI. ERANT. QVAM. PLVRIMVM. SERERENT. Qui reliqui? quid eſt hoc *reliqui*? quo ex bello? qua ex vaſtitate? quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitoſum, te Prætore, verſatum eſt, ut is, qui tibi ſucceſſerit, reliquos aratores collegiſſe, & recreaſſe videatur?

54. Cum bellis Carthagin
ienſibus Sicilia vexata eſt, & poſt noſtra, patrumque memoria, cum bis in ea provincia magnæ fugitivorum copiæ verſatæ ſunt, tamen aratorum interitio facta nulla eſt: tum, ſemente prohibita, aut meſſe amiſſa, fructus annuus interibat: tamen incolumis numerus

quens enim de Auguſto: *Iuliam*, inquit, *primum Marcello Octaviæ ſororis ſuæ filio, tantum quod pueritiam egreſſo nuptum dedit*. IDEM. *Tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit, ſe in allo in re Verri ſimilem futurum*) Deeſt hic negativa particula *non*. Rectius ergo vetus: *Se non ullo in re Verri ſimilem futurum*. NANNIVS. *Tantum non aratoribus Met. obſ. dedit*) Ita Victorii editio, & liber Nann. aliæ: *Tantum quod arat. Met. obſ. non dedit*; quod habent item Palatini, quam bene neſcio, receperunt tamen Lambinus, Aldus Nepos, alii. GRVTER. Et nos, ut hoc poſtremum haberemus pro vere Tulliano, coegerunt paterna ad Liv. XXXIII. 5. GRONOV. *Tantum quod* apud Suetonium & Ciceronem quid notaret, non intellexit Hottomannus. Eſt enim *tantum quod* Latinis, quod aliter dicunt *commodum*, *vix*. ut *tantum quod pueritiam egreſſo*, cum vix, aut commodum pueritiam eſſet egreſſus: vide quæ notavi ad Luciani pſeudoſophiſtam. Recte quoque I.Fr.Gronovius ad Liv. XXXIII. 5. vindicavit hoc loco veterum librorum ſcripturam, *tantum quod aratoribus Metelius obſides non dedit*; pro non longe abeſt, quin dederit obſides, propemodum dedit: vide ejus notas. GRÆV.

Noſtram patrumque memoriam) Sine dubio probabilior veteris libri ſcriptura, *Noſtra patrumque memoria*. Athenionem autem dicit, de quo nos ſæpe antea: & bellum illud ſervile, quod bello Punico ſecundo exortum eſt, quod cum opprimi a Prætoribus non potuiſſet, C.Fulvio Conſuli mandatum eſt: cujus belli initium fuit Eunus ſervus, natione Syrus, qui contracta agreſtium ſervorum manu, & ſolutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit. Cleon quoque alter ſervus ad LXX. millia ſervorum contraxit, & copiis junctis contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum ſæpenumero geſſerunt. Florus in epiſt. lib. LVI. HOTTOM. *Et poſt, noſtra patrumque memoria, cum bis in ea*) Ita quidam libri Hottomanni: aliæ edd. *noſtram patr. memoriam*; peſſime autem Lambiniana, cui incubuit ſphalma typographicum *him* pro *bis*, tranſiitque de editione in aliam. GRVTER. Non ortum eſt hoc bellum ſervile bello Punico ſecundo, ſed poſt tertium, anno V.C. 621. de quo Florus III. 19. & alii. GRÆV.

Cum bis in ea provincia) Nonius Marcellus in dictione *Interritus*, *bis in eadem*, ſed nihil muto. HOTTOM.

Verſatæ ſint) Vetus: *verſatæ ſunt*, quod Nonius confirmat. IDEM.

Tamen aratorum internecio) Nonius Marcellus ex hoc loco, *interitio* verbum a Cicerone uſurpatum eſſe probat: mihi tamen quidquam immutare religio eſt. IDEM. *Tamen aratorum interitio*) Sic legit Nonius Marcellus:

merus manebat dominorum, atque aratorum: tum, qui M. Levinio, aut P. Rupilio, aut M' Aquillio Prætoribus in eam provinciam ſucceſſerant, aratores reliquos non colligebant. Tanto ne plus Verres cum Apronio provinciæ Siciliæ calamitatis importavit, quam aut Haſdrubal cum Pœnorum exercitu, aut Athenio cum fugitivorum maximis copiis; ut temporibus illis, ſimul atque hoſtis ſuperatus eſſet, ager araretur omnis, neque aratori Prætor per litteras ſupplicaret, neque eum præſens oraret, ut quam plurimum ſereret: nunc autem, ne poſt abitum quidem hujus importuniſsimæ peſtis, quiſquam reperiretur, qui ſua voluntate araret? pauci eſſent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros,

lus: quem quamobrem non ſequerer, nulla cauſa viſa eſt: ad quem accedit vetuſti codicis auctoritas. LAMBIN.

Interitio) Sic Pall. ſic Nann. probatque Victorius lib. III. Variar. Lect. cap. 2. antea erat *internicio*. GRUTER. P. Francii quoque codex clare ſcribit *interitio*. GRAEV.

M. Levinio) Errorem a Lambinianis acceptum feliciter propagavit Gruterus: nemo enim poſtea, qui ab illo diſcederet, inventus eſt. Ven. *Levio*, at Naug. Hervag. Man. C. Steph. *Levino*, ut nihil poſſit eſſe certius, quam *Lævino* debere reſtitui: atque ita non emendantis, verum editum reperientis modo legit Pighius ad an. DXLIV. Scilicet M. Valerius Lævinus hic eſt, qui anno DXLIII. Conſul, capto Agrigento, Siciliam penitus pacavit, Siculoſque ab armis tandem ad agros colendos traduxit. Vide Livium XXVI. 40. XXVII. 5. Simul erat ibidem L. Cincius Prætor, ex eodem Livio XXVI. 28. & anno ſequenti prorogatum ambobus imperium fuit, ex XXVII. 7. His confirmantur, quæ de Rupilio diximus ad II. Acc. 15. ne hoc ex loco Prætor exiſtimetur. Proconſul etiam fugitivorum bellum confecit M' Aquillius ex Liv. epit. LXIX. de quo tamen ſcrupulum poſſet injicere lapis Atinas apud Grut. CL. 7. ſi quis ex viæ ſtratæ mentione ad hunc referat. Sed fragmentum id eſt; unde nihil conficias. GARAT.

Prætoribus) Sic habent integris litteris omnes, quas vidi, editiones. Vereor tamen, ne ſanum hoc ſit: ortum quippe ab uſitato verbi compendio, quod *Pretores* potius indigitaret. Certe ſatius erit ita emendare, cum Pighio l. c. *Proconſulibus Pretores*. Non ignoro, *Prætoribus* explicari cum Manutio poſſe, *Proconſulibus*. Sed hoc loco ſileri melius exiſtimo, quo in magiſtratu eſſent viri tam illuſtres, ac noti, quam verbo ambiguo, nec ſatis diligenter proferri: præſertim cum agrorum illa vaſtatio in ipſum Conſulatum incidat & Rupilii, & Lævini, qui adeo Siciliam ita obtinuit, ut ei ſemper ſuum etiam Prætorem haberet. Id patet ex Livio: illudque ſimul, ab Lævino ſtatim rem Siculorum frumentariam recreatam fuiſſe. IDEM.

Haſdrubal) Dux toto illo bello Pœnorum clariſſimus, ut Athenio fugitivorum: idcirco hi nominantur. Ceterum cum Haſdrubale jampridem fuerat a Metello debellatum, cum Lævinus Coſ. Siciliam primum attigit, qui unum agros populantem Hannonem invenit. Neque tamen ex Romanis alius erat hic memorandus, quam Lævinus, cum is diuturnum ab Sicilia bellum, reliquiis Pœnorum ſublatis, prorſus denique amoverit. IDEM.

Jugu-

agros, atque ad ſuum larem familiarem redirent? His te litteris, homo audaciſsime, atque amentiſsime, jugulatum eſſe non ſentis? non vides, cum is, qui tibi ſucceſsit, aratores reliquos appellet, hoc eum diſerte ſcribere, reliquos hos eſſe, non ex bello, neque ex aliqua hujuſmodi calamitate, ſed ex tuo ſcelere, importunitate, avaritia, crudelitate? Recita cetera. TAMEN. PRO. EO. VT. TEMPORIS. DIFFICVLTAS. ARATORVMQVE. PENVRIA. TVLIT. Aratorum, inquit, penuria. Si ego accuſator toties de re eadem dicerem, vererer, ne animos veſtros offenderem, judices. Clamat Metellus: *niſi litteras miſiſſem*: non eſt ſatis: *niſi præſens confirmaſſem*: ne id quidem ſatis eſt: *reliquos*, inquit, *aratores*: reliquos? prope lugubri verbo calamitatem provinciæ Siciliæ ſignificat: addit, *aratorum penuria*.

55. Exſpectate etiam, judices, exſpectate, ſi poteſtis, auctoritatem accuſationis meæ: dico aratores iſtius avaritia ejectos: ſcribit Metellus, reliquos ab ſe eſſe confirmatos: dico agros relictos, arationeſque deſertas eſſe: ſcribit Metellus aratorum eſſe penuriam: hoc cum ſcribit, illud oſtendit, dejectos, ejectos, fortunis omnibus expulſos eſſe populi Romani ſocios, atque amicos: quibus ſi qua calamitas propter iſtum, ſalvis vectigalibus noſtris, accidiſſet, animadvertere in eum vos oportebat: præſertim cum ea lege judicaretis, quæ ſociorum cauſa eſſet conſtituta: cum vero perditis, profligatiſque ſociis, vectigalia populi Romani

Iugulatum ſentis) Vetus, *non ſentis?* placet. HOTTOM. *Iugulatum non ſentis*) Vetus liber, *jugulatum eſſe non ſentis*. F. VRSINVS.

Hoc eum diſerte ſcribere) Græci διαρρήδην, ἐναργῶς, id eſt, plane, aperte, dilucide, definite, nominatim. Livius Decadis 4. lib. VI *Tum decretum Phaneas, in quo id diſerte ſcriptum erat oſtendit*. Et lib. V. *Alteram ex duabus conditionibus, quæ modo diſerte a Quintio datæ ſunt, legit*. Plautus in Amphytruone.

Satin' hoc plane, ſatin' diſerte here nunc videor tibi locutus eſſe?

HOTTOM.

Exſpectate etiam judices, ſi poteſtis) Vetus: *Exſpectate etiam, exſpectate ſi poteſtis*. NANNIVS. Et ſic C. Steph. ed. & Grut niſi quod hæc, *exſpectate etiam, judices, exſpectate, ſi poteſtis*. GRAV. Gruterus Lambinum ſecutus eſt. Nimirum, ceteris intactis, vox *exſpectate* ex MSo Nanoii optime iteratur. GARAT.

Dejectos, ejectos) *Dejectus*, qui de loco, in quo erat, pulſus eſt. *Ejectus*, qui prohibitus eſt accedere. Sed in Orat. pro Cæcina, dum Orator ſuæ cauſæ ac tempori ſervit, hanc ſubtilem differentiam eludit. HOTTOM.

Demi-

mani ſint deminuta: res frumentaria, commeatus, copiæ, ſalus urbis atque exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius avaritia interierit, ſaltem commoda populi Romani reſpicite, ſi ſociis fidelisſimis proſpicere non laboratis. Atque ut intelligatis, ab iſto præ lucro prædaque præſenti nec vectigalium, nec poſteritatis habitam eſſe rationem, cognoſcite, quid ad extremum ſcribat Metellus. IN. RELIQVVM. TEMPVS. VECTIGALIBVS. PROSPEXI. In reliquum tempus ait ſe vectigalibus proſpexiſſe: non ſcriberet, ſe vectigalibus proſpexiſſe, niſi hoc vellet oſtendere, te vectigalia perdidiſſe. Quid enim erat, quod vectigalibus proſpiceret Metellus in decumis, & in tota re frumentaria, ſi iſte non vectigalia populi Romani ſuo quæſtu pervertiſſet? Atque ipſe Metellus, qui vectigalibus proſpicit, qui reliquos aratores colligit, quid adſequitur, niſi hoc, ut arent, ſi qui poſſunt, quibus aratrum ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit: qui tamen in agris ſpe, atque exſpectatione Metelli remanſerunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modo ex agris ejecti ſunt, ſed etiam ex civitatibus ſuis, ex provincia, denique bonis, fortuniſque omnibus ereptis, profugerunt? qua ratione ii revocabuntur? quot Prætorum innocentia, ſapientiaque opus eſt, ut illa aratorum multitudo aliquando in ſuis agris, ac ſedibus collocetur?

56. Ac ne miremini tantam multitudinem profugiſſe, quantam ex litteris publicis, aratorumque profesſionibus cognoviſtis, ſcitote, tantam acerbitatem iſtius, tantum ſcelus in aratores fuiſſe (incredibile dictu eſt, judices: ſed & factum, & tota Sicilia pervulgatum) ut homines, propter inju-

Deminuta) Ita recte Lambinus, & C. Stephanus: erat enim antea in pleriſque. *diminuta*, quod Olivetus, & Laliem. perperam retulerunt. Vide Drakenb. ad Liv. II. 1. & quos ille citat. Eſt verbum prorſus aliud *diminuo*, de quo Priſcianus; & præter alios Dauſqueius in Orthogr. & Giſanius in Collectan. ad Lucretium. Sed vide in primis accuratam Oudendorpii notam ad Sueton. Cæſ. c. 5. GARATON.

Interiit: ſaltem commoda) In MSo Aldino, & veteribus impresſis, *Interierit: ſaltem populi Romani commoda reſpicite*; quæ lectio mihi rectior, & probabilior videtur. HOTTOM. *Saltem commoda veſtra reſpicite*) Vetus: *Saltem commoda populi Romani reſpicite*. NANNIUS.

Dyr-

injurias, licentiamque decumanorum, mortem ſibi ipſi conſciverint. Centuripinum Dioclem, hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat, quo die ſit ei nunciatum, Apronium decumas redemiſſe. Dyrrachinum, primum civitatis, eadem ratione mortem oppetiſſe dixit apud vos homo nobiliſſimus Archonidas Elorinus, cum audiſſet tantum decumanum profeſſum eſſe ex edicto iſtius ſibi deberi, quantum ille bonis ſuis omnibus efficere non poſſet. Hæc tu, tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimuſque ſemper fuiſti, tamen numquam perpeterere; propterea quod illi gemitus, luctuſque provinciæ ad tui capitis periculum pertinebant: non, inquam, perpeterere, ut homines injuriæ tuæ remedium morte, ac ſuſpendio quærerent, niſi ea res ad quæſtum, & ad prædam tuam pertineret. Quid? illud perpeterere? attendite judices; omnibus enim nervis mihi connitendum eſt, atque in hoc laborandum, ut omnes intelligant, quam improbam, quam manifeſtam, quam confeſſam rem

Dyrrachinum] Lambinus, & cod. ad ejus marg *Tiracinum*: Proprium Helorini cujuſdam nomen videtur. Mox autem emendandum eſſe *Archonides* ex IV. Acc. 25. ubi hic idem nominatur, recte monuit Drakenb. ad Liv. XXIV. 35. quem conſulo. GARAT.

Quantum ille bonis ſuis omnibus efficere non poſſet) Fortaſſe legendum, *reficere non poſſet*: verumtamen nihil muto: cum præſertim ſic habeat vetus codex. LAMBINUS.

Tamen numquam perpeterere, quod ille gemitus luctuſque &c.) Vetus: *Tamen numquam perpeterere: propterea quod illi gemitus &c.* NANNIUS. Neceſſario ſententia vocem hanc ab aliis omiſſam requirit: jure illam ſuæ reſtituit editioni C. Stephanus. Non erat prætereunda Grutero. GRÆV.

Omnibus enim nervis mihi contendendum eſt) Vetus: *Connitendum eſt*. NANNIUS. *Omnibus enim nervis mihi connitendum*) Melius ita liber Nannii, quam hactenus vulgati *contendendum*. GRUTER. Arripuit Nannii libri ſcripturam quoque C. Stephanus. GRÆV.

Quam confeſſam rem) Franc. *quam profeſſam rem*; quod præfero vulgatæ. *Profeſſum* enim eſt quod palam omnibus innotuit, apertum, indubium Phædr. IV.

Nec ad profeſſæ mortis audacem viam
Fabricaſſet Argus opere Palladio ratem.

Iuſtin. VIII. 4. *Bœotis orant, ut profeſſum adverſus Phocenſes ducem Græciæ exhibeat*. Senec. *Odio profeſſo*. GRÆV. Plura dabit celeb. Burmannus ad eum Phædri locum IV. 6. 8. Ego vero neſcio, utrum doctius lectionem hanc Grævius aſſeruerit, an prudentius veterem retinuerit. Quæ infra ſtatim de decumanis, Apronio, & Rubrio narrantur; hic dubio procul intelliguntur. Video illa c. 57. *Hoc cum palam decumani tota provincia loquerentur*. Fateor lubens, *profeſſam rem* dici poſſe. Verum id unius MSi fide vulgatæ, ac ceteris MSis omnibus præferri debere non puto. Repete illud ex Ovidio III. Amor. 14. 6. *Solaque famoſam culpa profeſſa facit*. Hanc Verris culpam, de qua ſermo eſt, oſtentarunt, & palam præ ſe tulerunt decumani, Siculos Prætoris nomine perterrentes, ſeſe interdum excuſantes. Quid ipſe, qui nunc reus eſt, Verres?

rem pecunia redimere conentur. Grave crimen eſt hoc, & vehemens, & poſt hominum memoriam, judiciaque de pecuniis repetundis conſtituta, graviſsimum, Prætorem populi Romani ſocios habuiſſe decumanos.

57. Non hoc nunc primum audit, privatus de inimico, reus ab accuſatore: jam antea in ſella ſedens Prætor, cum provinciam Siciliam obtineret, cum ab omnibus non ſolum, id quod commune eſt, propter imperium, ſed etiam, id quod iſtius præcipuum eſt, propter crudelitatem metueretur, millies audivit, cum ejus animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæque ſuæ refrænaret. Loquebantur enim decumani palam, & præter ceteros is, qui apud iſtum plurimum poterat, maximoſque agros populabatur, Apronius: perparvum ex illis magnis lucris

res? Tacuit; Rubrii cum Apronio ſponſionem compeleuit: denique cum eam tamen Scandilius fecerit, dat recuperatores ſibi addictos, hiſque non utente Scandilio, eum damnat Apronio. Scilicet, cauſa incognita, Scandilii ſilentio abuſus eſt, quaſi de cauſa deſperaſſet is, qui judices iniquiſſimos ejurabat. Ne multa, jam hæc tacita Verris confeſſio eſt, quæ in omnibus his factis latens eruitur plane certiſſima. Hinc Tullius habet *rem confeſſam*. Conſule potiſſimum c. 61. ex quo vir ſummus locum adferre poterat ſibi longe omnibus commodiorem. Apronium Verres cum præmio dimiſit. *Quid interfuit*, ait Cicero, *utrum hoc decerneres, an id, quod Apronius dictitabat, tu de te profiterere, ac dictitares?* Erat hæc vehementia in amplificatione opportuna: hic autem, in primo hujus maximi argumenti aditu, aptius, nedum ſatis, eſſe arbitror, Verrem confitentem ſpondere, quod ipſum & magnum eſt, & maxime judiciale. Pro Lig. 1. *Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum confitentem reum.* GARAT.

Conentur) Recte: hoc enim non ad unum refertur Verrem, ſed etiam ad complures alios, quos in hoc conatu adjutores ei fuiſſe conſtat ex Act. I. Vide porro, quæ diximus c. 14. de hoc loquendi modo. Perperam Lambinus, *conetur*, ceteris refragantibus. IDEM.

Privatus de inimico, reus ab accuſatore) Vide Reitzium de Ambig. p. 146. ejuſque fratrem in Miſc. Obſ. Amſt. T. X. p. 127. qui differre h. l. putat præpoſitiones *ob*, & *de*: ſive in illa gravius aliquid ſit, ſive *de inimico* ad Verris inimicos referatur, qui Tullio ſuggeſſerint. IDEM.

Non ſolum id, quod commune eſt propter imperium, ſed etiam id, quod ipſius præcipuum eſt). Male interpuncta oratio ſenſum reddit ineptum. Ego ſic legendum cenſeo: *Non ſolum (id quod commune eſt) propter imperium, ſed etiam (id quod ipſius præcipuum eſt) propter crudelitatem*. HOTTOM.

Id quod commune eſt) Omnium magiſtratuum. IDEM.

Id quod ipſius præcipuum) Id eſt, proprium, peculiare. IDEM.

Avaritiæque ſuæ frænaret) Vetus, *refrænaret*. NANNIUS.

Perparum ex illis) Veneti *perparvum*, συλληπτικως: id enim hac figura dicitur, perparvum lucrum ex illis magnis lucris. CAMERAR. Aliam non vidi a Naugeriana, quam hic intelligit, diſcedentem. GARAT.

Quo

lucris ad ſeſe pervenire: Prætorem eſſe ſocium. Hoc cum palam decumani tota provincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi, nefariaque interponerent: nihil ne tibi venit in mentem exiſtimationi tuæ conſulere? nihil denique capiti, ac fortunis tuis providere? cum tui nominis terror in auribus, animiſque aratorum verſaretur: cum decumani aratoribus ad pactiones faciundas non ſuam vim, ſed tuum ſcelus, ac nomen opponerent: ecquod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex judicio te ulla ſalus ſervare poſſet? cum planum fieret, decumis contra inſtituta, leges, conſuetudinemque omnium venditis, in aratorum bonis, fortuniſque diripiendis decumanos dictitaſſe, tuas eſſe partes, tuam rem, tuam prædam: idque te tacuiſſe, &, cum diſſimulare non poſſes, potuiſſe tamen perpeti, & perferre, quod magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinem, pluſque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quam judicii metus poſſet? Eſto: cetera negare non potes: ne illud quidem tibi reliquum feciſti, ut hoc poſſes dicere, nihil eorum te audiſſe, nihil ad tuas aures de infamia tua perveniſſe. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tu id neſciebas? Fremebat tota provincia; nemo id tibi renunciabat? Romæ querimoniæ de tuis injuriis, conventuſque habebantur; ignorabas hæc? ignorabas hæc omnia? quid? cum palam Syracuſis, te audiente, maximo conventu P. Rubrius Qu. Apronium ſponſione laceſsivit, *ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium*: hæc te vox non perculit? non perturbavit? non, ut capiti, & fortunis tuis proſpiceres, excitavit? Tacuiſti: ſedaſti etiam lites illorum, & ſponſio illa ne fieret, laboraſti.

58.

Quo ex judicio te ulla ſalus ſervare) Deam intelligit, quam populus Romanus coluit, cui ædes vota in bello Samnitium a C. Iunio Bubulco Coſ. Romæ exſtructa eſt. Terentius in Adelphis.

Ipſa ſi cupiat Salus
Servare prorſus non poteſt hanc familiam. HOTTOM.

Contra inſtituta legis) Legendum putarem, ut ſæpe alias: *Contra inſtituta, leges, conſuetudinem, &c.* IDEM.

Sponſione laceſſivit) *De ſponſione*, cognoſce ex Orat. pro Quintio, ſupra. HOTTOM.

Lites illorum) Legit procul dubio hic *litis* Priſcianus; nam p. 777. hoc utitur exemplo ejus accuſativi: neque

58. Pro, dii immortales! hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet, aut quamvis nocens, qui modo judicia Romæ fore putaret, non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominum venditaſſet? Quid eſt hoc? ſponſio fit de capite, ac fortunis tuis; tu ſedes & quieſcis? non perſequeris? non perſeveras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? unde hoc natum, quemadmodum prolatum ſit? Si quis tibi ad aurem acceſſiſſet, & dixiſſet, Apronium dictitare, te ſibi eſſe ſocium, commoveri te oportuit, vocare Apronium, nec illum ante tibi ſatisfacere, quam tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes; cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc verbo, & ſimulatione Apronio, re vera tibi objectum eſſet: tu umquam tantam plagam tacitus accipere potuiſſes, niſi hoc ita ſtatuiſſes: in re tam manifeſta quidquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum? Quæſtores, Legatos, Præfectos ſuos, Tribunos, multi miſſos fecerunt, & de

que ita edere dubitarem. Accedit enim codex quoque ad Lamb. marg. Vidit Priſciani locum Malaſpina: cujus egregia eſt, & notiſſima de his accuſativis diſputatio, quam Grævius notis Manutianis ad IV. ep. ad Att. 3. interpoſuit. Ita etiam veteres edd. uſque ad Lambinum, quæ paullo ante babent, *inſtituta*, *legis*, defenderem, niſi canones Grammaticorum adverſarentur. GARAT.

Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum vindicaſſet) Veteres libri hoc modo: *Non aliqua ſe ſimulatione populi Romani exiſtimationi vindicaſſet*; quod ſine cauſa immutare non auſim. Nonnulli tamen ex iis: *Non aliqua re*: quod aperte falſum eſt, ut illud Aldinum: *Populi Romani exiſtimationi hominum*. HOTT. *Non aliqua ſe ſimulatione exſtimationi hominum vindicaſſet*) Vetus: *Exiſtimationi hominum venditaſſet*, id eſt, vendibilem ac probabilem aliquo modo reddidiſſet. Quod quo mihi magis adlubeſcit, ſed tamen optio in medio eſt, eligat quiſque quod malit: ego in rebus fere paribus meam cenſuram libentius addo: nam in multum variante pondere quid opus eſt, cum id omnibus conſtet. NANNIVS. *Non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominum venditaſſet*) Alii libri habent, *exiſtimationi populi Romani venditaſſet*? alii, *exiſtimationi hominum venditaſſet*? quod poſterius nunc probo. LAMBINVS. *Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum venditaſſet*) Haud aliter editio Victorii, niſi quod ultimo verbo finxerit, *vindicaſſet*, contra Pall. & Nann. in quo reſtat alterum & belle hic convenit: iidem tamen Pall. habent, *non aliqua re ſimulatione P. R.* quod & in editt. antiquis, quæ tamen *vendicaſſet*. GRVTER. Miror Nannium hæſitaſſe, Lambinum damnaſſe certiſſimam optimorum librorum lectionem. *Aliqua ſimulatione exiſtimationi hominum ſe venditare*, eſt ſimulata aliqua virtute ſtudere efficere, ut homines bene de te exiſtiment. Iuſtin. v. 3. *Iam Alcibiades hinc operam civibus venditabat*. C. Nep. Att. *Non florentibus ſe venditavit*. Sed & Cicero non ſemel in epiſtolis ad Atticum. *Venditare ſe hominum exiſtimationi*, nihil eſt. GRAEVIVS. Ex libris optimis recte Grævius; & ſic etiam noſtri codices. LALLEMAND.

Quidquid dixiſſes) *Dixiſſent*, legendum

de provincia decedere juſſerunt , quod eorum culpa ſe minus commode audire arbitrarentur , aut quod peccare illos aliqua in re judicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum: qui non modo animum integrum , ſed ne animam quidem puram conſervare potuiſſet : eum in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidem graviore appellaſſes : neque apud te tam ſancta reli-

dum potius arbitrarer : ſententia quidem aperte poſtulat . HOTTOM. *Quidquid dixiſſes , te deterius eſſe facturum*) Videtur nihil mutandum , errareque qui legendum cenſent , *quidquid dixiſſet* : etiam ſi eos adjuvet vetus codex ; hoc enim dicit M. Tullius : numquam tacitus tantam plagam accepiſſes , numquam rem tantam tacitam tuliſſes, niſi hoc ita ſtatuiſſes, te , quidquid dixiſſes ad id, quod tibi & Apronio objectum eſſet , id ipſum, quod eſſet objectum , tua oratione deterius eſſe facturum : nihilque umquam dicturum , quo id , quod tibi objectum eſſet , diluere , aut refellere poſſes. Quod ſi quid hic eſſet mutandum , ita potius legendum putarem , *deteriorem eſſe facturum* : ut , *deteriorem* , referatur ad *plagam* . LAMBINUS .

Vix liberum) Deprimitur libertinus homo cum Quæſtoribus , &c. collatus : minus tamen , quam cum ſopra c.40. ſervus appellabatur . Vide ibi notam contra I. Acc. 47. 48. Verres reprehenditur , quod contemſerit libertinos . GARAT.

Sed ne animam quidem puram) Teterrimom enim odorem ſpirabat : ut dixit infra . HOTTOM. Periodus tota impura , nihil tamen eluont MSi noſtri , aut edd. vett. GRUTERUS . Nec quidquam opia in ſcriptis codicibus noſtris , qui nihil a vulgatis abeunt . LALLEM.

Neque apud te) Ineptus ſenſus : ut mihi non ſit dubium, quin pro *neque* , reponi oporteat *atque* , & legi ſine interrogatione , εἰρωνικῶς : vox enim *profecto* , ironiam ſignificat , ut *credo*, ut *ſcilicet* . HOTTOM. *Eum in tanto tuo dedecore , ne verbo quidem graviore appellaſſes , atque apud te tam ſancta, &c.*) Sic edendum curavi , poſita interrogationis nota poſt , *videres* ? ſententia optima ; ſed non diſſimulabo pro *atque* , ſcriptum eſſe in nonnullis libris MSis *neque* ; præterea in omnibus fere vulgatis poſt vocem , *dedecore* , ſequi deinceps , *profecto* , ut fortaſſis ita legi poſſit : *Eum in tanto tuo dedecore profecto , neque ne verbo quidem gr. appellaſſes , neque apud te tam ſancta religio ſocietatis fuiſſet , ut tui capitis peric. neglig. niſi rem tam notam eſſe omnibus videres* : ſine nota interrogationis. LAMBINUS. *Neque* retinent Palatini libri . GRÆV. Manutius legit , *in tanto tuo dedecore non profecto &c.* quem optime locum explicantem vide . Ejus tamen rationem habuit nemo : & vero nullus hactenus repertus eſt , opinor , aut ſcriptus liber , aut olim editus , qui opportunum illud *non* præbeat . Quid vero ſi negatio hic aliqua ſubaudiatur ? Voces *non modo* , cum ponuntur pro *non modo non* , ſimilem prima fronte ſenſum , id eſt ei , qui vere ſubeſt , contrarium efficiunt . Ita *niſi* pro *non niſi* : vide Cortium ad Salluſt. Iug. LIV. o. 5. Cur non item hic ſit *ne quidem* pro *non ne quidem* ? Eam certe negationem omiſit ipſe Tullius II. de Divin. 72. *Cum mendaci homini , ne verum quidem dicenti , credere ſolemus* : de quo loco vide Wopkenſ. Lect. Tull. III. 10. & Reitz. de Ambig. pag. 380. Si quis certiora poſtulat , durumque loquendi modum exclamat : is conſenſum codicum reſpiciat , rogo , remque abunde compertam cogitet , negationes ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quam ſæpe , quam varie ſint repetendæ . GARAT.

Tui-

religio ſocietatis fuiſſet, ut tui capitis periculum negligeres, niſi rem tam notam eſſe omnibus, & tam manifeſtam videres. Cum eodem Apronio poſtea P. Scandilius, eques Romanus, quem vos omnes noſtis, eamdem ſponſionem de ſocietate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Inſtitit, oppreſſit, non remiſit: facta eſt ſponſio H-S. V. cœpit Scandilius recuperatores, aut judicem poſtulare.

59. Satis ne vobis Prætori improbo circumdati cancelli videntur in ſua provincia; immo vero in ſella, ac tribunali, ut aut de ſuo capite judicium fieri patiatur præſens, ac ſedens: aut confiteatur, ſe omnibus judiciis convinci neceſſe eſſe? Sponſio eſt, NI. TE. APRONIUS. IN. DECUMIS. SOCIUM. ESSE. DICAT: provincia tua eſt: ades: abs te judicium poſtulatur. Quid facis? quid decernis? Recupera-

Tui capitis) Tuæ exiſtimationis. HOTTOM.

Facta eſt ſponſio H-S. V. millium) Hic eſt locus qui Budæo prope ſolus errorem objecit, ut *ſeſtertia* in neutro genere mille valere ſeſtertios exiſtimaret. Eum enim ita citavit: *Facta eſt ſponſio ſeſtertiis quinque*. Quare cum paullo poſt, hanc eamdem ſummam ita repetitam videret: *Cogit Scandilium quinque illa millia nummum dare Apronio*: ratiocinatus eſt, *ſeſtertium* in neutro genere *mille ſeſtertios* valuiſſe. Quod mihi ſane permirum videtur. Primum quia neque in Aldino, neque in aliis libris aliter hic locus legitur, quam in hoc noſtro exemplari ſcriptus eſt; deinde quia eadem ipſa ſumma ita repetita eſt, ut vox *millia*, adderetur: *Cogit*, inquit, *Scandilium Apronio H-S. V. millia mercedis nomine ac præmii dare*; ut Budæus nulla ratione divinare potuerit, illam ſuperiorem notam H-S, in neutro genere, potius quam hanc poſteriorem accipiendam eſſe. Præterea non latine, opinor, Ciceronem loquentem facit, cum illum dixiſſe contendit: *Facta eſt ſponſio ſeſtertiis*, neque enim *ſeſtertiis*, ſed *ſeſtertium* ſolet dicere, ut pro Q. Roſcio, ſupra: *Legitimæ partis ſponſio facta eſt*; niſi forte particulam *cum* adjungat, ut ſupra: *Cum tertia parte ſponſio facta eſt*. Sed quid attinet plura? cum Tullius ipſe paullo poſt de nummis ſeſtertiis loqui ſe manifeſtiſſime doceat. IDEM. *Facta eſt ſponſio H-S. V. mil.*) Pall. uterque rejicit illud *mil.* ſecundus vero virgulam habet ſupra V. edd. primæ etiam non agnoſcunt illud *mil.* Hæc pono ob Budæum, qui hunc locum ita laudat tamquam expreſſum fuiſſet, *ſponſio*, &c. GRUTER. Tot ſeſtertia in neutro ſignificare tot millia ſeſtertium, ut quinque ſeſtertia ſint quinque millia ſeſtertium jam lippis & tonſoribus notum eſt, ut perinde ſit, ſive legas *facta eſt ſponſio ſeſtertium quinque*, ſive *ſeſtertium quinque millium*. Et quia *mil.* reſpuunt Pall. codd. Franc. prim. & edd. primæ, cur id addamus, non video. GRAV.

Recuperatores, aut judicem) Vide quæ dixi in Orat. pro Cæcina infra. HOTTOM.

Circumdati cancelli videntur) Id eſt, ſatis ne vobis teneri videtur, neque elabi poſſe, quin horum alterutrum fateatur. *Cancelli* ſunt ſepta ex ferro, in modum retis facta. Tranſlatio ſumta eſt a beſtiis, quæ ſeptis & cancellis continentur, ut effugere non poſſint. IDEM.

peratores dicis te daturum; bene ais: tametſi qui erunt tantis cervicibus recuperatores, qui audeant in provincia, cum Prætor adſit, non ſolum contra voluntatem ejus, ſed etiam contra fortunas judicare? Verum eſto; manifeſta res eſt, cum nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret, locupletiſsimus quiſque certiſsimus teſtis eſſet: nemo erat Sicilia tota, qui neſciret decumas eſſe Prætoris, nemo, qui non audiſſet ita Apronium dictitaſſe: præterea conventus honeſtus Syracuſis, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores rejici oporteret, qui aliter judicare nullo modo poſſent. Inſtat Scandilius poſcere recuperatores; tum iſte homo innocens, qui illam ſuſpicionem levare, atque ab ſe removere cuperet, recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum.

60. Pro deum hominumque fidem! quem ego accuſo? in quo meam induſtriam, ac diligentiam ſpectari volo? quid eſt, quod ego dicendo, aut cogitando efficere, aut adſequi debeam? teneo, teneo, inquam, in mediis vectigalibus populi Romani, in ipſis fructibus provinciæ Siciliæ furem manifeſto averrentem rem frumentariam omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam, ita, ut negare non poſſit;

Recuperatores dicis te daturum; bene agis) Franc. *Recuperatores dicis te daturum: bene ais:* quod verum eſt Sic & inferius cap. 62. *bene ais Alba*, idem codex, ubi vulgo *agis*. Apud Comicos pro hoc ſæpe dicitur, *bene narras*. Εἰρωνικῶς vero dicit, recte dicis te recuperatores daturum. Grav.

Qui erunt tantis cervicibus) *Cervices* pro audacia, ut ſæpe alibi translatione a bubus ſumta, quorum ii valentiſſimi judicantur qui cervicibus ſunt duriſſimis: quaſi dicat, quis tantum onus invidiæ ſuſtinere poſſit? Hott.

Ex qua copia recuperatores rejici oporteret) Moris erat, ut eum primum actor, deinde reus aliquot *recuperatores* dediſſet, uterque quos ſibi ſuſpectos haberent, rejiceret. Nomina autem in libello ſcribebantur, ut ſuperius intellectum eſt. Idem.

Teneo in mediis vectigalibus populi Romani in ipſis fructibus provinciæ Siciliæ furem manifeſto avertentem rem frumentariam) Vetus: *Teneo, teneo, inquam, in mediis vectigalibus populi Romani in ipſis fructibus provinciæ Siciliæ furem manifeſte averrentem*. Ut mihi anadiploſis in *teneo* admodum placet, ita facetia ea paranomaſia τὸ *averrentem*, importunior videtur in tam atroci oratione, quæ delicias omnes adſpernatur. Nann. Recepit tamen C. Stephanus *averrentem*, ut cetera fere omnia libri Nanniani, tamquam optimi, & fideliſſimi. Grav. Recte: licet recentiores diſſenſerint. Proprium enim rei frumentariæ verbum adhibetur; & generatim, ubi ereptores nihil reliquerint, concinne hoc uſurpatur. Licinius Macer pro Tuſcis apud Priſcian. p. 900. *etiam reliquias averrerunt*. Eadem vox c. 78. 96. ubi longe minus eſt apta, ex uno tamen codice Nannii ab omnibus fere jam inde ab Grutero recipitur. Garat.

Cum

ſit; nam quid hic dicet? Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium ſe tibi in decumis eſſe dictitaret: exſpectant omnes, quantæ tibi ea res curæ ſit, quemadmodum hominum exiſtimationi te, atque innocentiam tuam probari velis. Hic tu medicum, & haruſpicem, & præconem tuum recuperatores dabis, aut etiam illum ipſum, quem tu in cohorte tua Caſsianum judicem habebas, ſi qua res major eſſet, Papirium Potamonem, hominem ſeverum, ex vetere illa equeſtri diſciplina? Scandilius poſtulare de conventu recuperatores. Tum iſte negat

Cum cognitore tuo Apronio) *Cognitor* præſentis dicitur; qui *procurator* abſentis. Hoc igitur dixit *εἰρωνικῶς*, ut ſupra *procurator*, & infra: *Cur tu Apronium malebas, quem omnes tuum procuratorem in decumis negotium loquebantur?* HOTTOM. Non intellexerunt interpretes quid hoc loco *cognitor* ſit. Sic quidem proprie dicebatur voluntarius ſuſceptor alienæ litis, ſed interdum latius patet, ut ſuperius lib. II. *datum Sthenio abſenti cognitorem*. Quin & honeſtiore vocabulo ſic dicebantur delatores, tamquam qui cauſas fiſci, atque ita populi & principis ſuſciperent ſponte ac tuerentur, cujus operæ pretium partes de proſcriptorum bonis accipiebant, ut ait Gronovius lib. IV. de Pec. Vet. cap. 3. quem vide. Hinc & Manilio *cognitor urbis*, eſt defenſor urbis, *ἔκδικος*, *σύνδικος*. Sic Apronius hic dicitur cognitor Verris, qui eſt delator aratorum, & ſimul quaſi cauſam Verris ſuſcipit in agenda præda & furtis, ac extorquendo frumento & pecunia. GRAV.

Ni ſocium tibi in decumis) Probabilior eſſet ſententia & apertior, *Ni ſocium ſe ſibi in decumis*: quomodo in Aldino & aliis prope omnibus impreſſum eſt. HOTT. *Ni ſocium tibi in decumis eſſe dictitaret*) Vetus: *Ni ſocium ſe tibi in decumis eſſe dictitaret*. NANN. Franc. *ni ſocium ſe ſibi*. GRAV. Ita porro edendum, huic MSo accedentibus edd. MCDLXXXIII. Ald. Lamb. & altero ad ejus marg. MSo. Plura enim inquirere inutile prorſus eſt, cum res ipſa, & formula ſponſionis ſupra poſita lectionem hanc manifeſto requirat, & tueatur. Neque tamen emendationem tam facilem, tam certam quiſquam recentiorum fecit: quam ex illis tantummodo ſponſionis verbis Manutius optime propoſuerat. Quod c. 67. ſocius Verri dicatur Apronius, nihil huic lectioni obſtare arbitror. GARATON.

Caſſianum judicem) Vide orat. pro Sex. Roſcio ſupra, & Aſconium in Milonianam. HOTT.

Papirium Potamonem) Libertinum, & Scribam Quæſtorium. Vid. Divin. 9. Verres hunc, Cæcilio Quæſtore decedente, retinuiſſe videtur, tamquam navum hominem, & ſibi perutilem. Infra c. 66. *L. Papirius Scriba*, exempli tantum cauſa nominatur, qui eſſe hic idem facile poteſt. Sed erant alii Verri Scribæ, ut Mævius, cui pecuniam numerarunt Haleſini. Confer cap. 73. & 75. Hunc Mævium & Principem ſcribarum Verres habuit, & annulo aureo donavit, de quo tam multa c. 80. Hujus maxime operam Verri in rapinis profuiſſe conſtat ex c. 76. Haud alius intelligitur I. Acc 61. In Pratura etiam urbana Mævium ſcimus, atque adeo in Legatione, ex d. c. 80. prorſus eodem loco apud Verrem fuiſſe. Jam vero Papirius conſtitit infra Mævium, rebus tantummodo judicandis extra ordinem adhibitus. An etiam ex Quæſtoriis ſcribis in Prætorios migraverit, quorum diverſæ videntur fuiſſe decuriæ, licet dubitare. Unum eſt, quod certum alii dixerint, hunc in iis numerari recupe

negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis commiſſurum. Negotiatores putant eſſe turpe, id forum ſibi iniquum ejurare, ubi negotientur. Prætor provinciam ſuam totam ſibi iniquam ejurat. O impudentiam ſingularem! Hic poſtulat ſe Romæ abſolvi, qui in ſua provincia judicavit, ſe abſolvi nullo modo poſſe? qui plus exiſtimet apud lectiſsimos ſenatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum valere?. Scandilius vero negat ſeſe apud Artemidorum recuperatorem verbum eſſe facturum: & tamen auget, atque onerat te bonis conditionibus, ſi tu uti velis. Si ex provincia Sicilia tota ſtatuas idoneum judicem, aut recuperatorem nullum poſſe reperiri, poſtulat a te, ut Romam rejicias. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, qui poſtulet ibi de tua exiſtimatione judicium fieri, ubi te invidioſum eſſe intelligebat; negas te Romam rejecturum: negas de conventu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem ſe totam relicturum dicit,

cuperatoribus, *quorum civis Romanus nemo erat*, ut ait Cicero c. 28. quia ſcilicet libertinus: hos enim & *ſervos* c. 40. & *vix liberos* c. 58. vidimus appellari: ut verba illa tam Græcos, qui vere non eſſent cives, tam infimæ conditionis cives, libertinos comprehendant. Sed vide ibi notas. GARAT.

Auget atque onerat) Legendum *ornat*, ut in quibuſdam impreſſum. HOTT. *Et tamen urget, atque onerat*] Sic repoſui, quamvis in nonnullis libris legatur, *& tamen auget*, mendoſe, opinor. LAMBIN. *Et tamen auget atque onerat, &c.*] Lambinianæ *urget atque* : ſed alterum reperi in primitus cuſis, in Victor. Manut. Hottom. in Pall. itaque repoſui in poſſeſſionem ſuam: augetur enim conditione, cui offertur melior: interim hæreo num & hic locum habere poſſit, *ornat*; quemadmodum loquitur ad Quirites poſt reditum: *non modo augere & ornare oratione &c.* mecum ſentit & Hottomannus. GAVT. Aliud eſt, *augere, & ornare oratione*, aliud autem, *augere, & ornare hominem*, quod etiam Tullianum eſt. Sed hoc loco vulgata *onerare* melior mihi videtur. Ita *onerare promiſſis* Livius ſæpe dixit, Gebhardo jam notante ad XXIV. 13. itemque Salluſtius Iug XII. n. 3. ubi Cortium vide. Quamquam hæc ſcio permutari ſolere: ſed ita ſtatuo, lectionem altera non deteriorem ſatis a multo maxima codicum parte muniri. Quod ſi codices haberem idoneos, Lambinum potius ſequerer optime reponentem, *urget*. Eamdem recte vocem Claudiano pr. Conſ. Stilich. l. 2. N. Heinſius reſtituit ex MSis: quos ne Lambino quidem hic penitus defuiſſe puto: eique diſerte MSum ab ſe inſpectum favere Iannoctius notavit. Inſtat Scandilius, non remittit, rem aliam ſuper alia proponit: hæc vis eſt verbi *urget*: tum ſequitur appoſite, *onerat te &c.* Vide Burman. ad Claud. l. c. ubi *urgent* in *augent* abierat: quod tamen ferri utrobique poſſe fateor. GAR.

Ut Romam rejicias) Sponſionis factæ iudicium, & diſceptationem. HOTT. Lamb. & MSus ad ejus marg. *Romam rem rejicias*. GAR.

Suo

dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis; quid? ſponſionem acceptam facere? Impudenter tollis exſpectatum exiſtimationis tuæ judicium; non facis. Quid ergo? Apronio permittis, ut, quos velit, de cohorte ſumat recuperatores? Indignum, uni potius ex iniquis ſumendi, quam utriſque ex æquis rejiciendi fieri poteſtatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? eſt aliquid, quod improbius fieri poteſt; cogit enim Scandilium quinque illa millia nummum dare, atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantius facere Prætor cupidus exiſtimationis bonæ: qui ab ſeſe omnem ſuſpicionem propulſaret? qui ſe eripere ex infamia cuperet?

61. Adductus erat in ſermonem, invidiam, vituperationem; dictitarat homo improbus, atque impurus Apronius, ſocium eſſe Prætorem: venerat res in judicium, atque diſcrimen: poteſtas erat iſti, homini integro, atque innocenti data, ut, in Apronium cum animadvertiſſet, ſeſe graviſſima levaret infamia. Quid excogitat pœnæ? quid animadverſionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem, atque audaciam, prædicationemque nefa-

Suo tempore eſſe rediturum) *Suum tempus* dixit, ſibi commodum & opportunum; ut Actione prima, *ſuum judicium*: quod ita interpretatur Aſconius. Contrarium eſt in eadem oratione, *Alienum tempus offenderat*. HOTT. Hæc verba in Francii lib. non leguntur. GRAEV.

Sponſionem acceptam facere) *Acceptam miſſam facere*, legendum videtur. Nam ſi *accepta* eſſet, ſublatum de Verre judicium, ſed factum. Niſi forte *acceptam facere*, dictum putamus, ut alibi ſæpe, pro *acceptum ferre*. HOTT. *Sponſionem acceptam facere?*) Nihil muto; nem *acceptum facere*, eſt verbis liberare debitorem: idemque propemodum valet, quod ecceptum ferre. Vlpianus lib. XLVI. Digeſtorum, titulo de acceptilationibus: *Si Stichum, aut decem ſub conditione ſtipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus deceſſerit, decem in obligatione manebunt, proinde ac ſi ea acceptilatio interpoſita non fuiſſet*. Iulianus: *Qui hominem, aut decem ſtipulatus eſt; ſi quinque accepto fecerit, partem ſtipulationis peremit, & petere quinque, aut partem hominis poteſt*. Hottomannus tamen legendum putat, *acceptam miſſam facere*. Ego, ſi quid mutandum eſſet, legi potius oportere putarem, *ſponſionem factam miſſam facere*. LAMB.

Eſt aliquid, quod improbius fieri poteſt) Eleganter: tamquam ſi ne illo quidem uſurus fuiſſet, ſi reperire potuiſſet quidpiam impudentius. Inepte Lambinus: *Eſt ne aliquid &c. poteſt?* & contra libros. GRUT. Injuria Lembino fit: cujus lectio, ſi non tuta, certe apta, & concinna iſthæc fuit. *Eſt ne aliquid, quod improbius fieri poſſit? Eſt. Cogis enim &c.* Videtur enim reperiſſe in MSis *eſt ae*: unde cetera conjecit eleganter, de quo ſuo more ipſe teſtatur ad c. 91. GAR.

nefariæ ſocietatis, H-S. V. millia mercedis, ac præmii dare. Quid interfuit, homo audaciſsime, utrum hoc decerneres; an id, quod Apronius dictitabat, tu de te profiterere, ac dictitares? quem hominem, ſi quis pudor in te, atque adeo ſi quis metus fuiſſet, ſine ſupplicio dimittere non debuiſti: hunc abs te ſine præmio diſcedere noluiſti. Omnia ſimul intelligere potuiſtis, judices, ex uno crimine Scandiliano: primum, hoc non eſſe Romæ natum de ſocietate decumarum, non ab accuſatore fictum: non, ut ſolemus interdum in defenſionibus dicere, crimen domeſticum, ac vernaculum, non ex tempore periculi tui conſtitutum: ſed vetus, excogitatum jam, &, te Prætore, jactatum, & non ab inimicis Romæ compoſitum, ſed Romam de provincia exportatum. Simul intelligi poteſt illud iſtius in Apro-

H-S. v. millia) Centum & viginti quinque aureos HOTT.

H-S. D. millia mercedis nomine, ac præmii dare) Vetus, *H-S. quingenta millia mercedis ac præmii dare*. Eadem forma qua ſupra adnotavimus *lucri dare*. NANN. Franc. *x millia*. GRÆV. Ineptum gloſſema ſuſtulit etiam Lambinus, optimi, quem citat in margine, codicis fide: neque enim Nannianum intelligit, ſi recte obſervando conjeci; ſed eſſe non raro Fabricianum, Gruterus probabiliter exiſtimavit. GAR.

An tu de te proferres) Vetus, *An tu de te profiterere*. NANN. Sic Car. Steph. editio. Sed Victor. P. Manut. aliique: *tu de te proferres*, ſine *an*. Lambini vero editio, quam ſequitur Gruterus: *tute de te proferres ac dictitares*; niſi quod Gruterus ex Nanniano recte ſubſtituit *profiterere*. GRÆV.

Intelligere potuiſtis) Lamb. & codex ad marg. *poteſtis*: ſane ita mox quoque; ſed non eſt temporum variatio inſolens, aut repudranda: GAR.

Crimen domeſticum, ac vernaculum) *Verna* ſervus eſt domi noſtræ ex ancilla natus. *Crimen vernaculum*, domi natum & confictum ab accuſatore. HOTTOM.

Ex tempore periculi) Ex eo tempore quo in judicium vocatus es. IDEM.

Excogitatum jam, & te prætore jactatum) Aldinus, & alii libri veteres, *cogitatum*; quod magis arridet: cum *excogitare* fingere potius, & comminiſci ſignificet; tametſi, ut verum dicam, neutra ſatis hujus loci ſententiæ congruit. Exiſtimarem ita potius corrigendum, *Cognitum jam, & te Prætore jactatum*, niſi forte melius ſic fuerit, *Cognitum jam te Prætore & jactatum*. IDEM. *Sed vetus, agitatum jam*) Sic emendavi, cum in aliis libris legatur, *excogitatum*, in aliis, *cogitatum*, plane mendoſe. Quod autem Hottomannus reponendum cenſet, *cognitum*, non placet; *agitatum* autem, perſpicue rectum, & verum eſt: & facilis fuit depravatio, faciliſque lapſus ex, *agitatum*, in, *cogitatum*; deinde in, *excogitatum*. LAMB. *Sed vetus, excogitatum jam*) Corrigit Guilielmius *exagitatum* a Rubrio ſcilicet & Scandilio. Sic quoque uſus lib. I. Ep. ad Familiares. GRUT.

De provincia exportatum) Neminem puto dubitaturum, quin optimam, & longe præferendam lectionem offerat vetus codex, ad marg. Lambini, qui habet, *de provincia deportatum*. Vide Græv. ad V. Acc. 12. & Gronovii obſervationem ad II. Acc. 46. Ibi hæc eadem lectio ex uno Nannii codice reſtituta eſt. Ibi etiam Gronovius

Apronium ſtudium, Apronii de iſto non modo confeſsio, verum etiam commemoratio; eodem accedit, quod hoc quoque intelligere poteſtis, iſtum ſtatuiſſe in provincia ſua exiſtimationis ſuæ judicium extra cohortem ſuam committendum fuiſſe nemini.

62. Ecquis eſt judex, cui non ab initio decumani criminis perſuaſum ſit, iſtum in aratorum bona, fortunaſque impetum feciſſe? quis hoc non ex eo ſtatim judicavit, quod oſtendi, iſtum decumas nova lege, atque adeo nulla lege, contra omnium conſuetudinem, atque inſtituta vendidiſſe? Verum, ut iſtos ego judices tam ſeveros, tam diligentes, tam religioſos non haberem: ecquis eſt, ex injuriarum magnitudine, improbitate decretorum, judiciorum iniquitate qui hoc non jamdudum ſtatuerit, & judicarit? Etiam ſane ſit aliquis diſſolutior in judicando, legum, officii, reipublicæ, ſociorum, atque amicorum negligentior, quid? is poſſit ne de iſtius improbitate dubitare, cum tanta lucra facta, tam iniquas pactiones vi, & metu expreſſas cognoverit? cum tanta præmia civitates vi, atque imperio virgarum, ac mortis metu, non modo Apronio, atque ejus ſimilibus, verum etiam Veneriis ſervis dare coactas? Quod ſi quis ſociorum incommodis minus movetur: ſi quem aratorum fugæ, calamitates, exſilia, ſuſpendia denique non permovent, non poſſum dubitare, quin is tamen, cum vaſtatam Siciliam,

novius malebat, *Romam deportata*, quod improbavimus, nec pœnitet: alia enim loci hujus eſt ratio, &, ſi maxime ſimilis eſſet, haud tamen eſſet ibi quidquam adverſus præſtantem MSorum lectionem tentandum. Itidem IV. Acc. 54. 66. *Romam deportare*. GAR.

Quod ex hoc quoque intelligere poteſtis) Sic emendavi lectionem vulgatam, quæ eſt, *quod hoc quoque*, &c. nam deerat præpoſitio, *ex*; *quod* autem jam non conjunctio eſt, ſed pronomen, ſeu nomen. LAMB.

Civitates) Veneta, *civitatis*, quod antiquum, & rectum erit ex Grammaticorum præſcriptis, ſi genitivum *civitatium*, cujus aliquis uſus fuit, reſpicere velimus, de quo Voſſius II. de Anal. 14. Sed hanc ipſam exceptionem dat Priſcianus, quem vide p. 776. *Civitas, civitatium, has civitates fere ubique legimus*. Verumtamen nolui ad errores certiſſimos amandare. GAR.

Veneriis ſervis) Erant ſervi templi Veneris Erycinæ, Græcis *ἱερόδουλοι*. Varro VII. de Latina ling. *Ut ſocietatum, ut fanorum ſervi*. Tales erant apud Larentinates ſervi Martiales, teſte Cicerone pro Cluentio. Item Corinthi Venereæ meretrices, quæ a dominis Veneri erant mancipatæ. Strabo lib. VIII. H. Valeſ. ad Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. l. VI, ubi vide plura. GRÆV.

Inſe-

Digitized by Google

liam, relictos agros, ex civitatum litteris, & epiſtola L. Metelli cognoverit, ſtatuat, fieri non poſſe, ut de iſto non ſeveriſsime judicetur. Erit etiam aliquis, qui hæc omnia diſsimulare, ac negligere poſsit. Attuli ſponſiones ipſo præſente factas de decumarum ſocietate, ab ipſo prohibitas judicari: quid eſt, quod poſſet quiſquam manifeſtius hoc deſiderare? Non dubito, quin vobis ſatisfecerim, judices: verumtamen progrediar longius: non mehercule quo magis hoc vobis perſuadeatur, quam jam perſuaſum eſſe confido: ſed ut ille aliquando impudentiæ ſuæ finem faciat: aliquando deſinat, ea ſe putare poſſe emere, quæ ipſe ſemper habuit venalia, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem: deſinant amici ejus ea dictitare, quæ detrimento, maculæ, invidiæ, infamiæ nobis omnibus eſſe poſsint. At qui amici? O miſerum, atque invidioſum, offenſumque paucorum culpa, atque indignitate ordinem ſenatorium! Albam Æmilium ſedentem in faucibus macelli loqui palam, viciſſe Verrem, emtos habere judices, alium H-S. CCCC. millibus, alium H-S. IↃ. quem minimo, CCC. Atque ei cum reſponſum eſſet, fieri non poſſe: multos teſtes eſſe dicturos, me præterea cauſæ non defuturum: *licet hercules*, inquit, *omnes omnia dicant in illum, niſi ita res manifeſta erit allata, ut reſponderi nihil poſſit, vicimus*. Bene ais Alba:

Infamiæ nobis omnibus eſſe poſſint) Conjicit Guilielmius *bonis omnibus*. GRUT.

Sedentem in faucibus macelli) Vide pro Quintio, ſupra. HOTTOM.

H-S. cccc. millibus) Coronatorum decem millibus. IDEM.

H-S. o.) Subaudi, millibus, id eſt, duodecim millibus, & præterea quingentos. IDEM.

Quem minimo ccc.) Septem coronatorum millibus, & præterea quingentis. IDEM.

Licet hercules, inquit, omnes omnia] Franc. *non licet hercules, inquit, omnes omnia*. Diſtingue: *Non*; *licet hercules, inquit, omnes omnia*. *Non* ſcilicet curo, aut non fiet. GRÆV.

Omnes omnia dicant, in illo niſi ita res) Vetus codex. *In illum*; & ſic puto corrigendum. HOTT. *Licet hercules (inquit) omnes omnia dicant*] Vetus liber habet, *omnes omnia dicant in illo*, ſive ut emendavit Ant. Auguſtinus, *in illum*: ſed puto inepti alicujus gloſſema fuiſſe, quod ab imperito librario fuerit in contextum receptum. FULV. URSIN. *Omnes omnia dicent in illum: niſi &c.*] Interpunctio a me eſt, lectio a vetere libro Hottomanni: prius editi, *dicant: in illo niſi*; *&c.* P. Manutius omiſit *in illo*, haud poterat ſe expedire facilius. GRUTER.

Bene ais) Ita ex Francii codice recte Grævius, quem vide ad c. 59. Hic etiam Veneta dedit *ais*, quæ ſupra cum vulgatis, *agis*: idemque fecit

Alba: ad tuam veniam conditionem: nihil putas valere in judiciis conjecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactæ vitæ exiſtimationem, nihil bonorum virorum teſtimonia, nihil civitatum auctoritates, ac teſtimonia: litteras manifeſtas quæris. Non quæro judices Caſsianos: veterem judiciorum ſeveritatem non requiro: veſtram in hoc fidem, dignitatem, religionem in judicando nõn imploro: Albam habebo judicem, eum hominem, qui ſe ipſe ſcurram improbiſsimum exiſtimari vult: qui a ſcurris potius ſemper gladiator, quam ſcurra appellatus ſit; afferam rem ejuſmodi in decumis, ut Alba fateatur, iſtum in re frumentaria, & in bonis aratorum aperte, palamque eſſe prædatum.

63. Decumas agri Leontini magno dicit ſe vendidiſſe. Oſtendi jam illud initio; non exiſtimandum magno vendidiſſe eum, qui verbo decumas vendiderit: re, & conditione, & lege, & edicto, & licentia decumanorum, decumas aratoribus nullas reliquas fecerit; etiam illud oſtendi, vendidiſſe alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum: & lege Hieronica vendidiſſe: & pluris etiam, quam te, vendidiſſe: nec aratorem quemquam eſſe queſtum: nec enim fuit quod quiſquam queri poſſet, cum lege æquiſsime ſcripta venirent: neque illud umquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent: non enim ita eſt, ut,

cit Olivetus. Lallem. autem utroque loco Grævium ſequitur. Atque ego quidem vereor, ne mendum idem edd omnes occupet pro Quint. 25. *Dic, Nævi, diem. Ante V. Kal. intercalares. Bene agis*. Malim hercule, ut hic, *Bene ais*. GAR.

Litteras manifeſtas quæris) Depravatus aperte locus. Nam & litteras protulit ac recitavit antea manifeſtiſſimas: & poſtea cum Albæ conditionem recipit, non litteras, ſed res allaturum ſe oſtendit. Sic igitur legendum exiſtimarem: *Nihil civitatum auctoritates, teſtimonia, litteras: res manifeſtas quæris*. Nam voculam *res* omittere præſertim *ras* ſyllabæ tam proximam, facillimum fuit ſcriptoribus, non valde ad negotium ſuum attentis. HOTT.

Res manifeſtas quæris) Sic reſtituit Hottomannus, & recte. LAMB. *Litteras manifeſtas quæris*] Hæc eſt omnium edd & Pall. lectio. Lambinus ſecutus eſt fere Hottomannum, qui cenſebat reſcribendum, *auctoritates, teſtimonia, litteras; res manifeſtas quæris*: quod idem recepit P. Manutius, nimis ubique pronus in conjectanea hominis Galli; quod miremur in Italo. GRUT. Etiam vocis *teſtimonia* repetitionem ſuſtulit Lambinus; *auctoritates, ac litteras*, malebat. GAR.

Gladiator quam ſcurra] Nam *ſcurræ*, liberi: *gladiatores*, ſervi viliſſimi: ut ſupra oſtendi. Sic in Orat. pro Quintio, *Nævium ſcurram* appellat, *& liber-*

Digitized by Google

ut, ſi magno venierint, plus arator debeat, ſi parvo, minus. Vt frumenta nata ſunt, ita decumæ veneunt: aratoris autem intereſt, ita ſe frumenta habere, ut decumæ quam plurimo venire poſſint: dum arator ne plus decuma det, expedit ei decumam eſſe quam maximi. Verum hoc, ut opinor, eſſe vis caput defenſionis tuæ, magno te decumas vendidiſſe, agri vero Leontini, qui plurimum efficit, tritici mod. CCXVI. millibus. Si doceo, pluris aliquanto potuiſſe te vendere, neque his voluiſſe addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris, quam aliis potueris, tradidiſſe: ſi hoc doceo; poterit ne te Alba, tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, verum etiam amator, abſolvere?

64. Dico equitem Romanum hominem in primis honeſtum, Q. Minucium, cum ſui ſimilibus, ad decumas agri Leontini tritici mod. non CIƆ. non CIƆ. CIƆ. non CIƆ. CIƆ.

bertate uſum dicit, *quo impunius diceretur eſſet*. HOTT.

Aratoris autem intereſt) Quanto enim plus habet frumenti, tanto pluris ſunt decumæ. HOTT.

Decumam eſſe quam maximam) Longe melior lectio quæ eſt in manuſcripto codice, *Decumam eſſe quam maximi*; & ita ſenſus poſtulat. IDEM. *Expedit decumam eſſe quam maximi*) Sic legendum, & ita ſcriptum eſt in duobus libris manuſcr. LAMBIN. *Decumam eſſe quam maximi*) Eſt a cod. ſcripto Hottom. & Lamb. vulgo *maximam*. GRUT.

Atque aliorum quidem agrorum pro portione magno decumas vendidiſſe) Hic locus miſerum in modum lacer & mutilus erat: nunc ex auctoritate veteris codicis in integrum reſtitutus eſt; fuerat autem totum hoc membrum a ſcriptore librario prætermiſſum, *atque al. q. agr. proport. m. dec. vendidiſſe*: dum ab uno, *vendidiſſe*, ad alterum tranſit. LAMB. (*Atque aliorum*) Vocis incluſa ſunt a MSis Lambini, quem non deſcribit, nolui auctoritatem ejus contemnere, ſed dignum non duxi, cui plenaria adhiberetur fides, itaque locum feci notabilem, neque enim horum littera ulla in Pall. aut edd. vetuſtis. GRUT. Nec in Palatinis, nec in Nannii MSo, nec in editionibus Victorii, Caroli Stephani, P. Manutii hæc verba leguntur. Sententia quoque loci ea non exigit. Cur igitur ex uno codice illa intrudamus? GRÆV.

Tritici mod. CCVI.) Corrige, CCXVI. ut infra. HOTT. *Tritici mod.* CCVI.) Vetus, CCXVI. qui numerus verus eſt: repetit enim eamdem ſummam, quam ſupra his verbis poſuit, deductis tritici mod. CCXVI. quanti decumæ venierunt. NANN.

Amicus verum etiam amator) *Amicus*, inquit Donatus, interpres Terentii, *animi eſt: amator vero corporis*. HOTT. Lamb. *poterit ne te iſte Albius*: ſupra, *quam aliis potueris vendere*, *tradidiſſe*. Has puto gloſſas in aliquo MSo inventas. Eodem ex fonte c. 2. *patior*, *non moleſte fero*, contra Tullii morem notiſſimum II. Agr. 20. & alibi ſervatum. Conjecturas enim has illum feciſſe, non credam. GAR.

Dico, equitem Rom) Franc. *Duco*, *equitem Rom.* GRÆV. Ita etiam Veneta.

Tri-

ↀↀ. ↀↀ. ſed ad unas unius agri decumas tritici modium xxx. millia voluiſſe addere, & ei poteſtatem emendi non eſſe factam, ne res abiret ab Apronio: negare hoc, niſi forte negare omnia conſtituiſti, nullo modo potes: palam res geſta eſt, maximo conventu, Syracuſis: teſtis eſt tota provincia, propterea quod undique ad emendas decumas ſolent eo convenire: quod ſive fateris, ſive convinceris, quot, & quam manifeſtis in rebus teneare, non vides? primum tuam rem illam, & prædam fuiſſe. Nam niſi ita eſſet, cur tu Apronium malebas, quem omnes tuum procurare in decumis negotium loquebantur, quam Minucium decumas agri Leontini ſumere? deinde immenſum, atque infinitum lucrum eſſe factum: nam ſi xxx. millibus modium tritici tu commotus non eſſes, certe hoc idem lucri Minu-

Tritici mod. xxx. millia) Id eſt, tritici modium triginta millia. Hott. *Tritici mod. xxx. voluiſſe addere*) Vetus: *Tritici mod. mill. xxx. voluiſſe addere*. Nihil in hoc boni, niſi ut planum faciamus, inverſo ordine aliquando ſcribi a librariis, Mxxx. nunc rurſus xxx. millia. Nann.

Quot & quam maximis in rebus teneare, non vides) Vetus: *Quot & quam manifeſtis in rebus, &c.* Idem. Hæc adfertur varietas Nanniana in Lamb. marg. tum lectio ſubditur ex vet. cod. *manifeſtis rebus*. Utrum autem ex MSis infra conjecerit, aut deſcripſerit Lambinus, *quem omnes tuum procuratorem eſſe in decumis, tuum negotium agere loquebantur*, vellem profecto, nominatim, & accurate docuiſſet. Nam & inſignis adjectio eſt, & vulgata optima: conjectura vero ejuſmodi, ut, niſi ex MSorum veſtigiis fecerit, inſaniverit. Gar.

Nam ſi ᴅxxx. *mod. tritici*) Deceptum puto librarium notæ ſimilitudine, cum ᴄIↃ. quæ nota eſt mille ſignificans, ſcriptum eſſet. Nam & modo paullo ante, & paullo poſt præciſe *modium triginta* dixit, *millia* ſubaudiens: ut hoc loco legendum appareat, *millibus triginta modium tritici*. Hottom. *Nam ſi* ᴅxxx. *mod. tritici commotus non eſſes*) Nota quingentenaria n. ſcilicet exterenda. Vetus autem multo rectius, *Nam ſi* xxx. *mod. tritici commotus non eſſes*. Nann. MSus ad Marg. Lamb. omittit verba illa, *millibus mod. tritici*, & abeſſe poſſunt. Tamen adſunt rectius perſpicuitatis cauſa, & diligentiæ, quam locus requirit. Gar.

Tu commotus non eſſes) Manutius ita explicat, quaſi Cicero id pergat oſtendere, Apronium non ſibi lucrari, ſed Verri. Atqui diſerte jam tranſiit ad lucri magnitudinem. Deinde quæ connexio eſſet cum ſequentibus? Dediſſet Minucius xxx. millia modium, ſi illis non eſſes commotus. Siquidem legimus, *commotus non eſſes*: quod adeo cum ſignificet, Verrem fuiſſe commotum, vim omnem argumenti perturbat. Itaque legendum conjicio, *ſi . . . tu commotus eſſes*, h. e. ſi tot millibus modium contentus fuiſſes, tunc Apronius (quem tuum eſſe procuratorem patebat) ea poterat a Minucio accipere, qui libenter dediſſet, cum totidem offerret, nihilque ejus intereſſet, utrum Apronio daret, an Prætori: ut ſic Minucius Apronii conceſſione decumas ccxvi. modium millibus redemtas haberet, Apronius autem; hoc eſt Verres, xxx. illa millia, *nulla opera inſumta*, lucraretur. Atqui non fuit ea ſumma contentus Verres, & per Apronium, qui accipere noluit, *tantum præſens lucrum* contemſit, parvum duxit. Majus ergo,

Minucius Apronio libenter dediſſet, ſi ille accipere voluiſſet. Quantam igitur illi ſpem prædæ propoſitam arbitramur fuiſſe, qui tantum præſens lucrum, nulla opera inſumta, contemſerit, atque deſpexerit? deinde ipſe Minucius numquam tanti habere voluiſſet, ſi decumas tu lege Hieronica venderes: ſed quod tuis novis edictis, & iniquiſsimis inſtitutis plus aliquanto ſe, quam decumas, ablaturum videbat, idcirco longius progreſſus eſt. At Apronio ſemper plus etiam multo abs te permiſſum eſt, quam quod edixeras. Quantum igitur quæſtum putamus factum eſſe per eum, cui quidvis licitum ſit, cum tantum lucri voluerit addere is, cui, ſi decumas emiſſet, idem non liceret? Poſtremo illa quidem certe tibi præciſa defenſio eſt, in qua tu ſemper omnia tua furta, atque flagitia latere poſſe arbitratus es: magno te decumas vendidiſſe, plebi Romanæ conſuluiſſe, annonæ proſpexiſſe. Non poteſt hoc dicere is, qui negare non poteſt, ſe unius agri decumas XXX. millibus modium minoris, quam potuerit, vendidiſſe: ut etiam ſi tibi hoc concedam, Minucio ideo te non tradidiſſe, quod jam addixiſſes Apronio, (Ajunt enim te ita dictitare; quod ego exſpecto, cupioque te ita illud defendere) verum ut ita ſit, tamen non potes hoc, quaſi præclarum aliquid, prædicare, magno te decumas vendidiſſe, cum fuiſſe fateare, qui multo pluris voluerint emere.

65. Tenetur ergo jam, judices, & manifeſto tenetur avaritia,

go, & infinitum ſperavit. FERRAT. Satis profecto commode: ſed non eſt contra libros omnes abjicienda negatio. Ita enim recte, meo judicio, locum explicabis. Si XXX modium millibus, quæ ſuperadjecerat Minucius, tu non eſſes commotus, ut ei decumas addiceres, quod tua fides, & reip. utilitas poſtulabat: Minucius cum Apronio, quem tanto minus offerentem præferebas, eadem impenſa libentiſſime decidiſſet. Quid enim eſt certius, quam totum *caput*; ſive frumenti numerum, quo decumæ addicerentur, ad remp. pertinere? Hinc erat peculatus crimen, *demere de capite*. Vide ſupra c. 35. 36. Itaque, ſi Minucius in Apronii conditiones, eo lucro dato, ſucceſſerit, Verris præda tum illud fieret, quod reip. accedere noluiſſet. Contemſit autem hanc ipſam, ut per Apronium prædam faceret longe majorem. GAR.

Decumas XXX. *mod. minoris*) Subaudi *millibus*, ut ſuperiores loci declarant, niſi forte potius addi oporteat. HOTT. *Decumas* XXX. *mod. minoris*) Vetus: *Decumas* XXX. *millia modiorum*, &c. Sed legendum XXX. *millibus*; verum id vitium obvium ubique, & facile animadvertitur. NANN. Recte additum eſt, & ubique addi debet, aut illius numeri nota. GRAV.

Tenetur igitur jam judices) Vetus: *Tene-*

ritia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia. Quid ſi hæc, quæ dico, ipſius amici, defenſoreſque judicarunt? quid vultis amplius? Adventu L. Metelli Prætoris, cum omnes ejus comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos reddidiſſet; aditum eſt ad Metellum: eductus eſt Apronius: eduxit vir primarius C. Gallius, ſenator: poſtulavit a L. Metello, ut ex edicto ſuo judicium daret in Apronium, QVOD . PER . VIM . AVT . METVM . ABSTVLISSET.

Tenetur ergo jam judices. Leviculum hoc, ſed hic numerus conſtantior aliquanto, & minus effluens videtur. NANNIVS.

Panchreſto medicamento) Ad verbum, *medicamento* ad omnia utili, & accommodato: qualis eſt herba, quam Panacem ſive Panaceam indidem ſumto nomine Græci vocant, ut Plinius ſcribit. Pecuniam autem ſignificat, qua una ſuos ſibi omnes amicos devinxerat. HOTT. *Illo panchreſto medicamento amicos redemiſſet*) Vetus, *Amicos reddidiſſet*. Quod ſincerius puto. Eſt autem *panchreſtum* medicamentum, quod ad omnes morbos ſit utile, qualem poetæ ſuam *panacem* fingunt. NANN. Non dubito, quin pro *panchreſto*, legendum ſit *panchriſto*, cujus ſcripturæ veſtigia in veteri quodam libro adhuc remanent in litura: pecuniam enim appellat per translationem, medicamentum illud, quo Verres utebatur tamquam antidoto quodam ad omnia parato: quoque inuncto, hoc eſt, qua numerata pecunia, omnes difficultates ſe evaſurum confidebat. Apte autem *panchriſtum* accommodavit ad *medicamentum*, ut quoniam tranlato verbo ſemel uſus eſſet, in translatione permaneret, & ex ea magis jocaretur. Eadem translatione ſupra quoque uſus eſt, cum de eodem Verre dixit: *Verum palæſtritas ita defendebas, ut ab illis ipſe unctior diſcederet.* Φαρμακον εγχριςον, hoc eſt medicamentum quod inunctum prodeſſet, dixit Theocritus in Cyclope·

Ουδεν ποττον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλα
Νικια, ουτ' εγχριςον, εμοι δοκει, ουτ' επιπαςον.
Nullum contra amorem natum eſt remedium aliud,
O Nicia, neque quod vel inungi, vel aſpergi poſſit, ut opinor.

Paullo poſt pro *aditum eſt ad Metellum*, legitur in vetere libro, *aditus eſt Metellus*: de Panchreſto videndus Plinius. F. VRS. Hallucinatus Fulvius: non a Χριω, ſed a Χρηςος. Παγχρηςος. omnibus utilis. GRÆV.

Eductus eſt Apronius) In jus & ſic loquutus eſt Aſconius in orat. in toga candida: *Deinde Græci, quos ſpoliaverat, eduxerunt Antonium in jus ad M. Lucullum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat.* Sic noſter paullo ſupra: *Et cum in jus ipſum eduxi, expreſſi, &c.* Sumtum videtur de Græcorum conſuetudine, qui εισαγειν interdum omnino dicunt, interdum εισαγειν την δικην. Plato in Apol. *Τον μεν γαρ διαφθειροντα εξευρων, ως φης, εμε εισαγεις τουτοισι και κατηγορεις.* *Me certe, quoniam corruptorem, ut ais, deprehendiſti, in judicium adduxiſti his, atque accuſaſti.* Demoſthenes: Περι ςεφανου, Φθονου δικην εισαγων, ουκ αδικηματος ουδενος. *Nullius criminis, ſed invidiæ cauſa in jus adducens.* In l. 1. D. de eo quod met. cauſ. HOTT. Franc. *Adductus eſt Apronius.* GRÆV. Vide ad II. Acc. 26.

Eduxit vir primarius C. Gallus Senator a L. Metello, ut ex edicto ſuo judicium daret in Apronium) Vetus, *Eduxit vir primarius C. Gallus Senator, poſtulavit a Metello, ut ex* &c. hic rurſum vides *educere*, eſſe reum facere, ſive accuſare. NANN. Vet. cod. ad Lamb. marg. *ab L. Metello.* GAR.

Quod per vim, aut metum abſtuliſſet) Formula judicii, grandioribus litteris ſcribenda. Verba Vlpiani ſubjiciam,

quæ

ſet. quam formulam Octavianam & Romæ Metellus habuerat, & habebat in provincia: non impetrat: cum hoc diceret Metellus, præjudicium a ſe de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri. Tota Metelli cohors hominum non ingratorum aderat Apronio. C. Gallius, homo noſtri ordinis, a ſuo familiariſſimo L. Metello judicium ex edicto non poteſt impetrare. Non reprehendo Metellum: pepercit homini amico, &, quemadmodum ipſum dicere audivi, neceſſario: non reprehendo, inquam, Metellum: ſed hoc miror, quomodo, de quo homine præjudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipſo non modo præjudicarit, verum graviſſime, ac vehementiſſime judicarit. Primum enim, ſi Apronium abſolutum iri putaret, nihil erat, quod ullum præjudicium vereretur: deinde, ſi, condemnato Apronio, conjunctam cum eo Verris cauſam omnes erant exiſtimaturi, Metellus quidem certe jam hoc judicabat, eorum rem, cauſamque eſſe conjunctam, qui ſtatuerit, Apronio condemnato, de iſto præjudicium futurum: & ſimul una res utrique rei eſt argumento: & aratores vi, & metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dediſſe: & Apronium iſtius rem ſuo nomine egiſſe, cum L. Metellus ſtatuerit non poſſe Apronium condemnari, quin ſimul de iſtius ſcelere, atque improbitate judicaretur.

66.

quæ ad hunc locum faciunt: *Ait Prætor, Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo. Olim ita dicebatur, Quod vi, metuſve cauſa. Vis enim fiebat mentio, propter neceſſitatem impoſitam, contrariam voluntati. Metus autem propter inſtantis, vel futuri, periculi cauſa, mentis trepidationem. Sed poſtea detracta eſt vis mentio: quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur*. Hott. Confer quæ diximus ad II. Acc. 59. Garaton.

Formulam Octavianam) Quam L. Octavius, Prætor cum eſſet, inſtituerat. Et hoc conſulto addidit, ad laudem præſentis L. Octavii judicis; ut ſuperiore orat. *Formulam* autem modo *actionem* dicit, ut locus oſtendit: & *Octavianam* ab auctore nominat, quo modo *Publicianam*, *Paulianam*, *Favianam*, *Calviſianam*, & ceteras Iuriſconſulti nominant. Prætores enim ſe judicium ex ratione damni, & injuriæ actoris daturos edicebant. Cicero pro Com. *Sunt jura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere injuriæ aut in ratione actionis errare poſſit. Expreſſæ ſunt enim ex uniuſcujuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria, publicæ a Prætore formulæ, ad quas privata lis accommodatur*. Hottom.

Romæ Metellus habuerat) In Prætura. Hoc autem amplificandi cauſa ſubjunxit, ut oſtenderet ſe jus æquiſſimum impetrare non potuiſſe. Id.

Præjudicium ſe de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri) Et hic vox neceſſaria deeſt. Vetus: *Præjudicium a ſe de capite C. Verris nolle fieri*. Nann.

Epi-

66. Venio nunc ad epiſtolam Timarchidis, liberti iſtius, & accenſi : de qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum peroraro. Hæc epiſtola eſt, judices, quam nos Syracuſis in ædibus Apronii, cum litteras conquireremus, invenimus; miſſa eſt, ut ipſa ſignificat, ex itinere, cum Verres jam de provincia deceſſiſſet, Timarchidis manu ſcripta. Recita epiſtolam Timarchidis: TIMARCHIDES. VERRIS. ACCENSVS. APRONIO. SALVTEM. DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo, quod adſcripſit, *accenſus*; cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant? L. PAPIRIVS. SCRIBA. volo ego

Epiſtolam Timarchidis) Lambinus hic & infra aliquoties reponit *Timarchidi*: neſcio an e MSis, ideoque nihil volui mutare, Palatinis noſtris & editionibus veteranis ſilentibus. GRVT. Imo in margine notavit in vetere libro haberi *Timarchidi*; ſi conſtaret in Fabricii libro tamquam pervetuſto, & notæ optimæ hanc lectionem fuiſſe repertam, nullus dubitarem eam tamquam genuinam agnoſcere. Sic enim ſæpe veteres *Vlyſſi* pro *Vlyſſis*, ut ſuperius & ad epiſtolas quoque, quæ ad Familiares inſcribuntur, adnotavimus. GRÆVIVS. *Timarchidi* legit Priſcianus II. Acc. 54. eumque recte ibi Grævius ſecutus eſt: vide Lambinum etiam ad IV. Acc. 10. Græviumque ipſum ad V. 7. & vero ſæpe optimas ille margo lectiones exhibet, orthographiam præſertim vetuſtam, & Tullio dignam. Haud ſemper ex eodem codice illa proferri puto, atque ex ipſis lectionibus ſatis tutum de præſtantia codicis fieri poſſe judicium arbitror: quas quidem Grævium vellem accuratius conſuluiſſe. GAR.

Totum hoc crimen decumanum perorabo) Vetus: *Totum hoc crimen decumanum peroraro*. NANN. Veriſſimam ſcripturam exoſculor cum C. Stephano. GRÆV. Hanc porro firmant codices noſtri. Vulgo, *perorabo* LALL.

Iam hoc quidem non reprehendo, quod adſcribit, accenſus) Hoc ſignificat, cum accenſorum officium non ſit magiſtratus, [illegible] honos ullus, aut adminiſtratio honorata, ſed miniſterium humile, & contemtum, ineptè, & inſolenter adſcribi, *accenſus*. Nam qui eſt imperator, conſul, prætor, ædilis, cenſor, hæc ipſa honoris nomina ſuo nomini adſcribit, verbi gratia, M. Cicero imperator, M. Cicero conſul, illi, aut illi S. D. & idem de ceteris ſentiendum: ſed Timarchidem ita ſcribere, Timarchides Verris accenſus Apronio S. D. ridiculum eſt: quamvis ſcribæ hoc uſurpent: ut L. Papirius ſcriba: æque ineptum, & ridiculum, ſi quis lictor, aut viator ita ſcribat, ille lictor illi S. D. ille viator illi S. D. hæc eſt hujus loci ſententia. Nam alii quidam hic mera narrant ſomnia. LAMBIN.

Cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant?) Non obſcure ſignificat *accenſi* munus non omnibus apparitoribus, ſed *ſcribis* tantum concedi ſolitum fuiſſe, tametſi καθ' ὑποκρισιν dicunt, ſe non reprehendere quod libertus *Timarchides* nomen illud ſibi ſumſerit, opinor cum viator tantum, ſtatorve eſſet. Supra tamen permultis locis *Timarchidem* hoc nomine appellavit, ut ſupra: *Interea iſtius libertus & accenſus idem Timarchides*. Et ſupra: *Crebro dimittebat ſe accenſus ad aurem Timarchides*. Erat autem nomen ordinis & promotionis in militia, ut Aſconius ſcribit: inde dicti, quod ad neceſſarias res ſæpius accirentur: quemadmodum ex Varronis verbis, quæ Nonius refert, intelligimus. Cum ergo honeſta eſſet *accenſorum* procuratio, quippe quorum opera vicaria Imperatores multas ad res uterentur: credibile eſt hoc Ciceronem ſignificare huic viatori, indignum

ego hoc eſſe commune accenſorum, lictorum, viatorum. FAC. DILIGENTIAM. ADHIBEAS. QVOD. AD. EXISTIMATIONEM. PRÆTORIS. ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur, ut inimicis ejus reſiſtat. Bono præſidio munitur exiſtimatio tua, ſi quidem in Apronii conſtituitur diligentia, atque auctoritate. HABES. VIRTVTEM. ATQVE. ELOQVENTIAM. Quam copioſe laudatur Apronius a Timarchide! quam magnifice! cui ego non putem illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus ſit! HABES. SVMTVM. VNDE. FACIAS. Neceſſe eſt, quod redundarit de veſtro frumentario quæſtu, ad illum potiſsimum, per quem agebatis, defluxiſſe. SCRIBAS. APPARITORES. RECENTES. ARRIPE. CVM. L. VVLTEIO. QVI. PLVRIMVM. POTEST. CÆDE. CONCIDE. Videte, quam valde malitiæ ſuæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Iam hoc, CÆDE. CONCIDE, nonne verba domo patroni depro-

gnum fuiſſe eum honorem nomenque mandare. De *accenſo* etiam dictum eſt ſupra. HOTTOM.

L. Papirius ſcriba) Hoc quorſum pertineat, fateor mihi obſcurum eſſe: ſuſpectumque omnino locum, tamquam mendo, & vitio alicui affinem. In Cur hoc ſoli ſibi arrogent ſcribæ, ut officii ſui titulum epiſtolis ſuis inſcribant; uti L. Papirius ille Potamo (cap. 60.) ſolet litteris ſuis apponere, *L. Papirius ſcriba illi S. D.* locus in Papirium. HORTENS.

Commune accenſorum) Verbum *accenſorum* abundat: niſi vehementer me animus fallit: irrepſiſſe autem opinor ex adnotatione alicujus ſtudioſi viri: cujus in libro ſubſcriptum hoc gloſſema inventum eſt, ſub illis verbis, *Hoc eſſe commune*: ut *hoc* particulam ita declararet, non *ſcribarum*, ſed *accenſorum*. HOTT. Vide Manutium.

Quod redundaret) Lege hic, *redundarit*. GRAV. Ita Lambinus.

APPARITORES RECENTES ARRIPE) Qui nuper cum L. Metello venerunt. Hoc autem nomine & accenſi, & interpretes, & liſtores, & viatores, & alii denique omnes Imperatoris miniſtri intelliguntur. HOTT. Codex ille Lambinianus habet, *recentis*, optime. Scriptum erat etiam, *L. Volteio*: vide ad II. Acc. 61. Quod cum jam inde ab avo Quinctiliani diſplicuerit, idcirco non eſt in illo MSo, aut in Nanniano, qui tamen dedit infra c 74. *quot voltis*, ut in eo quoque Tullianæ veſtigia ſcripturæ liceat agnoſcere. GARATON.

CÆDE CONCIDE) Impartire aliquid de præda cohorti Metelli. Sic enim paullo poſt hoc ipſum interpretatur: *Vulteium corrumpit, ſcribas accenſumque pretio delinit*. HOTTOM.

Malitiæ ſuæ confidat) Lambini editiones *militiæ*, ſed contra alias edd & Pall. inter verba nequam eſſe illud *cæde concide*, oſtendit Varro apud Nonium in *Probiter*: & Lipſius ad Plauti Aululariam pluribus explicuit, libro V. Epiſtolicar. quæſtionum Epiſtola 24. GRVTER.

Non verba domo patroni) Vetus, *Nonne verba domo patroni*. NANN. Si liber eſſet minoris bonitatis, non paterer quidquam immutari. Nam *non* poni interdum pro *nonne* alibi oſtendimus, nec ignorant politiores homines. Sed in his Verrinis Nannianus & Fabricianus codex cynoſuræ loco debet editoribus

depromere videtur, ad omne genus nequitiæ accommodata? VOLO. MI. FRATER. FRATERCULO. TUO. CREDAS. Conſorti quidem in lucris, atque furtis, gemino, & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia.

67. IN. COHORTE. CARUS. HABERE. Quid eſt hoc, IN. COHORTE? quo pertinet? Apronium doces? quid? in veſtram cohortem, te monitore, an ſua ſponte pervenerat? QUOD. CUIQUE. OPUS. SIT. OPPONE. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? ait, omnia pecunia effici poſſe. DA. PROFUNDE. OPPONE. SI. VELIS. VINCERE. Non hoc mihi moleſtum eſt Apronio ſuadere Timarchidem, quam quod hoc idem patrono

ribus eſſe. GRÆV. Naugerianam lectionem præ oculis habebat Nannius, quæ porro uſque ad Gruterum communis omnium, excepto Nannii ſectatore C. Stephano, in V. L. exiſtimatur. At propoſuerat Lambinus: *jam hæc ... nonne vobis verba &c.* Vetus Veneta: *jam hoc ... non vobis a domo &c.* Huic ego aſſentirer, niſi Nanniani auctoritas deterreret. Lambinus etiam non de nihilo, *vobis*: ſimul apparet, unde illud *hoc* editiones, præter Lambini unam, omnes occuparit: quod etſi video defendi poſſe, ne cum Naug. aut Nannii lectione pugnet, tamen longe mihi videtur in Veneta rectius ſeſe habere: certe ibi clarius eſt planiuſque poſitum: *Iam hoc*, CARUS. CONCEDE. *non vobis a domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiæ accommodata?* Quæ poſtrema vox ad alteram *domo* eſt referenda. Omnino vox *verba* mihi ſuſpecta eſt. Erit ne tandem maculis plane carens, optimus cum certe ſit, ille Nannianus? Non putavit ipſe Grævius ad c. 68. & 96. Utrum autem legas *non*, an *nonne*, nihil intereſt. GAR.

Volo mihi fraterculo tuo credas) Vetus adhuc blandius: *Volo mi frater fraterculo tuo credas*. NANN. *Mi frater fraterculo*) Ita Lambinus ex Nannii codice; nam antea editi *mihi fraterculo*. GRUTER. Citatur in Lambinianis codex, qui Nanniano accedere, non ipſe Nannianus eſſe mihi videtur, ut dixi. GAR.

Gemino & ſimillimo) Translatum a geminis, qui inter ſe ſolent eſſe ſimillimi in orat. pro Q. Roſcio: *Simillima & maxime gemina ſocietas hereditatis eſt*. HOTT.

In cohorte carus habeare) Vetus, *In cohorte carus habebere*. Et rectius; non enim illi optat gratiam apud cohortem, ſed ejus gratiæ illi ſpem & fiduciam facit, quo audacius tentet. NANN. *In cohorte carus habebere*) Eſt a Nann. MSis melius quam vulgatum, *habeare*. GRUTER.

Quod cuique opus ſit oppone) Vetus codex & quidam impreſſi, *appone*. HOTT.

Dare, profundere, opponere) *Da, profunde, appone*. In. *Da, profunde, appone, ſi velis &c.*) Sit ne a conjectura an libro Hottomanni, neſcio; adeo hic parcus eſt verborum; malim tamen quam Lambinianum, *dare, profundere oportere, ſi velis*: editi enim & ſcripti noſtri, *dare, profundere, opponere, ſi velis*. GRUTER. Satis confidenter tria hæc ab Hott. adſcripta verba, quorum veſtigium nullibi ſe Gruterus reperiſſe fatetur, neque ipſe porro uſpiam reperi, eduntur ab omnibus noſtra ætate, tamquam ita ſcripſiſſe Tullium plane ſit certum. Contra Lambinus deſeritur, qui ex MSis omnia ſeſe emendare non ſemel teſtatur, quos habuit optimos ab Fabritio, & Puteano. Lectionem tamen hic, fruſtra negante Grutero, valde commodam dedit; quæ adeo tam parum

trono ſuo præcipit. TE. POSTVLANTE. OMNES. VINCERE. SOLENT. Verre quidem Prætore, non Sacerdote, non Pæduceo, non hoc ipſo Metello. SCIS. METELLVM. SAPIENTEM. ESSE. Hoc vero ferri jam non poteſt, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, & contemni, ac deſpici a fugitivo Timarchide. SI. VVLTEIVM. HABEBIS. OMNIA. LVDIBVNDVS. CONFICIES. Hic vehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet poſſe, aut Metellum unius arbitratu gerere præturam; ſed errat conjectura domeſtica: quia multos per ſe, & per alios multa ludibundos libidinoſe apud Verrem effeciſſe vidit: ad omnes eoſdem patere aditus arbitratur; facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis a Verre, quod multa ejus ludorum genera noratis. INCVLCATVM. EST. METELLO. ET. VVLTEIO. TE. ARATORES. EVERTISSE. Quis iſtuc Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem everterat? aut Timarchidi, cum ob judicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam acceperat? aut Sextio lictori, cum aliquem innocentem ſecuri percuſſerat? nemo; omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. OBTVDERVNT. EIVS. AVRES. TE. SOCIVM. PRÆTORIS. FVISSE. Vides ne, hoc quam clarum ſit, ac fuerit?

cum

rum ab omnibus editis libris, Pall. MSis diſcedit, ut, ſi maxime emendatio eſſet viri doctiſſimi, præferri nihilominus ſomnio illi, cui creditur, omnino deberet. Non omnia Timarchidis recitari, & res ipſa demonſtrat, & vidit c. 68. etiam Hotomannus. Sententiam ſatis eſt ita referri; ait ... dare, profundere oportere &c. Iam dictum ſuerat, *oppone* ſuo eleganti ſenſu. GAR.

Non ipſo Metello) Alii omnes, *Non hoc ipſo*. *Non hoc ipſo Metello*. HOTT.

Hoc vero ferri jam non poteſt) Pal. pr. *fieri utique jam &c* ſec. *ſperari jam &c.* illud *utique* non diſplicet. GRVT.

Omnia ludibundus perficies) Vetus, *Conficies*. NANN.

Sed erravit conjectura) Franc. *Sed errat conjectura domeſtica*. Melius. Repetit enim quod modo dixerat: *Hic vehementer errat*: paullo poſt idem codex *patere aditus arbitratur*, pro vulgato *arbitrabatur*. GRAV. Iampridem *errat* hic ediderat Lambinus ex MSis: nam ſtatim *arbitratur* adſcribit margini pro conjectura, ut videtur, quod in MSis non invenerit, non hoc item, ut illud, recepiſſe. Grævium ſequor, quem nemo recentiorum audivit. Infra etiam c. 68. *præcipis*, *monet*, *errat*, de hoc eodem Timarchide iſta ſcribente. Mox Lamb. MSus, qui ſupra dedit, *recentia*, dat *ad omnis eoſdem*, paullo etiam infra, ubi legitur, *obtuderunt ejus aures*, idem habet *auris*. Neque aliter puto ſcripſiſſe Tullium. Nonnulla hujuſmodi ex MSis Tullii Mediceis firmavit Noriſius Cenot. Piſan. IV, 3. quem conſule. GAR.

Cen-

tum etiam Timarchides hoc metuat: concedes ne, non hoc crimen nos in te confingere, ſed jampridem ad crimen aliquam defenſionem libertum quærere? libertus, & accenſus tuus, & tibi, ac liberis tuis omnibus in rebus conjunctus, ac proximus, ad Apronium ſcribit, vulgo eſſe ab omnibus ita demonſtratum Metello, tibi Apronium in decumis ſocium fuiſſe. FAC. SCIAT. IMPROBITATEM. ARATORVM. IPSI. SVDABVNT. SI. DII. VOLVNT. Quod iſtuc, per deos immortales, aut qua de cauſa excitatum eſſe dicamus in aratores tam infeſtum odium, atque tantum? quantam injuriam fecerunt Verri aratores, ut eos etiam libertus, & accenſus ejus tam irato animo his litteris inſequatur?

68. Neque ego hujus fugitivi, judices, epiſtolam vobis recitaſſem, niſi ut ex ea totius familiæ præcepta, & inſtituta, & diſciplinam cognoſceretis. Videtis, ut moneat Apronium? quibus rebus, ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli? Vulteium corrumpat? ſcribas, accenſumque pretio deliniat? ea præcipit, quæ vidit: ea monet alienum hominem, quæ domi didicit ipſe; verum in hoc errat uno, quod

Concedes, non hoc crimen nos in te confingere) Vetus: *Concedes ne, non hoc crimen nos in te confingere?* NANN. Recte. Arripimus cum C. Stephano. GRÆV. Lamb. *concedes, non nunc hoc crimen*. GARATON.

His litteris] Veneta, *ut litteris*. MSus ad marg. Lamb. *ac litteris*. Hæ ſæpe particulæ confunduntur: & forte verum eſt, utramvis harum præferre. IDEM.

Quibus rebus inſinuet) *Quibus ſe rebus*, legendum potius videtur. HOTT.

Quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli) Vetus, *Quibus rebus ac muneribus ſe inſinuet, &c.* NANN. Hic nec codicem Nann. nec Hottomannum audio cum Carolo Stephano. Mich. Bruto, Grutero, qui *ſe* inculcant, quod a ſciolo inſertum eſt, qui ignoravit *inſinuare* apud Tullium & alios ſcriptores ſic per ellipſin non infrequenter poni. Cicer. I. de Orat. *Quod ita nati eſſemus, ut & blandiri & ſuppliciter inſinuare iis poſſemus, a quibus eſſet petendum*. Virgil.

Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Inſinuat pavor.

Plautus Ciſtell. I. 1. 94.

Inde in amicitiam inſinuavit cum matre & mecum ſimul.

Et apud hunc Comicum, & apud Tullium noſtrum plura ſunt exempla. Monuit id quoque Manutius olim, & miror & codicum, & illius auctoritatem contemſiſſe poſteriores editores. GRÆV. *Se inſinuet*, Gruterus ab Lamb. & Gothofr. qui in ora notant, *quibus ſe rebus &c.* Sed miror nullam rationem Victorii habere, in cujus editionibus eſt, *quib. reb. ac munerib. inſinuet*: quod ſane admitti debuit vel ideo, quod & Manutius ſic citet ad IV. famil. 13. & id defendat. GRONOV.

Scribas accenſumque) Vulteium, opinor, ſignificat: cum eum Timarchides illo in loco, in quo ſcriburum mentionem fecit, nominarit. HOTTOMANN.

Verum in hoc errat uno) Defectus unius litteræ, ſententiam totam cor-

 rum-

quod eaſdem exiſtimat vias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Quamquam merito ſum iratus Metello: tamen hæc, quæ vera ſunt, dicam. Apronius ipſum Metellum non pretio, ut Verrem, non convivio, non muliere, non ſermone impuro, atque improbo poſſet corrumpere: quibus rebus non ſenſim, atque moderate ad iſtius amicitiam adrepſerat, ſed brevi tempore totum hominem, totamque ejus præturam poſſederat. Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat, quod corrumperet, ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur? Nam quod ſcribit, *Metellum filium puerum eſſe*, vehementer errat: non enim ad omnes Prætorum filios iidem aditus ſunt. O Timarchide, Metelli eſt

rumpit. Vetus, *Verum in hoc erat uno*. NANN.

Sum iratus Metello) Quod teſtis retinuit. HOTTOM.

Non ſermone incauto atque improbo) *Incauto*, qui non cavetur. Inſolens locutio, cujus ſimilem reperio apud Cornelium Tacitum libro primo: *Conſultatur ex duobus itineribus breve & ſolitum ſequantur, an impeditius & intentatum, eoque hoſtibus incautum*. IDEM

Non ſermone incauto atque improbo poſſet corrumpere) Vetus caſtiorem lectionem habet, *Non ſermone impuro atque improbo*. Quid enim incautus ſermo facit ad corruptelam Prætoris? NANN.

Non ſermone impuro, atque improbo) Secutus ſum hoc loco exemplar Caroli Stephani; quibuſcum nonnulli libri manuſcripti congruunt. Nam alii libri habent, *ſermone incauto, atque improbo*; quam lectionem ſi quis probabit, incautus ſermo erit intelligendus, qui caveri non poſſit. LAMBIN.

Non in ſermone incauto & improbo) Sic vett. edd. ſic Pall. noſtri, ſic Victorius, ſic Hottomannus. Lambinus nobis ſubſtituit ex editione Caroli Stephani, *impuro*; quod & in MSo Nannii. Sed cur id vocis degeneraſſet in alteram? fuit, cum divinarem *inlauto*, neque adhuc pœnitet: ſed nihil pertendo. GRUTER. Non hic recedendum erat a codice Nanniano, cauſam dixit ipſe Nannius. GRÆV. Adhuc tamen recentiores omnes recedere maluerunt. Immerito, ſi quid video. Supra c. 61. *Diſtinerat homo improbus, atque impurus Apronius*. Infra c. 99. huic verbo pudens opponitur: *Eſſes ex inerti, atque impuro, & improbo parente navus, & pudens, & probus filius*. Sed commendari verbis hæc ſane lectio non debet. GARAT.

Ad iſtius amicitiam adrepſerat) Idem loquendi genus apud Tacitum legas ann. 3. 50. *Quorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum adrepit*. GRÆV.

Ex qua recuperatores nulli dabantur) Vetus hic redundantior eſt, ſed ut puto ocioſe, *Ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur*. Mihi generalitas magis placet, ut in nullos recuperatores ex cohorte ſint dati, potius quam id ſolummodo contrahi ad ſpeciem aratorum. NANNIUS. Non puto ego damnandam eſſe fidelisſimi codicis ſcripturam, quam & adprobavit Carolus Stephanus. Nam quamvis in neminem dabat ex cohorte ſua recuperatores Metellus, quia tamen hic de aratorum cauſa præcipue agitur, aratorum quoque fit mentio: quaſi diceret: Nulli a Metello in aratores dantur recuperatores, ut ante fiebat prætore Verre. GRÆV. *In aratorem*. Has voces in vulgatis omiſſas " (ab Oliveto etiam, & Verburgio)" reſtituit Grævius e MSo, quas & duo e noſtris ſervant. LALL.

Quod ſcribit Metelli filium puerum eſſe)

li eſt filius in provincia, non puer, ſed adoleſcens bonus, ac pudens, dignus illo loco, ac nomine; veſter ille puer prætextatus, in provincia quemadmodum fuiſſet, non dicerem, ſi pueri eſſe illam culpam, ac non patris exiſtimarem. Tunc, cum te, ac tuam vitam noſſes, in Siciliam tecum grandem prætextatum filium ducebas: ut, etiam ſi natura puerum a paternis vitiis, atque a generis ſimilitudine abduceret, conſuetudo tamen eum, & diſciplina degenerare non ſineret? Fac enim fuiſſe in iſto aut C. Lælii, aut M. Catonis materiem, atque indolem. Quid ex eo boni ſperari, atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit, ut nullum umquam pudicum, neque ſobrium convivium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per trien-

ſe) Ex his verbis conjectura ducimur, deeſſe locum epiſtolæ Timarchidis: in quo de Metelli filio mentio fiebat. HOTTOM.

Veſter ille puer prætextatus) *Prætexta* pueri *toga* utebantur adusque annum ætatis ſeptimum decimum; quo tempore puram, quæ *virilis* dicebatur, ſumebant. IDEM.

C. Lælii, M. Catonis materiem) Qui ſapientes habiti, & nominati ſunt. Cicero de Amic. & lib. de Offic. III. *Hic eſt M. Cato, qui puer apud M. Druſum avunculum educatus, metu mortis adduci non potuit, ut Latinos civitatem petentes apud avunculum adjuvaret: ille ipſe qui ad Sullam a pædagogo deductus, cum proſcriptorum capita in atrio aſpexiſſet, gladium petit ut ſua manu crudeliſſimum tyrannum interficeret.* IDEM. *Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem*) Vetus: *Fac enim in eo aut C. Lælii, aut M. Catonis &c.* NANN. *Materiem, atque indolem*) Hoc, *materiem*, mihi ſuſpectum eſt: quid ſi legamus, *naturam, atque indolem*? verumtamen nihil mutare auſim, præſertim cum ita ſcriptum ſit in omnibus libris manuſcr. LAMBIN. *Materies* eſt, quod in proverbio dicitur, lignum, ex quo Mercurius, aut potius Lælius, aut Cato ſculpi poteſt. GRÆV.

Quid ex eo boni ſperari atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit) Hæc in Verris filium, qui in judicio ſedebat cum patre atratus, eo conſilio dicuntur, ne in epilogo, ut mos erat, productus ab Hortenſio conciliet miſericordiam judicum patri. Hac enim commiſeratione uti mos erat: ut Cicero in orat. pro Sulla, pro Flacco, & aliis. HOTTOM. Iuven. Sat. 14. pulcherrime:

Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & heres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo,
Nec de ſe melius, cuiquam ſperare propinquo
Concedit juvenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem jure natantes
Mergere ficedulas didicit, nebulone parente
Et cana monſtrante gula: cum ſeptimus annus
Tranſierit puero, nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoveas mille inde magiſtros,
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.

Vide Plutarchi libellum de Liberorum Educatione. GRÆV.

quod eaſdem exiſtimat vias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Quamquam merito ſum iratus Metello: tamen hæc, quæ vera ſunt, dicam. Apronius ipſum Metellum non pretio, ut Verrem, non convivio, non muliere, non ſermone impuro, atque improbo poſſet corrumpere: quibus rebus non ſenſim, atque moderate ad iſtius amicitiam adrepſerat, ſed brevi tempore totum hominem, totamque ejus præturam poſſederat. Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat, quod corrumperet, ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur? Nam quod ſcribit, *Metellum filium puerum eſſe*, vehementer errat: non enim ad omnes Prætorum filios iidem aditus ſunt. O Timarchide, Metelli eſt

rumpit. Vetus, *Verum in hoc erat uno*. NANN.

Sum iratus Metello) Quod teſtis retinuit. HOTTOM.

Non ſermone incauto atque improbo) *Incauto*, qui non cavetur. Inſolens locutio, cujus ſimilem reperio apud Cornelium Tacitum libro primo: *Conſultaque ex duobus itineribus breve & ſolitum ſequatur, an impeditius & intentatum, eoque hoſtibus incautum*. IDEM.

Non ſermone incauto atque improbo poſſet corrumpere) Vetus caſtiorem lectionem habet, *Non ſermone impuro atque improbo*. Quid enim incautus ſermo facit ad corruptelam Prætoris? NANN.

Non ſermone impuro, atque improbo) Secutus ſum hoc loco exemplar Caroli Stephani; quibuſcum nonnulli libri manuſcripti congruunt. Nam alii libri habent, *ſermone incauto, atque improbo*; quam lectionem ſi quis probabit, incautus ſermo erit intelligendus, qui caveri non poſſit. LAMBIN.

Non in ſermone incauto & improbo) Sic vett. edd. ſic Pall. noſtri, ſic Victorius, ſic Hottomannus. Lambinus nobis ſubſtituit ex editione Caroli Stephani, *impuro*; quod & in MSo Nannii. Sed cur id vocis degeneraſſet in alteram? fuit, cum divinarem *inlauto*, neque adhuc pœnitet: ſed nihil pertendo. GRUTER. Non hic recedendum erat a codice Nanniano, cauſam dixit ipſe Nannius. GRÆV. Adhoc tamen recentiores omnes recedere maluerunt. Immerito, ſi quid video. Supra c. 61. *Dictitarat homo improbus, atque impurus Apronius*. Infra c. 99. huic verbo *pudens* opponitur: *Eſſet ex inerti, atque impuro, & improbo parente navus, & pudens, & probus filius*. Sed commendari verbis hæc ſane lectio non debet. GARAT.

Ad iſtius amicitiam adrepſerat) Idem loquendi genus apud Tacitum legas ann. 3. 50. *Suorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum adrepit*. GRÆV.

Ex qua recuperatores nulli dabantur) Vetus hic redundantior eſt, ſed ut puto ocioſe, *Ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur*. Mihi generalitas magis placet, ut in nullos recuperatores ex cohorte ſint dati, potius quam id ſolummodo contrahi ad ſpeciem *aratorum*. NANNIUS. Non puto ego damnandam eſſe fidelisſimi codicis ſcripturam, quam & adprobavit Carolus Stephanus. Nam quamvis in neminem dabat ex cohorte ſua recuperatores Metellus, quia tamen hic de aratorum cauſa præcipue agitur, aratorum quoque fit mentio: quaſi diceret: Nulli a Metello in aratores dantur recuperatores, ut ante fiebat prætore Verre. GRÆV. *In aratorem*. Has voces in vulgatis omiſſas " (ab Oliveto etiam, & Verburgio) " reſtituit Grævius e MSo, quas & duo e noſtris ſervant. LALL.

Quod ſcribit Metelli filium puerum eſſe)

li eſt filius in provincia, non puer, ſed adoleſcens bonus, ac pudens, dignus illo loco, ac nomine; veſter ille puer prætextatus, in provincia quemadmodum fuiſſet, non dicerem, ſi pueri eſſe illam culpam, ac non patris exiſtimarem. Tunc, cum te, ac tuam vitam noſſes, in Siciliam tecum grandem prætextatum filium ducebas: ut, etiam ſi natura puerum a paternis vitiis, atque a generis ſimilitudine abduceret, conſuetudo tamen eum, & diſciplina degenerare non ſineret? Fac enim fuiſſe in iſto aut C. Lælii, aut M. Catonis materiem, atque indolem. Quid ex eo boni ſperari, atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit, ut nullum umquam pudicum, neque ſobrium convivium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per trien-

ſe) Ex his verbis conjectura ducimur, deeſſe locum epiſtolæ Timarchidis: in quo de Metelli filio mentio fiebat. HOTTOM.

Veſter ille puer prætextatus) Prætexta pueri toga utebantur aduſque annum ætatis ſeptimum decimum; quo tempore puram, quæ *virilis* dicebatur, ſumebant. IDEM.

C. Lælii, M. Catonis materiem) Qui ſapientes habiti, & nominati ſunt. Cicero de Amic. & lib. de Offic. III. *Hic eſt M. Cato, qui puer apud M. Druſum avunculum educatus, metu mortis adduci non potuit, ut Latinos civitatem petentes apud avunculum adjuvaret: ille ipſe qui ad Sullam a pædagogo deductus, cum proſcriptorum capita in atrio aſpexiſſet, gladium petit ut ſua manu crudeliſſimum tyrannum interficeret.* IDEM.

Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem) Vetus: *Fac enim in eo aut C. Lælii, aut M. Catonis &c.* NANN. *Materiem, atque indolem*) Hoc, *materiem*, mihi ſuſpectum eſt: quid ſi legamus, *naturam, atque indolem*? verumtamen nihil mutare auſim, præſertim cum ita ſcriptum ſit in omnibus libris manuſcr. LAMBIN. *Materies* eſt, quod in proverbio dicitur, lignum, ex quo Mercurius, aut potius Lælius, aut Cato ſculpi poteſt. GRÆV.

Quid ex eo boni ſperari atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit) Hæc in Verris filium, qui in judicio ſedebat cum patre atratus, eo conſilio dicuntur, ne in epilogo, ut mos erat, productus ab Hortenſio conciliet miſericordiam judicum patri. Hac enim commiſeratione uti mos erat: ut Cicero in orat. pro Sulla, pro Flacco, & aliis. HOTTOM. Juven. Sat. 14. pulcherrime:

Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & heres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo,
Nec de ſe melius, cuiquam ſperare propinquo
Concedit juvenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem jure natantes
Mergere ficedulas didicit, nebulone parente
Et cana monſtrante gula: cum ſeptimus annus
Tranſierit puero, nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoveas mille inde magiſtros,
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.

Vide Plutarchi libellum de Liberorum Educatione. GRÆV.

triennium inter impudicas mulieres, & intemperantes viros verſatus ſit? nihil umquam a patre audierit, quo pudentior, aut melior eſſet? nihil umquam patrem agere viderit, quod cum imitatus eſſet, non, id quod turpiſsimum eſt, patri ſimilis putaretur?

69. Quibus in rebus non ſolum filio, verum etiam reipublicæ feciſti injuriam. Suſceperas enim liberos non ſolum tibi, ſed etiam patriæ: qui non modo tibi voluptati, ſed etiam qui aliquando uſui reipublicæ eſſe poſſent. Eos inſtituere, atque erudire ad majorum inſtituta, atque civitatis diſciplinam, non ad tua flagitia, neque ad tuas turpitudines debuiſti. Eſſet ex inerti, atque impuro, & improbo parente navus, & pudens, & probus filius: haberet aliquid abs te reſpublica muneris: nunc pro te Verrem ſubſtituiſti alterum civitati; niſi hoc forte deterior eſt, ſi fieri poteſt, quod tu ejuſmodi evaſiſti, non in hominis luxurioſi, ſed tantum in furis, ac diviſoris diſciplina educatus. Quid iſto feſtivius fore arbitramur, qui eſt tuus natura filius, conſuetudine diſcipulus, voluntate ſimilis? Quem ego, judices, quamvis bonum, fortemque facile paterer evadere; non enim me inimicitiæ commovent, ſi quæ mihi cum iſto futuræ ſint; nam ſi in omnibus rebus innocens fuero, meique ſimilis, quid mihi iſtius inimicitiæ nocebunt? ſin aliqua in re Verri ſimilis fuero, non magis mihi deerit inimicus,

Reip. feciſti injuriam) Ideo in rep. Lacedæmoniorum educatio liberorum non permittebatur parentibus, ſed ejus curam ſuſtinebat ipſa reſp. ne ſcilicet educatione prava injuria fieret reipublicæ: vide Plutarchi Lycurgum. IDEM.

Non ad tua flagitia, neque) Hoc totum, *ad tua flagitia, neque*, quod aberat a libris vulgaris, repertum in codicibus antiquis, reſtitui. LAMBIN. *Ad tua flagitia, neque*) Circumſepſi hæc uncis, quod in nullo invenerim Pall. aut veteri editione: Lambinus tamen affirmat ſibi inventa in codd. antiquis. GRUTER. Et vero ſatis ſe ipſa commendant. Placet etiam mihi mirifice, quod vult ſupra Lambinus, *non ſolum filio, Verres, verum etiam &c.* Facile vocativus ille a ſequente *verum* ejectus fuerit. GAR.

Eſſet inerti, atque impuro) Vetus plenius ac melius: *Eſſet ex inerti atque impuro & improbo parente &c.* NANNIUS.

Quamvis bonum fortemque facile paterer evadere) Subſtituerunt nonnulli, *quantumvis bonum* contra libros veteres. *Quamvis* enim, eſt quantumvis, valde. Cic. III. de orat. 26. *Quare bene & præclare quamvis nobis ſæpe dicatur, belle & feſtive nimium ſæpe nolo.* GRÆV. Adde Duker. ad Liv. II. 51. GAR.

Seve-

micus, quam Verri defuit. Etenim, judices, ejuſmodi reſpublica debet eſſe, & erit, ſeveritate judiciorum conſtituta, ut inimicus neque deeſſe nocenti poſsit, neque obeſſe innocenti. Quapropter nulla res eſt, quamobrem ego iſtum nolim ex paternis probris, ac vitiis emergere; id quod tametſi iſti difficile eſt, tamen haud ſcio, an fieri poſsit: præſertim ſi, ut nunc fit, cuſtodes amicorum eum ſectabuntur: quoniam pater tam negligens, ac diſſolutus eſt. Verum huc longius, quam voluntas fuit, ab epiſtola Timarchidis digreſſa eſt oratio mea; qua recitata, concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram: ex quo intellexiſtis, innumerabilem frumenti numerum per triennium averſum a republica eſſe, ereptumque aratoribus.

70. Sequitur, ut de frumento emto vos, judices, doceam, maximo, atque impudentiſsimo furto: de quo dum certa,

Severitate judiciorum conſtituta) Prim. Franc. *veritate judiciorum conſtituta*. *Veritas* enim eſt juſtitia, quæ præcipue in judiciis quæritur, ut oſtendit d. v. v. I. Fr. Gronov. ad II. Senecæ de ira c. 29. Cic. pro Cluent. *Ut omnes intelligant, in concionibus eſſe invidiæ locum, in judiciis veritati*. Sic *veritas rei* pro juſtitia cauſæ reſtitui in Lælio c. 25. GRAEV. Huic MSo adſtipulatur editio MCDLXXXIII. Legimus adeo I. Act. 1. *judiciorum religionem, veritatemque*. Sed ut hanc ibi lectionem ſatis firmam non putabam, ita hoc loco a majore codicum parte non diſcedo. Res eſt difficilis omnino judicii. Locus pro Cluent. ad hanc rem minime pertinet: nihilominus compertum eſt ſatis, verum pro juſto, veritatem pro juſtitia uſurpari. At *ſeveritas* habet aliquid gravius, & quibuſdam locis, meo judicio, aptius. Ad Q. Fr. I 1. §. 7. *In rebus ſtatuendis, & decernendis ſeveritatem*. Infra c. 90. *Iudicia ſevera fiebant*: & c. 94. *ſeveritas judicis*. Ita V. Acc. 18. 29. & paſſim. Pro Rab. Poſt 3. *Hæc eſt illa exoptata judiciorum ſeveritas?* Qui locus maxime hunc tuetur. GARAT.

Cuſtodes amicorum eum ſectabuntur) Hoc velim aliquis eruditior interpretetur: cui ego magnam gratiam ſum habiturus, ſtudioſus lector infirmitatem ingenii mei excuſabit, quam fateri malui, quam (quod plerique faciunt) quemquam in fraudem inducere. *Cuſtodes* quidem, ut ex Cicerone docet Servius in lib. Æneid. V. *dicebantur quaſi magiſtri militiæ: qui ad militiam euntibus dari ſolebant, quibus primo anno regerentur*: videndum etiam cum omnia in hunc puerum acerrime dicantur, & niſi hoc loco turpitudo lateat, orationis cauſa vehementer lædatur, an *cuſtodes amicorum productores* ſignificet, de quo tamen dubitatur, aliquis judicabit. HOTT. Non abit longe ab hac Hottomanni ſententia Manutius. Sed nihil hic obſcuri. Dicit Tullius, ſe neſcire, an non fieri poſſit, ut frugi evadat, & fortis, ac bonus, præſertim ſi ejus neceſſarii, quod nunc faciant, ei apponant cuſtodes, qui eum obſervent, & ejus educationis curam gerant, cum a patre negligatur. Suet Tib. 12. *Non ceſſavit efflagitare aliquem cujuslibet ordinis, cuſtodem factis, ac dictis ſuis*. GRAEV. *Cuſtodes amicorum* hic videntur eſſe cuſtodes ab amicis appoſiti, ex nota reciprocorum regula. GAR.

Abreptumque aratoribus) Vetus, *Ereptumque oratoribus*. NANN.

Fru-

certa, & pauca, & magna dicam breviter, attendite. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex ſenatuſconſulto, & ex lege Terentia, & Caſsia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt: unum alterarum decumarum: alterum, quod præterea civitatibus æqualiter eſſet diſtributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet, hujus imperati tritici modium ↀCCC. millia: pretium autem conſtitu-

Frumentum emere in Sicilia) Altera pars cauſæ frumentariæ, in qua de frumento emto breviter commemorat. Lege Rupilia tenebantur populi Siciliæ vectigales populo Romano frumenti quantum vellet certo pretio vendere. Ea pecunia Prætori ex vectigalibus attribui ſolebat, qui populo frumenti numerum, quem is poſceret, curabat. Id frumentum *emtum* dicebatur. HOTTOM.

Certarum decumarum) *Alterarum decumarum*, ex iis quæ ſequuntur, legendum apparet: & ita legitur in codice manuſcripto perantiquo. *Alteras* autem *decumas* ſignificat, quæ præter primas a Siculis dabantur, accepta tamen pecunia. IDEM. *Unum certarum decumarum*) Vetus, *Unum decumarum*; omiſſa dictione *certarum*. Ceterum Budæus in ſecundo de aſſe, legit non *certarum*, ſed *ceterarum*. NANN. *Unum, alterarum decumarum*) Sic habent duo libri manuſcripti: & ita legendum, ut recte judicavit Hottomannus. Alteras enim decumas dicit, quæ præter primas a Siculis populo Romano dari debebant, accepta a prætore pecunia: ſic infra: *Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas Apronii tulerat: pro alteris decumis, emtoque frumento aut nihil datum, aut tantum datum, quantum reliqui ſcribæ fecerant, &c.* LAMBIN. *Unum ceterarum decumarum*) Retinui lectionem primarum editionum, a qua nihil recedunt Pall. ſequentes publicarunt *certarum*. Nannii liber voce illa litigioſa omiſſa habebat, *unum decumarum*: at Hottomanni vetus; *unum alterarum decumarum*. GRUTER. Hottomanni libro cum accedant duo Lambiniani, nullus dubitavi, ſententia id exigente & verbis ſequentibus, *alterarum* reponere. C. Stephanus, ut ubique fere, Nanniani codicis ſcripturam expreſſit, omiſſo *certarum*. GRÆV. Recte Hottomanni vetus liber, idque adſtruunt duo e noſtris. Vitioſe in vulgatis, *ceterarum*. LALLEM. Tamen integrum eſt Nanniano credere, adjuncta pro gloſſis habere. Hunc certe melius Verburgius, & Olivetus ſecuti eſſent, quandoquidem judicium Grævii optimum contemnebant. Peſſime Grutero ſunt obſecuti. GAR.

Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet tritici mod. DCCC.) Nimirum modium tricies: quantum ex ſumma pecuniæ, quæ eſt in annos ſingulos, ad nonagies exiſtimare licet. Nam deſiderari aliquid hoc loco certum eſt ante hoc verbum *tritici mod.* DCCC. nimirum *hujus*, ut ſubaudiatur, *imperati*. Fuit enim hæc ſumma imperati, ut mox dicemus; & apparet ex eo quod dicit infra: *Nam ut illud miſſum faciam permultos aratores in alteras decumas, & in hæc* DCCC. *millia modium, quod emtum populo Romano darent, &c.* Sic igitur ſcribamus, ut poſt *fuiſſet*, ea non ponatur quam Græci κομμα, Latini *membrum* appellant, poſt κομμα, vox *hujus*; ut ſit, *hujus tritici mod.* ↀ. CCC. *millia*. HOTT. *Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet, tritici mod.* DCCC.) Si hic textus purus eſſet, mirum diligenti lectori videretur, cur certus numerus modiorum in primis decimis ſtatuatur, cum pro anni ubertate neceſſe ſit, eos nunc pauciores nunc plures eſſe; rurſus in ſecundis decimis, quæ gratuitæ non ſunt, ſed emuntur, ne ibi quoque certa ſumma definiri poteſt, cum ipſæ primarum decumarum proventum imitentur: quamobrem

rem magis libet vetuſto codici attendere: qui poſt verbum fuiſſet, hypoſtigmen habet, deinde hæc verba ſubjungit: *Hujus imperati tritici mod. DCCC.* ut *octingenta illa millia* ſolummodo pertineant ad tertium frumentum, quod Cicero *imperatum* vocat, quod non a ſingulis colonis, ſed a civitatibus petebatur. Sed tamen fieri nequit, quin Cicero etiam in decumano frumento certum numerum poſuerit, quod poſt eventum temporis commode fieri licuit: tum enim pro re nata pecuniæ attemperantur, alioqui ſupputatio ſeſtertiorum, qui pro illis impenſi ſunt, nulla ratione induci potuiſſent. Cetera quæ ſequuntur, quantum ad numerum attinet, mire inter ſeſe collidunt. *Pretium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos H-S. ternos, imperato H-S. quaternos. Ita in frumentum imperatum H-S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebantur, quod aratoribus ſolveret.* Hactenus Cicero: ſi pro DCCC. quaterni ſeſtertii in ſingulos modios ſunt dandi, fient H-S. non *duodetricies*, ſed *tricies bis*. Atque eamdem ſummam effici ex his numeris adnotavit Budæus. Ceterum ego arbitror, faciliorem lapſum fuiſſe in notulis iſtis numerariis DCCC. quam in dictione iſta ad plenum deſcripta *duodetricies*; quod ſi ſtatuamus modiorum fuiſſe DCC. millia, ex quadruplicatu exurgit illa ſumma, quam Cicero poſuit, nimirum *duodetricies*. Subjunguntur deinde illa verba Cic. *In alteras decumas ferme ad nonagies*: Ego opinor hanc ſummam non confici ex ratione ſecundarum decimarum, ſed ex *frumento imperato*, quod in ſingulos annos fit *duodetricies*, intra triennium fit octuagies quater, cui ſexies deeſt, ut plene abſolvas nonagies; ac proinde dictum eſſe a Cicerone ferme ad nonagies; atque ita iſta verba, *in alteras decumas*, e ſuis ſedibus detorta in alienum locum immigraſſe. Hæc mea opinio eſt, quam caſtigatiores libri aliquando inventi, vel adſtruent vel infirmabunt. Si quis malit Budæum ſequi, illi ſecundus & quintus liber de aſſe adeundus eſt. Jam ſi quis ſummam omnium conficere velit, quam Cicero his verbis deſcribit: *Sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies tricies erogatum eſt*: Si ergo ex octuagies quater velis efficere centies tricies, addendum eſt quadragies ſexies. Sed nos ſtatuemus quadragies quinquies adjungendum eſſe, nec ad plenum ſit centies tricies, ut cum verbis Ciceronis convenire queamus, qui ait prope centies & tricies erogatum eſſe. Si hanc hypotheſin admittamus, erunt in frumento decumano D. millia mod. pro quibus ſeſtertii terni dati in modios ſingulos decies quinquies efficiunt, ii rurſus intra triennium triplicati, quadragies quinquies ex ſe reddunt; ſed hoc me male habet, quod tam exiguam numerum in frumento decumano ſtatuere compellimur. Ceterum mutilum eſſe locum, mecum ſentit doctiſſimus ille Guilielmus Budæus; fingam igitur mihi lectionem novam, non quod id probem, cum fatear hoc ipſum merum eſſe hariolationem, ſed ut imperitior aliquis ſentiat, hic omnia ſarta tecta non eſſe. *Illius decumani tantum quantum ex primis decumis fuiſſet, hujus imperati tritici mod. DCC. millia; pretium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos H-S. ternos, imperato H-S. quaternos: in frumentum imperatum H-S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur, quod aratoribus ſolveret, id ter repetitum intra triennium ferme ad nonagies exſurgit.* In alteras item decumas pro D. millibus modiorum in ſingulos annos H-S. decies quinquies attributum, id recurſu trienniali triplicatum quadragies quinquies efficit: Sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies & tricies erogatum eſt. NANN. *Hujus imperati in annos ſingulos tritici mod. DCCC. millia*; Hujus frumenti æqualiter civitatibus deſcripti, & diſtributi, & ut ipſe Cicero appellat, imperati. Sic infra: *Nam, ut illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hoc DCCC. millia modium, quod emtum populo Romano daretur, non habuiſſe*, &c. LAMB. *Hujus imperati tritici mod. DCCC.* Sic hodie fere legitur ex libro Nannii: quippe Pali non recedunt ab olim impreſſis, in quibus ſolum, *fuiſſet tritici mod. DCCC.* GRUT.

H-S.

ſtitutum decumano in modios ſingulos H-S. terni : imperato H-S. IIII. Ita in frumentum imperatum H-S. bis & tricies in annos ſingulos. Verri decernebatur, quod aratoribus ſolveret: in alteras decumas ferme ad nonagies; ſic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies, & tricies erogatum eſt. Hanc pecuniam tantam datam tibi ex

H-S. ternos) *Terni*, vetus codex; & ſic emenda. Illud autem animadverſione dignum eſt hoc loco, quod frumentum, quod præter decumas Siculi dabant, populus Romanus carius emeret, quam vulgo veniret. Nam ſæpe antea *medimnum*, id eſt ſex modios, XV. ſeſtertiis nummis fuiſſe oſtendit; cum hic pro alteris decumis XVIII. ſeſtertios in medimnum, imperato vero XXIV. attributos dicit. HOTT.

H-S. duodetricies) Falſum; & hoc vidit Budæus, qui hunc locum, ut ait, mendoſum maluit relinquere, quam quidquam aſſerere. Nos parva immutatione ita hunc locum emendavimus, ut cuivis noſtram hanc ſententiam probatum iri confidamus. Sic igitur legimus, II. *& tricies*: quod ſic interpretamur, *bis & tricies*. Nam in annos ſingulos tantumdem ſine ullo errore efficitur. Mendi autem occaſionem hoc attulit, quod cum hic locus notis ita ſcriptus eſſet, H-S. II. *& tricies*: & alii poſtea imperiti librarii ſic eum deſcripſiſſent, *duo & tricies*; alius tandem corruptam locutionem animadvertens, deterius in *duodetricies* corrupit, niſi forte *duo & tricies* Latine dictum putemus, ſimili figura qua Fabium in annalibus *duo & triceſimo anno* dixiſſe Agellius teſtatur, lib. V. cap. 4. *Mortuus eſt*, inquit, *Fabius, anno duo & viceſimo, Rex fuit anno viceſimo primo*. Et qua Cornelium Tacitum uſum plerumque Budæus obſervavit, cum diceret, *Una & viceſimanorum principes ſextadecimanos duodeviceſimanoſque lævum cornu compleſſe. Abduxit Alexandria duodeviceſimanos, tertianoſque*. Plinius lib. II. *Quantas enim dimetiens habet ſeptimas, tantas habere circulum duo & viceſimas*. Sed ſuperior conjectura magis arridet, ut *bis & tricies* ſimiliter dictum ſit, ac *bis & vicies* in epiſtola prima lib. ad Attic. XI. *Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S. bis & vicies*. Et Suet. in Cæſare: *Galliam quæ patet ad bis & tricies centum millia paſſuum*. IDEM.

Bis & tricies H-S.) Sic hunc locum emendavit Hottomannus, & recte; nam quater octingenta ſeſtertium millia, efficiunt bis & tricies ſeſtertium centum millia. LAMBIN. *H-S. bis & tricies*) Et hæc lectio a conjectura Hottomanni; editi enim ſcriptique, H-S. *duodetricies*. Videatur præter Hottomannum Nannius, atque Budæus. GRUT. *Bis & tricies* H-S. ſunt octoginta millia coronatorum. GRÆV.

Ferme ad nonagies) Sunt ducenta viginti quinque millia coronatorum: IDEM.

Sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies & tricies erogatum eſt) *Per triennium*, ſic accipe. Per ſingulos annos triennii. Nam etſi ex nonagies & bis ac tricies non integram hanc ſummam efficiamus, ſed tantum centies & bis ac vicies: tamen hæc eſt conſuetudo Ciceronis, ut plerumque numerum denarium inchoatum efferat pro perfecto; quod & alibi plerumque obſervavimus, & Aſconius quodam loco admonuit. Et ſi *triennium* integrum ſumamus, efficiemus H-S. ter & centies ſexagies ſexies. Similis locutio infra: *Quod Antonius uno adventu; & vix menſtruis cibariis fecerit, id iſtum per triennium feciſſe. Mitto, inquam, hæc omnia quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt*; id eſt, per ſingulos annos triennii. HOTTOM.

In alteras decumas ferme ad nonagies, ſic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centies erogatum) Vetus, *In alteras decumas ferm* ad

ex ærario inopi, atque exhauſto: datam ad frumentum, hoc eſt, ad neceſsitatem ſalutis, & vitæ: datam, ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera reſpublica imponeret, ſolveretur: abs te ſic laceratam eſſe dico, ut poſsim illud probare, ſi velim, omnem te hanc pecuniam domum tuam avertiſſe; etenim ſic hanc rem totam adminiſtraſti, ut hoc, quod dico, probari æquiſsimo judici poſsit. Sed ego habebo rationem auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo conſilio ad cauſam publicam acceſſerim: non agam tecum accuſatorie: nihil fingam: nihil cuiquam probari velim, me dicente, quod non ante mihimetipſi probatum ſit. In hac pecunia publica, judices, hæc inſunt tria genera furtorum. Primum cum poſita eſſet pecunia apud eas ſocietates, unde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt: deinde permultis civitatibus pro frumento nihil ſolvit omnino: poſtremo, ſi cui civitati ſolvit, tantum detraxit, quantum commodum fuit: nulli, quod debitum eſt, reddidit.

71. Ac primum hoc ex te quæro: tu, cui publicani ex Carpi-

ad nonagies, ſit per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem prope centiens & triciens erogatum. Id libuit annotare, quia obſervavi iſtiuſmodi adverbia non minus in *ens*, quam in *es* in veteribus codicibus ſcribi. NANN. *Prope centies & vicies erogatum*) Sic eſt legendum; nam nonaginta & triginta, efficiunt centum viginti. Intellige autem hanc ſummam, *centies & vicies*, per triennium de publico Verri eſſe erogatam ſingulis annis: & ita toto triennio ad tricenties & ſexagies eſſe erogatum. LAMBIN. Sic edidit P. Manutius, quamvis libri repugnent. GRAEV.

Datam tibi ex ærario inopi) Tum tamen poſita adhuc erat apud eas ſocietates, unde erat attributa: ut nunc dicet; ſed quod debetur ærario, idem in ærario eſſe intelligitur, & eſt Rhetorica amplificatio. HOTT. Hinc Priſcianum emenda p. 764. GAR.

Omnem te hanc pecuniam domum tuam avertiſſe) Franc. prim. *Omnem hanc pecuniam domum tuam revertiſſe*. GRAEV. Mendoſe: quod apertius ex Veneta fit, quæ habet *revertiſſe*, neque tamen pronomen *te* omittit. GAR.

Non agam tecum accuſatorie) Elatorie, ſuperlatis verbis, cum criminis augendi cauſa odioſa, quæ per ſe levia ſunt, exaggerantur. Sic in oratione ſequenti: *Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui*. HOTT.

Nihil probare velim me dicente) Vetus, *Nihil cuiquam probari velim*. NANNIVS.

Binis centeſimis fœneratus eſt) *Centeſimæ* dicuntur, cum ſingulis Kalendis pars ſortis centeſima uſuræ nomine perſolvitur, ut ſi in centum H-S. millia ſingulis menſibus mille ſeſtertii ſolvantur. *Binæ*, cum duo millia; de quo late dixi in Diſputat. de uſuris. HOTT. Lamb. *binis eam centeſimis*, ex MSis, ut infra ipſe teſtatur, ex quibus cum vox *pecunia* recepta ſit, non video, cur hæc quoque *eam* non recipiatur, quæ adeo ante Lambinum aderat alio loco, *primum eam, cum &c.* GAR.

Tu, cui publicani ex Carpinatii litteris) Quæro verbum, unde *tu* regatur.

Digitized by Google

Carpinatii ſitteris gratias egerunt, pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa, fuerit ne tibi quæſtui: penſitarit ne tibi binas centeſimas? Credo te negaturum; turpis enim eſt, & periculoſa confeſsio. Mihi autem hoc perarduum eſt demonſtrare; quibus enim teſtibus? publicanis? tractati honorifice ſunt: tacebunt: litteræ eorum? decreto decumanorum remotæ ſunt. Quo me igitur vertam? rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ, tantæque impudentiæ, propter inopiam teſtium, ac litterarum prætermittam? non faciam, judices, utar teſte; quo? P. Vettio Chilone, homine equeſtris ordinis honeſtiſsimo, atque ornatiſsimo: qui iſti ita amicus, & neceſſarius eſt, ut, etiam ſi vir bonus non eſſet, tamen, quod

tur, inquit Manutius. Verum eſt, nullum verbum, unde *tu* pendet reperies. Sed ſic ſolent interdum veteres loqui, ut poſt interpoſitam longam parentheſin, ſic forment orationem, ac ſi novam quamdam periodum ordirentur, quaſi nullam haberent ſuperiorum verborum rationem. Quin & nonnumquam poſt illam interpoſitionem ſubjiciunt verba, cum quibus connecti deberent primæ illæ voces in initio periodi poſitæ, quæ ad ſententiam potius quam ad illas voces poſſent referri. Livius: *C. Mutius adoleſcens nobilis, cui indignum videbatur* &c. *quorum ſæpe exercitus fuderit: itaque magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo ſua ſponte in caſtra hoſtium intrare conſtituit*; hic nihil eſt quod reſpondeat his verbis: *C. Mutius adoleſcens nobilis*; poſt interpoſitionem enim longam incipit, *itaque magno audacique exemplo*, quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *Is itaque de quo dicere cœpi Mutius*; ut erudite docuit I. F. Gronovius ad illum locum, quem vide, ut & ad Liv. lib. XLIV. c. 40. Sic hoc loco, *Tu, cui pecunia ex Carpinati litteris*, &c. *fuerit ne tibi quæſtui*, eadem loquendi ratione dicitur, ac ſi Cicero ſcripſiſſet, *Tu, cui pecunia ex Carpinati litteris* &c. *tu, inquam, quæſtum ne illo feceris*. Sed ſententiam reſpicit, non verba, ac ſi dixiſſet, *tibi, cui pecunia*, &c. *tibi, dico, fuerint ne quæſtui*. GRÆV.

Quibus enim teſtibus? publicanis?) Quanto hæc ſcriptura ſit lectione vulgata concinnior, quis non videt? & tamen, ne quis exiſtimet ex ingenio meo, aut cujuſquam, qui vivat, eſſe natam, aſſevero eam eſſe in duobus codicibus antiquis, quibus uſus ſum, & in illo Fabric. comparere plane expreſſam. Idem dico de illo ſuperiore, *Primum cum poſita eſſet*, &c. Idem de aliis omnibus, quas ſecutus ſum, quamvis propter multitudinem de iis nihil ſignificarim. LAMB. Tam eſt Lambinus infelix, ut, quoniam totum locum in nota non recitavit, ſermonem non ſatis concinnum Tullio adfingere omnes malint, quam ipſum penitus audire, ac ſequi. Atqui Lambinus non reſtituit ſolum, *publicani?* verum etiam, *litteris eorum?* Utrumque in margine veteris codicis nota firmavit; neque hic de ſuperiore tantum verbo voluit aſſeverare. Neminem vidi poſtea, qui non dederit, *publicanis?* & *litteræ eorum?* Satius erat Lambinum omnino deſerere, quam ita ſequi. Tandem & ſuus illi honos, & vera lectio nobis conſtet. GARAT.

Iſti ita amicus) Lamb. *iſti ita &amicus*. Veneta vetus, *iſti & amicus*, quæ depravatio fortaſſe illius lectionis fuit. IDEM.

Nihil

Digitized by Google

quod contra diceret, grave videretur: ita vir bonus eſt, ut, etiam ſi inimiciſsimus iſti eſſet, tamen ejus teſtimonio credi oporteret. Admiratur, & exſpectat, quidnam Vettius dicturus ſit: nihil dicet ex tempore, nihil ex ſua voluntate, nihil, ut ei utrumvis licuiſſe videatur. Miſit in Siciliam litteras ad Carpinatium, cum eſſet magiſter ſcripturæ, & ejus ſocietatis publicanorum, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romæ in litterarum miſſarum apud magiſtrum Tullium, familiarem tuum inveni: quibus ex litteris impudentiam fœnerationis, quæſo,

Nihil dicet ex tempore) Id eſt, *Nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum*; ut infra. HOTT.

Utrumvis licuiſſe) Inſerunt editi quidam verbum *fieri*, quod nullus e noſtris MSis agnoſcit. LALLEM. Nulla earum, quas potui conſulere, editionum hoc interſeruit. GAR.

Magiſter ſcripturæ) In Sicilia, qui tamen non tam *magiſter* erat, quam *pro magiſtro*; vide infra. HOTT. *Cum eſſet magiſter ſcripturæ ejus ſocietatis*) Ita legitur in manuſcripto, ſine conjunctionis nota, quæ eſt in vulgatis. F. URSIN. *Et ejus ſocietatis publicanorum*) Eſt a libro Hottomanni; nam Pall. *& ſex publicorum*; editi omnes, *& ſex publicanorum*. GRUT. Lamb. *ſcripturæ, & ſocietatis*, quod propius accedit ad communem MSorum lectionem, *& ſex*, quæ ex compendio, *& ſoc*, orta facile videatur. Recte tamen adeſt *ejus*: plures enim erant ſocietates, & in Sicilia, ut legitur II. Acc. 70. *portum, & ſcripturam eadem ſocietas habebat*. Primo anno erat Romæ hujus ſocietatis magiſter L. Vibius ex II. Acc. 74. qui cum in his non numeretur, patet ad alterum Præturæ Verris Sicilienſis annum, aut etiam ad tertium hæc pertinere. In Sicilia ſemper Carpinatius pro magiſtro fuit: qui Verris amicitia implicitus, haud tamen de uſuris reticere, ac ſocietatem celare poterat, niſi de ſuo vellet diſſolvere. Hottomannus hic dormitabat. GAR.

Quas ego Syracuſis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris. Romæ in litterarum miſſarum apud magiſtrum Tullium familiarem inveni) Vetus brevius citra iſtam ſpeciem battologiæ: *Quas ego Syracuſis in litterarum miſſarum libris apud magiſtrum L. Tullium familiarem tuum inveni*. NANN. Nanniani codicis ſcripturam expreſſit C. Steph. GRAEV. Cum brevi intervallo eædem repetuntur voces, media codices etiam optimi facile omittunt. Id h. l. in Nanniano, & c. 72. in Fabriciano evenit. Quod ſi quidquam hic deeſſe deberet, id eſſet unum, quod vix conciliari poteſt cum iis, quæ de remotis publicanorum litteris non hic modo, ſed longe accuratius II. Acc. ſ. 71. 74 75. enarrantur. Ego, ut aliquid conjiciam, exiſtimo, Ciceronem inventis apud Carpinatium litteris, ut Romam venit, L. Tullium (ſuum homini ex Nanniano reſtituendum prænomen eſt) magiſtrum compuliſſe, ut litterarum miſſarum libros oſtenderet. II. Acc. 75. *His inventis libellis, ceteri remoti, & diligentius ſunt reconditi*: haud certe conſciſſi. Cum vero has litteras Syracuſis Cicero deportaſſet, L. Tullius recuſare honeſte non poterat, quin deſcribendas ex libro, & recognoſcendas daret: quod in ceteris, quæ ignorabantur, longe fiebat ſecus. Ex hoc porro libro, non ex Sicilienſi recitantur: niſi forte MSo Lambiniano credendum ſit, in quo deeſt vox MISSA; ut exemplum ex utroque libro, collatione facta, diligentiſſimum, clarius intelligamus. GAR.

Impudentiam fœnerationis quæſo cognoſcite)

quæſo, cognoſcite. LITTERÆ. MISSÆ. L. VETTII. L. SERVILII. C. ANTISTII. MAGISTRORUM. Præſto ſe tibi ait futurum Vettius, & obſervaturum, quemadmodum rationes ad ærarium referas: ut, ſi hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas ſocietati. Poſſumus hoc teſte, poſſumus P. Servilii, & C. Antiſtii magiſtrorum litteris, primorum hominum, atque honeſtiſsimorum, poſſumus auctoritate ſocietatis, cujus litteris utimur, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, an graviora quærenda ſunt, cum Vettius, tuus familiariſsimus, Vettius, tuus affinis, cujus ſororem habes in matrimonio, tuæ frater uxoris Vettius, frater tui Quæſtoris teſtatur impudentiſsimum tuum furtum, certiſsimumque peculatum? nam quo alio nomine pecuniæ publicæ fœneratio eſt appellanda?

72.

ſcite) Vetus, *Impudentiam fœneratoris, &c.* NANN. Recepit hoc C. Steph. GRÆV.

Litteræ miſſæ L. Vettii, L. Servilii) *Vettii* ex argentei denarii auctoritate ſcribendum eſt: atque hic *Vettius* vel ſupra Lucius, vel hic Publius prænominandus eſt; pro *C. Antiſtitis* ſuſpicor legendum eſſe *C. Antiſtii*; hæc licet levia ſint, miror tamen non fuiſſe ab aliis animadverſa. F. VASIN. Sic in titulo antiquo, qui penes me eſt, invento in agro ſuburbano: C. ANTISTIVS. ADVENTVS. LEG. AVG. PR. PR. GRÆV. Cum Vettius hic *frater tui Quæſtoris* dicatur, ille autem Quæſtor V. Acc. 44 *Publius* appelletur, bene Manutius ſupra repoſuit *L. Vettia Chilone*: tamen illi unus paruit Lallemandus. Qui etiam tacitus hic dedit P. SERVILII, cum idem in hujus prænomine error eſſet. Putavit, opinor, Nannianum ab inconſtantia omnium diſceſſiſſe, idemque hic, quod infra, Servilio dediſſe prænomen. Nil profecto mirum, ſi Nannii diligentiam tam parvum hoc fugerit. GAR.

Ad ærarium referas) Magiſtratus, qui pecuniam publicam adminiſtraſſent, Romæ ad Quæſtores ærarios rationem referebant. HOTT. Verres, cum in eum Tullius diceret, nondum retulerat: vide I. Acc. 39. neque mediocris erat hæc non referendi cauſa. Notum eſt, Iuliam legem poſtea magiſtratuum in rationibus referendis negligentiam coercuiſſe. GAR.

Reddas ſocietati) Fœnus enim alienæ ſortis capere, niſi injuria, non poſſet. HOTT.

C. Antiſtitis magiſtrorum primorum hominum) Vetus: *Poſſumus P. Servilii & C. Antiſtitis magiſtrorum litteris primorum hominum &c.* NANN. Hanc lectionem arripuerunt Car. Stephanus, Lambinus, & Gruterus. Ceteri non habent *litteris*. GRÆV.

An aliqua firmiora, an graviora quærenda ſunt, cum Vettius) Sic repoſui ex primo Francii, quæ ſunt robuſtiora, ut ſic dicam. GRÆV. Omnes alii cum veteres, tum recentiores, *aut graviora*. GAR.

Tui quæſtoris impudentiſſimum tuum furtum) Vetus codex integrior: *Vettius frater tui quæſtoris teſtatur tuum impudentiſſimum furtum*. NANN.

Pecuniæ publicæ fœneratio eſt appellanda) Deeſt aliquid hujuſmodi, *Ferendum non putat, tolerare non potuit*; niſi forte ἀνανταπόδοτον eſſe dicamus; quale alibi non uno loco notavimus. HOTTOM. Iam hæc lacuna ex codice Nan-

72. RECITA RELIQVA. Scribam tuum dicit, Verres, hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe: ei quoque magiſtri minantur in litteris: etenim caſu ſcribæ tum duo magiſtri fuerunt cum Vettio. Binas centeſimas ab ſe ablatas ferendum non putant: & recte non putant. Quis enim hoc fecit umquam? quis denique conatus eſt facere, aut poſſe fieri cogitavit, ut, cum ſenatus publicanos uſura ſæpe juviſſet, magiſtratus a publicanis pecuniam pro uſuris auderet auferre? Certe huic homini ſpes nulla ſalutis eſſet, ſi publicani, hoc eſt, ſi equites Romani judicarent: minor eſſe nunc, judices, vobis diſceptantibus debet: & tanto minor, quanto eſt honeſtius alienis injuriis, quam re ſua commoveri,

Nannii eſt repleta, ut nunc ſtellis nullis indicibus corruptionis, ſit opus. GRAEV.

Fœneratio eſt appellanda) Poſt hæc verba adſcripta ad oram cujuſdam MSi erant hæc verba: *indicaturum ſe ac patefacturum minatur*; quæ ſint M. Tullii, nec ne ſint, neſcio; ad ſententiam quidem hujus loci valde quadrant. LAMB.

Perſcriptorem fœnerationis) In tabulas debitorum nomina retuliſſe, litteris conſignaſſe. De *præſcriptione* dictum eſt Verrina III. & antiquorum conſuetudine, in obligationibus quæ nominibus fiebant. HOTT. *Perſcriptorem fœnerationis*) Vetus, *Perſcriptorem fœnerationis fuiſſe*; quod rectius puto, ut ſcriba rationes earum uſurarum confecerit. NANN.

Et ſcribæ tum duo fuerunt) In manuſcripto: *Et enim caſu ſcribæ tum duo magiſtri adfuerunt*; quod valde arridet. HOTT. Recepit Lambinus.

Ferendum non putant) Præſertim cum graviores, & acerbiores eſſent. Nam unas centeſimas vel acerbiſſimis fœneratoribus ſatis videri, idem ſcribit libro epiſt. ad Attic. IIII. IDEM.

Uſura ſæpe juviſſet) Obſerva, *uſura*; pro *uſu & commodo pecuniæ*; quæ propria eſt hujus verbi ſignificatio. Similiter in libro Tuſc. diſput. I. *Natura dedit uſuram vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die, quid eſt igitur quod querare, ſi repetit cum vult?* Sed poſtea recepta loquendi conſuetudine factum eſt, ut quemadmodum *locatio* pro *locationis mercede* accipitur, eodem modo *uſura*, pro *uſuræ mercede & pretio* diceretur: de quo fuſius in libris de uſuris explicavimus. IDEM. Nihili eſt *uſura juvare*. Scribendum puto *verſura juviſſet*, id eſt, mutuo; & quidem gratuito. Nam *verſura* mutuum, ſive gratuitum, ſive fœnebre. Sueton. Calig. XLI. *Præbita advenientibus pecunia fœnebris, appoſitique, qui nomina palam ſubnoterent quaſi adjuvantium Cæſaris reditus*. Veſpaſ. XIX. *Convivabatur aſſidue, ac ſæpius recte ac dapſili, ut macellarios adjuvaret*. I. FR. GRONOV. IV. de Pec. Vet. 3. *Uſura juviſſet*, valet, utendam pecuniam eis ſine fœnore reliquiſſet. Iuvari enim recte dicitur aliquis ea re, quæ cum exigi poſſit, non exigitur, ſed ei utenda relinquitur. Planus ſenſus: qui tamen Gronovio non placet. HORTENS. Probabilius aliquid Gronovius, meo judicio, dixiſſet, ſi pecuniæ ante præſtitutam diem a publicanis aliquando ſolutæ uſuram, ſive mercedem a Senatu decretam illos accepiſſe putaſſet. Ita Suetonius *Cæſaris reditus adjuvari* dixit. Ego vero ab Hottomanno, & Hortenſio nondum diſcedo. GAR.

Minor eſſe nunc, judices) Ita Manutiani, & Lambinus: at in aliorum edd. verbum præterea, *minor eſſe cura nunc, &c.* quod & in Pall. GRAEV.

veri. Quid ad hæc reſpondere cogitas? Vtrum factum negabis? an tibi hoc licitum eſſe defendes? negare qui potes? an ut tanta auctoritate litterarum, tot teſtibus publicanis convincare? licuiſſe vero qui? ſi mehercule te pecuniam tuam, non populi Romani in provincia fœneratum docerem; tamen effugere non poſſes: * ſed publicam, ſed ob frumentum decretam, ſed a publicanis fœnore accepto: hoc licuiſſe cuiquam probabis? quo non modo ceteri, ſed tu ipſe nihil audacius, improbiuſque feciſti. Non mehercule hoc, quod omnibus ſingulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum eſt, poſſum, judices, dicere audacius eſſe, aut impudentius, quod permultis civitatibus pro frumento nihil ſolvit omnino. Major hæc præda fortaſſe eſt: ſed illa impudentia certe non minor. Et, quoniam de illa fœneratione ſatis dictum eſt, nunc de hac tota pecunia averſa, quæſo, cognoſcite.

75.

Non populi Romani) Quod in margine Lambini ex MSo adnotatur, *te pecuniam tuam Prætorem in provincia fœneratum docerem*, id ego Tullii eſſe contendo. In eo crimen erat poſitum, quod Prætor in ſua provincia fœnus exercuerit: qui enim magiſtratum nullum ibi gereret, aut magiſtratui comes non eſſet, eum nemo ſuam pecuniam fœnerari vetabat. Quinam vero hic populo Romano locus, niſi ad perturbandam oppoſitionem, quam ſtatim exſequitur Tullius iis verbis, *ſed publicam &c.*? Eo potius loco aptum eſſet, *ſed publicam Populi Romani*, ut ſupra c. 6. *quarum ager cum eſſet publicus Populi Romani factus*, & ſæpe alibi. Ibi enim niſi hoc deeſſe cœpit, poſtquam in ſuperiorem migravit locum, vix puto defuiſſe aliud ex unius MSi lacuna, quam replere Lambinus tentabat. Omnia nedum integra, ſed eleganti, ac facile ſupplenda *βραχυλογία* ibi dicta mihi videntur. Iam ita loqui in eo cœperat, *licuiſſe vero qui?* Subauditur, *defendes*. Sed ut a MSis abire ibidem nolo, ita lectionem hoc loco, quam dixi, digniſſimam codicis Fabriciani præſtantia judico. Notæ uſitatæ Pr. Librariis, ut ſæpe, fraudi fuerunt: deinde ſententiæ cauſa negatio addita. Ven. Naug. Mae. &c. *te tuam pecuniam*. Gar.

Tamen effugere non poſſes) Similiter Modeſtinus Iuriſconſultus libro Digeſtorum XII. tit. Si certum pet. *Principalibus*, inquit, *conſtitutionibus cavetur, ne ii, qui provinciam regunt, quive circa eos ſunt, negotientur, mutuam pecuniam dent, fœnuſque exerceant*. Hott.

Non poſſes. Nunc cum fœn.) Inter, *poſſes*, &, *ſed publicam*, &c. liber vetus unus habet lacunam: ex qua licet intelligere aliquid deeſſe. Et vero, ut non ſit lacuna, tamen lector attentus facile animadvertat deſiderari aliquid tale: *Nunc vero cum pecuniam reperiare fœneratus eſſe non tuam*, ſequitur nunc, *ſed publicam*, &c. Ne hoc quidem celabo lectorem, in codice illo omnium antiquiſſ. hoc totum deſiderari; *fœnore accepto, hoc licuiſſe cuiquam probabis? quo non modo ceteri*: ut intelligat, codices vetuſtiſſimos & optimos, interdum, & alicubi eſſe mendoſos, ac mutilos, neque uſquequaque eſſe integros, atque emendatos. Lamb.

Huic

73. Siciliæ civitates multæ ſunt, judices, ornatæ, atque honeſtæ; ex quibus in primis numeranda eſt civitas Haleſina: nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem. Huic iſte in annos ſingulos, cum ſexaginta tritici millia modium imperaviſſet, pro tritico nummos abſtulit, quanti erat in Sicilia triticum: quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes. Obſtupui, judices, cum hoc mihi primum Haleſiæ demonſtravit in ſenatu Haleſinorum homo ſummo ingenio, ſumma prudentia, ſumma auctoritate præditus, Haleſinus Æneas: cui ſenatus dederat publice cauſam, ut mihi, fratrique meo gratias ageret, & ſimul qui nos ea, quæ ad judicium pertinerent, doceret. Demonſtrat, hanc iſtius conſuetudinem, ac rationem fuiſſe, cum omnis frumenti copia decumarum nomine penes iſtum eſſet redacta, ſolitum eſſe iſtum pecuniam cogere a civitatibus, frumentum improbare: quantum frumenti Romam eſſet mittendum, tantum de ſuo quæſtu, ac de ſua copia frumenti mittere. Poſco

Huic iſte annos ſingulos | Corrigendum putarem: *Iſte in annos ſingulos*. HOTT. *Huic iſte annos ſingulos* | Vetus: *Huic iſte in annos ſingulos*. NANN.

Quanti erat | Quanti vendebatur: vide ſuperius ad Orat. Cicer. pro Roſc. Amer. 2. GRÆV.

Obſtupui judices | Vetus, *Obſtipui judices*: atque ad eum modum non ſemel ſcriptum reperi. NANN. *Obſtipui*) Sic eſt ſcriptum in illo codice antiquiſſ. quomodo & apud Plautum ſæpe hoc ipſum verbum ſcriptum reperitur. LAMB. Ita paſſim codices quique auctorum veterum antiquiſſimi. Vide Faernum ad Terent. Andr. I. 5. 21. ubi *obſtipui* dedit Harius, & multo magis dare debuerat Weſterhovius: qui tamen cum plurimia ita dedit IV. Adelph. 4. 3. Adde Nic. Heinſium ad Virgil. I. Æn. 513. ut denique me binos codices longe optimos hic ſequi profitear. GAR.

Haleſiæ) Emenda, *Haleſæ*, ex ed. MCDLXXXIII. Nanger. Manut. quod miror neminem recentiorum feciſſe, cum ita reliquis locis omnibus ſit apud Tullium. Ne vero hæc vox, aut altera illa *Haleſinorum* adjectitia debeat exiſtimari, ſubvereor. ID.

Haleſinus Æneas | Vetus, *Æneas*. NANNIVS.

Cui ſenatus dederat publice cauſam | *Cauſam dare*, pro negotium dare, notanda locutio, cujus nullam adhuc ſimilem reperire potui. HOTT. *Dederat publice cauſam* | Nihil mutandum: dederat cauſam autem, id eſt, dederat totam controverſiam litteris perſcriptam, ut eam me doceret. LAMBIN. *Publice*, eſt auctoritate juſſu & nomine totius ſenatus. Sic *publice litteras dare* dicitur ſenatus, cum ejus nomine litteræ mittuntur ad aliquem. GRÆV.

Mihi fratrique meo) L. Tullium fratrem dicit patruelem, qui cum Cicerone profectus erat in Siciliam, inquirendorum Verris criminum cauſa. Idem libro de Finibus V. *Vnaque noſcum Q. Frater & T. Pomponius, & L. Cicero frater noſter, cognatione patruelis, amore germanus*. HOTT.

Decumarum nomine) Alterarum. ID.

Poſco rationes : inſpicio litteras : video frumenti granum Haleſinos, quibus LX. millia modium imperata erant, nullum dediſſe: pecuniam Volcatio, Timarchidi, ſcribæ dediſſe. Reperio genus hujuſmodi, judices, prædæ, ut Prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, ſed vendat : pecunias, quas civitatibus diſtribuere debebat, eas omnes avertat, atque auferat. Non mihi jam furtum, ſed monſtrum, ac prodigium videbatur, civitatum frumentum improbare, ſuum probare : cum ſuum probaſſet, pretium ei frumento conſtituere: quod conſtituiſſet, id civitatibus auferre: quod a populo Romano accepiſſet, tenere.

74. Quot vultis eſſe in uno furto peccatorum gradus? ut ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte non poſsit. Improbas frumentum Siculum. Quid? ipſe quod mittis? peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſsit? Cum ſenatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum, aut cum populus jubet, hoc, ut opinor, intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu, cum civitatum Siciliæ vulgo omne frumentum improbas, num ex Ægypto, aut ex Syria frumentum Romam mittis? Improbas Haleſinum, Cephalœditanum, Thermitanum, Amiſtratinum, Tyndaritanum, Herbitenſe, multarum præterea civitatum. Quid accidit tandem, ut horum

Sexaginta millia modium) Vetus: *Sexagena millia modium*. NANN. Recepit Lambinus.

Civitatum frumentum improbare, pretium ei frumento conſtituere, quod conſtituiſſet, id civitatibus auferre) Ingens hic defectus, ſed juſtum ſupplementum habes ex veteri exemplari : *Civitatum frumentum improbare, ſuum probare; cum ſuum probaſſet, pretium ei frumento conſtituere, quod cum conſtituiſſet, id civitatibus auferre*. NANN.

Quot vultis eſſe in uno furto peccatorum gradus?) Vetus : *Quot voltis eſſe in uno*. ID. Sic in veteribus libris ſcribitur *Volcanus* pro *Vulcanus*, *volgi* pro *vulgi*, *jocunde* pro *jucunde*. GRAV. Vide ad II. Acc. 61.

Progredi iſte non poſſet) Hoc quid ſignificet, non diſpicio. Effugere quidem & elabi hoc judicio, verbum *progredi* non declarat, quod ſi, *ipſe non poſſem* legeremus, nihil eſſet apertius, niſi forte hoc ſignificet : Singula peccata tanta ſunt, ut ſi pluribus verbis eorum indignitatem explicare vellem, ſumma & maxima viderentur : neque maiori indignitate ſcelera poſſe ſuperari. Mihi tamen correctio magis arrideret. HOTT. Hanc conjecturam ipſe Hottomannus non auſus eſt recipere, nec ullus editor, receperunt tamen nuperrime, invitis omnibus libris, tam ſcriptis manu quam typis, Pariſienſes. GRAV. Iampridem Lambinus: *Tot ſunt, ut in ſingulis inſiſtere ſi velim, progredi ipſe non poſſim*. GAR.

Quid accidit tandem ut, &c.) Sic legendum eſt : atque ut ita legatur, ratio & conſuetudo Latine loquentium poſtu-

rum populorum agri frumentum ejuſmodi, te Prætore, ferrent, quod numquam antea, ut neque mihi, neque tibi, neque populo Romano poſſet probari, præſertim cum ex iiſdem agris, ejuſdemque anni frumentum ex decumis Romam mancipes advexiſſent? quid acciderat, ut ex eodem horreo decumanum probaretur, emtum non probaretur? Dubium ne eſt, quin iſta omnis improbatio cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit? Eſto: improbas Haleſinum: habes ab alio populo quod probes: eme illud, quod placet: miſſos fac eos, quorum frumentum improbaſti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti ſatis ſit, quem civitati imperas. Dubium eſt, quid egeris? In medimna ſingula video ex litteris publicis tibi Haleſinos H-S. quinos denos dediſſe. Oſtendam ex tabulis locupletiſsimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidiſſe.

75.

poſtulat: ita enim loquitur, *nihil accidit, quamobrem*, ſeu *quare*, ſeu *cur hoc facere debeam*: licet tamen & hoc modo legere: *Qui accidit, ut horum, &c.* Nam ſic quidem loquuntur Latini, *accidit, ut*, &c. ſed, *nihil accidit, ut*, vel, *aliquid accidit, ut*, &c. arbitror apud bonos ſcriptores non reperiri. LAMB. Legendum videtur cum Lambino, *qui accidit*, & paullo poſt, *qui acciderat*. LALLEM. An non ipſum *quid* valet *cur, qua de cauſa, qui?* Camerarius probat Naugerianæ lectionem, *tamen*, quæ in ed. quoque MCDLXXXIII. ſupereſt. Hervagium ego, ceteroſque tueor exhibentes hoc *tandem*. Permutantur iſta, ut notum eſt. GAR.

Ut neque mihi) Abſunt hæc tria verba a Venera vetere, abſunt duo poſteriora a Naug. Man. &c. Satis patet, edendum eſſe, *ut neque tibi*, omiſſis illis, *neque mihi*, quæ perperam Gruterus ex Lambiniana repetitione ad alios tranſmiſit omnes. Neque enim ipſe admiſerat homo minime ineptus Lambinus. Nemo hic vetuſtiores conſuluit, præter Olivetum, qui tamen ſpuria illa non eſt auſus ejicere. ID.

Mancipes advexiſſent) *Mancipes* hoc loco appellat publicanorum principes, Romanos homines, qui vectigalia quæſtus ſui cauſa redimebant. HOTT. Ex iis nempe civitatibus, quarum agri a Cenſoribus locabantur: vide c. 6. Harum tamen hic nominatur nulla: erat enim Haleſa immunis ex l. c. ceterarum decumas Prætor locaverat, haud certe publicanorum Equitum ſocietati. Vide c. 32. 39. 42. 43. & Aſcon. ad I. Act. 5. Verum quod ait, *frumentum ex decumis, & ex eodem horreo decumanum*, & infra, *ex eodem acervo &c.* hic denique, *mancupes advexiſſent*; id omne facit, ut eos potius intelligam mancupes, qui frumentum ex primis decumis lege Hieronica ſolvendis Romam advehendum redemerant. Hoc pluribus confirmarem, ſi opus eſſe, ut facerem, arbitrarer. GAR.

Emtum non probaretur) Lamb. ex MSo, *improbaretur?* Et ita Tullius ipſe deinceps: ſed nihil muto. ID.

Quem ei civitati imperas, emendum) Sic habet codex ille vetuſtiſſimus: hoc primum: deinde hoc totum, *Dubium eſt, quid egeris?* abeſt ab eodem codice: ſequitur enim deinceps poſt, *emendum. In medimna ſingula*. LAMB.

75. Quæ eſt ergo iſta ratio, aut quæ potius amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco ſit, ex quo ſenatus, & populus Romanus emi voluerit: ex eo acervo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probaris: deinde a civitatibus pecunias ad emendum frumentum cogere, cum ex ærario acceperis? Vtrum te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere a Siculis, an populi Romani pecunia frumentum ab Siculis emere juſsit? Iam vero ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. Accipis enim H-S. XV. pro medimno: tanti enim eſt illo tempore medimnum: retines H-S. XVIII. tanti enim eſt frumentum Sicilienſe ex lege æſtimatum. Quid intereſt, utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris, ſed frumento probato, & accepto, pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam ulli diſſolveris civitati; cum æſtimatio legis ejuſmodi ſit, ut ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te Prætore, etiam grata eſſe debuerit? Eſt enim modius lege H-S. III.

Lex Terentia) Frumentaria, de qua ſupra HOTT. Lambinus: *Vtrum enim te lex Terentia Siculorum, an populi Romani pecunia frumentum ab Siculis emere juſſit?* Eſt hoc longe concinnius: mihi quoque illa, quæ Lambinus ejicit, gloſſam ineptam redolent: eaque ſaltem uncis includerem. GAR.

H-S XV.) Id eſt, ſeſtertios quinos denos. ID. Integris litteris *quinos denos* habet Ven. MCDLXXXIII. & Naugeriana: quod valde intereſt non ignorare. GAR.

Tanti enim eſt illo tempore medimnum) Subaudi, *venditum*: niſi forte a librario prætermiſſum eſt. HOTT. Eſſe, pro venale eſſe, æſtimari, vendi Cicero ſæpius uſurpat. Pro Roſc. Comœdo 10: *Ex qua parte erat Fannii, non erat H-S* IↃↃↃ, *ex qua parte erat Roſcii, amplius erat H-S* CCCIↃↃↃ. Id. IX. ad Attic. 13. *Id ego volui Q. ſed pluris eſt*. Sic etiam Ælian. Var. Hiſt. I. 20. GRÆV. Fuit aliquando triticum H-S. ternis, ut conſtat ex c. 81. in ſingulos modios, hoc eſt, H-S. XVIII. in medimnum: ſed non quo tempore Hæſinis æſtimabatur. GAR.

Retines H-S. XII.) Et paullo ante, & modo paulo infra: *Modios ſingulos ſeſtertiis ternis æſtimatos dicit*: ut hoc loco, non XII. ſed XVIII. reponendum eſſe videatur. HOTT. *Retines ſeſtertia duodecim, tanti enim eſt frumentum Sicilienſe ex lege æſtimatum*) Vetus: *Retines ſeſtertia* XXI. & eumdem numerum in ſequentibus habet. Iterum *pop. Rom. a quo H-S.* XXI. *in medimno* pro eodem illo frumento abſtuliſti. NANN. *Retines H-S.* XVIII.) Sic legendum eſt, libris omnibus invitis, nam ſi medimnum ſex modios continet, & modius ſeſtertiis tribus lege æſtimatus erat, ut mox dicetur: legi aliter non poteſt. LAMB. *Retines H-S.* XVIII.) Eſt ab Hottomanno, nam vulgo; XII. Nannii MSi XXI non hic modo, ſed iterum infra. GRUT.

Frumentum non improbaris) Addit Lambinus, MSo allegato, *frum. Sicilienſe non impr.* GAR.

Vt ceteris temporibus) Cum alii Prætores eſſent, & frumentum Siculis ſuum relinquerent. HOTT.

Digitized by Google

III. æſtimatus. Fuit autem, te Prætore, ut tu in multis epiſtolis ad amicos tuos gloriaris, H-S. II. Sed fuerit H-S. III. quoniam tu tantum a civitatibus in modios ſingulos exegiſti. Cum, ſi ſolveres Siculis tantum, quantum te populus Romanus juſſerat, aratoribus fieri gratiſsimum poſſet: tu non modo eos accipere, quod oportebat, noluiſti: ſed etiam dare, quod non debebant, coegiſti. Atque hæc ita geſta eſſe, judices, cognoſcite & ex litteris publicis civitatum, & ex teſtimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non interpoſitis, neque perturbatis, neque repentinis, ſed certis, inſtitutis, ordine relata, atque confecta ſunt. Recita rationes Haleſinorum. Cui

Vt in multis) Omnes alii, *Vt tu in multis*. IDEM.

Ad amicos tuos gloriaris] Nam annonam vilem fuiſſe magiſtratus geſti tempore, glorioſum erat magiſtratibus. Epiſtolæ autem ad Hortenſium miſſæ, in qua hoc idem ſcriptum erat, mentionem facit infra. ID.

II. *Sed*] Liber antiquiſſ. habet, . II. S. id eſt, ſeſtertiis duobus, & ſemiſſe, quo modo legendum cenſeo. LAMB. Cur non idem reſtituit infra c. 81.? Ibi etiam MSS conſtanter H-S. II. neque aliter eſſe potuit, ut ex iis, quæ mox dicam, liquido conſtabit: GAR.

Sed fuerit H-S. III.] Vetus, *Sed fuerit* H-S. III. S. hoc eſt, *trium & ſemis*. NANN. Pudendus hic error nimis patienter hactenus toleratur. Huc pertinent proximæ illæ Fabriciani notæ, H-S. II. 5. ſive tranſpoſitæ fuerint in ipſo codice, ſive oculus conferentis, quod facillimum eſt, aberraverit. Certum eſt enim, cum Verres pro ſingulis medimnis H-S. *quinos denos* exegerit, quæ porro conſtans in hac oratione æſtimatio eſt, eam ſummam in ſex partes diviſam, ut modii pretium deſcribatur, H-S. binos, & ſemiſſem dare. Ita ergo reſtitue. Nannii codex, uno addito numero, leviter peccavit: vel ejus eſt lectio ad ſuperiora retrahenda. Qui enim pro legis æſtimatione habet H-S. XXI, conſpirantibus etiam ceterorum codicum mendis, ſi conſtans ſibi eſſe velit, ſupra debet legere: *eſt enim modius lege* H-S. III. 5. *æſtimatus*. Tum rectum fiet: *retines* H-S. XXI. & c. 77. *populo Rom. a quo* H-S. XXI. &c. Verum hac ratione c. 70. legere oporteret: *Pretium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos* H-S. III. 5. ideſt, *terni, ſemis*: quod tamen nullo in MSo, nedum in hoc, ubi debuit, repertum ſcimus. Res eſt nihilominus conſideranda, cum præſertim vulgata olim ibi fuerit, *ternos*. Potuit conjuncte fuiſſe, *ternis* pro *terni*. S. Numeri autem Hottomanniani, ut nunc æſtimatio legitur, neceſſarii, ſed nullo ex MSo. GAR.

Non interpoſitis) Non nominibus quibuſdam intermixtis, atque interjectis. HOTT. *Non interpolatis*] Sic reſtitui, atque ita legendum. *Interpolatæ* autem *litteræ* intelliguntur, in quibus veſtigia ſunt mendarum correctarum, multæque lituræ, quæ ſignificent ab initio non eſſe recte neque emendate ſcriptas, poſtea autem correctas. LAMBIN. Cum Hottomanno ſentit celeb. Burmannus ad Phædri prologum ſecundum lib V. Eum vide. Rationibus *interpoſitis* hic opponuntur *certæ*. GARATON.

Ordine relata, atque confecta ſunt)

 Qui-

Cui pecuniam datam dicit? Dic: dic etiam clarius. VOLCATIO. TIMARCHIDI. MÆVIO.

76. Quid eſt, Verres? ne illam quidem tibi defenſionem reliquam feciſti, mancipes in iſtis rebus eſſe verſatos? mancipes frumentum improbaſſe? mancipes pretio cum civitatibus decidiſſe, & eoſdem abs te illarum civitatum nomine pecunias abſtuliſſe: deinde ipſos ſibi frumentum coemiſſe: nihil hæc ad te pertinere? Mala mehercule, ac miſera defenſio, Prætorem hoc dicere: *ego frumentum neque attigi, neque aſpexi: mancipibus poteſtatem probandi, improbandique permiſi: mancipes a civitatibus pecunias extorſerunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi.* Mala eſt hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita defenſio criminis: ſed tamen hac ipſa tibi, ſi uti cupias,

Quidam legendum putant: *In ordinem relata, atque conjecta ſunt*. LAMBINUS.

Cui pecuniam datam dicit? dic etiam clarius) Recepi ex primo Francii voculam *dic* repetitam pulcre, & ἐν δυνάμει. Sic enim ille: *Dic, dic etiam clarius*. GRÆV. Non hæc unius codicis lectio eſt, ſed vulgata jampridem, atque optima. Sic enim Veneta, Naug. Manut. &c. Ex Lambinianis mendum Gruterus arripuit: ſublatum a Grævio Verburgius revocavit. GARAT.

Magna mehercule, ac miſero) Prim. Franc. *Mala mehercule, ac miſera*. Sis & Victor. & aliæ nonnullæ vetuſtiores editiones, ſententia omnino id poſtulante, & ipſo Tullio, qui ſtatim: *Mala eſt hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita defenſio*. Iac. Gronovius etiam vidit. GRÆV.

Ego frumentum neque attigi, neque aſpexi) Vetus, *Inſpexi*. *Inſpicere* diligentioris curæ eſt, *aſpicere* negligentioris, & quaſi primoribus, ut ſic dicam, oculis delibare: communem tamen lectionem præfero ob alluſionem, quæ eſt in præpoſitione *ad*, unde ambo verba incipiunt, *neque attigi, neque aſpexi*. Indicat autem Verres, vel nullam ſibi ejus rei, vel minimam curam fuiſſe. NANNIUS. Recepit Car. Stephanus in contextum *inſpexi*. GRÆV. Item LAMBIN.

Mala eſt hæc quidem, ut dixi, &c.) Sic reſtitui, partim auctoritate codicis illius veteris fretus, partim conjectura ductus. Proponam igitur antiquam ſcripturam, quæ talis eſt: *Mala eſt hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita, maximoeum peccatorum, hujus autem iniquitatis, & inertiæ confeſſion. defenſio criminis*. Ex qua hanc facio: *Mala eſt hæc quidem, ut dixi, ac perdita maximorum peccatorum per hujuſmodi incuriæ, & inertiæ confeſſionem defenſio: ſed tamen &c.* Licet continuo videre lectori, etiam me tacente, quid ſecutus ſim, quid mutarim, quid delerim. Si quis hic plus videbit, ei gratulabor. LAMBIN. Hæc verba, quæ in vulgatis deſiderantur, ex optimo Fabricii codice procul dubio promſit Lambinus, hic non ſunt negligenda. Nam ex illo codice multa loca egregie ſunt emendata. Sapiunt ſane Ciceronis eloquentiam, & maxime faciunt ad hujus ſententiæ exaggerationem, nec potuerunt ab ullius interpretis manu, aut, ut loquuntur, gloſſa ex margine irrepſiſſe. Sed quoniam vitiis ſunt ultima inquinata, melior codex, ex quo illa quoque poſſint redintegrari, eſt exſpectandus. Mihi videntur duo verba

cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ, tuorumque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem, columen familiæ veſtræ, premit fauces defenſionis tuæ: cui ſimul, & Volcatio pecunia a civitate numerata eſt. Iam vero ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex his rebus invenit, iſta te ratione uti non ſinet. Quid igitur eſt reliquum, niſi uti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia miſiſſe: publicam pecuniam domum tuam convertiſſe? O conſuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis, & audacibus, cum pœna abſuit, & licentia conſecuta eſt! Iſte in hoc genere peculatus non nunc primum invenitur: ſed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari Quæſtori ad ſumtum exercitus conſularis: vidimus paucis poſt menſibus & exercitum, & Conſulem ſpoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine, ac tenebris, quæ totam rempublicam tum occupaverant. Iterum geſſit hereditariam quæſturam cum Dolabella: magnam pecuniam avertit: ſed ejus rationem cum damna-

ba eſſe ſuperflua, quæ ſi deleantur, & una littera, quæ in MSo deſideratur, addatur, omnia eſſe ſana. Nimirum ſcripſit Cicero: *Mala eſt hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita maximorum peccatorum, hujus iniquitatis & inertiæ confeſſione defenſio*. Id ſane recepi, *ac potius perdita*. Sane fuit iniquitas, cum permiſit, mancipes frumentum ſe inconſulto improbare, & pecuniam civitatibus extorquere, & ſimul *inertiæ*. Prætoris enim eſt hæc curare. GRAV.

Vetat te Volcatius) Quod pecuniam ipſe ab aratoribus extorſit. HOTTOM.

Premit fauces defenſionis tuæ) Tollit & infirmat: nullum relinquit iſti defenſioni locum. Deducta eſt translatio ab iis, quibus ſi, cum aliquid dicturi ſunt, premantur fauces, loquendi facultas adimitur. IDEM.

Iſta te ratione uti) Vnus, quod ſciam, Lambinus maluit, *oratione*. Confer locum ſimilem II. Acc. 68. Ibi contra vulgata eſt ſine varietate, *eripiunt iſtam orationem*. GARAT.

Demum tuam convertiſſe) Rectum hoc haud minus eſt, quam *in rem ſuam convertere* pro Amer. 39. 49. I. Act 14. Firmum autem ab Ven. Naug. Man. &c. Tamen Lambinus, *avertiſſe*, alii ad marg. notati *averriſse*, & *converriſse*. IDEM.

Cum pœna abſuit) Sic in Orat. pro Milone, *Magna eſt illecebra peccandi impunitatis ſpes*. HOTTOM.

Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris) Oppreſſa dominatione Sullæ Republica. Similiter in Orat. quam habuit in Senatu poſt reditum: *In rep. caliginem & tenebras* fuiſſe dicit, cum eſſet Gabinii, & Piſonis oppreſſa Conſulatu. IDEM.

Tum occupaverat) *Occupaverant*, numero multitudinis, poſtulat (opinor) ſententia. IDEM. Nemo jam verr. edd. Ven. Naug. &c. nemo Manutium ſequitur, qui eas editiones non abſurde *occupaverat* dediſſe perſpexit. Remotiora interdum in compoſitione ſpectari, vulgo compertum eſt. Lambinus tamen, *occuparant*. Mihi de Tullii manu nondum liquet. GARATONIUS.

Lutra

damnatione Dolabellæ permiſcuit. Commiſſa eſt pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timide, nec leviter hæc improbiſsima lucra ligurientem: devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. Ita ſerpit illud inſitum in natura malum, conſuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ ſtatuere ipſe ſibi non poſsit. Tenetur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifeſtis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur divinitus incidiſſe, non ſolum ut eas pœnas, quas proxime meruiſſet, ſolveret: ſed ut illa etiam ſcelera ejus in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur.

77. Etenim nova quoque res alia exſtitit, judices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem ſuperioris illius decumani criminis. Nam, ut illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc IↃ.CC. millia modium, quod emtum populo Romano darent, non habuiſſe: ſed a tuo procuratore, hoc eſt, ab Apronio emiſſe: ex quo intelligi poteſt, nihil te aratoribus reliqui feciſſe: ut hoc prætercam, quod in multis eſt teſtimoniis expoſitum; poteſt illo quidquam eſſe certius, in tua poteſtate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ per triennium, atque omnes fructus agri decumani fuiſſe? Cum enim a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas, unde erat frumentum, quod Romam mitteres, ſi tu id non omne clauſum, & compreſſum poſsidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæſtus fuit ipſius frumenti, quod erat ereptum

Lucra ligurientem) Senſim carpentem & delibantem: nam *ligurire* tenuiter & quaſi faſtidioſe cibum capere ſignificat. Terentius in Eunucho:
Quæ dum foris ſunt nihil videtur mundius;
Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans:
Quæ cum amatore ſuo cum ſunt, liguriunt.
Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam,
Quam inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque avidæ cibi. HOTTOM.

In hæc DCCC. millia) Imperata, & civitatibus æquabiliter diſtributa. IDEM. *In hæc DCCC. mod. &c.*) Hic aperte demouſtrat *DCCC. mod.* ad imperatum frumentum pertinere. NANNIUS.

Quod in multis eſt teſtimoniis expoſitum) Vetus liber, *quod multorum eſt teſtimoniis &c.* F. URSIN. Admiſit hoc Lambinus, & optimum eſt. Idem infra, *primus tibi ille quæſtus erat, ipſum frumentum*, non neceſſario emendabat. GARAT.

Alter

ptum ab aratoribus : alter , quod frumentum improbiſsime per triennium partum, non ſemel, ſed bis, neque uno, ſed duobus pretiis unum , & idem frumentum vendidiſti : ſemel civitatibus H-S. XV. in medimnum, iterum populo Romano, a quo H-S. XVIII. in medimna pro eodem illo frumento abſtuliſti. At enim frumentum Centuripinorum , & Agrigentinorum , & nonnullorum fortaſſe præterea probaſti , & his populis pecuniam diſſolviſti. Sint aliquæ civitates in eo numero , quarum frumentum improbare nolueris : quid tandem? his civitatibus omnis ne pecunia , quæ pro frumento debita eſt, diſſoluta eſt? Vnum mihi reperi, non populum, ſed aratorem: vide, quære, circumſpice , ſi quis forte eſt ex ea provincia, in qua tu triennium præfuiſti, qui te nolit periſſe : unum , inquam , da mihi ex illis aratoribus , qui tibi vel ad ſtatuam pecuniam contulerunt , qui ſibi dicat pro frumento omne eſſe , quod oportuerit , ſolutum: confirmo, judices, neminem eſſe dicturum.

78. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti , certis nominibus deductiones fieri ſolebant : primum pro ſpe-

Alter quo id frumentum) Vetus : *Alter quod frumentum*. NANNIUS. Merito probavit C.Stephanus. GRÆV.

H-S xv.) Seſtertios quinos denos , ut infra. HOTTOM.

H-S XII.) Corrupte , item ut illud in Aldi libro XXI. ſed dixi paullo ſupra quamobrem hoc quoque loco H-S. XVIII. legendum arbitrarer. IDEM. *A quo H-S* XVIII.) Placet magis XII. F.VASSIN. Male. Prim.Franc. *ſexterr*. XXXI. GARVIUS. Venera cum Nanniano, XXI. Vide ad c. 75. Quod ait , *in medimna* , ita defendi poteſt, ut ſubaudiatur , *ſingula* . Ita *millia* Livius pro ſingulis millibus : qua de re vide I.F.Gronovium ad XXIX. 15. GARAT.

Vide , quære , circumſpice) In vetere libro , *undique circumſpice* ſcriptum eſt : ut *vide* , *quære* ex unico verbo *undique* ſcribendum eſſe videatur . F. VRSINUS.

Certis nominibus) Nondum conſtitui, utrum ſit ſcribendum , *certis nominibus* , an , *rectis nominibus* , qua de re, in adnot. in Orationem pro Quintio nonnihil diximus , ſed plura in commentariis Horatianis , ad illum verſum epiſt. 1. lib. II. *Cautos nominibus certis expendere nummos* . LAMBINUS . Nihil hoc loco clarius . *Nomina certa* ſunt præſtitutæ quædam , & definitæ cauſæ , propter quas hæ deductiones fiebant : quod Bentleianis rationibus favere diximus ad c. 11. pro Quint. Haud ita vero, ut nihil amplius poſſit ſubeſſe, quam quod Bentleius exiſtimabat . Nam ſane *certis nominibus deducere* eſt ita deducere, ut non modo qua de cauſa , verum etiam quantum pro unaquâque cauſa , ſive titulo deducatur , perſcriptum ſit diligenter . *Binæ quinquageſimæ* , verbi cauſa , *ſcribæ* , id eſt , *cerarii* , quod ad eum pertinebat, , *nomine de tota pecunia* , ut infra dicitur , erant detrahendæ . Tabula frumenti ſummam continens afferebatur , & ejus æſtimationem perſolvendam : ex toto pretio

ſpectatione, & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia, judices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſsimorum ſunt vocabula: nam collybus quinam eſſe poteſt, cum utantur omnes uno genere nummorum? cerarium vero quid? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus, quomodo ad pecuniam publicam allatum eſt? Nam illud genus tertium deductionis erat ejuſmodi, quaſi non modo liceret, ſed etiam oporteret: nec ſolum oporteret, ſed plane neceſſe eſſet. Scribæ nomine de tota pecuuia binæ

rio quanti eſſent quinquageſimæ ſcripium erat, totum id autem, quod quinquageſimæ nummorum conſtituebant, expenſum ſcribæ ferebatur pro cerario. Ita deductionis erat *certum nomen*. Vide quæ l. c. diſſeruimus, & Cortium quoque confer ad Salluſt. Catil. XXXV. n. 3. & ipſum Bentleium ad Horat. II. ep. 1. 105. GARATON.

Pro ſpectatione & collybo) *Spectatione*, probatione pecuniæ, quæ a nummulariis ſpectabatur. *Spectatur*, inquit Donatus, *probatur, ut ſpectatores pecuniæ dicuntur*. Plautus in Perſa: *Toxilus: Numi ſexcenti hic erunt, probi, numerati. Dorpalus: Non hercle qui nunc hoc dem ſpectandum ſcio*. *Collybus* autem proprie minuta eſt moneta; ſed fere pro permutatione nummorum ſumitur, qui in alienam regionem, in qua diverſi generis nummorum uſus eſt, deportantur. Cicero *permutationem* appellat in epiſt. ad Appium Pulcrum, cujus initium eſt: *Tralles veni: Puto*, inquit, *me Laodiceæ fore, ubi perpaucos dies dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor*. Etiam pro rerum omnium permutatione cum pecunia, quæ fit ab argentariis, *collybus* dicitur, ut apud Ciceronem ep. 5. libri ad Attic. XII. *Cum omnia, quæ haberet, cum argentario Cælio permutare vellet, & in auream pecuniam redigere*. HOTTOM.

Non rerum certarum) *Certas res* dicit, quaſi probatas ac receptas: ut pro Quintio, *certum patrem familias*, probatum & cognitum. HOTTOM.

Nam collybus eſſe qui poteſt) Vetus: *Nam collybus quinam eſſe poteſt?* Eſt autem hic *collybus* pretium, quod accipit argentarius pro opera impenſa in pecuniis permutandis: aliquando eſt livor ex ærugine nummorum digitis computantium adhæreſcens. NANNIUS. Sequor hunc codicem cum C. Stephano. GRAV.

Cerarium quid vocas) Utrum *cerarium* eum appellat, qui ex cera tabulas conficiebat? *Ceratas* enim *tabulas* fuiſſe conſtat, ut quoniam aratoris rationibus hæ tabulæ ſerviebant, deduci aliquid juberet Verres, quod pro ætarii mercede diſſolveretur. An *cerarium* dicit locum, in quo cera reconditur, ut *tabularium*, in quo tabulæ? Scribæ autem daretur hæc deductio, quaſi pro cera quæ ex cerario promebatur. Nam Scribarum hanc fuiſſe tertiam deductionem ſignificare videtur. HOTTOM. *Cerarium vero quid vocas, quomodo hoc nomen*) Vetus: *Cerarium vero quid? quomodo hoc nomen, &c.* Videtur autem hic cerarium eſſe pretium, quod exigunt ſcribæ pro impenſis ceræ. NANNIUS. Hic quoque C. Stephanus, ſed & Gruterus Nannii codicis ſcripturam probarunt: *Cerarium* eſt quod pro cera exigitur, ut *vaſarium*, pecunia quæ pro vaſariis, id eſt, pro utenſilibus attribuebatur ex ærario magiſtratibus in provincias proficiſcentibus. Sic *ſalarium*, antiquitus, quod dabatur pro victu, in quo principem locum tribuebant ſali. *Linguarium* apud Senecam, quod pro lingua, quæ temere locuta eſt, penditur. MURET Var. lect. XII. 5. ubi vide plura. GRAV.

Scri-

næ quinquageſimæ detrahebantur. Quis tibi hoc conceſsit? quæ lex? quæ ſenatus auctoritas? quæ porro æquitas, ut tantam pecuniam ſcriba tuus averreret ſive de aratorum bonis, ſive de populi Romani vectigalibus? Nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorum injuria detrahi, populus Romanus habeat, præſertim in tantis ærarii anguſtiis: ſin autem & populus id voluit, & æquum ita eſt, ſolvi aratoribus, tuus apparitor parva mercede populi conductus, de aratorum bonis prædabitur? & in hac cauſa ſcribarum ordinem in me concitabit Hortenſius? & eorum commoda a me labefactari, atque oppugnari jura dicet? quaſi vero hoc ſcribis ullo exemplo ſit, aut ullo jure conceſſum. Quid ergo vetera repetam? aut quid eorum ſcribarum mentionem faciam, quos conſtat ſanctiſsimos homines, atque innocentiſſimos fuiſſe? Non me fugit, judices, vetera exempla pro fictis fabulis jam audiri, atque haberi: in his temporibus verſabor miſeris, ac perditis. Nuper, Hortenſi, Quæſtor fuiſti:

Scriba tuus auferret) Vetus: *Scriba tuus averreret*, ut ad etymon Verris alluſum ſit. NANNIVS. *Auferret*, vulgata, & proba lectio eſt, Venetæ, Hervag. Naug. Man. auctoritate firmata; quod non erat in V. L. omittendum. Lambinus aliquando, & nuper Lallemandus, *averteret*. Vide ad c. 60. At ſimul attende locum V. Acc. 72. ubi *auferendum* manifeſte abierat in *avertendum*. Scilicet hæc tria commutari ſolebant, ut jam unum ſpectari velim; quid maxime loco ſit aptum. Hic a vulgata non facile diſcederem, cum *auferret*, ac *averteret* credam æque convenire: quibus Nannii lectionem poſtpono; etiam ſuſpicor, illum codicem hic verbum *averto* corrumpere. GARAT.

Parva mercede populi conductus) Populus Romanus magiſtratuum miniſtris, ſcribis, accenſis, præconibus, lictoribus, interpretibus, ceteriſque apparitoribus, mercedem miniſterii perſolvebat. *Apparitorem* autem *ſcribam* hoc loco appellat, ut pagina inſequenti, de quo paullo ante diximus. HOTTOM.

Atque oppugnari injuria dicet) Vetus, & fortaſſe rectius: *Labefactari, atque oppugnari jura dicet*; quaſi cerarii jus jam ſcribis quæſitum ſit, quod ſequentia probant, cum inquit: *Quaſi vero hoc ſcribis ullo exemplo ſit, aut ullo jure conceſſum*. NANNIVS. *Atque oppugnari jura dicet*) Quidam libri & MSi & vulgati habent, *oppugnari jura*, non, ut alii vulgati, *injuria*: ego nunc illos ſequor. LAMBINVS. *Atque oppugnari jura dicet*) Hoc modo Nannianus; minus recte publicati, *prius injuria*. GRVTER. Sed in contextu Gruteri non legitur, quod laudat hic, ſed *injuria*. Verum illud cum C. Steph. reſtituimus. GRAEVIVS. Tamen recentiores omnes, *injuria*, Lambino, Grutero, Grævio merito repugnantibus, peſſimeque contemtis. GARAT.

Quid ergo vetera repetam) Sed antiquiores, & ipſæ Lambinianæ, *quid ego*. Et cur mutavit Gruterus? GRONOV. Errorem typographicum exiſtimare hunc, æquum eſt: nam vere de antiquioribus monuit Gronovius. Sed unus poſtea, quod mirere, eum ſuſtulit Lallemandus. GARAT.

Mulie

fuiſti : quid tui ſcribæ fecerint , tu potes dicere : ego de meis hoc dico, cum in eadem iſta Sicilia pro frumento civitatibus pecuniam ſolverem ; & mecum duos frugaliſsimos homines ſcribas haberem , L. Mamilium, & L. Sergium ; non modo iſtas duas quinquageſimas , ſed omnino nummum nullum cuiquam eſſe deductum .

79. Dicerem , hoc mihi totum eſſe attribuendum , Judices , ſi illi umquam a me hoc poſtulaſſent , ſi umquam omnino cogitaſſent . Quamobrem enim ſcriba deducat , ac non potius mulio , qui advexit ? tabellarius , cujus adventu certiores facti petiverunt ? præco , qui adire juſsit ? viator , ac Venerius , qui fiſcum ſuſtulit ? quæ pars operæ , aut opor-

Mulio qui adduxerit) Vetus : *Mulio qui advexerit* . Corrige ſic : *Mulio qui advexerit* . HOTTOM. *Mulio , qui advexerit*) Sic reperi ſcriptum in codice MSo , atque ita ſine dubio legendum eſt , non *potius mulio* . LAMBINUS . *Mulio qui advexerit*) Sic Pall. neque aliter fere edd. vett. vulgata *adduxeris* . GRUTER. Vide Gronov. II. de Seſtert. c. 3. GRÆV. Lambinus edidit, *advexit* , a quo , ut vidit recte Iac. Gronovius , hauſit Gruterus : deinde , cum probatum ab I. F. Gronovio l. c. fuerit , omnes retinuerunt . Quid tandem attulit vir ille ſummus ? MSos Lambini , & ſequentium *αναλογιαν* . Atqui Lambinus notæ ſuæ præfigit , *advexerit* , neque aliter in Fabriciano , ceteriſque ſuis MSis fuiſſe indicat , cum tam diligenter *mulio* reſtituat , de hac altera lectione ſileat penitus . Idem Gruterus fecit , qui dat *advexit* , firmat *advexerit* : ut jam in MSo nullo *advexit* repertum videatur umquam fuiſſe . Profecto illa modi varietas , & mutatio mihi tanti non eſt , ut MSos optimos deſerere propterea velim . GARAT.

Cujus adventu certiores facti petiverunt) Mihi *petiverunt* valde ſuſpectum eſt . Manutius dicit aratores petiiſſe pecuniam pro vendito frumento , puto , vendito prætori . Quaſi vero ad petendam pecuniam opus fuiſſet tabellario ? & non ipſi aratores ſatis huic pecuniæ colligendæ invigilaſſent. Itaque *petiverunt* delendum mihi videtur , quod neſcio unde irrepſit . Sicut in præcedentibus , *non potius mulio , qui advexit* ? & in ſequentibus , *præco , qui abire juſſit* ? *Viator ac Venerius : qui fiſcum ſuſtulit* ? Sic & in iis , quæ his interpoſita ſunt *tabellarius , cujus adventu certiores facti* ? ſcribendum exiſtimo . Certiores facti , nimirum veniendum eſſe ad prætorem . GRÆV.

Præco , qui adeſſe juſſit) Omnes alii , *abire* . Ego , *adire* . HOTTOM. *Præco qui abire juſſit*) Vetus : *Præco qui adire juſſit* . NANNIUS . *Præco qui abire juſſerit*) Scriptura hæc reſtat in omnibus libris , quos conſuluit Hottomannus : neque aliter Pall. aut edd. antiquæ ; nam neotericæ receperunt Hottomanei *adeſſe* : noſtræ ſcripturæ alludit etiam Nann. in quo *adire* : quod malim , quam illud medium , ſi quid modo mutandum . GRUTER. Cur Nanniani libri lectionem inſuper habuit Gruterus ? A tabellario certiores facti ſunt adventus prætoris : a præcone juſſi ſunt ſinguli adire prætorem : a viatoribus fiſci pleni pecuniæ, quam numeraverant aratores , ſunt ſublati . GRÆV.

Qui fiſcum ſuſtulit) *Fiſcus* eſt , in quo pecunia publica deportatur , ut patet infra . HOTTOM.

Cur

portunitatis in ſcriba eſt, cur ei non modo merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo eſt honeſtus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum committuntur. Itaque ex his ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, patribus familias, viris bonis, atque honeſtis, percontamini, quid ſibi iſtæ quinquageſimæ velint: jam omnes intelligetis, novam rem

Cur ei non modo) MSus ad Lamb. marg. *cur merces ei non tanta detur*. Ipſe hinc ſane quam pulcre formavit: *cur ei non merces tanta detur*. Supra in vet. Veneta eſt, *opportunitas*. Gasaton.

Ordo eſt honeſtus) Negat Sigon. II. de Antiq. jure civ. Rom. 14. ſed refutatus a Gutherio II. de jure Pontificio c. 13. Graevius. At vide, quid dicat Illuſtr. Spanhemius Diſſ. IX. de Præſt. & Vſu Numiſm. p. 704. Verburg. Vide Indicem V. C. Erneſti.

Tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum) Mirabilitec iſthæc interpretatus erat Cujacius libris Obſervationum: quem bene refellit Hottomannus lib. III. Obſervat. cap. 20. & 79. qui videantuc. Gruter. Quæ Hottomannus ibi tradit, quaſi *pericula* hic ſint diſcrimina in notione vulgari, alieniſſima ſunt ab hoc loco. Nam quamvis ex tabulis ſcribarum periculum poſſit naſci magiſtratibus, non minus tamen propterea inepte dicerentur ſcribis committi pericula magiſtratuum, ac ſi iis diceretur committi laus & decus illorum, quia ex tabulis ſcribarum apparet eos ſanctè ac ſecundum leges adminiſtraſſe provinciam. Nec illi ſuot audiendi, qui *paricula* hic legendum putaot, intec quos eſt doctiſſimus Sirmondus in Antirrhetico ſecunda. Sed hanc ſententiam rejecit erudite Salmaſius de Modo Vſurarum cap. 15. qui oſtendit *paricula* eſſe *sea*, *seevma*, exempla, quæ hic locum nullum habeaot, *pericula* vero eſſe libellos, tabellas magiſtratuum: & *periculum* io hac ſignificatione oriri ab obſoleto *perior*, & notare documentum, argumentum, experimentorum, probationem rei cujuſcumque vel cauſæ, & inde libellum, tabellam, titulum, columnam, cui tale documentum inſcriptum ſit. C. Nep. io vita Epaminondæ: *Neque recuſavit, quo minus legis pœnam ſubiret, ſed unum ab iis petivit, ut in periculo ſuo ſcriberent: Epaminondas a Thebanis morte multatus eſt, quod eos coegit apud Leuctra ſuperare Lacedæmonios*. In *periculo ſuo* eſt io titulo, in inſcriptione ſepulcrali. Apud Ciceronem quoque I. de Legibus veteres libros habere *periculum* pro opuſculo, ac libello: *Qui in iſto periculo non ut a poeta veritatem exigunt*. Titulus in codice *de ſententiis judicum ex periculo recitandis*: h. e. ex tabella. Graev. Vide ad II Acc. 43.

Patribus familias, viris bonis) Priſcianus lib. VI. ex hoc loco docet Latine dici *patribus familiis*, item ut ex aliis, *familiæ*, & *familiarum*. Hottom. *Patribus familiis*) Sic habet antiquiſſimus ille codex, & præterea ſic legit Priſcianus lib. VI. cujus hæc verba ſuot: *Primæ declinationis femininorum genitivum etiam in as, more Græcorum ſolebant antiquiſſimi terminare; unde adhuc paterfamilias, & materfamilias, pro, familiæ, ſolemus dicere, &c.* ſequitur paucis poſt verſibus: *Dicitur tamen & paterfamiliæ, & patresfamiliæ, & familiarum, & familiis, &c.* mox profert hunc locum. Lambin. Cur Lambinum in re tam teſtata omnes deſeruerint, cauſam reperire nullam poſſum. An Priſcianus (p. 679. ed. Putſ.) certiorem Fabriciano codice patronum exſpectare jubendus eſt, ut ea probet, quæ ipſe ſuis adſpexit oculis? Porro illa etiam, *patrr*, & *matrr*

rem totam, atque indignam videri. Ad eos me ſcribas revoca, ſi placet: noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem civitatis ſe veniſſe dicunt. Eos ſcribas tecum diſceptatores hujus criminis habebo, qui iſtos ſcribas eſſe moleſte

mater familiæ, quæ probat hic Priſcianus, non raro in alteram formam immutarunt Librarii. Superſunt tamen in optimis MSis. Vide Gronov. & Drak. ad Liv. XXXIV. 2. & hunc ad II. 36. Habes egregia denique illius genitivi *familiarum* exempla apud Cortium ad Salluſt. Cat. XLIII. n.2. Ita verus eſt undequaque Priſcianus. Mox pro *rem totam* habet Veneta, *rem actam*. GARAT.

Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis) Scribam Verris ſcenicum fuiſſe ſignificat, & ab iis qui ſuas opes in ludos profundebant, ſcenicisque corollaria præbebant, locupletatum, locum in aliqua ſcribarum decuria coemiſſe: cum tamen ex eorum eſſet numero, qui artem ſcenicam tam inepte factitarent, ut ex omnibus maxime & potiſſime exploderentur. HOTTOM.

De nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis) *Nepotes* dicuntur qui temere & inconſulte largiendo patrimonia effundunt. Hi epulis, viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu ſuas opes profundebant. *Dona* autem dicit, quæ hiſtrionibus ludis ſcenicis fiebant. *Corollaria* autem (ut ſcribit Varro) *dicebantur, quæ addita, præter quam quæ debita. Eſtque vocabulum fictum a corollis, quod hæ cum placuerant actores, in ſcena dari ſolebant*. Tranquillus in Auguſto: *Itaque corollaria, & præmia, alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra, & grandia de ſuo afferebat*. Plinius lib. XXI. *Sic coronis e floribus receptis paulo mox ſubiere, quæ vocantur Ægyptiæ: ac deinde hybernæ, cum terra flores negat, ramento e cornibus tincto, paullatimque & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis, poſtquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur*. Plutarchus autem in Catonis Utic. vita, ſcribit eum ludis Ædilitiis Favonii, coronas non ex auro, ſed ex oleaſtro certantibus dediſſe. IOAN.

De nepotum donis) Manavit ab Hottomanni editione; aliæ *bonis*, quibus reſpondent Pall. GRUTER. *Donis* ab Naug. eſt, quam P. Manutius quoque ſequitur, confirmatque diſerte Ianoctianus. Alteram vero non ſperno, quam ſervat ed. MCDLXXXIII. & Lambiniana. Præſtans omnino eſt codicis Lambiniani illa ſcriptura, *ſcenicorum*. Ita in Cenotaphiis Piſanis LVDI SCAENICI. Vide doctiſſimum Noriſium diſſ. IV. c. 6. *ſcena*, perpetuo cudi voluit in ſua Terentii editione vir politiſſimus Franc. Harius, ipſis faventibus vetuſtiſſimis MSis; qui Prol. Hec. II. 8. exhibent, *fortunam ſcenicam*, & v. 37. *ludos ſcenicos*, quod erat in rem Noriſii maxime, ſi meminiſſet. Conſule ibi Faernum, & judica, num hæc res fuerit a Weſterhovio, quod fecit, plane prætereunda. GARAT.

Cum decuriam emerunt) Locum in aliqua ſcribarum decuria. Livius de L. Petilio loquens, cujus in agro Numæ libri reperti ſunt: Q. inquit, *Petilius Prætor urbanus ſtudioſus legendi, eos libros a L. Petilio ſumſit, & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum Quæſtor Q. Petilius in decuriam legerat*. HOTTOM. Decuriæ erant collegia, in quibus librarii, ſcribæ, lictores, viatores, nomenclatores, accenſi magiſtratuum Romanorum cenſebantur. De quibus vide Valeſ. ad Am. Marcell. lib. XX. & Reineſium in epiſt. 31. ad Rupertum. GRÆV.

In ſecundum ordinem civitatis) Equeſtrem. HOTTOM.

Eos ſcribas tecum diſceptatores hujus criminis habebo) In judicio peculatus. Nam

leſte ferunt. Tametſi cum in eo ordine videamus eſſe multos non idoneos, qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati; mirabimur, turpes aliquos ibi eſſe, quo cuivis licet pretio pervenire?

80. Tu ex pecunia publica H-S. tredecies ſcribam tuum permiſſu tuo cum abſtuliſſe fateare, reliquam tibi ullam defen-

Nam hoc crimen *peculatus* eſt. Sed cur in eo judicio ſcribæ judices ſedebunt? Hoc intelligitur ex I. & II. Verrina, in quibus ſæpe oſtendi M. Aurelium Cottam Prætorem urbanum nunc legem ferre, ut judicia, quæ modo penes ſolos Senatores erant, cum equitibus, & tribunis ærariis communicentur. Scribæ autem Ordinis erant Equeſtris. Iudicium autem peculatus aperte Verri denunciat, ſupra. IDEM.

Qui ordo induſtriæ propoſitus) Ordo Senatorius. HOTTOM. Nulla hic eſt mentio ſenatorii ordinis, ſed ſcribarum, quorum ordinem honeſtum eſſe modo dixit Tullius. GRAEVIUS. Recte Hott. & Manutius. Grævium refellunt ipſa Ciceronis verba. Quis enim dicat patere dignitati ordinem, quo cuivis licet pretio pervenire? HORTENSIUS.

Mirabimur turpes aliquos in eo eſſe) Vetus: *Mirabimur turpes aliquos in eo eſſe*. Vtrumque rectum, & haud ſcio, an *aliqui* nonnumquam pro *aliquot* ponantur, ut *aliquanti* nonnumquam pro *aliquot*, & *quantum* pro *quotquot*. Catullus: *O quantum eſt hominum venuſtiorum*, pro *quotquot homines venuſtiores*. NANNIUS. Reſtituo, *in eo*, ex MSo Nannii, ed. Venet. Naug. Man. &c. Lambinus invexit *ibi*, quem omnes ita ſequuntur, ut ne varietatem quidem adnotent. *Quo* valet *ad quem*, ut apud Varronem de R. R. I. 40. *Meliori genere ut ſit ſurculus, quam eſt, quo veniat arbor*. IV. Acc. 18. *Apud eos, quo ſe contulit*: & nihil frequentius. GARAT.

Pretio pervenire) Ad ordinem ſcribarum. HOTTOM.

H-S terdecies) Atqui binæ quinquageſimæ totius ſummæ. id eſt, H-S. trecenties & ſexagies ſexies, efficiunt quatuordecies & ſexagies ſupra quadringenta millia. *Terdecies* vero ſumma eſt eadem ac *tricies*, ut non *terdecies* hoc loco legendum eſſe videatur, ſed potius *tredecies*; & ſumma illa binarum quinquageſimarum minime plena ſit: quod non æquabiliter ab omnibus eas civitatibus abſtulerit. Et profecto ita eſt, ut major hæc ſumma eſſe videatur, quam ut eam ſcribæ permiſſam fuiſſe veriſimile ſit. Efficit enim aureorum ſeptuaginta quinque millia; at H-S. *tredecies*, XXXII. millia & quingentos. Sed nihil attinebat hunc laborem ſumere, ſi Aldinum aut alios libros in tempore vidiſſem: in quibus, non *terdecies*, ſed *tredecies* legitur. Sic igitur corrigendum. IDEM. *H-S. quatuordecies, &c.*) Sic eſt legendum, neque dubitandum, quin ita a Cicerone ſit ſcriptum, quamvis in Aldinis libris, & nonnullis MSis legatur, *tredecies*. Nam binæ quinquageſimæ totius illius ſummæ, quæ Verri triennio fuerat erogata ex ærario, quæ erat fere H-S trecenties ſexagies, efficiunt quatuordecies ſeſtertium, & paullo plus, nempe quadraginta millia, quorum Cicero rationem non habet. LAMBINUS. *Tredecies* eſt etiam in Francii primo. GRAEV. Sana iſthæc ſumma eſt. Manutius non animadvertit verba illa c. 78. *ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti &c.* tam pro decumano, quam pro imperato frumento ſolvendam comprehendere. Vidit hoc Lambinus: ſed calculum exegit ad ſummam non rectam. Repete caput 70. Ipſius Tullii ſumma eſt, *prope centies, & vicies* in annos ſingulos. Niſi addidiſſet *prope*, toto triennio erogatum eſſet H-S. trecenties, & ſexagies. Erit ne tamen illa plane inutilis adjectio? Aut erit illa ſumma ve-

ſenſionem putas eſſe? hoc ferre quemquam poſſe? hoc quemquam denique nunc tuorum advocatorum animo æquo audire arbitrare? qua in civitate C. Catoni, clariſsimo viro, conſulari homini, H-S. XVIII. millibus lis æſtimata ſit; in eadem civitate apparitori tuo eſſe conceſſum, ut H-S. uno nomine tredecies auferret? Hinc ille eſt annulus aureus, quo tu iſtum in concione donaſti, quæ tua donatio ſingulari impudentia prædita, nova Siculis omnibus, mihi vero etiam incredibilis videbatur. Sæpe enim noſtri imperatores, ſuperatis hoſtibus, optime republica geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt. Tu vero quibus rebus geſtis, quo hoſte ſuperato, concionem donandi cauſa advocare auſus es? Neque enim ſolum ſcribam tuum annulo, ſed etiam virum fortiſsimum, ac tui diſsimillimum, Q. Rubrium, excellentem virtute, auctoritate, copiis, corona, & phaleris, & torque donaſti: M. Coſſutium, ſanctiſsimum virum, atque

verior, quæ probari non debuit, quam hæc ex ipſo furto exſurgens, H-S. trecenties, vicies, & D. millia? Tantum enim toto triennio accepit ab ærario C. Verres, ſi binæ quinquageſimæ tredecies confecerunt. Veritatem omnino hic ſequi Tullius debuit. FERRAT. Potuit aliquid etiam, ut ſolet, infra veritatem dicere. Unde colligas, veram pecuniæ publicæ ſummam neque illam ſuperiorem eſſe propter adjectum illud *prope*, neque hanc ipſam fortaſſe, quæ hinc eruitur, ſed mediam potius quamdam: quæ tamen binas quinquageſimas ad quatuordecies non evehat. Si plura cupis adverſus Manutium, haud tamen neceſſaria, ipſum vide Ferratium VI. ep. 2. GARAT.

C. Catoni clariſſimo viro) Vide Orat. ſeq. De litis autem æſtimatione dictum eſt ſupra. HOTTOM.

H-S. XVIII. millibus) Coronatis CCCCL. & ſic malo legere, quam ut in aliis nonnullis, *VIII. millibus*, quæ ſumma ducentis aureis noſtratis pecuniæ reſpondet. Sed quid attinet argumentari, cum hanc ſcripturam omnes libri retineant in Orat. ſequenti? IDEM.

Hinc ille annulus aureus) Plinius lib. XXXIII. *Annuli*, inquit, *diſtinxere alterum ordinem a plebe*. Et paullo poſt: *Annuli plane medium ordinem tertiumque plebi & patribus inſeruere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ judices tribuunt*. IDEM.

Corona & phaleris & torque donaſti) *Coronæ civicæ* civi dabantur ob civem in prælio ſervatum. Dabantur & *vallares, muraleſque coronæ*. *Phaleris* autem equitum nobilium equos ornari ſolitos, conſtat ex Livio & Plinio. De *Torquatis* autem *militibus* Vegetius lib. II. ſic ſcribit: *Torquati*, inquit, *duplares, torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem, interdum duas conſequebatur annonas, duplares duas, ſimplares unam*. De hiſce omnibus Suetonius in Auguſto ſic ſcribit: *Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, quidquid auro, argentoque conſtaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcederent, dabat. Has quam parciſſime & ſine ambitione, ac ſæpe etiam caligatis tribuit*. IDEM.

Inge-

atque honeſtiſsimum: M. Caſtritium, ſummo ſplendore, ingenio, gratia præditum. Quid hæc ſibi horum trium civium Romanorum dona voluerunt? Siculos præterea potentiſsimos, nobiliſsimoſque donaſti: qui non, quemadmodum ſperaſti, tardiores fuerunt: ſed ornatiores tuo judicio ad teſtimonia dicunda venerunt. Quibus ex hoſtium ſpoliis? de qua victoria? qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio conſtituta eſt? an quod, te Prætore, paucorum adventu myoparonum claſsis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præſidiumque provinciæ, piratarum manibus incenſa eſt? an quod ager Syracuſanus prædonum incendiis, te Prætore, vaſtatus eſt? an quod forum Syracuſanum navarchorum ſanguine redundavit? an quod in portu Syracuſano piraticus myoparo navigavit? Nihil poſſum reperire, quamobrem te in iſtam amentiam incidiſſe arbitrer: niſi forte id egiſti, ut hominibus ne obliviſci quidem rerum tuarum male geſtarum liceret. Annulo eſt aureo ſcriba donatus, & ad eam donationem concio eſt advocata. Quod erat os tuum, cum videbas in concione eos homines, quorum ex bonis iſte annulus aureus donabatur, qui ipſi annulos aureos poſuerant, liberiſque detraxerant, ut eſſet, unde ſcriba tuus hoc tuum munus, ac beneficium tueretur? quæ porro præfatio tuæ donationis fuit? Illa ſcilicet vetus, atque imperatoria? QVANDO. TV. QVIDEM. IN. PRELIO. IN. BELLO. IN. RE. MILITARI. cujus ne mentio quidem, te Prætore, ulla facta eſt: an illa? QVANDOQVIDEM. TV. NVLLA. VMQVAM.

Ingenio, gloria preditum) Impreſſi multi, *gratia preditum*: quod magis arridet. IDEM. *Ingenio, gloria preditum*) Vetus: *Ingenio, gratia preditum*. NANN.

Piratarum manibus incenſa eſt) Vide Verr. VII. infra. HOTTOM.

Prædonum incendiis) Hoc alibi dictum non memini. IDEM.

Male geſtarum) Hæc duo verba Lambini codex ignorat. GARAT.

Vt eſſet, unde ſcriba tuus hoc tuum munus, ac beneficium tueretur) Cenſus equeſtris ſeſtertium erat quadringentorum millium; auctor Suetonius. Hunc cenſum Equites tueri oportebat: alioqui equo publico a Cenſoribus multabantur. HOTTOM. Recte Hottom. *ut eſſet*. Sic quoque prim. Francii, quod & Iac. Gronovius animadvertit. GRAEVIVS. *Eſſet* repoſuimus; diſcedentes ab Gruteriano *eſſent*. Sic XI. ad Attic. 11. *Videas, ut ſit, qui utamur*. GRONOV.

In prelio, in bello) Inter *bellum* & *prelium* quid interſit, declarat Livius his verbis libro extr. belli Punici: *Faſſus in curia eſt, non prælio modo ſe eſſe, ſed bello victum*. HOTTOM.

QVAM . MIHI . IN . CVPIDITATE . AC . TVRPITVDINE . DEFVISTI . OMNIBVSQVE . IN . IISDEM . FLAGITIIS . MECVM . ET . IN . LEGATIONE . ET . IN . PRÆTVRA . ET . HIC . IN . SICILIA . VERSATVS . ES . OB . HASCE . RES . QVONIAM . TE . LOCVPLETAVI . HOC . ANVLO . AVREO . DONO. Vera hæc fuiſſet oratio ; non enim iſte anulus aureus abs te datus, iſtum virum fortem, ſed hominem locupletem eſſe declarat, Ita eumdem anulum ab alio datum, teſtem virtutis duceremus, abs te donatum, comitem pecuniæ judicamus.

81. Dictum, judices, eſt de decumano frumento : dictum de emto : extremum, & reliquum eſt de æſtimato : quod cum magnitudine pecuniæ, tum injuriæ genere quemvis debet commovere : tum vero eo magis, quod ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed improbiſſima confeſſio comparatur. Nam cum ex S. C. & ex legibus frumentum ei in cellam ſumere liceret, idque frumentum ſenatus ita æſtimaſſet, quaternis H-S. tritici modium, binis hordei, iſte, numero ad ſummam tritici adjecto, tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis ternis æſtimavit. Non eſt in hoc crimen, Hortenſi : ne forte ad hoc meditere:

Et in pretura) Particula *in* deſiderabatur in vulgatis. Reſtitui ex primo Francii. GRÆV. Reſtituerat jamdiu Lambinus, vel potius retinuerat : erat enim in Ven. Naug. Man. GARAT.

Ita eumdem anulum) *Ita*, pro itaque : ut lib. de Nat. deor. I. *Virtus autem actuoſa eſt, & Deus veſter nihil agens : expers virtutis igitur : ita ne beatus quidem eſt*. HOTTOM.

De æſtimato) *Æſtimatum frumentum* eſt, quod ex S.C. & legibus Prætori in cellam certo pretio imperatum, æſtimare ipſi, & pecuniam pro frumento accipere licebat. Dabat igitur Senatus Quæſtori ex ærario pecuniam, quam aratoribus ac civitatibus pro frumento ſolveret. Prætor eam pecuniam aratoribus vel civitatibus ad numerabat : ac tum frumentum quo vellet vehi imperabat : aut ſi aratores civitateſve mallent pro frumento pecuniam, quanti frumentum & vectura erat. HOTTOM.

Quod tum magnitudine pecuniæ, tum injuriæ genere quemvis debet commovere, te vero eo magis) Vetus codex : *Quod cum magnitudine pecuniæ, tum injuriæ genere quemvis debet commovere, tum vero eo magis, &c.* NANNIVS.

Te vero eo magis) *Te*, quo referatur, non video. Nam de Verre nunc in tertia perſona loquitur. Corrigendum putarem. *Tum vero*. HOTTOM. Vere conjeciſſe Hottomannum, oſtendit poſtea codex Nannii, ut vides ex annotatione, quæ hanc precedit. GRÆV.

Numero ad ſummam tritici adjecto) Majore tritici numero, quam legibus liceret, imperato, ut infra : *Reperietis quinquies tanto judices amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe*. HOTTOM.

Denariis ternis æſtimavit) *Denarius*, inquit Varro, *decem aſſes valebat*. *Seſter-*

tere : multos ſæpe viros bonos , & fortes , & innocentes cum aratoribus , & cum civitatibus frumentum , in cellam quod ſumi oporteret , æſtimaſſe , & pecuniam pro frumento abſtuliſſe. Scio, quid ſoleat fieri : ſcio, quid liceat : nihil , quod antea fuerat in conſuetudine bonorum , nunc in iſtius facto reprehenditur. Hoc reprehendo, quod, cum in Sicilia H-S. II. tritici modius eſſet , ut iſtius epiſtola ad te miſſa declarat, ſummum H-S. ternis : id quod & teſtimoniis omnibus , & tabulis aratorum planum factum antea eſt : tum iſte pro tritici modiis ſingulis ternos ab aratoribus denarios exegit. Hoc crimen eſt , ut intelligas, non ex æſtimatione, neque ex ternis denariis pendere crimen , ſed ex coauctione annonæ, atque æſtimationis.

82. Etenim hæc æſtimatio nata eſt, judices , initio non ex Prætorum, aut Conſulum, ſed ex aratorum, atque civitatum commodo. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui, cum frumentum deberetur , pecuniam poſceret : certe hoc ab aratore primum eſt profectum, aut ab ea civitate , cui imperabatur , cum aut frumentum vendidiſſet , aut ſervare vellet, aut in eum locum, quo imperabatur , portare nollet : petivit in beneficii loco & gratiæ , ut ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret. Ex hujuſmodi

Seſtertius autem aſſes duos cum ſemiſſe. Ita *denarius* ſeſtertios quatuor valebat. Quod igitur binis , aut ſummum ternis erat ſeſtertiis ; id Verres duodenis æſtimavit : infra, & in Divin. Idem.

Frumentum in cellam quod ſumi oporteret) Vetus : *Frumenti in cellam quod ſumi oporteret*. Ceterum hoc vix excuſes a vitio , niſi ſubintelligas id , ut ſit : *Id frumenti in cellam quod ſumi oporteret*. Nann. Carolus Stephanus ſequitur codicem Nannii. Graev.

Quod antea fuerat) Lamb. *fuerit* ; idque recepit ex MSis, ſi qua homini fides eſt. Talis eſt lectio , ut mirer illi ſoli relictam. Garat.

Non ex æſtimatione , neque ex ternis denariis) Æſtimare ſiquidem licebat , etiam ternis quaterniſque denariis : ſi modo tanti & frumentum & vectura eſſet. Patet igitur prius adnumeratam aratoribus pecuniam a Quæſtore fuiſſe , quam ſenatus attribuerat. Poſt cum Prætor frumentum poſceret , aratorum acceptam pecuniam ei reddidiſſe, & hoc amplius aliquid acceſſionis nomine , ne procul aliquo deportare illud cogeretur : vel quod jam frumentum non haberet , aut in id tempus ſervare vellet quo pluris poſſet id vendere. Hottom.

Ex coauctione annonæ atque æſtimationis) Hoc eſt quod ſupra dixit : *Iſte numero ad ſummam tritici adjecto* , &c. Et infra : *Atque iſto Prætore judices , non ſolum æſtimandi frumenti modus non fuit , ſed ne imperandi quidem : neque enim id quod debebatur , ſed quantum commodum fuit , imperavit*. *Annona* autem pro *frumento Prætoris annuo* , ſumitur hoc loco : ut cum ſcribit Aſconius

di principio , atque ex liberalitate , atque accommodatione magiſtratuum conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Secuti ſunt avariores magiſtratus , qui tamen in avaritia ſua non ſolum viam quæſtus invenerunt , verum etiam exitum , ac rationem defenſionis. Inſtituerunt ſemper ad ultima , ac difficillima loca ad portandum frumentum imperare , ut vecturæ difficultate ad quam vellent æſtimationem pervenirent. In hoc genere facilior eſt exiſtimatio , quam reprehenſio : ideo quod eum , qui hoc facit , avarum poſſumus exiſtimare : crimen in eo conſtituere non tam facile poſſumus: quod videtur concedendum magiſtratibus noſtris eſſe , ut iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc eſt, quod multi fortaſſe fecerunt: & ita multi, ut ii , quos innocentiſsimos meminimus, aut audivimus , non fecerint.

83.

nius in Divinat. *Annonas Prætoris* dicit , quæ in frumenti certo numero præbebantur ab Siculis . Et Vegetius eo , quem modo protulimus , loco . IDEM .

Accommodatione magiſtratuum) Facilitate Prætorum , qui ſe ad illorum voluntatem accommodabant . IDEM . Prim. Franc. *ex hujuſmodi principio* , *ex liberalitate* , *atque accommodatione* , rectius . GRAEVIUS . Ita ſane , ceteris adverſantibus , ego quoque mallem . Illud vero eſt omnino reſtituendum , quod Veneta , Naug. Manut. aliique olim exhibuerunt , *hujuſcemodi* . GARATON.

Inſtituerunt ſemper ad ultima, & cet.) Corruptus erat hic locus vitioſa interpunctione ; ſic enim legitur in libris vulgatis , *ac rationem defenſionis inſtituerunt* . *Semper* , *&c.* ego interpunctionis notam locavi poſt vocem , *defenſionis* , ut verbum , *inſtituerunt* , ad ea , quæ ſequuntur , pertineat . Præterea pro vulgata illa , & corrupta lectione , *ad ultima* , *ad difficillima loca apportandum frument. &c.* ego veram , & emendatam ex antiquiſſ. libro reſtitui , *ad ultima* , *ac difficillima ad portandum loca* , *frumentum imperare* . LAMBINUS . Retinui diſtinctionem Lambini , quamvis non improbem prius vulgatam , *defenſionis inſtituerunt* . *Semper &c.* eodem enim res redit . GRUTER. Cur Fabriciano penitus non paretur , editurque , *diff. ad port. loca* , quod longe venuſtius eſt : ſiquidem binis verbis *ad portandum* legere volumus , quæ diſtinguuntur etiam in ed. MCDLXXXIII. GARATON.

Et ita multi , *ut ii* , *quos meminimus* , *&c.*) Sic habent libri veteres duo , & is , quem ſæpe , & in primis laudare ſoleo , Fabricianus codex , in quib. vox , *innocentiſſimos* , quæ eſt in vulgatis , non comparet : & in quibus pro *audivimus* , quod habent omnes vulgati , reperitur , *vidimus* . LAMBIN. *Et ita multi* , *ut ii quos innocentiſſimos mem. aut audivimus*) Lambinus ait fuiſſe in Fabrit. & duabus aliis membranis , *quos meminimus aut vidimus* , ſine illo *innocentiſſimos* : non auſus fui ſequi , contra noſtros Pall. omneſque editiones ; haud refrager tamen admittere , *ſed ita multi* , *&c.* quod placuit P. Manetio , ſi confirmarit ſe auctoritate veterum librorum : & nihilominus ſuſpicor grandius ſub iſtis latere ulcus . GRUTER.

An

83. Quæro nunc a te, Hortenſi, cum utris tandem iſtius factum collaturus es? cum iis, credo, qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam civitatibus conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent. Ita credo, petiiſſe ab iſto aratores, ut, cum H-S. ternis tritici modium vendere non poſſent, pro ſingulis modiis, ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc cum non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos ternos denarios dare maluiſſe? Cujus vecturæ? quo ex loco, in quem locum ne portarent? Philomelio ne Epheſum? Video, quid inter annonam intereſſe ſoleat: video, quot dierum via ſit: video Philomelienſibus expedire, quanti Epheſi ſit frumentum, tantum dare potius in Phrygia, quam Epheſum portare, aut ad emendum frumentum Epheſum pecuniam, & legatos mittere. In Sicilia vero quid ejuſmodi? Enna mediterranea eſt maxime: coge, ut ad aquam tibi, id quod ſummi juris eſt, frumentum Ennenſes metiantur: vel Phintiam, vel Haleſam, vel Catinam, loca inter ſe maxime diverſa, eodem die,

An quoniam hoc non audes dicere) Vetus: *An quoniam hoc cum non audes dicere*. NANNIVS. Quidnam hæc ſibi additio Nanniana velit, me fateor non intelligere. Vnus ex Grutero, & Grævio poſtea eam retinuit Verburgius: Gronovius etiam non abjecerat. Fortaſſe *quoniam* gloſſa eſt, & *cum* erat in Tullio. Similis enim eſt locus c. 90. *An, cum eos non poteris proferre, proferes &c.* Lambinus a vulgatis non abit. GARAT.

Philomelo ne Epheſum) *Philomelio ne* corrigendum putarem. Eſt autem *Philomelium* Phrygiæ civitatis: ejus quæ *παρώρειος* dicitur, id eſt, ultra montes jacens: Strabo, Ptolemæus, Plinius. Vecturam autem a Philomelio Epheſum difficilem anfractus, opinor, flexuſque Mæandri faciunt: qui, ut Plinius ſcribit ad decimum a Mileto ſtadium illabitur mari. Paſſuum autem a Philomelio Epheſum uſque, ducenta triginta millia numeramus. HOTTOM.

Inter annonam intereſſe) Cum carior ſit Epheſi, quam Philomelii. IDEM.

Mediterranea eſt) In media Sicilia ſita eſt. IDEM.

Plutiam) Plutiam ajunt eſſe Siciliæ urbem. Quis ejus meminit? ubi ſita fuit? Aſſentior Cluvetio, qui in antiqua Sicilia lib. I. 16. contendit legendum eſſe *Phintiam*, quam urbem oſtendit fuiſſe Siciliæ in littore Africano, uti *Haleſam* ad Etruſcum, *Catinam* ad Siculum mare. Sicut enim tria Siciliа latera habuerit, Africum ad Meridiem, Siculum ad Orientem, Etruſcum ad Septentrionem; ſic & tria Ciceronem voluiſſe nominare loca, ſeu oppida portibus, ac ſtationibus prædita in ſingulis lateribus ſita, quæ pari intervallo fuerint remota ab Enna, id vero ſpatium fuiſſe L. millium paſſuum. *Phintia* vero nunc dicitur *Licata*. In nummis ΦΙΝΤΙΑ, populus apud Plinium *Phintienſes*. Obſervavit id etiam Iac. Gronovius, qui & addit Suritam ad Antonini itinerarium dudum ante Cluverium ſic emendandum eſſe cenſuiſſe. GRÆVIVS. *Phintiam* ſubeſſe facile dices mendo illi veteris Venetæ, *Pluetiam*. Item

de, quo juſſeris, deportabunt : tametſi ne vectura quidem opus eſt. Nam totus quæſtus hic, judices, æſtimationis ex annonæ natus eſt varietate : hoc enim magiſtratus in provincia adſequi poteſt, ut ibi accipiat, ubi eſt cariſſimum : ideo valet iſta ratio æſtimationis in Aſia : valet in Hiſpania : valet in his provinciis, in quibus unum pretium frumento eſſe non ſolet. In Sicilia vero quid cujuſquam intererat, quo loco daret ? neque enim portandum erat : &, quo quiſque vehere juſſus eſſet, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidiſſet. Quamobrem ſi quid, Hortenſi, docere vis, aliquid ab iſto ſimile in æſtimatione, atque a ceteris eſſe factum, doceas oportet, aliquo in loco Siciliæ, Prætore Verre, ternis denariis tritici modium fuiſſe.

84. Vide, quam tibi defenſionem patefecerim, quam iniquam in ſocios, quam remotam ab utilitate reipublicæ, quam ſejunctam a voluntate, atque ſententia legis. Tu, cum tibi ego frumentum in meis agris, atque in mea civitate, denique cum in iis locis, in quibus es, verſaris, rem geris, provinciam adminiſtras, paratus ſim dare, angulum mihi aliquem eligas provinciæ reconditum, ac derelictum ? jubeas ibi me metiri, quo portare non expediat ? ubi emere non poſſum ? Improbum facinus, judices : non ferendum, nemini lege conceſſum, ſed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum : tamen ego hoc, quod ferri nego poſſe, Verri, judices, concedo, & largior. Si ullo in loco ejus provinciæ frumentum tanti fuit, quanti iſte æſtimavit, hoc crimen in iſtum reum valere oportere non arbitror. Verum enimvero cum eſſet H-S. binis, aut etiam ternis, quibuſvis in locis provinciæ, duodenos ſeſtertios exegiſti. Si mihi tecum neque de annona, neque de æſtimatio-

ex vulgata fit *Phitiam* rectiſſime. In Antonini Itinerario pro PLINTIS, legebat Cluverius PHINTIIS, probante Weſſelingio p. 95. GARAT.

Si quid, Hortenſi) Lamb. *Si vis, Hortenſi, docere, aliquid . . . . in æſtimatione &c.* Addidit *in*, quod antea deerat, retentumque poſtea fuit. Cetera, ſi ejiciamus *aliquid*, minore immutatione conſtituentur. Vetus codex ad ejus marginem, *doceas oportebit*. IDEM.

Poteſt

matione tua poteſt eſſe controverſia, quid ſedes? quid exſpectas? quid defendes? Vtrum tibi pecuniæ conciliatæ videntur adverſum leges, adverſum rempublicam cum maxima ſociorum injuria: an vero id recte, ordine, e republica ſine cujuſquam injuria factum eſſe defendes? cum tibi ſenatus ex ærario pecuniam promſiſſet, & ſingulos tibi denarios adnumeraſſet, quos tu pro ſingulis modiis aratoribus ſolveres, quid facere debuiſti? Si, quod L. Piſo ille Frugi, qui legem de pecuniis repetundis primus tulit; cum emiſſes, quanti eſſet, quod ſuperaret pecuniæ retuliſſes: ſi, ut ambitioſi homines, aut benigni; cum pluris ſenatus æſtimaſſet, quam quanti eſſet annona, ex ſenatus æſtimatione, non ex annonæ ratione, ſolviſſes: ſin, ut plerique faciunt, in quo etiam erat aliquis quæſtus, ſed is honeſtus, atque conceſſus; frumentum, quoniam vilius erat, ne emiſſes, ſumſiſſes id nummorum, quod tibi ſenatus cellæ nomine conceſſerat.

85. Hoc vero quid eſt? quam habet rationem, non quæro

Poteſt eſſe controverſia) Hoc dicit, ſi fateri cogeris neque varium fuiſſe annonæ pretium, neque tanti abs te æſtimandum. HOTTOM. Manutius *annonam* intelligit frumenti a Verre plus, quam liceret, imperati ſummam: quod verum eſt feciſſe Verrem: ſed hic alterum crimen amplificatur, quod in æſtimationis auctione conſiſtit. Hæc ut probetur auctio, ponitur, quanti eſſet in Sicilia frumentum, H S. nempe binis, aut ternis. Quod cum negare non poſſet Verres, ſuis epiſtolis, & Siculorum teſtimoniis convictus, hinc nulla *de annona*, quanti nimirum fuerit, eſſe cum eo poterat controverſia. Secunda pars argumenti eſt *de æſtimatione*, quanti nimirum ille æſtimaverit. Quod cum æque ſit certum, ex utriuſque pretii collatione ita damnatur Verres, ut jam conſurgere in exſilium iturus, non exſpectatis ſententiis judicum debeat. FERRAT.

Pecuniæ conciliatæ) Lamb. *pecuniæ coactæ, conciliatæ*. Probe, nec dubito, quin ex MSis. Vide ad c. 30. Infra c. 94. *cum judices ſtis de pecunia capta conciliata*. Idem ſupra, *cum eſſet modius H-S binis*, non neceſſario tamen. GARAT.

Qui legem de pecuniis repetundis primus tulit) In lib. de Officiis II. *Nondum*, inquit, *centum & decem anni ſunt, cum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet, at vero poſtea tot leges, & proxime quæque duriores: tot rei, tot damnati: tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum: tanta ſublatis legibus & judiciis expilatio direptioque ſociorum, ut imbecillitate aliorum, non noſtra virtute valeamus*. HOTTOM.

Vt ambitioſi homines) Qui gratiam, & benevolentiam provincialium ambiunt, & conſectantur: ſic infra. IDEM.

Non ex annonæ ratione) Quanti frumentum eſſet, binis videlicet aut ſummum ternis ſeſtertiis. IDEM.

His honeſtus) Corrige, *Is honeſtus*. HOTT.

Venis

ro æquitatis, ſed ipſius improbitatis, atque impudentiæ? Neque enim eſt fere quidquam, quod homines palam facere audeant in magiſtratu, quamvis improbi, quin ejus facti, ſi non bonam, at aliquam rationem adferre ſoleant. Hoc quid eſt? Venit Prætor: *frumentum*, inquit, *me abs te emere oportet*. Optime. *Modium denario*. Benigne, ac liberaliter: nam ego tribus H-S. non poſſum vendere. *Mihi frumento non opus eſt, nummos volo*. Nam ſperaveram, inquit arator, me ad denarios perventurum: ſed, ſi ita neceſſe eſt, quanti frumentum ſit, conſidera. *Video eſſe binis* H-S. Quid ergo a me tibi nummorum dari poteſt, cum ſenatus tibi quaternos H-S. dederit? Quid poſcat, attendite, & vos, quæſo, ſimul, judices, æquitatem Prætoris attendite. *Quaternos* H-S, *quos mihi ſenatus decrevit, & ex ærario*

Venit Prætor) Hujus elegantiſſimæ conformationis hæc fere ſententia eſt. Senatus attribuerat Verri pecuniam, qua frumentum in uſum ac cibaria ſua coemeret: denarium in ſingulos modios. Is ſi frumenti ſatis haberet, poterat pecuniam illam ſibi attributam ſervare: cum ab aratoribus nihil peteret. At non modo illam retinuit, verum etiam aratoribus ut pecuniam darent imperavit. Qua de cauſa? nulla prorſus, verum ea fuit furandi occaſio: cogi poterant aratores frumentum metiri Prætori in cellam accepta tamen pecunia, quaſi ergo ſine pecunia dare frumentum deberent, ita illis æſtimationem pro frumento imperabat, eamque graviſſimam & prorſus immodicam: cum bis tanto plus, quam quanti frumentum vendi poterat, æſtimaſſet. IO.

Optime) Vetus Veneta, Naugerius, Manutius, Lambinus, *optume*. Scriptura Fabriciano MSo digna. Ita etiam Nannianus in V. L. *mancupes*, *proxume*. GAR.

Non ſperaveram, inquit arator) Nonnulli impreſſi codices antiqui, in his Aldinus, *Nam ſperaveram*; quæ lectio mihi majorem in modum arridet. Hæc enim particula *nam* interdum pro *atqui* ponitur, ut ſupra, *Nam Hercule*, inquit Q. Minutius, *me quoque Petilius, ut ſibi in conſilio adeſſem, rogavit*. Et apud Plautum in Aulularia.

EVCLIO. *Exi inquam, age, exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras,*
Circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.
STAPHILA. *Nam cur me miſeram verberas?*
EVCLIO. *Vt miſera ſis,*
Atque ut te dignam male malam ætatem exigas.
STAPHYLA. *Nam qua nunc cauſa me extruſiſti ex ædibus?*

Item in Caſina act. 3. ſcen. 5. & Menæchmis, act. 2. ſcen. 3. & aliis locis ſexcentis. IDEM. *Nam ſperaveram, inquit arator*) Ita Manutiani omnes, firmatque exemplis Hottomannus, *nam* notare *atqui*. Plautina tamen non faciunt ad rem: quippe *nam cur*; poſitum pro *cur nam*. GRVT. Recte *nam*. Vide Manut. ad I. Acc. 51. Lambinus: *mihi frumentum non opus eſt: nummos volo. Sperabam &c.* GAR.

Quaternos nummos dederit) Eoſque ſumere & retinere poſſis, cum frumentum ſit vilius. HOTTOM. *Quaternos H S dederit*) Vulgg. *nummos*: ſed alterum eſt in eod. Nannii: ejuſdem auctoritate ſtatim duplicavi, *Dic, dic*. GRVTER.

In

tio dedit , ego habebo , & in ciſtam transferam ex fiſco . Quid poſtea ? *quid ? pro ſingulis modiis , quos tibi impero , tu mihi octonos* H-S. *dato* . Qua ratione ? Quid quæris rationem ? non tantam rationem res habet , quantam utilitatem , atque prædam . Dic , dic , inquit ille , planius . Senatus te voluit mihi nummos dare : me tibi frumentum metiri : tu eos nummos , quos mihi ſenatus dare voluit , ipſe habebis : a me , cui ſingulos denarios dari oportuit , binos auſers ? & huic prædæ , ac direptioni cellæ nomen imponis ? Hæc deerat injuria , & hæc calamitas aratoribus , te Prætore , qua reliquis fortunis omnibus everterentur . Nam quid eſſe reliqui poterat ei , qui per hanc injuriam non modo frumentum omne amittere , ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur ? Quo enim ſe verteret , non habebat : ex quo fructu nummos , quos tibi daret , inveniret ? Decumarum nomine tantum erat ablatum , quantum voluntas tulerat Apronii : pro alteris decumis , emtoque frumento aut nihil datum , aut tantum datum , quantum reliqui ſcriba fecerat , aut ultro etiam , id quod didiciſtis , ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore ? quomodo ? quo jure ? quo exemplo ?

86. Nam , cum fructus diripiebantur aratorum , atque omni lacerabantur injuria , videbatur id perdere arator , quod aratro ipſe quæſiſſet , in quo elaboraſſet , quod agri , ſegeteſque

In ciſtam transferam ex fiſco) Vide Hottom. ad I Act. 8. de ciſta vero Voſſium in Etymol. Cujac. VIII. Obſ. 1. Viaticis Horatius , libris Iuvenalis , eduliis , & veſtibus condendis eam inſerviſſe ait Heſychius , Cicero diſerte hic etiam nummis privatorum . Lambinus malebat , *de fiſco* . GARAT.

Dic inquit ille planius) Vetus . *Dic , dic , inquit ille , planius* : ut indignatio appareat ex anadiploſi . NANN.

Senatus dare voluit) Rectius putarem , *dari voluit*. HOTTOM. *Dari* recepit Manutius . Sed repugnant codices. GRÆV.

Auſers ?) Lamb. *auferre ?* & mox . *imponere ?* Ego autem tum nihil muto , tum ſine interrogatione iſta lego . Idem infra , *non modo fructum omnem amittere* vulgatæ *frumentum omne* ſimiliter prætulit . GAR.

Hæc deerat injuria , & hæc calamitas) Vetus . *Hoc deerat injuriæ , & hæc calamitas* : ſed primum magis arridet , ob [illegible] in commatibus . NANN.

Quantum reliqui ſcriba fecerat) Ablatis binis illis quinquageſimis . HOTT.

Aut ultro etiam id , quod didiciſtis , ablatum) Nihil variat antiquum exemplar : exiſtimo tamen omnino legendum , *Aut ultro etiam id , quod dediſtis , ablatum* : ut indicet , aut nihil datum , aut parum datum , aut hoc ipſum , quod ultro dederit , ab aratore revulſum eſſe . NANN.

Nam-

teſque extuliſſent. Quibus injuriis graviſsimis tamen illud erat miſerum ſolatium, quod id perdere videbatur, quod alio Prætore eodem ex agro reparare poſſet. Nummos vero ut daret arator, quos non aratro, ac manu quærit, boves, & aratrum ipſum, & omne inſtrumentum vendat, neceſſe eſt. Non enim debetis hoc cogitare, habet idem in nummis, habet idem in urbanis prædiis: nam cum aratori onus aliquod imponitur, non omnes, ſi quæ ſunt præterea, facultates, ſed arationis ipſius vis, ac ratio conſideranda eſt; quid ea ſuſtinere, quid pati, quid efficere poſsit, ac debeat. Quamquam illi quoque ſunt homines ab iſto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis eſt ſtatuendum, quid aratorem ipſum arationis nomine muneris in republica fungi, ac ſuſtinere velitis. Imponitis decumas; patiuntur: alteras; temporibus veſtris ſerviendum putant: dent emtum præterea; dabunt, ſi voletis. Hæc quam ſint gravia, & quid, his rebus detractis, poſsit ad dominos puri, ac reliqui pervenire, credo vos ex veſtris rebus ruſticis con-

Nummos vero ut daret arator, quos non aratro, ac manu quærit) Vetus: *Nummos vero ut daret arator, quos non exarat.* Alterum haud dubie alterius interpretamentum: nam *fructus aratro, ac manu quærere*, hoc ipſum eſt, quod toties antea *exarare* dixit. NANN. *Quos non exarat, quos non aratro, ac manu quærit*) Quidam libri, & manuſcr. & vulgati habent, *quos non exarat*: quæ lectio non eſt fortaſſe rejicienda: ego quidem eam probo. LAMB. *Quos non aratro ac manu quærit*) Nannianus, *quos non exarat* præmittit: id ſi recipimus, delenda ſubſequentia: at Lambinus utrumque admiſit, ſcias patremfamilias frugi. GRUT.

In urbanis prædiis) *Urbana prædia* Juriſconſulti appellant, omnia ædificia, quamvis in villa ſint. HOTTOMANN.

Non omnes, ſi quæ ſunt præterea facultates, ſed arationis ipſius vis ac ratio conſideranda) Prim Franc. *non hominis, ſi quæ ſunt præterea facultates, ſed aratoris ipſius vis, ac ratio conſideranda.* GRÆV. *Non hominis*. Ita, teſte Camerario, Veneta editio, & eodem ducunt noſtri codices, in quibus ſcribitur, *non hominis*. LALL. cum his codicibus facit Veneta MCDLXXXIII. quæ quidem lectio haud hercle plus favet Naugerio danti, *hominis*, quam Hervagio; a quo eſt hoc noſtrum *omnes* ad Lambinianam repetitionem, neſcio quibus veſtigiis, propagatum, atque inde, ſimul ac receptum a Grutero fuit, poſſeſſionem retinuit ad Lallemandum uſque certiſſimam. *Omnes*, & *homines* ſæpiſſime commutantur, ut critici paſſim docent, & vidimus ad c. 4. Sed hic pro Naugerio codex Francii, & alter, quo Iannoctius Manutianam lectionem, quæ eadem eſt, firmat, & præcipue Lambinus pugnat, qui aut *hominis* reperit in ſuis MSis, aut certe præferendum id cenſuit. Idem jamdiu Camerarius judicavit: iiſque, ac Lallemando lubens accedo. Hæc longe aptior mihi lectio videtur: cetera Grævius probe. GARAT.

Puri, ac reliqui pervenire) Quod impendiis omnibus deductis ſolum ſupereſt. Sic lucra, & damna in ſocietatibus

conjectura adſequi poſſe. Addite nunc eodem iſtius edicta, inſtituta, injurias: addite Apronii, Veneriorumque ſervorum in agro decumano regna, ac rapinas. Quamquam hæc omitto: de cella loquor. Placet ne vobis in cellam magiſtratibus veſtris frumentum Siculos gratis dare? quid hoc indignius? quid iniquius? atqui hoc ſcitote, aratoribus, hoc Prætore, optandum ac petendum fuiſſe.

87. Soſitenus eſt Entellinus, homo cum primis prudens, & domi nobilis, cujus verba audiſtis: qui ad hoc judicium legatus publice cum Arthemone, & Meniſco, primariis viris, miſſus eſt. Is, cum In ſenatu Entellino multa mecum de iſtius injuriis ageret, hoc dixit: ſi hoc de cella, atque hac æſtimatione concederetur, velle Siculos ſenatui polliceri frumentum in cellam gratis, ne poſthac tantas pecunias magiſtratibus noſtris decerneremus. Perſpicere vos certo ſcio, Siculis quantopere hoc expediat, non ad æquitatem conditionis, ſed ad minima malorum eligenda: nam, qui mille mod. Verri ſuæ partis in cellam gratis dediſſet, duo millia

bus æſtimanda Paulus tradit in l. Mutius, 30. D. pro ſorte. HOTT.

Magiſtratibus noſtris] Vetus. *Magiſtratibus veſtris*. NANN. Recepit Car. Stephanus. Cur contemſit Gruterus? GRÆV. Quia *noſtris* erat in optimis edd. jam inde a Veneta, in MSis Lambini, atque in ſuis. *Noſtris* eſt reip. noſtræ, populi Romani. Si Quirites alloqueretur, *veſtris* poſſet probari. At judices aliquot Senatores ipſe Senator alloquens, cur dixerit, *veſtris*? Modo etiam c. 87. *magiſtratibus noſtris*. Gruterum itaque non ſine cauſa recentiores adhuc ſequuntur. GARAT.

Quid hoc indignius? Prim. Franc. *At quid hoc indignius?* Solent hac particula uti veteres in indignatione. GRÆVIVS.

Soſitenus) Lamb. emendavit *Soſitheus*. Melius hoc videtur: Facilis lapſus, cum *Soſiteus* ſcriberetur, ut in duobus Livii codicibus XXIII. 39. invenit Drakenborchius. Reperitur etiam *Soſigenes*: utrumque a *Soſis*, quod nomen eſt Siculis uſitatum, ut conſtat ex eodem Livio XXIV. 21. XXVI. 21. & ex Cic. ipſo XIII. ad Div. 30. Item *Soſiſtratus*. GARAT.

Homo cum primis prudens) Alibi legitur, *cum primis civitatis prudens*. In vetuſto codice Fabricii, *cum primis prudens*; quem ſequor, Eumdem quoque in eo ſequor, quod habet infra non longe, *non ad æquitatem condicionis, &c.* Pro eo, quod habent libri vulgati, *non ad æquitatis conditionem, &c.* LAMBIN. *Homo cum primis prudens*) Sic Fabricianus; aliæ editiones interſeruerant, *civitatis*: ejuſdem libri fide mox finxi, *ad æquitatem conditionis*, pro vulgato, *æquitatis conditionem*. GRVT.

Non ad æquitatis conditionem) Non quia hoc ferat æqualitatis ratio. HOTTOM. Sed jam emendatum ex libris eſt, *ad æquitatem conditionis*, ut conditio eſſet, ac a Siculis duceretur æqua. GRÆV.

Minima malorum) Plautus in Sticho: *E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum*. HOTTOM.

Qui mille modium Verri) Non fert Lati-

millia nummum, aut ſummum tria dediſſet: idem nunc pro eodem numero frumenti H-S VIII. millia dare coactus eſt: hoc arator adſequi per triennium, certe fructu ſuo, non potuit: vendiderit inſtrumentum, neceſſe eſt. Quod ſi hoc munus, & hoc vectigal aratio tolerare, hoc eſt, Siciliam ferre, ac pati poteſt, populo Romano ferat potius, quam noſtris magiſtratibus. Magna eſt pecunia, magnum, præclarumque vectigal: ſi modo id ſalva provincia, ſi ſine injuria

Latinæ linguæ ratio *mille modium*, ſed *mille modios*. Itaque ut in Francii primo inveni, ſcripſi *mille mod.* Aut ſi *mille modium* habent vetuſtiores libri, ſubaudiendum, *numerum*: vide Gronov. I. de Seſtertiis cap. 10. GRÆVIVS. Veneta vetus *mod.* ut in illo MSo, ſed Naug. Herv. Man. Lamb. Grut. diſerte, *mille modium*. Cur tandem ita edere vereamur? Livius XXXVIII. 8. *mille talentum argenti populo Romano dandum*: ubi vide, quæſo, Drak. & ad XXXVII. 1. Ipſe *mille modiorum* ex Plauto citat Gronovius p. 44. ſed locus non eſt huic noſtro tam ſimilis, quam Liviani complures. Omnino hanc locutionem civitatis Romanæ jure vir ſummus privare noluit. Nam quî potuiſſet? Teſtimoniis obrueretur. Vnum contendit, *mille* adjectivum ſemper eſſe, numeri pluralia, omnium caſuum, generumque. Viderit ſane ipſo acutius Varrone Gronovius: in Grammaticis ita jus eſto. Quid igitur? Fert utique Latina lingua, *mille modium*: ſed *mille* genitivus pluralis eſt, ut *modium*: ſubauditur accuſativus hic aliquis, a quo verbum utrumque pendeat. GARAT.

Suæ partis) Lamb. *pro ſua parte*, longe uſitatius edidit. IDEM.

Pro eodem numero frumenti H-S. VIII. millia) Vetus. *Pro eodem numero frumenti* GH. ∞ ∞ ∞ *dare coactus eſt*. Hic clare liquet, eam notam GH. ſeſtertiorum eſſe, ut ſuperius diximus, ſed ibi reſpondebat hic numerus XVIII. millibus, hic VIII. millibus; videtur ſcriba notulam hanc attemperaſſe ad ad vocem H-S. ubi *ſemis* præit. NAVGERIVS.

Certo fructu ſuo) Id eſt, etiamſi per triennium certum ac liquidum, purumque ab omni impendio fructum habuerit. HOTT. *Certo fructu ſuo*) Quid ſibi velint hæc, *certo fructu ſuo*, quæ reperiuntur in libris vulgatis, non ſatis perſpicio: quidam legendum putant, *certe fructu ſuo non potuit*: nonnulli, *profecto fructu ſuo n. p.* alii, *toto fructu ſuo*, &c. quidam, *cetera fructa ſuo*, &c. Ego nunc tandem, *certe fructu ſuo*, &c. quia ſic ſcriptum erat in codice illo antiquiſſ. edendum curavi. LAMB. *Certe fructu ſuo*) Haud aliter Pall. & Fabr. alias cuſi, *certo fructu ſuo*. GRVT.

Populo Romano) Codex Lambini optimus: *populus Romanus ferat potius, quam noſtri magiſtratus*. Nota eſt locutio, *ferre munera* pro *accipere*, ex Horatio, Tibullo (ad quem I. 1. 20. Broukhuſium vide) aliiſque. Sed *munus* hic eſt onus publicum: c. 86. *quid muneris fungi*, *ac ſuſtinere*, h. l. etiam *tolerare*, *pati*. Verumtamen *munus* pro ipſa pecunia, quæ penditur, item ut vectigal, accipi poteſt, ſtatim ſequitur, *magna eſt pecunia*, *magnum*... *Vectigal*: atque ita ferme Manutius. In lege Cincia erat vox *munus*, ut ſolide oſtendit Brummerus de ea l. cap. 2. pro illa tamen *pecuniam* Tacitus poſuit XI. Ann. 5. quem idem citat. Scilicet *munus* eſt quidquid penditur, ſive ſponte, ſive ex pacto, quo ſenſu cauſarum patroni, iique judices, qui corrumpuntur, accipere *munera* toties dicuntur, ſive tandem imperatum id ſit ex neceſſitate uſuque reipublicæ. Quæ duo poſtrema donum a munere longe ſegregant: eaſque lites, quas vides in opuſc. de Latinit. ICtorum

juria ſociorum percipere poſsitis, nihil detraho. Magiſtratibus tantumdem detur in cellam, quantum ſemper datum eſt: quod præterea Verres imperat, id, ſi facere non poſſunt, recuſent: ſi poſſunt, populi Romani potius hoc ſit vectigal, quam præda Prætoris. Deinde cur in uno genere ſolo frumenti iſta æſtimatio conſtituitur? Si eſt æqua, & ferenda; debet populo Romano Sicilia decumas: det pro ſingulis tritici modiis ternos x. ſibi habeat frumentum. Data tibi pecunia eſt, Verres: una, qua frumentum tibi emeres in cellam: altera, qua frumentum emeres a civitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines, & præterea pecuniam permagnam tuo nomine auſers: fac idem in eo frumento, quod ad populum Romanum pertinet: exige eadem æſtimatione pecuniam a civitatibus, & refer, quam accepiſti: tum refertius erit ærarium populi Romani, quam umquam fuit. At enim iſtam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. Proinde quaſi aut æquior ſit iſta æſtimatio in tuo, quam in populi Romani commodo: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu feciſti, inter ſe genere injuriæ, non

rum p. 39. ad 52. aliquatenus dirimunt, favente Marciano L. 214. de V-S. Verum de his alii videant; vulgatis interea tutius adhæretur. GAR.

Id ſi facere non poſſunt) *Facere* pro ſolvere. Item ut in XII. tab. *judicatum facere*. HOTT.

Si eſt æqua, & ferenda: debet populo Romano, &c.) Hic locus præclare ex illo libro manuſcr. reſtitutus eſt, in quo ſic plane legitur, *& ferenda: debet populo Romano Sicilia decumas: det pro ſingulis modiis tritici ternos x. ſibi hab.* Hac nota x. autem ſignificabant veteres denarium: propterea quod valet decem aſſes. Iam decem aſſes, quatuor ſeſtertios efficiunt: cum ſeſtertius duos aſſes cum ſemiſſe valeat. Ita denarium quatuor ſeſtertios valere perſpicuum eſt. LAMB. *Debet populo Romano*) Illud *debet* additum ex Fabriciano, ceteri non habent. GRUTERUS.

Ternos denarios) Vetus: *Pro ſingulis tritici modiis ternos x.* quod ſignum denarii eſt, idque diligenter obſervatum eſt a Budæo. NANN.

Iſtam rem) Quam tu dicis: deinde *hanc rem*, quam ego feci. Ita explico ex ſequentibus. Tamen codex Lambinianus: *iſtam rem, quam*; ut pleonaſmo non inuſitato repetatur, *hanc rem*. Suſtulit hunc Lambinus, qui malebat, *at enim quam rem*, haud tamen penitus dum reliquit *hanc rem*. GAR.

Perinde quaſi) Nonnulli correxerunt, *proinde quaſi*: ſed utrumque frequentiſſime dicitur. HOTT.

Inter ſe genere injuriæ, non magnitudine pecuniæ) Non differunt *injuriæ genera*, utrumque enim injurioſum eſt ſive tuum ſive publicum frumentum tanti æſtimes. Differunt autem *pecuniæ magnitudine*, quia multis partibus major erit publici quam tui frumenti æſtimatio ac ſumma: verum hoc nihil ad jus iſtius tui facti. Nam ſi publicum tanti æſtimare injuria eſt, æque in

non magnitudine pecuniæ differat. Verum iſtam ipſam cellam ferre nullo modo poſſunt: ut omnia remittantur, ut omnibus injuriis, & calamitatibus, quas te Prætore tulerunt, in poſterum liberentur; iſtam ſe cellam, atque iſtam æſtimationem negant ſe ullo modo ferre poſſe.

88. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium Cos. nuper, homo diſertiſsimus, & omni doctrina, & virtute ornatiſsimus, pro tota Sicilia de aratorum miſeriis graviter, ac copioſe dixiſſe, ac deploraſſe dicitur, ex quibus hoc iis, qui aderant, nam magno conventu acta res eſt, indigniſsimum videbatur: qua in re ſenatus optime, ac benigniſsime cum aratoribus egiſſet, large, liberaliterque æſtimaſſet, in ea re prædari Prætorem; bonis everti aratores; & id non modo fieri, ſed ita fieri, quaſi liceat, conceſſumque ſit. Quid ad hæc Hortenſius? falſum eſſe crimen? Hoc numquam dicet. Non magnam hac ratione pecuniam captam? Ne id quidem dicit. Non injuriam factam Siculis, atque aratoribus? Qui poterit dicere? Quid igitur dicet? Feciſſe alios. Quid eſt hoc? Vtrum crimini defenſio,

in tui æſtimatione magna injuria conſiſtit. HOTT.

Vt omnia remittantur) Si maxime, etiamſi omnia remittantur. ID.

Ne id quidem dicit) Requirit oratio, *dicet*: quod ante Gruterum edd. omnes dederunt, ex quo mendum hoc negligenter fuit ad Lallemandum uſque ſervatum. GAR.

Feciſſe alios? Quid eſt hoc? &c.) Libet mihi cum his Ciceronianis, quibus hæc ſententia tractatur, non eſſe probandam eorum defenſionem, qui ita dicunt, vulgo fieri ſolere: aut alios idem feciſſe, Demoſthenica, ejuſdem argumenti, comparare, ut vel ex his locis quivis intelligat, quanto ſit Demoſthenes Cicerone ſubtilior, & preſſior: quanto Cicero Demoſthene uberior, & plenior: ſic igitur Demoſthenes in oratione κατ' Ανδροτιωνος. Φησει τοινυν, ὡς πολλοι τουτον τον τροπον ειληφεναι τας βουλας, ὁσαι πωποτ' εχουσι παρ' ὑμων δωρεαν, και ουδεμια γεγενησθαι προβουλευμα πωποτε· εγω δε, οιμαι μεν ουχι λεγειν αυτον αληθειαν, μαλλον δε οιδα σαφως. ου μεν αλλ' ει τουτο τοιουτο εστι τα μαλιστα, ὁ νομος δε λεγει τ' αναντια· ουχ ὁτι πολλακις ἡμαρτηται δηπου προτερον, δια τουτ' εξαμαρτητεον εστι και νυν, αλλα τουναντιον αρκτεον, ὡς ὁ νομος κελευει τα τοιαυτα ποιειν αναγκαζειν απο του νυν. συ δη μη λεγε, ὡς γεγονε τουτο πολλακις, αλλ' ὡς ουτω προσηκει γιγνεσθαι· ου γαρ, ει τι πωποτε μη κατα τους νομους επραχθη, συ δε τουτ' εμιμησω, δια τουτ' αποφυγοις αν δικαιως· αλλα πολλω μαλλον αλισκοιο. ωσπερ γαρ, ει τις εκεινων ηλω, συ ταδ' ουκ αν εγραψας. ουτως αν συ νυν δικην δως, αλλος ου γραψει. Id eſt: *Dicet igitur, omnes curias, ſive ſenatus, qui umquam a vobis præmium conſecuti ſunt, hoc eodem modo cepiſſe: neque umquam cuiquam ſenatus conſultum factum eſſe. Ego vero arbitror quidem eum falſum dicere, immo vero certo ſcio: verumtamen, ut hoc demus ita eſſe, ſi tamen lex contraria loquitur: non continuo, quia ſæpenumero ante peccatum eſt,* pro-

ſio, an comitatus exſilio quæritur? Tu in hac republica an in hac hominum libidine, &, ut adhuc habuit ſe ſtatus judiciorum, etiam licentia, non ex jure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo, quod oportuerit; non ex eo, quod licuerit; ſed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, recte factum eſſe defendes? Fecerunt alii alia quam multa: cur in hoc uno crimine iſto genere defenſionis uteris? Sunt quædam omnino in te ſingularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque convenire poſſint: quædam tibi cum multis communia. Ergo, ut omittam tuos pecu-

propterea etiam nunc poſt illa ſuperiora peccata peccandum eſt: ſed contra initium faciendum eſt cogendi poſteriores, ut ea faciant, quæ lex jubet, a te ipſo. Tu igitur noli dicere, hoc ſæpe eſſe factitatum, ſed fieri convenire. Non enim, ſi quid aliquando non ſecundum leges actum eſt, & tu hoc imitatus es, idcirco jure abſolvaris: ſed multo magis damnandus ſis. Quemadmodum enim, ſi quis illorum antea damnatus eſſet, tu iſta non decreviſſes: ita ſi nunc pœnas dederis, alius non decernet. His addamus etiam hæc Iſocratea, in oratione, quæ inſcribitur, Βουσιριδος εγκωμιον. Επει τον γε λογον, ὃν συνεγραψας, ουκ απολογιαν ὑπερ Βουσιριδος, αλλ' ὁμολογιαν των εγκαλουμενων δικαιως αν τις ειναι νομισειεν. ου γαρ απολυεις αυτον των ἁμαρτιων, αλλ' αποφαινεις, ὡς και των αλλων τινες ταυτα πεποιηκασι, ῥαθυμοτατην τοις ἁμαρτανουσι ευρισκων καταφυγην. ει γαρ των μεν αδικηματων ου ῥαδιον ευρειν, ὁ μηπω τυγχανει γεγενημενον, τους δε εφ' ἑκαστοις αυτων αλισκομενους μηδεν ἡγοιμεθα δεινον ποιειν, ὅτ' α ἑτεροι ταυτα φαινονται διαπεπραγμενοι, πως ουκ αν και τας απολογιας ἁπασι ῥαδιας ποιησαιμεν, και τοις βουλομενοις ειναι πονηροις πολλην εξουσιαν κατασκευασαιμεν. Id eſt: *Nam orationem quidem, quam conſcripſiſti, non defenſionem Buſiridis, ſed confeſſionem eorum, quæ crimini dantur Buſiridi, merito quis exiſtimarit. Non enim eum peccatorum culpa liberas, ſed pronuncias nonnullos alios eadem feciſſe, nequiſſimum peccantibus perfugium reperiens. Nam ſi non eſt facile reperire facinus ullum injuſtum, quod non ſit admiſſum, & eos, qui in unoquoque eorum manifeſto tenebuntur, nihil reprehendendum facere exiſtimabimus, cum alii eadem maleficia admiſiſſe reperientur: quid aliud adſequemur, quam, ut, & omnibus defenſiones faciles reddamus, & iis, qui improbi volunt eſſe, magnam ejus rei facultatem, & licentiam demus.* Lamb.

An comitatus exſilio quæritur) Quæritur is, qui Verri in exſilium eunti, ſimiliter damnatus, ſit comes. Hott. Prim. Franc. *Utrum criminis defenſio in comitatus exſilio quæritur?* Græv.

An in hac) Veneta vetus, Herv. Naug. Man. *atque in hac*. Mutavit Lambiniana repetitio, quam omnes audiverunt poſtea: nam Lambinus ipſe antea a ceteris non receſſerat. Legendum eſſe cum antiquioribus omnino cenſeo. Forte c. 89. emendandum eſt hinc, *in ejuſmodi rep. ac moribus*, ut una littera omiſſa male *re* nunc legamus. Gar.

Status judiciorum) Acerbe in ordinem ſenatorium: ut eos terreat, atque ad ſeveritatem adducat. Finis enim accuſatori judicum ſeveritas proponitur, ut ipſe in partitionibus demonſtrat. Græv.

Non ex eo quod licuerit, ſed ex eo, quod aliquis fecerit) Vetus: *Non ex eo quod oportuerit, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliqui fecerit.* Nann.

Fecerunt aliqui alia quam multa) Vetus: *Fecerunt alii alia quam multa*. In. Lamb. *Fecerunt alii. Quid? alia quam multa?* Elegantiſſime, ſed præſtat Nannianum ſequi, ne temere agere videamur. Gar.

peculatus, ut ob jus dicundum pecunias acceptas, ut ejuſmodi cetera, quæ forſitan alii quoque etiam fecerint: illud, in quo te graviſsime accuſavi, quod ob judicandam rem pecuniam accepiſſes, eadem iſta ratione defendes, feciſſe alios? Vt ego aſſentiar orationi, defenſionem tamen non probabo. Potius enim, te damnato, ceteris anguſtior locus improbitatis defendendæ relinquatur, quam, te abſoluto, alii, quod audaciſsime fecerunt, recte feciſſe exiſtimentur.

89. Lugent omnes provinciæ: queruntur omnes liberi populi; regna denique jam omnia de noſtris cupiditatibus, & injuriis expoſtulant: locus intra Oceanum jam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non, per hæc tempora, noſtrorum hominum libido, iniquitaſque pervaſerit; ſuſtinere jam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, ſed luctum, lacrymas, querimonias non poteſt. In ejuſmodi re, ac moribus: ſi is, qui erit adductus in judicium, cum manifeſtis in flagitiis tenebitur, alios eadem feciſſe dicet, illi exempla non deerunt: reipublicæ ſalus deerit, ſi improborum exemplis improbi judicio, ac periculo liberabuntur. Placent vobis hominum mores? placet ita geri magiſtratus, ut geruntur?

Ob judicandam rem) Mire crimen hoc e multis ſingularibus data opera delegit ad judices offenſionis invidiæque, quam apud populum propter judiciorum corruptionem ſuſtinebant, leniter admonendos, & animadvertendum quemadmodum aperte hæc opponat, *Pecuniam ob jus dicendum accipere*, & *ob rem judicandam*, Nam illo ſuperiori totam ejus præturam urbanam ſignificat, hoc vero Sopatri & Sthenii damnationem. Ex quo intelligi licet, tametſi jus dicere nonnumquam Prætores dicantur, cum publica judicia exercent; proprie tamen tum demum jus dicere prætorem urbanum aut provincialem, cum privata judicia data decernit. HOTT.

Vt ego aſſentiar orationi) Etſi fatear verum eſſe multos ob rem judicandam pecunias capere. Tangit iterum conſeſſum hunc judicum. ID.

Relinquetur) Mihi placet *relinquatur*. Reſpondet enim *exiſtimentur*. ID. *Relinquatur* eſt in primo Francii. Hinc merito recepi. GRAEV.

Queruntur omnes liberi populi) *Liberi populi* ſunt, qui neque vectigal pendunt, & ſuis legibus utuntur. Magiſtratibus enim populi Romani jus in iis dicere non licet. HOTT.

Manifeſtis in flagitiis tenebitur) Guilielmius accedit eis, qui abjiciunt præpoſitionem *in*: recte, ſed tamen nihil vetat eam retineri, cum habeant Pall. & edd. pleræque: denique ſic loquatur ſupra cap. 76. GRUT. Imo aliis etiam locis pluribus. Sed c. 64. ut vidimus, & hoc ipſo loco Lambini codex egregius præpoſitionem illam omittit. GAR.

Quod

tur? placet ſocios ſic tractari, quod reſtat, ut per hæc tempora tractatos videtis? Cur hæc a me opera conſumitur? quid ſedetis? cur non in media oratione mea conſurgitis, atque diſceditis? Vultis autem iſtorum audacias, ac libidines aliqua ex parte reſecare? Definite dubitare, utrum ſit utilius, propter multos improbos uni parcere, an unius improbi ſupplicio multorum improbitatem coercere. Tametſi quæ iſta ſunt exempla multorum? nam cum in cauſa tanta, cum in crimine maximo dici a defenſore cœptum eſt, factitatum eſſe aliquid: exſpectant ii, qui audiunt, exempla ex vetere memoria, & monumentis, ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis.

90. Hæc enim plurimum ſolent & auctoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum: Africanos mihi, & Catones, & Lælios commemorabis? & eos feciſſe idem dices? quamvis res mihi non placeat, tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero. An, cum eos non pote-

Quod reſtat) Id eſt, quod neceſſario conſequitur, ſi magiſtratus ita gerantur, impune in ſocios graſſabuntur. Hott. Vide Manut.

A me opera conſumitur) Ex lege Cornelia repetandarum accuſandi. Id.

Quid ſedetis?) Cur hoc judicium lege ſociali conſtitutum exercetis? Id.

Hæc plurimum ſolent & auctoritatis) Vetus: *Hæc enim plurimum ſolent*. Nann. *Hæc enim plurimum*. Mediam vocem, volentibus noſtris MSis, & editis pleriſque, delevimus. Lallem.

Africanos mihi, & Catones, & Lælios) Multa in Manutii adnotatione repudianda videntur. I. Nego majorem Africanum ſignificari, quotieſcumque adeſt prænomen *ille*. Adeſt utique pro Mur. 31. ubi *Scipio ille* eſt Æmilianus. " Vide ibi Camerar. " II. Quamvis l. c. minor Africanus nominetur cum juniore Lælio, & M. Catone, duobus interpoſitis, Philippo, & Gallo: haud tamen pro Archia 7. Ait: *quem patres noſtri viderunt... Africanum... C. Lælium, L. Furium... M. Catonem illum ſenem*. Quis hunc Catonem neſcit floruiſſe temporibus majoris Africani, cum & Lælius ſenior, & L. Furius primas agerent in rep. partes? florente autem Æmiliano, nullum fuiſſe L. Furium Conſulem? III. Ex duobus Læliis non eo inficias, poſteriorem appellatum fuiſſe ſapientem: cauſam docet Plutarchus in Gracchis. At hic non ſapientia illa Lælii, ſed tantum continentia in provinciis regendis, & auctoritas hominum poſtulatur. IV. Non video, cur patem deſignari Africanum minorem, quod Cato, & Lælius poſtea ſequantur. An non enim hiſce illum multo juniorem poſtpoſuiſſet? Catoni ſaltem, ſi poſteriorem Lælium intelligas. Imo quia præfertur Catoni, ideo ſuperior Africanus deſignatur: cum Cato ante Lælium, ante utrumque major ille Scipio nominari debeat, juxta ordinem, quem tenere Cicero ſolet in viris illuſtribus appellandis. Sed an excluditur Æmilianus, cujus tantis effertur laudibus continentia? Hoc adfirmare non audeam: procul dubio uterque ſignificatur: at ſuperior præcipue: proindeque Africani primum etiam obtinent locum. Farr.

poteris proferre, proferes hos recentes, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scævolam, M. Scaurum, Q. Metellum? qui omnes provincias habuerunt, & frumentum cellæ nomine imperaverunt: magna eſt hominum auctoritas, & tanta, ut etiam delicti ſuſpicionem tegere poſſit. Non habes ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, ullum auctorem iſtius æſtimationis. Quo me igitur, aut ad quæ exempla revocas? Ab illis hominibus, qui tum verſati ſunt in republica, cum & optimi mores erant, & hominum exiſtimatio gravis habebatur, & judicia ſevera fiebant, ad hanc hominum licentiam, & libidinem me abducis? & in quos aliquid exempli populus Romanus ſtatui putat oportere, ab iis tu defenſionis exempla quæris? Non fugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quæ probat populus Romanus exempla, non ea, quæ condemnat, ſequamur. Non circumſpiciam, non quæram foris, cum habeas judices, principes civitatis, P. Servilium, Q. Catulum: qui tanta auctoritate ſunt, tantis rebus geſtis, ut in illo antiquorum, & clariſſimorum hominum, de quibus antea dixi, numero reponantur. Exempla quærimus, & ea non antiqua: modo uterque horum exercitum habuit. Quære, Hortenſi,

Hos recentes) Hoc amplius duo libri veteres, *Proferes hos recentes*: quod ſine dubio rectum eſt. HOTT. *An cum eos non poteris proferre, hos recentes, &c.*) Vetus: *An cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes*. NANN.

Auctorem iſtius æſtimationis) *Auctor* dicitur, cujus exemplum & factum imitamur, translatione ab iis, qui rem aliquam nobis mancipio tradiderunt, ſumta. Nam ut illi rem tradunt, ſic iſti exemplum: ut illos in rei controverſia laudamus, hoc eſt nominamus, ſic hos in reprehenſione facti noſtri commemoramus. HOTT.

Defenſionis exempla quæris?) Ex accepti ſignificatione vocabuli contraria contrariis oppoſuit. Nam *exemplum* dicitur, & quod imitandum, & quod fugiendum eſt. Nam graves pœnæ, quæ poſſunt ceteris documento eſſe, ne delinquant, *exempla* dicuntur. Io.

Non quæram foris, cum habeas judices principes, &c.) Lamb. *foris: habeo judices*: neſcio an e ſcripto: interim reperio in Pal. ſec. & vett. edd. *non q. foris: habeas judices tecum princ.* nam pr. *habebis*. GRUTER.

P. Servilium, Q. Catulum) Q. *Catulum* Lutatium dicit, ejus, quem paullo ſupra patrem appellavit, filium. Conſul hic M. Lepidum collegam, qui cum acta Sullæ reſcindere tentaret, bellum excitarat, prælio vicit. P. autem *Servilium* dicit Iſauricum, de quo Accuſat. I. copioſe diximus. HOTTOM. Quod judices in hoc conſilio ſederint Servilius Iſauricus, & Q. Catulus, & ille, qui ſummis non ſemel ornatur laudibus, C. Marcellus, ad ſplendorem conſilii maxime pertinet, de quo vere gloriatur Cicero, eaque confirmat, quæ ad I. Act. 2. & 6. diſputavimus. GAB.

Autem

tenſi, quoniam te recentia exempla delectant, quid fecerint. Ita ne vero? Q. Catulus frumento eſt uſus, pecuniam non coegit. P. Servilius quinquennium exercitui cum præeſſet, & iſta ratione innumerabilem pecuniam facere poſſet, non ſtatuit ſibi quidquam licere, quod non patrem ſuum, non avum Q. Metellum facere vidiſſet. C. Verres reperietur, qui, quod expediat, id licere dicat? quod nemo, niſi improbus, fecerit, id aliorum exemplo ſe feciſſe defendat? At in Sicilia factitatum eſt.

91. Quæ eſt iſta conditio Siciliæ? cur, quæ optimo jure propter vetuſtatem, fidelitatem, propinquitatem eſſe debet, huic præcipua lex injuriæ definitur? Sed in iſta ipſa Sicilia, non quæram exemplum foris, hoc ipſo ex conſilio utar exemplis. C. Marcelle, te appello: Siciliæ provinciæ, cum eſſes pro Conſule, præfuiſti: num quæ in tuo imperio pecuniæ cellæ nomine coactæ ſunt? neque ego hoc in tua laude pono: alia ſunt tua facta, atque conſilia ſumma laude digna: quibus illam tu provinciam afflictam, & perditam erexiſti, atque recreaſti: nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu ſucceſsiſti. Quæ ſunt tibi igitur

Avum Q. Metellum) Male Numiditum Manutius intelligit: eſt enim Macedonicus, ex cujus filia Iſauricus natus eſt. Pro Domo 47. *C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli* (omnes conſentiunt, hunc eſſe Macedonicum) *qui eum ex Senatu Cenſor ejecerat, avi tui, Q. Metelle, & tui, P. Servili .... conſecravit*. FERR.

At in Sicilia factitatum eſt) Hoc dixit propter M. Lepidum & Antonium: de quibus ſupra, & item C. Sacerdotem, de quo tamen reſpondet pagina inſequenti. HOTT.

Huic præcipua lex injuriæ definitur) Apertius eſſet, *huic præcipue*: ſic interpretor, cur quaſi lege permittente, liceat huic uni injuriam facere, & ea lex una hac provincia definiatur, quaſique circumſcribatur? Cur potius in hac licet, quam in ceteris? an privilegium de ea latum eſt? ID.

Cum eſſes pro Conſule) Quomodo hic, qui ex Prætura Siciliam obtinuit, & Conſul numquam fuit, *pro Conſule* appellari poſſet, expedit ex lege Cornelia Pighius ad an. DCLXXV. Certe hic mihi Tullius non Proprætorem videtur ſignificare velle, ſed aliquo modo Proconſulare imperium viro Prætorio fuiſſe. Vide Oudendorpium etiam ad Auct. B. Afr. c. LXXX. GAR.

Num quæ in tuo imperio pecuniæ) In primo Francii legitur: *num quæ tuo imperio pecuniæ*: quod hercle non improbem. GRÆV.

Ante Lepidus quidem fecerat) *Ne Lepidus quidem fecerat*, ex iis, quæ ſequuntur legendum eſſe apparet. Et vide de Lepido Aſconium initio Verr. III. Sic etiam legitur in veteribus Lutetiæ impreſſis. HOTT. Franc. prim. *Nam hoc de cella en Lepidus quidem fecerat, cui tu ſucceſſiſti*. Animanda ſunt interrogationis nota, *cui tu ſucceſſiſti?* Habet vero illa vim negandi, ac ſi dixiſſet: non fecerat hoc Lepidus. GRÆV.

igitur exempla in Sicilia cellæ, ſi hoc crimen non modo Marcelli facto, ſed ne Lepidi quidem poteſ defendere? An me ad M. Antonii æſtimationem frumenti, exactionemque pecuniæ revocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonii: hoc enim mihi ſignificaſſe, & annuiſſe viſus eſt. Ex omnibus ne igitur populi Romani Prætoribus, Proconſulibus, imperatoribus, M. Antonium delegiſti, & ejus unum improbiſſimum factum, quod imitarere? Et hic utrum mihi difficile eſt dicere, an his exiſtimare, ita ſe in illo infinito imperio M. Antonium geſsiſſe, ut multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſsima voluiſſe Antonium imitari, quam ſi defendere poſsit, nihil in vita ſe M. Antonii ſimile fe-

Significaſſe, & annuiſſe) Quidam legi volunt, *innuiſſe*, a quibus diſſentio. LAMB.

Prætoribus, conſulibus, imperatoribus) Vetus: *Prætoribus, proconſulibus, imperatoribus*. NANN. Poſtquam hoc Grutero placuit, omnibus placere cœpit. At mihi hæc lectio non tanti eſt, ut vulgatam omnium antiquiorum codicis hujus cauſa deſeram. Fallit aliquando membranarum ipſa præſtantia: quarum nævis nullæ carent. Supra c. 82. *Prætorum, aut Conſulum*; plane ſimiliter, item I. Acc. 25. GAR.

M. Antonium delegiſti) De hoc quoque Aſcon. in Divinat. & Ver. III. HOTT.

Quod imitarere? & hic utrum) Suſpectus mihi locus; hiare enim aliquid videtur. Omnes tamen libri conſentiunt. IDEM.

Quam ſe poſſit) Poſtulare ſententia videtur, *quam ſi poſſet*. IDEM. *Quam ſe defendere poſſet*) Vetus caſtigatior hic eſt; *Quam ſi defendere poſſit*. Sed haud ſcio, an ſit lapſus typographi: ſenſus enim manifeſte exigit, etiam ſi refragarentur omnia exemplaria. NANN. *Quam poſſit defendere, &c.*) Sic legendum arbitror, non, ut vulgo, *quam ſe poſſit, &c.* neque, ut vult Hottomannus, quamvis ita habeant nonnulli libri veteres, *quam ſi poſſet, &c.* ſententia eſt aperta: ſignificat enim pernicioſius eſſe Verri dicere, ſe in re improbiſſima Antonii factum imitari voluiſſe, quam facile, aut *ſu*-vατον, probare nihil ſe in vita M. Antonio ſimile feciſſe. Neque me de mea ſententia demovent docti quidam viri: in his Fabricius, qui ſcripturam illam antiquam tuetur, & ita explicat: M. Antonii adminiſtrationem in illo infinito imperio, quod ille habuerat, talem fuiſſe, ut non ſit difficile nec Ciceroni, verbis demonſtrare, nec judicibus exiſtimare, Verri pernicioſiorem eſſe confeſſionem voluntatis in imitando Antonio, quam eſſet futura defenſio, ſi eam haberet, nihil in vita ſe M. Antonii ſimile feciſſe. Sic ille: cui aſſentiri non poſſum. Non video enim, qualis ſit hæc comparatio, pernicioſiorem eſſe confeſſionem, &c. quam futura ſit defenſio, &c. Ita enim potius fieri debeat, Verri pernicioſiorem eſſe confeſſionem voluntatis in imitando Antonio, quam faciliorem defenſionem, ſi diceret ſe nihil in vita ſimile Antonii feciſſe. Quare ſic potius, ut oſtendi, legendum videtur: cum ſit hæc ſententia Ciceronis, pernicioſius eſſe Verri dicere, ſe in re improbiſſima voluiſſe Antonium imitari, quam facilius defendere, ſe nihil in vita Antonii ſimile feciſſe. Sic igitur mihi videtur hic locus & legendus, & explicandus: neque tamen cuiquam obſto, quo minus ſuo arbitratu legat. Atque idcirco ſcripturam veteris codicis, a qua non admodum diſſentit vulgata, in contextu verborum Ciceronis repræſen-

ſe feciſſe. Homines in judiciis ad crimen defendendum, non, quid fecerit quiſpiam proferre ſolent, ſed quid probarit. Antonium, cum multa contra ſociorum ſalutem, multa contra utilitatem provinciarum & faceret, & cogitaret, in mediis ejus injuriis, & cupiditatibus mors oppreſsit. Tu mihi, quaſi ejus omnia facta, atque conſilia S. P. Q. R. judices comprobarint, ita M. Antonii exemplo iſtius audaciam defendis.

92.

ſentavi, meum inſtitutum ſervans: ad oram libri autem eam, quæ mihi magis probatur, adſcripſi. Quod ſi liceret conjecturis uti paullo liberioribus, & a vetere ſcriptura remotioribus, ſic dicerem eſſe legendum, & ſic a Cicerone eſſe ſcriptum: *Ut multo pernicioſius ſit iſti dicere, ſe in re improbiſſima voluiſſe Antonium imitari, quam facilius defendere, nihil in vita ſe M. Antonii ſimile feciſſe*. LAMB. MSo Nannii C. Steph. Grut. Græv. Verb. paruerunt. At non immerito Olivetus, & Lallem. *quam, ſi poſſit, defendere*. Particulam *ſi* tum ſenſus, tum MSi Nannii, & Lambini tuentur: *poſſit defendere*, eſt in Ven. Herv. Naug. Man. Neſcio, ubi ordine inverſo hæc Nannius invenerit: haud etiam ſcio, an ordinem tam editi, quam ſcripti libri per errorem inverterit. Ipſe ordinem illum veterem in ſuis MSis Lambinus reperit, ut jure Fabricianum etiam Nanniano poſſis opponere. Hanc ego lectionem Oliveti præferrem, quo ſit apertior ſententia: quamquam eodem res redit. *Poſſet*, MSi Lambini, quos in contextu ſecutus eſt; eoſque, an ceteros plurimos in hoc audias, nihil refert. Senſus, invito Lambino, hic erit: Res Antonii geſtæ tam improbæ fuerunt, ut pernicioſum ſit defendere, ſe nihil feciſſe ſimile, cum hac uti defenſione multi poſſint improbi, & illum improbiorem opponere. Eſt autem multo pernicioſius, ab Antonio exemplum petere, ſeque illum imitatum eſſe fateri. De imperio hujus Antonii vide ad II. Acc. 3. GAR.

Sed quid probarint) Quid probatum, & laudatum fecerint, quid fecerint, quod aliis probetur. *Probaris* tamen in ſingulari numero, rectius & apertius exiſtimarem. HOTT. *Sed quid probarit*) Sic emendavi; nam vulgo legitur, *ſed quid probarint*, mendoſe: quid probarit autem, id eſt, quid hujuſmodi fecerit, ut recte factum exiſtimetur. Sic M. Tull. epiſt. lib. I. ad Lent. *Tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus poſſis*. Idem in Divinat. in Cæcil. *Si in hac cauſa noſtrum officium, ac diligentiam populo Romano probaverimus*. LAMB. *Sed quid probarit*) Ita Lambinus, non improbante Hottomanno. Multa enim facimus, quæ non probamus nobis, nedum aliis: ut pluribus oſtendi ad Taciti illud lib. I. Annal. cap. 10. *ne ipſis quidem qui fecere laudatas &c.* vulgata, *probarint*; cui & ſuus ſane ſenſus, ſua vis. GRUT.

Contra voluntatem) Antiquus codex, *utilitatem*, quod perſpicue rectum eſt. HOTT. *Multa contra voluntatem*) Vetus & hic quoque meo judicio caſtigatior eſt: *Multa contra utilitatem*. Quomodo enim pro crimine objici poteſt, ſi conſul contra provincialium voluntatem fecerit, qui onera omnia vectigalium ſubeunt non voluntate, ſed neceſſitate. NANN.

Mors oppreſſit) Indicto Cretenſibus bello, male re geſta ibidem periit, inquit Aſconius. HOT.

Senatus, populuſque R. judices) Legendum putarem, *populique R.* in ſecundo caſu: ſicuti legitur in Aldi & multis impreſſis codicibus. In *Senatus, populuſque Romanus*; ita noſtri codices cum vetuſtioribus editis: recentiores dederunt, *populique Romani*. LALLEM. Optime: nam Ven. Herv. Naug. notis iſta, ut Grævius, exhibuerunt: integre autem, & caſu recto C. Steph.

92. At idem fecit Sacerdos. Hominem innocentem, & ſumma prudentia præditum nominas: ſed tum idem feciſſe erit exiſtimandus, ſi eodem conſilio fecerit. Nam genus æſtimationis ipſum a me numquam eſt reprehenſum: ſed ejus æquitas aratorum commodo, & voluntate perpenditur. Non poteſt reprehendi ulla æſtimatio, quæ aratori non modo incommoda non eſt, ſed etiam grata eſt. Sacerdos, ut in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit. Cum eſſet ante novum tritici modius denariis quinque; petiverunt ab eo civitates, ut æſtimaret: remiſsior aliquanto ejus fuit æſtimatio, quam annonæ: nam æſtimavit denariis III. Vides, eamdem æſtimationem, propter temporis diſsimilitudinem,

Manut. & Lambinus, citans ad marginem MSum, in quo ita reperit. Idem Lambini codex habet infra, *illa æſtimatio*, pro vulg. *ulla*, eique præiverat Naug. & Man. obſecuti ſunt Olivet. & Lallem. Tamen *ulla* retineo cum Veneta veteri, aliiſque. GAR.

Si eodem conſilio fecit) Non enim factum ipſum exiſtimationis per ſe eſt improbum: niſi cum illud etiam accedit, ut cum aratorum incommodo ac detrimento fiat. Ergo *eodem conſilio*, id eſt, ut ea aratorum prædetur incommodo. HOTT.

Tritici mod. H-S xv.) Id eſt tritici modius ſeſtertiis quindecim: ut nummos ſeſtertios intelligamus. ID. *Cum eſſet ante novum tritici mod.* H-S xv.) Sic omnia exemplaria tam vetera, quam nova, quæ mihi videre contigit. Ego hanc mutilam orationem ita ſarciri poſſe arbitror: *Cum eſſet ante novam meſſem tritici modius* H-S xv. ot caritas iſta annonæ fuerit ante meſſem; nam poſtea ſubjungit: *Eodem tempore Antonius ternis denariis æſtimavit poſt meſſem*. NANN. *Cum eſſet, ante novum, &c.*) *Cum ante novum*, triticum videlicet, ut recte declarat Fr. Fabricius, *modius eſſet* xv. id eſt, denariis quinque: *petiverunt ab eo civitates, &c.* LAMB. *Cum eſſet ante novum, tritici modius denariis quinque*) Ita fere Fabricianus, nam aliæ edd. ob notas valde intricatæ. GRUTER. In Fabriciano erat egregie xv. ut bini codices præſtantiſſimi *denarios* exprimere ſolent: nam ita idem codex c. 87. & ibidem, atque hic paullo poſt Nannianos. Qui has notas non intellexere, addiderunt H-S. inde in vulgatis olim, H-S. xv. Veneta, SS. xv. quæ tamen recte infra cum Nann. XIII. ideſt X. III. *denariis tribus*, quas notas Lambinus quoque ſervavit, ut hic illas X. V. cum ibi alii H-S. XIII. Naugerius vero *denariis* XIII. Hoc eſt, quod explicavit Fabricius, dum varietatem tranſmitteret, X. & V. ſeparatim, non conjuncte legi oportere. Id non ſatis attendit Gruterus. GAR.

Remiſſior aliquanto ejus fuit æſtimatio quam annona) Vetus: *Quam annonæ*. In pari propemodum pondere, ſuperius prætulerim. Eſt enim ipſa *annonæ* quædam *æſtimatio* rerum promercalium: quanti enim per aliquod tempus frumentum vendi ſolet, id ejus *annona* eſt, quæ ſi gravior eſt, cara dicitur. Terent. in Andria, *Tum annona cara eſt*. Græci ἀγορὰν vocant. NANNIUS.

Denariis III.) Id eſt duodecim ſeſtertiis nummis; nam denario quaterni ſeſtertii ſunt. HOTT. *Nam æſtimavit denariis* XIII.) Vetus: *Nam æſtimavit* XIII. non expreſſo genere numiſmatis. Ceterum X non eſt hic nota numeri; ut decem ſit, ſed nummi denarii; ternos autem fuiſſe denarios, etiam ſequens locus coarguit; nam Antonius, qui ternis denariis æſtimavit,

nem, in illo laudis cauſam habere, in te criminis? in illo beneficii, in te injuriæ? Eodem tempore Antonius III. denariis æſtimavit poſt meſſem, ſumma in vilitate, cum aratores frumentum dare gratis malebant: & ajebat ſe tantidem æſtimaſſe, quanti Sacerdotem: neque mentiebatur: ſed eadem iſta æſtimatione alter ſublevarat aratores, alter everterat. Quod niſi omnis frumenti ratio ex temporibus eſſet, & annona non ex numero, neque ex ſumma conſideranda, numquam tam grati hi ſeſquimodii, Q. Hortenſi, fuiſſent: quos tu cum ad menſuræ tam exiguam rationem populo Romano in capita deſcripſiſſes, gratiſſimum omnibus feciſti: caritas enim annonæ faciebat, ut iſtuc, quod re parvum videbatur, tempore magnum videretur. Idem iſtuc ſi in vilitate populo Romano largiri voluiſſes, deriſum tuum beneficium eſſet, atque contemtum.

93. Noli igitur dicere, iſtum idem feciſſe, quod Sacerdotem: quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit annona: dicito potius, quoniam habes auctorem idoneum, quod Antonius uno adventu, & vix menſtruis cibariis fecerit, id iſtum per triennium feciſſe: & iſtius innocentiam M. Antonii facto, atque auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Pæduceo, fortiſſimo, atque innocentiſſimo viro, quid dicetis? de quo quis umquam arator queſtus eſt? aut quis non ad hoc tempus innocentiſſimam omnium, diligentiſſimamque præturam illius hominis exiſtimavit? Biennium pro-

vit, tantidem *Verres ſe æſtimaſſe* dicit. NANN.

Eodem tempore) Id eſt, eodem anno. HOTTOM.

Frumentum dare gratis malebant) Numquam igitur *gratis* frumentum *dabant*: ſed cum decretam a ſenatu pecuniam accepiſſent, poſt prætori frumentum poſcenti, vel frumentum, vel pecuniam dabant. Malebant igitur *gratis* frumentum *dare*, quam iſtius pecuniæ nomine quæſito dici illud vendere: cum multo plus illis imponeretur, quam quanti frumentum eſſet. IDEM.

Populi Romani in capita deſcripſiſſes) *Populo Romano* in tertio caſu, alii libri rectius, & ſic emenda. *Deſcribere* autem, diſtribuere, & diſpertiri ſignificat. IDEM.

Simili fecit anno) *Annona* reponendum cenſeo, ut modo paullo ante: *Niſi frumenti ratio ex temporibus eſſet, & annona*. ID. *Neque ſimili fecit anno*) Vetus: *Quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit annona*. NANN. *Neque ſimili fecit annona*) Sic Hottomannus emendavit, & vero ſic habet liber vetus. LAMBIN.

Quid dicitis) Vetus: *Quid dicetis*. NANNIUS.

Biennium) Lambino hic omnes parue-

provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in ſumma caritate fuerit: num aut in vilitate nummum arator quiſquam dedit: aut in caritate de æſtimatione frumenti queſtus eſt? At uberiora cibaria facta ſunt caritate. Credo: neque id eſt novum, neque reprehendendum. Modo C. Sentium vidimus, hominem vetere illa, ac ſingulari innocentia præditum, propter caritatem frumenti, quæ fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam deportare. Quamobrem non ego invideo tuis commodis, ſi qua ad te lege venerunt: injuriam queror, improbitatem coarguo: avaritiam in crimen, & in judicium voco. Quod ſi ſuſpiciones injicere voletis, ad plures homines, & ad plures provincias crimen hoc pertinere, non ego iſtam defenſionem veſtram pertimeſcam, ſed me omnium provinciarum defenſorem eſſe profitebor. Etenim hoc dico, & magna voce dico: VBICVMQVE. HOC. FACTVM. EST. IMPROBE. FACTVM. EST. QVICVMQVE. HOC. FECIT. SVPPLICIO. DIGNVS. EST.

94. Nam, per deos immortales, videte, judices, & proſpicite animis, quid futurum ſit: multi magnas pecunias ab invitis civitatibus, atque ab invitis aratoribus iſta ratione, cellæ nomine, coegerunt: omnino ego neminem video, præter iſtum: ſed do hoc vobis, & concedo, eſſe multos: in hoc homine rem adductam in judicium videtis: quid facere poteſtis? Vtrum, cum judices ſitis de pecunia capta, conciliata, tantam pecuniam captam negligere: an, cum lex ſociorum cauſa rogata ſit, ſociorum querimonias non audire?

ruerunt, licet ita MSo nullo laudato ediderit. Antea cudebatur, *biennio*. GARATONIVS.

Vnum aut in vilitate nummum arator quiſquam dedit?) Vetus: *Num aut in vilitate nummum arator quiſquam dedit*. Vividius hoc, & rectius. NANN.

Pecuniam reportare) Vetus: *Deportare*. ID. Vide ad c. 61. & huic MSo adde Venetam MCDLXXXIII GAR.

Improbitatem arguo) Vetus: *Coarguo*. NANN. Ita etiam Lambinus ex ſuo codice. GAR.

Tantam pecuniam captam negligere) Prim. Franc *tantam pecuniam collatam colligere*, quam contulerunt aratores. Inſcriptiones antiquæ: *Ex pecunia collata*. GRAEV. Mendum puto; niſi forte, *conflatam negligere*. GAR.

Lex ſociorum cauſa rogata ſit) Hoc idem in Divinatione dixit. Supra: *Nam civibus cum ſunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione*, inquit, *& privato jure repetuntur. hæc lex ſocialis eſt, hoc jus nationum exterarum*. HOTT.

Sociorum querimonias non audire) Senſus

audire? Verum hoc quoque vobis remitto: negligite præterita, ſi vultis: ſed ne reliquas ſpes turbetis, atque omnes provincias evertatis, id providete, ne avaritiæ, quæ antehac occultis itineribus, atque anguſtiis uti ſolebat, auctoritate veſtra viam pateſaciatis illuſtrem, atque latam. Nam ſi hoc probatis, & ſi hoc licere, pecunias iſto nomine capi, judicatis: certe hoc, quod adhuc nemo, niſi improbiſſimus, fecit, poſthac nemo, niſi ſtultiſsimus, non faciet. Improbi ſunt, qui pecunias contra leges cogunt: ſtulti, qui, quod licere judicatum eſt, prætermittunt. Deinde, judices, videte, quam infinitam ſitis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegit, erit abſolutus; quaternos, quinos, denos denique, aut vicenos coget alius: quæ erit reprehenſio? in quo primum injuriæ gradu reſiſtere incipiet ſeveritas judicis? quotus erit iſte denarius, qui non ſit ferendus, & in quo primum æſtimationis iniquitas, atque improbitas reprehendatur? non enim a vobis ſumma, ſed genus æſtimationis erit comprobatum: neque hoc poteſtis judicare, ternis denariis æſtimare licere, denis non licere: ubi enim ſemel ab annonæ

ſus eſt: Lex bipartita eſt, primum enim jubet quæri de pecunia contra leges capta: deinde ſociorum cauſa id jubet: utramvis partem negligentes, in utramvis tamen peccatis: Non poteſtis unam in partem peccare, quin ſimul in aliam delinquatis. Id.

Occultis itineribus) Nam avaritiæ ſuæ ſpecioſam aliquam cauſam prætexebant, exitum ac rationem aliquam defenſionis comparabant. Id.

Atque anguſtiis) *Anguſtis*, corrigendum videtur; nam contraria contrariis retulit, cum dixit, *occultis itineribus*, & *viam illuſtrem: anguſtis*, & *latam*. Idem.

Quaternos, denos denique aut vicenos coget alius) Vetus: *Quaternos, quinos, denos denique*. Nann.

In quo primum injuriæ gradu) Quidam legendum putant, *in quoto*: fortaſſe rectius. Lamb.

Qui non ſit deferendus) Vetus: *Ferendus*, hoc eſt, tolerandus, non adnumerandus. Nann.

Non enim vobis ſumma) Id eſt nullum certum æſtimationis frumentariæ modum conſtituiſtis, ſed indefinite æſtimationem comprobaſtis. Hottom.

Non enim a nobis ſumma, ſed genus æſtimationis eſt comprobatum) Vetus: *Sed genus æſtimationis erit comprobatum*; quod convenientius huic loco: res enim nondum acta erat, ſed ſemel admiſſa hypotheſi, futura. Nann.

Neque hoc poteſtis judicare ternis denariis æſtimare licere) Vetus quod deeſt ſententiæ adjungit: *Neque hoc poteſtis judicare, ternis denariis æſtimare licere, denis non licere*. Idem.

Æſtimare licere, denis non licere) Sic reſtitui ex antiquis codicibus: nam lib. vulg. habent, *denis non licere*. Lamb. Merito hanc lacunam quoque ex codice optimo complevit Carolus Stephanus, & Gruterus. In Lambinianæ editionis margine tantum legitur. Graev.

Ab

nonæ ratione, & ab aratorum voluntate res ad prætoris libidinem tranſlata eſt; non eſt jam in lege, atque in officio, ſed in voluntate hominum, atque avaritia poſitus modus æſtimandi.

95. Quapropter ſi vos ſemel in judicando finem æquitatis, & legis tranſieritis, ſcitote, vos nullum ceteris in æſtimando finem improbitatis, & avaritiæ reliquiſſe. Videte igitur, quam multa ſimul a vobis poſtulentur. Abſolvite eum, qui ſe fateatur maximas pecunias cum ſumma ſociorum injuria cepiſſe: non eſt ſatis. Sunt alii quoque plures, qui idem fecerint: abſolvite etiam illos, ſi qui ſunt: ut uno judicio quam plurimos improbos liberetis. Ne id quidem ſatis eſt: facite, ut ceteris poſthac idem liceat: licebit. Adhuc parum eſt. Permittite, ut liceat, quanti quiſque velit, tanti æſtimet: æſtimabit. Videtis jam profecto, judices, hac æſtimatione a vobis comprobata, neque modum poſthac avaritiæ cujuſquam, neque pœnam improbitatis futuram. Quas ob res quid agis, Hortenſi? Conſul es deſignatus: provinciam ſortitus es: de æſtimatione cum dices frumenti, ſic te audiemus, quaſi id, quod ab iſto recte factum

Ab aratorum voluntate) Non enim ex annonæ ratione ſemper modus æſtimetioni præſtituendus eſt; quid enim ſi vectura ſimul æſtimenda ſit? ut malit arator multo majorem pecuniem quenti frumentum ſit numerare. Hotтом.

Sed in voluntate hominum, atque audacia, poſitus modus æſtimandi) Vetus: *Sed in voluntate hominum, atque avaritia poſitus modus æſtimandi*. Nann.

Sunt alii quoque plures) Irrepſit hoc ex Lembiniana repetitione, ut alie quædam, in Gruterianam, unde omnes ed unum poſtea recepere. At ipſe Lambinus antea loco non moverat optimam Venetæ, Naug Man. &c. lectionem, *complures*: quæ jam reſtitui omnino debet. Gar.

Quam plurimos impios, liberetis) Vetus: *Quam plurimos improbos liberetis*. Nann.

At hoc parum eſt) Vetus liber, *adhuc parum eſt*. F. Vrsin. *At hoc parum eſt*) Pel. ſec. *Ad hoc*: nimirum ſententie requirit: *Adhuc parum eſt*; itaque nihil eſt, cur non deinde ita excudatur. Grut. Sic emendatum reperimus in uno codice Regio, & cum Grutero recepimus. Lall.

Conſul es deſignatus: provinciam ſortitus es) Senetus priuſquam comitia Conſularia fierent, Conſulibus futuris provincias decernebat; ut apparet ex orat. de Prov. Conſul. his verbis: *Itaque ego idem, qui nunc conſulibus iis, qui deſignati erunt, Syriam, Macedoniamque decerno*. Deſignati autem Conſules ſortiebantur provinciae: ſicuti ex hoc loco intelligitur, & ex Salluſtii verbis ex bello Iugurthino, quæ ſubjiciam: *Sed ubi Senatus delicti conſcientia populum timet, lege Sempronia, provinciæ futuris Coss. Numidia atque Italia decreta ſunt, Conſules declarati ſunt P. Scipio Naſica, L. Beſtia Calpurnius. Calpurnio Numidia, Scipiuni Italia obvenit*. Prætorum autem alia ratio eſt, ut

factum eſſe defendes, te facturum profiteare, & quaſi, quod iſti licitum eſſe dices, vehementer cupias tibi licere. Atqui ſi id licebit, nihil eſt, quod putetis quemquam poſthac commiſſurum, ut de pecuniis repetundis condemnari poſſit. Quantam enim quiſque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellæ nomen æſtimationis magnitudine conſequatur.

96. At enim eſt quiddam, quod, etiam ſi palam in defendendo non dicit Hortenſius, tamen ita dicit, ut vos id ſuſpicari, & cogitare poſſitis: pertinere hoc ad commodum ſenatorium: pertinere ad utilitatem eorum, qui judicent, qui in provinciis cum poteſtate, aut cum legatione ſe futuros aliquando arbitrentur. Præclaros vero exiſtimas judi-

ut ſupra dixi. HOTTOM. *Quid agis Hortenſi? conſul es deſignatus, provinciam ſortitus es*) Placet Ant. Auguſtini conjectura, qui pro *ſortitus* legendum putat *ſortiturus*. F. VASCN.

Vehementer cupias) Codex Lambinianus, *inmane cupias*. An talia hæc lectio eſt, ut a Librariis potuerit proficiſci? Nonne *vehementer* ſpeciem habet interpretationis? Notum ex Nonio eſt, nomen iſtud pro adverbio poni. Scio citari ab illo *inmane quantum* ex Salluſtio, cui Horatius accedit I. Carm. 27. 6. quod permulti explicant, *inmane eſt, quantum*, Nonioque de adverbio refragantur. Recte quidem: verumtamen, ſi pro adverbio nomen eſt ibidem apud Nonium ex Plauto, *inſanum valde deamat*, cur non item aliquando ſit hoc *inmane*? An erit illa ellipſis integræ locutionis, *inſanum in modum*? An quod ait Tacitus VI. Ann. 37. *Euphraten ſponte, & inmenſum attolli*, & alia hujuſmodi eadem ſunt ratione contracta? Atqui Nonio adſtipulatur Servius ad illud III. Georg. 239 *Fluctus ... inmane ſonat per ſaxa*: Sed ne hoc quidem ſimillimum eſt, illud etiam X. Æneid. 726. de leone *gaudet hians inmane*, taliaque omnia aliena, & poetica putabuntur. Erit, qui emendet, *inſane*, Varronem ſciens de Plauto ſcribere VEHEMENTER *cum vellet dicere, dicit* INSANE *&c.* de L. L. p. 79. Ego & lectionem codicis optimi poſſe defendi video, & finem, ſi defendam, nullum diſputandi fore. GAB.

Per cellæ nomen) Vulgua *prætextu cellæ*. Alibi Cicero, *cellæ quæſito nomine, cellæ nomen, per cellæ ſimulationem ac ſpeciem*. HOTT.

Pertinere hoc ad commodum Senatorium) Quod nonniſi ex eodem ordine Senatorio aut cum poteſtate, aut cum legatione in provincias mittuntur. IDEM.

Eorum qui judicent) Soli enim nunc judicant Senatores. IDEM.

Cum poteſtate aut cum legatione) *Cum poteſtate* dicuntur eſſe magiſtratus, qui imperium a populo Romano acceperunt: ut Prætores, & Conſules. Legatorum vero varia erant genera: quemadmodum ex his Ciceronis verbis intelligitur, & in oratione in Vatinium: *Legati, id eſt nuncii pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici conſilii auctores, miniſtri muneris provincialis, deligebantur a Senatu, more majorum*. Miniſtros autem dicit provincialis muneris, qui cum Prætore, aut Conſule mittuntur in provincias, & in conſilio cum Prætore conſident. Salluſtius in Iugurthino: *Rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eas, qui a Iugurtha in legationibus, aut imperiis pecunias accepiſſent*. IDEM.

Præclaros vero exiſtimas judices) Sic emendavi, atque ita ſine dubio legendum

judices nos habere, quos alienis peccatis conceſſuros putes, quo facilius ipſos peccare liceat. Ergo id volumus populum Romanum, id provincias, id ſocios, nationeſque exteras exiſtimare, ſi ſenatores judicent, hoc certe unum genus infinitæ pecuniæ, per ſummam injuriam cogendæ, nullo modo poſſe reprehendi? Quod ſi ita eſt, quid poſſumus contra illum Prætorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui rempublicam ſiſtere negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem judicia referantur? Quod ſi ille hoc unum agitare cœperit, eſſe aliquod genus cogendæ pecuniæ, ſenatorum commune, & jam prope conceſſum ordini, quo genere ab ſociis maxima pecunia per ſummam injuriam averratur: neque

dum eſt, & meam conjecturam comprobant codices veteres: vulgata autem lectio, *præclaros viros*, rejicienda, & damnanda, & inepta. LAMB. *Præclaros vero exiſtimas*) Ita liber vetus Lambino laudatus: ceteri *viros*. GRUT. Ita *viro* pro *vere* irrepſiſſe vidimus pro Quint. 15. Hujus autem particulæ uſus in hac ironia notiſſimus eſt. GAR.

Alienis peccatis conceſſuros) *Concedere* pro ignoſcere, ut in orat. pro Sex. Roſcio: *Deinde quod ceterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam.* HOTTOM. Franc. prim. *peccatis ceſſuros*. GRÆV.

Qui quotidie templum tenet) C. Aurelium Cottam, qui pro roſtris conciones habebat; de quo in Divinat. dictum eſt: *Navium Antiatium roſtris ſuggeſtum in foro ad ornatum extructum eſt, roſtraque id templum appellatum.* Varro, Livius, & alibi dictum eſt. HOTT.

Rempub. ſiſtere negat poſſe) *Siſtere*, id eſt, ſtare, conſiſtere. IDEM. *Qui R. publicam ſiſtere negat poſſe*) Vetus: *Qui Rempublicam ſubſiſtere negat poſſe*. NANN. Vere Hottomannus. Male Carolus Stephanus, Lambinus, Gruterus hic ſecuti ſunt Nannianum codicem, qui in hoc loco eſt interpolatus, ignorantia notionis minus tritæ *ſiſtere*, quod ſæpe idem eſt quod ſubſiſtere, ſalvum & incolumem eſſe, ut pridem docuit vir ſummus I. Frid. Gronovius ad Liv. IV. cap. 12. ubi oſtendit *ſiſti non poſſe* elegans eſſe loquendi genus, pro ſubſiſti non poſſe, non poſſe ſuſtineri: & apud Liv. XXIX. pro *ſiſti* librarios eamdem ob cauſam ſuppoſuiſſe *ſubſiſti*; quin & alibi apud Juſtinum & Livium pro *ſiſti* eoſdem ſubſtituiſſe *reſiſti*. *Siſtere* autem accipi pro *ſiſti*, non uno probat exemplo; quem vide. Retinenda igitur hic ceterorum & MSorum, & editionum, Victorii. Manutii, Hottomanni, & vetuſtiorum omnium lectio *ſiſtere*. GRÆVIUS.

Hoc unum agitare cœperit) Idem, atque *agere* de quo diximus ad I. Act. 13. GAR.

Auferetur) Vetus: *Averratur*. NANN. *Per ſummam injuriam averratur*) Sic Nannii membranæ: vulgata *auferatur*: malim *avertatur*, ſi prima non perplacet. GRUTER. Recepit C. Stephanus, æque ut Gruterus, *averratur*. GRÆV. Eamdem varietatem vidimus c. 78. ut quæque ibi editio dederat, ita hic dedit. Quod ſequitur, *neque ullo modo*, Gruterus habet a Manutio, aliiſque quibuſdam. Veneta, Nauger. cum plurimis, *neque illud modo*. Sed veram plane lectionem ea MSo dederat Lambinus, *neque id ullo modo*: quam neglectam hactenus cenſeo reſtituendam. GAR.

Sena-

que ullo modo ſenatoriis judiciis reprehendi poſſe, idque, dum equeſter ordo judicaret, eumquam eſſe commiſſum: quis obſiſtet? quis erit tam cupidus veſtrum, tam fautor ordinis, qui de transferendis judiciis poſſit recuſare?

97. Atque utinam poſſet aliqua ratione hoc crimen, quamvis falſa, modo humana, atque uſitata defendere: minore periculo veſtro, minore periculo provinciarum omnium judicaretis. Negaret hic æſtimatione ſe uſum? vos id credidiſſe homini, non factum comprobaſſe videremini: nullo modo negare poteſt: urgetur a tota Sicilia: nemo eſt ex tanto numero aratorum, a quo pecunia cellæ nomine non ſit exacta. Vellem etiam hoc poſſet dicere, nihil ad ſe iſtam rationem pertinere: per Quæſtores rem frumentariam eſſe adminiſtratam: ne id quidem ei licet dicere: propterea quod

Senatoriis judiciis) Quoniam ii judicant, qui magiſtratus provinciales ſoli capere poſſunt, nec eas res in aliis damnabunt, quasi ipſi committere poſtea cogitant. HOTT.

Quis obſiſtet, quis erit tam cupidus veſtri) Vetus: *Quis obſiſtet, quis erit tam cupidus veſtrum*. NANN. *Obſiſtet* recepit quoque C. Stephanus. GRAV.

De transferendis judiciis poſſit recuſare?) Modo dixit, *referantur*: & in hac re, quam ſæpiuſcule in his Verrinis inculcat, nullam videtur prima fronte judiciorum partem ſenatui, ſi lex Aurelia fuerit perlata, relinquere. Quod ſecus fuiſſe notum eſt. An de induſtria gravi, & minaci verbo uti Ciceronem putabimus? Sed ita etiam Livii epitome XCVII. ubi vide omnino eximiam Dukeri notam. GARATONIUS.

Minore periculo provinciarum) Quoniam ii, qui deinceps in provinciam profecturi ſunt, eorum exempla imitabantur, quorum facta hoc judicio comprobari viderint. Hinc illud periculoſum provinciis genus injuriæ confirmari judico. HOTT.

Negaret hac æſtimatione ſe uſum?) Prius editi *hic*. LAMB. *Si negaret hac æſtimatione &c.* a conjecturis procul dubio, antea enim publicarat, *Vellem negare poſſet æſtim. ſe uſum*. GRUT. *Has* ex Lambiniana hauſit Gruterus, ſed ille unde petierit, ignoratur. Omnes enim editi ceteri & MSi *hic*. GRAV. Præclare Lambinus: ſed non creditur jam bis, ut vidimus, prorſum, ſe nihil adverſus codices recepiſſe. Modo c 91. quam ſe caute geſſerit, certiſſime conſtat. Conjecturas margini adſcripſit, imo varietates etiam optimorum codicum pluſculas, quas potuiſſet ſine ſua fraude recipere. Ipſum vero ex ultimis ſuis curis æquum eſt iudicare. Sed majoris eſt operæ Lambinum defendere; quem mihi perſuaſum eſt, ſi MSi penitus excuterentur, pluris omnes eſſe facturos. Quidquid ſit, hoc loco ferri vulgata poteſt. Quamvis enim non æſtimatio ipſa, ſed ejus uſus reprehendatur (vide c. 81.) tamen, cum ſenatus triticum pluris æſtimaſſet, quam eſſet in Sicilia, omnino a Verre non debuit æſtimari. Mox Ven. MCDLXXXIII. & Naugeriana, & Hervag. melius, *urgetur tota Sicilia*, ſine præp. De verbi autem recta ſcriptura, quæ *urgueo* eſt, ut ſemel moneam, conſule Cortium ad Salluſt. Iug. XXIV. n. 3. cui omnes nunc plane conſentiunt: licet olim vir in his princeps Pierius Valerianus ad Virg. V. Æn. 202. ſubdubitaverit. GAR.

Ne id quidem licebit dicere). *Licet dice-*

quod ipſius litteræ recitantur ad civitates de ternis denariis miſſæ. Quæ eſt igitur defenſio? Feci, quod arguis: coegi pecunias maximas cellæ nomine: ſed hoc mihi licuit: vobis, ſi proſpicitis, licebit. Periculoſum provinciis, genus injuriæ confirmari judicio: pernicioſum noſtro ordini, populum Romanum exiſtimare, non poſſe eos homines, qui ipſi legibus teneantur, leges in judicando religioſe defendere. Atque iſto Prætore, judices, non ſolum æſtimandi frumenti modus non fuit, ſed ne imperandi quidem: neque enim id, quod debebatur, ſed quantum commodum fuit, imperavit. Summam faciam vobis ex publicis litteris, & teſtimoniis civitatum, frumenti in cellam imperati: reperietis quinquies tanto, judices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe. Quid ad hanc impudentiam addi poteſt, ſi & æſtimavit tanti, ut homines ferre non poſſent, & tanto plus, quam erat ei conceſſum legibus, imperavit? Qua propter, cognita tota re frumentaria, judices, jam facillime perſpicere poteſtis, amiſſam eſſe populo Romano Siciliam, fructuoſiſſimam, atque opportuniſsimam provinciam, niſi eam vos iſtius damnatione recuperatis. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris, & ſi aratorum numerum, ac nomen extinxeris? quid enim poteſt eſſe in calamitate reſidui, quod non ad miſeros aratores, iſto Prætore, per ſummam injuriam, ignominiamque pervenerit? quibus, cum decu-

dicere, alii, opinor, omnes: quod puto retinendum, cum ſupra in eodem tempore ſic loquutus ſit. Quod ſi cui levis hæc videtur caſtigatio; is, quod fuerit noſtrum conſilium, conſideret. Ciceronis orationes cum duodecim plus minus tum ſcriptis, tum impreſſis libris collatas (quæ in re nobis pueri aliquot honeſti ſuam operam navarunt) adhibito judicio a typographorum recentiorum audacia vindicare voluimus. HOTT.

Qui ipſi legibus teneantur) Non ſoli Senatores repetundarum legibus tenentur, quippe qui ſoli provincias obtineant. Senſus eſt: ergo ſi qui vindices & cuſtodes lege repetundarum a populo poſiti ſunt, & quaſi in præſidio collocati, tenere ac defendere illam non poſſunt, aliorum hominum præſidium quæratur. IDEM. Confer pro Rabirio Poſt. 6. 7. GAR.

Id, quod debebatur) Lambinus ex MSo allegato, *debetur*. IDEM.

Qua propter cognita tota re) Concludit per indignationem ex provinciæ calamitate & miſeria: & in extremo, quæ de tribus frumenti generibus diſperſe dicta ſunt, eorum breviter per enumerationem memoriam revocat. HOTTOM.

Vir

decumas dare deberent, vix ipſis decumæ relictæ ſunt: cum pecunia deberetur, ſoluta non eſt: cum optima æſtimatione ſenatus frumentum eos in cellam dare voluiſſet, etiam inſtrumenta agrorum vendere coacti ſunt.

98. Dixi jam antea, judices, ut has omnes injurias tollatis, tamen ipſam rationem arandi ſpe magis, & jucunditate quadam, quam fructu, atque emolumento teneri: etenim in incertum caſum, & eventum certus quotannis labor, & certus ſumtus impenditur: annona porro pretium, niſi in calamitate fructuum, non habet: ſi autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur vilitas in vendendis: ut aut male vendendum intelligas, ſi proceſsit, aut male perceptos fructus, ſi recte licet vendere. Totæ autem res ruſticæ ejuſmodi ſunt, ut eas non ratio, neque labor, ſed res incertiſsimæ, venti, tempeſtateſque moderentur. Hinc cum unæ decumæ lege, & conſuetudine trahantur: alteræ novis

Vix ipſe decumæ relictæ ſunt) Quis non videt ſic eſſe legendum vel invitis libris omnibus, non ut in vulgaris, *vix ipſis?* LAMB.

Cum pecunia deberetur) Tum dupli, tum æſtimati frumenti nomine. HOTTOMANN.

Inſtrumenta agrorum) Etenim non modo attributam ſibi a Senatu pecuniam non acceperant; verum etiam multo majorem pecuniam æſtimationis nomine dare coacti ſunt, quam quanti frumentum eſſet. De fructu enim eam ſolvere non poterant, inſtrumentum ad pecuniam conficiendum coacti ſunt vendere. IDEM.

Ad incertum caſum, & eventum) In hanc ſententiam Theophraſti locum ex lib. de Plantis VIII. ſubſcribemus cap. 8. *Ad incrementum autem atque alimentum aeris temperies multum refert, ac omnino anni ratio atque conſtitutio; quippe cum pluviæ, ſerenitates, hiemes commode accidunt, uberiora omnia, ac fecundiora ſunt; quamvis arida teres, & macra jejunaque ſit, eoque proverbio dici ſolet, non recte tamen, annus fert, non ager. Magni enim intereſt, qualis quæque terra ſit.* HOTTOM. Bene prim. Franc. *in incertum caſum & eventum*. GRAV.

In calamitate fructuum) Salluſt. fragm. Hiſt. III. 5. ed. Haverc. *Cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus eſſet*. Ibid. n. 4. *malis fructibus* pro hac *fructuum calamitate*. GAR.

Ut aut male vendendum intelligas, ſi proceſſit) Rectius Francii primus: *Ut aut male vendendum intelligas, ſi bene proceſſit*. Eſt enim elegans illa oppoſitio, *male vendere*, *bene procedere*, ut in ſequentibus *male percipere fructus*, & *recte vendere*. GRAV. *Bene proceſſit*, etiam Veneta vetus: Cortius ad Salluſt. Cat. I. 5. citat ex Catone: *Quia hæc res tam ſecunde proceſſit*. Cicero ad Diverſ. XII. 9. *Ut omnia proſpere procedant*. XIII Phil. 19. *Quaſi vero ei pulcherrime priora proceſſerint*. Nondum tamen omnis mihi penitus de gloſſa ſcrupulus ablatus eſt. Vide Drak. ad Liv. II. 44. & Lex. ruſticum Geſneri. GAR.

Lege & conditione trahantur) Ea lege & pactione, qua in amicitiam populi Romani recepti ſunt. *Conditio* pactionem ſignificat: Cicero in Topic. *Si quæratur, a natura ne jus profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione & pactione hominum*. HOTT. *Lege & conditione trahantur*) Vetus. *Lege & conſuetudine*

novis inſtitutis propter annonæ rationem imperentur: ematur præterea frumentum quotannis publice: poſtremo etiam in cellam magiſtratibus, & Legatis imperetur: quid, aut quantum præterea eſt, quod aut liberum poſſit habere ille arator, ac dominus in poteſtate ſuorum fructuum, aut in ipſis fructibus ſolutum? Quod ſi hæc feruntur omnia: ſi vobis potius, ac populo Romano, quam ſibi & ſuis commodis opera, ſumtu, labore deſerviunt: etiam ne hæc nova debent edicta, & imperia Prætorum, & Apronii dominationem, & Veneriorum ſervorum furta, rapinaſque perferre? etiam ne frumentum pro emto gratis dare? etiam ne in cellam, cum cupiant gratis dare ultro, pecuniam grandem dare? etiam ne hæc tot detrimenta, atque damna cum maximis injuriis, contumeliiſque perferre? Itaque hæc, judices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt. Arationes tota Sicilia deſertas, atque a dominis relictas eſſe cognoſcitis: neque quidquam aliud agitur hoc judicio, niſi ut antiquiſsimi ſocii, fideliſsimique Siculi, coloni populi Romani, atque aratores, veſtra ſeveritate, & diligentia, me duce, atque auctore, in agros, atque in ædes ſuas revertantur.

dine trahantur. NANN. *Lege & conſuetudine trahantur*) Vulgata *& conditione*; alterum exſtat in Nannianis. GRUT. Merito Gruterus & C Stephanus receperunt *conſuetudine*. GRÆV. Nos tamen hoc (*& conditione*) Ciceronis putavimus, inducti per ea, quæ monuit pater ad Livium XXX'V. 23 GRONOV. Lambinus, qui primum ediderat *conſuetudine*, poſtea maluit, *conditione*: ex qua re ſuſpicor, poſtremum hoc in Fabriciano fuiſſe. Recentiores quoque Gruterum, & Grævium deſeruerunt. *Conditio* autem hic pactio quidem eſſe poteſt, de quo ſenſu diximus ad I. Act. 6. ſed etiam ſtatus ipſe Siculorum, atque jus, quo jam inde ab lege Hieronica vivebant. Ea etenim lex a Romanis confirmata reſpicitur. Supra c. 6. *Siciliæ civitates ſic in amicitiam, fidemque recepimus, ut eodem jure eſſent, quo fuiſſent, eadem conditione populo Rom. parerent, qua ſuis antea paruiſſent*. Verum lectio mihi eſt adhuc incerta. GAR.

Altera novis inſtitutis) Decumæ, quæ non gratis, neque ex lege debentur: ſed conſtituto pretio imperantur. HOTTOM.

Magiſtratibus & legatis) Ergo magiſtratuum nomine etiam quæſtores ipſos comprehendit. IDEM.

Cum cupiant gratis dare) Non accipere pecuniam Quæſtoribus a Senatu attributam, quoniam ejus pecuniæ nomine prætores audacius frumentum æſtimant. HOTT.

Me duce, atque auctore) Meo ductu, atque auctoritate. Auctor illis redeundi Cicero erit, cum illos ſua fide, ac periculo redire jubebit. IDEM.

AC-

ACCVSATIONIS IN C. VERREM

LIBER QVARTVS

De Signis.

ORATIO NONA.

ARGVMENTVM HOTTOMANNI.

IN *hoc quarto Accuſationis libro, quem alii ſine cauſa ſextum nominant, furta Verris recenſentur in ſignis & ornamentis Siciliæ: falſamque Tullius eſſe demonſtrat Hortenſii defenſionem,* cum *diceret,* emta, non ablata eſſe hæc ſigna: *primum quod magiſtratibus populi Romani nihil in ſua provincia mercari liceat: deinde quod ea Verres eo pretio per poteſtatem abſtulerat, ut nihilo turpius facturus fuiſſet, ſi ea palam atque aperte diripuiſſet. Hac autem prima parte propoſitio continetur eorum, quæ mox ſingulatim commemoraturus eſt, & attentionem comparavit, cum demonſtravit ſe* magna, nova, incredibilia dicturum: *quæ cum ad ſummam Reip. tum ad Deos immortales pertinerent.*

VEnio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium, ut amici ejus, morbum, & inſaniam, ut Siculi, latrocinium; ego quo nomine appellem neſcio: rem vobis proponam: vos eam ſuo, non nominis pondere penditote. Genus

Q*Vemadmodum ipſe appellat ſtudium)* *Studium* pro voluptate & delectatione, ſæpe apud hunc eumdem ſcriptorem. In libro de Seneꝭt. *Ignoſcetis autem; nam & ſtudio rerum ruſticarum provectus, & ſenectus eſt natura loquacior.* Terentius in Adelphis:

Dii voſtram fidem,
Vtrum ſtudio ne id ſibi habet, an laudi putat

 Fore,

Genus ipſum prius cognoſcite, judices: deinde fortaſſe non magnopere quæretis, quo nomine appellandum putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis, tam copioſis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium, aut Deliacum fuiſſe; ullam gemmam, aut margaritam; quidquam ex auro, aut ebore factum; ſignum ullum æneum, marmoreum, eburneum: nego ullam picturam neque in tabula, neque textili fuiſſe, quin conquiſierit, inſpexerit, quod placitum ſit, abſtulerit. Magnum videor dicere: attendite etiam, quemadmodum dicam: non enim verbi, neque criminis augendi cauſa complector omnia: cum dico, nihil iſtum ejuſmodi rerum in tota

Fore, ſi perdiderit gnatum? HOTT.

Morbum & inſaniam) *Numquid dubium eſt, quin vitia mentis humanæ inveterato caduca, quæ morbos vocamus, immoderata ſint?* ait Seneca Epiſt. lib. 12. Nam ut qui alicujus rei cupiditate, & impotenti quadam appetentia tenentur, ii plerumque in inſaniam incidunt: eodem modo tam perdite Verres hæc amare viſus eſt, ut in poteſtate mentis non eſſe videretur. Et profecto ita eſt, ut Plinius & Lactantius iterum proſcriptum ab Antonio Verrem affirment, quod ei ſe vaſis Corinthiis ceſſurum negaſſet. HOTTOM.

Suo nominis pondere penditote) Id eſt, ei nomen illud imponite, quod rei gravitatem æquare poſſit. Nam etiamſi graviſſimo latrocinii verbo eam appellemus, verbo tamen huic præponderare videbitur. IDEM. *Vos eam ſuo, non nominis, &c.*) Sic habent omnes libri manuſcr. LAMBIN. *Vos eam ſuo, non nominis pondere*) Ita primus legendum cenſuit Turnebus libro XXV. cap. 5. ex MSis, cui adſentitur Giſanius ad Lucretium, neque aliter liber Cujacii Hittorpiique, vulgatum prius, *ſuo nominis pondere*, cui aſſentiuntur Pall. & Gruterianus. GRUTER. Firmat, *ſuo, non nominis pondere* Regius Pariſienſis codex antiquiſſimus. GRÆVIUS.

Ullam gemmam, aut margaritam) Quid inter utramque interſit, vide apud Iuriſconſultos ſub titulo D. de aur. & arg. legat. HOTT. *Ullam gemmam aut margaritam*) Sic iterum iidem libri H. & C. nam prius cuſi præpoſita poſtpoſitaque voce, *nego ullam gem. aut marg. fuiſſe, aut*, a liberalitate ſcilicet ſcribarum. GRUT. Vide opuſc. de Latinit. ICtor. vet. & ibi Dukeri notam p. 305. GAR.

Picturam textilem) Lana contextam, veſtes ſtragulas dicit, quæ vulgo *Tapetia* dicuntur. HOTT. *Neque in tabula, neque in textili fuiſſe*) Et hoc eſt ab iiſdem, quibus ſuffragatur & Turnebianus. Vulgata, *tabulis, neque textilem*. GRUT. *Neque textili*) Sic ediderunt Grævius, & Verburgius. Itaque aut ex priore membro ſubintelligenda eſt præpoſitio, *in*: aut, quemadmodum in libris eſt, teſte Grutero, iteranda. Picturæ *in textili* ſunt ornamenta, quæ acu pinguntur in textili, h. e. panno e lana &c. contexto. Nam *textile* hic eſt ſubſtantivum, uti apud Liv. XLV. 35. ubi habes *regia textilia*. Legebat Victorius: *nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuiſſe*; quod mihi ſane non diſplicet. Cur enim Cicero minus recte dixerit *picturam textilem*, quam Virg. Æn. III. 483. *picturatas veſtes*? ideſt, pictura decoratas, inquit Servius; ea nimirum, quæ lana diverſi coloris, & acu efficitur. HORTANS. *Neque textili* eſt a MSo ad marg. Lamb. & ita C. Steph. imo ipſe Gruterus:

tota provincia reliquiſſe, Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui: etiam planius: nihil in ædibus cujuſquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem: nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum: denique nihil iſtum, quod ad oculos, animumque acciderit, neque privati, neque publici, neque profani, neque ſacri, tota in Sicilia reliquiſſe. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quam ex ipſis laudatoribus tuis? facilius enim perſpicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accuſant, qui perſequuntur; cum apud

terus: qui cum illum ipſum Cuſacianum citet, quo uſus eſt Lambinus, ſuſpicionem non levem injicit, es in ejus notæ fuiſſe, ipſo nolente, præfixum. Cum Naugerio, quem Hortenſius intelligit, *textilem* Veneta, Hervag. &c. Media, & fortaſſe omnibus præferenda Lambiniana lectio: *neque in tabula, neque textilem*. GAR.

Latine non accuſatorie) Hoc eſt ſimpliciter & aperte, omnium Latine loquentium more, nulla ſuperlatione utens vocabuli, ut ſolent accuſatores. Alibi dixit, *more Romano*, in epiſt. quadam ad Trebatium, cujus initium, *In equo Trojano. Balbus*, inquit, *mihi confirmavit, te divitem futurum; id atcum Romano more loquutus ſit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe divites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro*. Et eodem rurſus libro, epiſt. *Vide quam mihi*. Item Philipp. VII *Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed ut appellant ii, qui plane, & Latine loquuntur*. HOTT. Vide doctiſſimum virum, P. Burmannum juniorem ad Antholog. Latin. T. II. p. 482. GAR.

Ne in oppidis quidem) Infra contra ſic ſcripſit: *Non modo oppidum nullum, ſed ne domus quidem expers hujus injuriæ reperietur*. HOTT.

Quod ad oculos, animumque acciderit) Sic habent quatuor lib. manuſcr. quos ſecutus ſum; nam vulgati habent, *quod oculos, animumque accenderit*: quam lectionem rejeci, ut ſuppoſitam ab eo, qui veram, & Cicerone dignam non intelligeret. Ita enim ſæpe loquitur, *accidit ad aures, ad oculos, ad animum*, & item Lucretius. LAMB. *Nihil apud civem Romanum: nihil denique iſtum quod oculos animumque accenderit*) Ita videtur hic locus legendus: nec aſſentior iis, qui *denique* tollunt, & *ve* pro *que* reponunt. Nam *denique* loco ſuo poſitum eſt: & *que*, quam *ve* longe melius; nam quæ accendunt oculos omnia, animum quoque accendunt: at non omnia, quæ animum, oculos quoque accendunt. F. VRSIN. *Quod ad oculos animumque acciderit*) Haud aliter præter Lambinianos, H. & C: quippe retro cuſi, *quæ oculos animumque accenderint*, quod & in MSis noſtris: qui cum exarati fuerint in Italia, confitendum eſt Gallica, atque Belgica exemplaria deſcripta ex aliis authenticis, aut minus ſibi permiſiſſe ſcribas in excipiendo. GRVT. Firmat Regius codex *ad oculos animumque acciderit*. GRÆV.

Mihi facile concedent) Reg. *concedent*. IOAN. Ita etiam codex ad Lamb. marg. GAR.

Vna in amore, ac deliciis) Meſſanam dixit, quam paſſim ita perſtringit, ut ejus de Verre teſtimonium elevet. Miſerant Mamertini, id eſt, Meſſanenſes cives, legatos Romam, qui Verrem laudarent. HOTT.

apud tuos Mamertinos inveniare improbiſsima ratione eſſe prædatus.

2. C. Heius eſt Mamertinus, omnes hoc mihi facile concedent, qui Meſſanam acceſſerunt, omnibus rebus in illa civitate ornatiſsimus. Hujus domus eſt vel optima Meſſanæ, notiſsima quidem certe, & noſtris hominibus apertiſsima, maximeque hoſpitalis. Ea domus ante adventum iſtius ſic ornata fuit, ut urbi quoque eſſet ornamento: nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuque ornata ſit, ab his rebus, quibus iſte delectatur, ſane vacua, atque nuda eſt. Erat apud Heium ſacrarium magna cum dignitate in ædibus, a majoribus traditum, perantiquum: in quo ſigna pulcherrima quatuor, ſummo artificio, ſumma nobilitate, quæ non modo iſtum hominem, ingenioſum, atque intelligentem, verum etiam quemvis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent: unum Cupidinis marmoreum Praxitelis: nimirum didici etiam, dum in iſtum inquiro, artificum nomina: idem, opinor, artifex ejuſdem modi Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur; nam alia viſendi cauſa nulla eſt. Itaque ille L. Mummius, cum Theſpiadas, quæ ad ædem Felicitatis ſunt, cete-

In quo ſigna) Videtur deeſſe *inerant*; aut tale quidpiam: ſed nihil muto de meo.. IDEM.

Idiotas appellat) Sic aliis præterea locis non paucis. *Idiotas* autem idcirco imperitos appellabant, quod privati & plebeji homines, uſu magnarum rerum carentes, earum judicium nullum adipiſcuntur. IDEM.

Cupidinis marmoreum Praxitelis) Cujacii liber *Praxitele*, unde fingebat Guilielmius *Praxitele*; non inepte. GRUTER. Regius quoque, *Praxitele*. GRÆV. E Cujaciano rectius *Praxiteli* conjiciebat Lambinus. Vide Græv. ad II. Acc. 54. III. 66. Victor. & Cortium ad V. ep. ad Diverſ. 12. & quos præterea laudat Staverenius ad C. Nepot. Themiſt. c. 1. imo Gruterum ipſum vide ad c. 6. GAR.

Nimirum didici etiam) Nam veteres Romani Græcorum hanc levitatem exiſtimabant. Itaque plerumque ſe orator, quod pictorum ſculptorumque nomina pronunciet, excuſat. HOTT.

Propter quem Theſpiæ) Plinius libro XXXVI. cap. 5. de Praxitele loquens: *Ejuſdem eſt*, inquit, *Cupido objectus a Cicerone Verri: ille propter quem Theſpiæ viſebantur: nunc in Octaviæ ſcholis poſitus*. IDEM. Parum accurate Plinius, ut omnes vident. Fata Cupidinis illius Theſpienſis narrat Pauſanias IX. 27. ut monuit jam Cl. Harduinus. De aſtu Phrynes, & ipſius Praxitelis de hoc ſuo opere judicio eumdem Pauſaniam in Attic. c. 20. & Athenæum lib. XIII. laudavit Hortenſius. Nam Phryne hoc ſignum a Praxitele ipſo pulcherrimum omnium, fere, quæ haberet, judicatum dono accepit, patriæque donavit ſuæ. GAR.

Cum Theſpiis ea quæ ad ædem) Pall. editioneſque vert. *cum Theſpiade quæ ad*

ceteraque profana ex illo oppido ſigna tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat conſecratus, non attigit.

3. Verum, ut ad illud ſacrarium redeam, ſignum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore: ex altera parte Hercules egregie factus ex ære: is dicebatur eſſe Myronis, ut opinor, & certe. Item ante hoſce deos erant arulæ, quæ cuivis ſacrarii religionem ſignificare poſſent: erant ænea præterea duo ſigna non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabantur: ſed earum

ad ædem, Grut. *cum Theſpiis, quæ ad ædem*; adeo ut fere accedam Turnebo, emendanti ex veteri libro, *Theſpiadas quæ ad ædem*. GRVT. Clare Regius *Theſpiadas*. Proxime Francii *Theſpid?* Sic ſcribendum eſſe patet ex Plin. XXXVI. 5. *Sitæ fuere & Theſpiades ad ædem Felicitatis*. GRÆV. *Theſpiades*, h. e. Muſas, firmant quatuor codices Regii. LALLEM. Eadem lectio ex MSo ad Lamb. marg. notabatur; ubi ex MSo pariter, *Atque ille L. Mummius*. pro vulgato, *Itaque*, cui præfero *Atque*. Ita peccatum in Livio V. 21. vide ibi de permutationis hujus frequentia Drakenb. GAR.

Egregie factus eſt ex ære] Nec in Reg. nec in Franc. nec in editionibus melioribus legitur *eſt*; quod omnino delendum. Pro *ita eſt*, quod in nonnullis legitur, recte Reg. & Franc. *Item ante hoſce*. GRÆV.

Eſſe Myronis ut opinor, & certe) In manuſcripto, & nonnullis impreſſis, *Et certe ita eſt*. *Myron* autem inſignis fuit ſtatuarius, de quo meminit Cicero lib. de Orat. II. Buculam ex ære fecit, propter quam nobilitatus eſt: cujus ſupra mentio fit. Sed intelligendum eſt, *Myrones* duos fuiſſe, alterum *Lycium*, alterum *Eleutheris natum*, *Græcum*: Ille Polycleti, hic Ageladis diſcipulus, Polycleti condiſcipulus fuit. Itaque Plinii tres locos explico, qui obſcuriores videntur; in lib. XXXIV. cap. 2. & 8. HOTT.

Erant arulæ, quæ cuivis) Sic eſt emendatum in codice Memm. ex duobus libris manuſcr. & in Cujaciano ex uno. Nam vulgati habent, *erant tabulæ*, q. LAMBIN. *Et certe ante hoſce Deos erant arulæ*) Placuit Turnebo, reſtatque in Cujac. inepte aliæ editiones *tabulæ*; arulæ enim indices religionis: ſuper quas ſcilicet aromata exurerentur. GRVT.

Canephoræ ipſæ vocabantur) *Canephoræ* virgines erant Athenis Cereris miniſtræ, quæ in pompis & ſupplicationibus manibus ſublatis ſacra deæ repoſita in capitibus portabant; de quibus Suidas ſic ſcribit. Κανηφοροι. Φιλοχορος φησιν ὡς Ἐριχθονιου βασιλευοντος πρωτον κατεστησαν, ἐν ἀξιωματι παρθενους φερειν τα κανα τῃ θεῳ. ἐφ' οἷς ἐπεκειτο τα προς την θυσιαν τοις τε Παναθηναιοις, και ταις ἀλλαις πομπαις. *Caniſtriferas Philochorus ait, Erychthonio regnante virgines nobiles primum lectas fuiſſe, quæ Panathenæis & in aliis pompis Minervæ caniſtra ferrent, in quibus inerant ea, quæ ad ſacrificia pertinebant*. HOTT. *Canephoræ ipſæ diceb.*) Sic habent libri veteres: nonnulli alii, Canephoroi; quod idem valet; quam ſcripturam ſequor, ut rectam. Nam puellæ illæ dicuntur a Græcis κανηφοροι, non κανηφοραι. LAMB. *Canephoræ*) Sic uno ore omnes MSi noſtri vulg. *Canephoræ*, male: conſulatur Turnebus libro

earum artificem quem? quemnam? recte admones: Polycletum eſſe dicebant. Meſſanam ut quiſque noſtrum venerat, hæc viſere ſolebat: omnibus hæc ad viſendum patebant quotidie: domus erat non domino magis ornamento, quam civitati. C. Claudius, cujus ædilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe, uſus eſt hoc Cupidine tamdiu, dum forum diis immortalibus, populoque Romano habuit ornatum: &, cum eſſet hoſpes Heiorum, Mamertini autem populi patronus,

libro XXV. cap. 5. GRUTER. Vide I. Meurſii Panathenæa c. 23. Reg. quoque *Canephoræ*. Hinc apud Plin. XXXVI. 5. *Ubi & Canephoros ejuſdem*, ſc. Scopæ. GRÆV. Iampridem ita dederat Veneta MCDLXXXIII. GAR.

Sed earum artificem quemnam?) Apud Quinctilianum: *Sed earum rerum artificem, quem? quemnam?* quod valde placet; ut vox *rerum*, non *canephoras* tantum, ſed etiam *tabulas* ſignificet. Repetitio quidem illa, *Quem? quemnam?* etiam alterius auctoritate confirmatur, Iulii Rufiniani, in libro de figuris: & Donati in illud Terentii, *Quid? quid aliud volui dicere?* HOTT.

Artificem: quem? quemnam?) Ita laudat Quinctilianus, & Iulius Rufinianus, & Donatus: neque aliter codex Cujacii; vulgata, *quem* eacluſerat, neque comparet in noſtris. GRUTER. Editum plane recte: nec Rhetores, atque Grammatici ſemper uſi memoriola ſunt. Ita etiam Hottomanni, Lambinique hoc ex MSo Cujacii reſtituentis immemor emendabat Iuretus ad Symm. II. 46. ex Rufiniano: qui nempe de fig. c. 9. in exemplum *Aporiæ* hoc adducit, *cum artificialiter ſimulamus, nos ibi* (ſic optime V. C. Ruhnkenius legit) *res invenire, non paratos veniſſe*. Plinius I. epiſt. 20. *extemporalem figuram* vocat: apud quem Iuretus l. c. hæc Tullii verba recte monuit emendari debere. MSi enim Plinii ſimiliter *quem* a ſequenti *quemnam* abſorptum omittunt. Quod cum luce ſit clarius, atque adeo in MSo Riccardiano loeus ei voci, quam ineptus delevit aliquis, relinquatur, Longolium miror Plinio hanc medicinam facere noluiſſe: fecit denique acri vir judicio Geſnerus. Quinctilianus I. O. IX. 2. p. 785. ed Burm. non tantum, ait, ad ignorationis ſimulationem hoc valere: *Quibuſdam enim, dum aliud agere videmur, aliud efficimus, ſicut hic Cicero conſequitur, ne, cum morbum in ſignis, atque tabulis objiciat Verri, ipſe quoque earum rerum ſtudioſus eſſe credatur*. Hoc utique Tullio hic erat in animo: quamvis honeſtum harum rerum guſtum, delectationemque ipſe non fugerit: intelligentiam vero laudat in Africano c. 44. Vocem *rerum*, quæ perperam in Fabium irrepſit, ridicule dilexit Hottomannus. Quis enim *tabulas*, ut ipſe legit, illas Polycleti fuiſſe diceret? Imo ne *arulas* quidem, quas Lambinus egregie reſtituit: licet anaglyphum Polycleti opus illis hariolus aliquis poſſet affingere. *Polyclitum*, Rufinianus, & codices Plinii plures, & ita hoc nomen in Livii MSis XXV. 28. ut ſolent illæ de Græco litteræ tranſferri dupliciter: nam Græce Πολυκλειτος. Vide Oudendorp. ad Frontin. Stratag. I. 3. 9. GAR.

Omnibus hæc ad viſendum patebant) Aſſentior Iureto arbitranti Notis ad librum I. Symmachi Epiſt. 23. illud *ad viſendum*, ortum a gloſſa. IDEM.

C. Claudius, cujus Ædilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe) *C. Claudius Pulcher, Appii F. Ædilis ſcenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam*, Valerius. HOTT.

Forum ornatum) *Olim*, inquit Aſconius, *cum in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim e Græcia commodatis, utebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant*. IDEM. Vide Liv. IX.

nus , ut illis benignis uſus eſt ad commodandum , ſic ipſe diligens fuit ad reportandum . Nuper homines nobiles ejuſmodi , judices : & quid dico nuper ? immo vero modo , ac plane paullo ante vidimus : qui forum , ac baſilicas non ſpoliis provinciarum , ſed ornamentis amicorum , commodis hoſpitum , non furtis nocentium ornarent : qui tamen ſigna , atque ornamenta ſua cuique reddebant : non ablata ex urbibus ſociorum quatridui cauſa , per ſimulationem ædilitatis , domum deinde , atque ad ſuas villas auferebant . Hæc omnia , quæ dixi , ſigna , judices , ab Heio de ſacrario Verres abſtulit : nullum , inquam , horum reliquit , neque aliud ullum tamen , præter unum pervetus ligneum , Bonam Fortunam , ut opinor : eam iſte habere domi ſuæ noluit .

4. Pro deum , hominumque fidem ! quid hoc eſt ? quæ hæc cauſa eſt ? quæ iſta impudentia eſt ? quæ dico ſigna , ante-

IX. 40. ubi initium hujus rei reperies, & Suet. Iul. 10. GRAV.

Diligens fuit ad reportandum) Adblanditur mihi lectio Cujaciani cod. *reponendum* . GRUT.

Nuper) Vide Hottom. ad II. Acc. 49. V. C. Erneſti indicem , & Drakenb. ad Liv. IV. 30. GAR.

Commodis koſpitum) *Commoda* , pro commodata . Etenim re vera *commodatum* inde dictum eſt , non ut nonnulli putarunt , *quod cum modo utendum aliquid concedatur* , *ſed quod qui utendum dat , omizo commodet , ejuſque utilitati ſerviat* . HOTT. *Commodum* eſt commodatio . Iſidor. V. Orig. 25. *Commodum eſt id , quod noſtri juris eſt , & ad alium temporaliter translatum eſt , cum commodo temporis , quam diu apud eum ſit , unde commodum dictum* . Ita ex vetuſtiſſimis codicibus ſcribendum . *Cum commodo temporis* , non ut vulgo eſt , *cum modo temporis* . Sic accipitur *commodum temporis* apud Iavolenum l. 15. D. de annuis legatis , & apud Paullum l. 45. D. ad legem Falcidiam . Ab illo commodo medii temporis *commodatum* dictum , quod non tantum obtinet in contractu , qui inde nomen habet , ſed etiam mutuo . Nam *commodo* medii temporis fruitur quam diu aliena pecunia utitur , pro quo commodo , quod ipſe ſentit , aliud commodum viciſſim ei , a quo mutuum accepit , rependit , nempe uſuras . Salmaſ. de Vſuris cap. 7. qui & ibi docet *commodare* & *utendum dare* eſſe idem , ſive gratuitus ejus rei uſus ſit , ſive cum mercede , hoc eſt uſuris . GRAV.

Quatridui cauſa per ſimulationem ædilitatis) Libri manuſcr. habent , *quatridui cauſam* , &c. unde conjecturam facio legendum , *per cauſam , & ſimulationem ædilitatis* . Omnino vox , *quatridui* , mihi ſuſpecta eſt , tum , *quatridui cauſa* genus loquendi inuſitatum. LAMB. *Cauſam* eſt etiam in Reg. GRAV. Cave mutes .

Neque aliud ullum tamen) Vetus aliquis liber conſulendus eſt : ecquid pro *tamen* ſcriptum habeat *omnino* , alioqui locum non intelligo . HOTT. MSi conſentiunt , & ſenſus apertus eſt . Nullum horum , quæ dixi , reliquit : neque , cum abſtulerit hæc ſigna omnia , ullum tamen aliud reliquit , quod non commemoraverim , præter unum &c. Vox *tamen* nota ponitur elegantia . Veneta exhibet , *neque enim aliud &c.* GAR.

Quæ hæc cauſa eſt ? quæ iſta impudentia

antequam abs te ſublata ſunt, Meſſanam cum imperio nemo venit, quin viderit: tot Prætores, tot Conſules in Sicilia, tum in pace, tum etiam in bello fuerunt; tot homines cujuſque modi: non loquor de integris, innocentibus, religioſis: tot cupidi, tot improbi, tot audaces: quorum nemo tibi tam vehemens, tam potens, tam nobilis viſus eſt, qui ex illo ſacrario quidquam poſcere, aut tollere, aut attingere auderet. Verres, quod ubique erit pulcherrimum, auferet? nihil habere præterea cuiquam licebit? tot domus locupletiſsimas domus iſtius una capiet? idcirco nemo ſuperiorum attigit, ut iſte tolleret? ideo C. Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres poſſet auferre? At non requirebat ille Cupido lenonis domum, ac meretriciam diſciplinam: facile illo ſacrario patrio continebatur: Heio ſe a majoribus relictum eſſe ſciebat in hereditate ſacrorum: non quærebat meretricis heredem. Sed quid ego tam vehementer invehor? verbo jam uno repellar. Emi, inquit. O dii immortales, præclaram defenſionem! mercatorem cum imperio, ac ſecuribus

tia eſt?] Sic Regios & Francii. In vulgatis primum *eſt* omittitur; dein pro *quæ iſta* editur *quæ hæc*. GRÆV.

Tot homines cujuſquemodi] Libri manuſcr. habent, *tot homines ejuſcemodi*; ego nihil muto. Quod ſi mutandum aliquid ſit, malim legi, *cuicuimodi*, ſeu *cuiuſcujuſmodi*. LAMB. *Tot homines cujuſque modi*] Ita eſt in vulgatis & manuſcriptis libris, & melius, quam ut quidam emendarunt, *cui cuimodi*: non enim eadem eſt vis illius & hujus verbi: illud amplectitur omne genus hominum: hoc quodvis genus ex omnibus generibus. F. VRSIN. Confer Gronov. & Cortium ad IV. ep. ad Div. 7. GAR.

Tam vehemens] *Tam excellens*, ut in Quintiana: *Homines nobiles, ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo noſtro loco natus adſequi poſſet*. HOTT.

Ut iſte tolleret?] MSus Lambini, *ut hic tolleret?* GAR.

Ad hereditatem ſacrorum non quærebat meretricis heredem] Romæ unaquæque familia ſua ſacra, gentis ſuæ propria, habebat: quæ gentilitia vocabantur, & perpetua eſſe jubebantur lege XII. tabul. Itaque bonorum heredem, ſacrorum quoque heredem eſſe oportebat. Cicero libro de Legib. II Fuit autem a Chelidone meretrice heres inſtitutus Verres. HOTT. *Ad hereditatem ſacrorum non quærebat meretricis heredem*] Ant. Auguſtinus, pro *hereditatem* legendum putat *heredem*. F. VRS. *Ad hereditatem ſacrorum*] Vetus editio & Pall. *an hereditatem ſacr.* GRVT. *In hereditatem*. Cuiacii liber, *in hereditate*, quod videbatur probatum Gulielmio. GRVT. *In hereditate* eſt in Regio quoque, ut omnino legendum, & poſt *ſacrorum* interpungendum cum Regio & Francii libro: *Se relictum ſciebat in hereditate ſacrorum*. In hereditate, in qua cernenda ſacra quoque illa gentilitia fuerunt ei obeunda; inter quæ fuit etiam cultus huius Cupidinis. GRÆV. Ita lego, & interpungo cum Grævio ex his MSis, & quatuor e noſtris. LALLEM.

O dii immortales] Reg. *dii immortales*. GRÆV.

Mercatorem] Lambinus ex MSo, *mercatorem in provinciam cum imp. ac ſec.*

ribus in provinciam miſimus, qui omnia ſigna, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coemeret: nihil cuiquam relinqueret: hæc enim mihi ad omnia defenſio patefieri videtur, emiſſe. Primum, ſi id, quod vis, tibi ego concedam, ut emeris; quoniam in toto hoc genere hac una defenſione uſurus es, quæro, cujuſmodi tu judicia Romæ putaris eſſe, ſi tibi hoc quemquam conceſſurum putaſti, te in prætura, atque imperio tot res, tam pretioſas, omnes denique res, quæ alicujus pretii fuerint, tota ex provincia coemiſſe.

5. Videte majorum diligentiam, qui nihil dum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur: verumtamen ea, quæ parvis in rebus accidere poterant, providebant. Neminem, qui cum poteſtate, aut legatione in provinciam eſſet profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut veſtem; præbebatur enim legibus: mancipium putaverunt; quo & omnes utimur, & non præbetur a populo: ſanxerunt, NE. QVIS. EMERET. MANCIPIVM. NISI.

ſec. miſimus, omnia qui ſigna &c. Verba illa, *mercatorem cum imperio, ac ſecuribus* ad violentiam maxime pertinent, ac publicæ auctoritatis abuſum: quæ cum hinc translata putentur in I. Acc. 22. ita defendere, ſi poſſem, ibi conabar, ut Verres Dolabellæ Legatus ejus imperio, ac ſecuribus ad Signa, & tabulas auferendas abuſus diceretur. Hæc ſi l. c. admittantur, gravior ibi fiet ironia, quam hic ſit. Hic enim non Prætor, ſed mercator miſſus dicitur: ibi non modo non Legatus, ſed mercator: verum etiam mercator cum imperio, quod Legatus non habebat. GAR.

Patefieri) Oſtendi, ut orat. inſeq. *Sed quædam mihi magnifica & præclara ejus defenſio oſtenditur.* HOTT.

Si tibi hoc quemquam) Senſus eſt, ſi maxime tibi hoc largiar, & concedam, te emiſſe: tamen non uſque eo judices nulla mente ac nullo judicio ſunt, ut id confeſtim credant, tibique concedant. HOTT.

Qui nihil dum etiam) Temporibus nimirum optimis & nondum corruptis ac depravatis. Vt Verr. III. *Ita enim æquabiliter omnes erant ejuſmodi, ut hæc laus eximiæ virtutis & innocentiæ non ſolum hominum, verum etiam temporum eſſe videatur.* ID.

Tam amentem) Id eſt, ad inſaniam uſque avarum & cupidum: ut cum argenteam ſupellectilem a populo Romano accepiſſet, tamen incontinentia & impotentia quadam animi aliam coemeret. ID.

Dabatur enim de publico) *Vaſarium* appellabant, quidquid magiſtratus ſibi in provinciam euntibus ex ærario ad uſus ſuos attributum ſecum aſportabant; ut in Piſoniana: *Nonne ſeſtertium centies & octogies, quod quaſi vaſarii nomine in venditione mei capitis aſcripſeras; ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſſe?* ID.

MANCIPIVM) Deeſt in MSo Lambini, & abeſſe poteſt: ſequitur enim, *ſi qui R. eſſet demortuus? imo, ſi quis ibidem*; ex quo ſuſpicari ſane poſſumus, in lege fuiſſe *ſervum*, non *mancipium*. Reſpici aliquando in conſtructione verbum, quod reticetur, abunde

NISI. IN. DEMORTVI. LOCVM: ſi qui Romæ eſſet demortuus? immo, ſi quis ibidem: non enim te inſtruere domum tuam voluerunt in provincia; ſed illum uſum provinciæ ſupplere. Quæ fuit cauſa, cur tam diligenter nos in provinciis ab emtionibus removerent? hæc, judices, quod putabant ereptionem eſſe, non emtionem, cum venditori ſub arbitratu vendere non liceret: in provinciis intelligebant, ſi is, qui eſſet cum imperio, ac poteſtate, quod apud quemque eſſet, emere vellet, idque ei liceret: fore uti, quod quiſque vellet, ſive eſſet venale, ſive non eſſet, quanti vellet, auferret. Dicit aliquis, noli iſto modo agere cum Verre: noli ejus facta ad antiquæ religionis rationem exquirere: concede, ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit, nihil pro poteſtate, nihil ab invito, nihil per injuriam.

de Cortius docuit ad Sall. Cat. XVIII. 1. Sed probo, *mancipium, ſi qui*. Neque enim inſolentius hoc videatur, quam Tullianum illud I. ad Diverſ. 9. *furia illa, qui*, & cetera ejuſmodi, de quibus Gron. & Drak. ad Liv. XXIX. 12. cum de homine ſermo ſit. Ita Livius XXXVIII. 34. *Vti quæ ſervitia tyranni liberaſſent .. abirent, qui ibi manſiſſent, eos &c.* Quod, ſive *mancipium* abjicias hinc, ſive retineas, locum æque habet. Supra idem codex, *mancipium putarunt*. GAB.

Immo ſi quis ibidem) Athenæus lib. δειπνοσοφ. ς, Romanorum continentiam collaudans, de Scipione Africano ſic ſcribit: Σωφρονες δε ησαν και παντα αριςοι οἱ αρχαιοι Ῥωμαιοι. Σκιπιων γυν ὁ Αφρικανος επικλην, εκπεμπομενος ὑπο της συγκλητε επι το καταςησασθαι τας κατα την οικεμενην βασιλειας, ἱνα τοις προσηκεσιν εγχειρισθωσιν, πεντε μονες επηγετο οικετας, ὡς ἱςορει Πολυβιος και Ποσειδωνιος. και ἑνος αποθανοντος κατα την αποδημιαν, επεςειλε τοις οικειοις αλλον αντ' εκεινε πριαμενες πεμψαι αυτῳ. Id eſt: *Romani veteres omnibus in rebus prudentes & optimi viri fuere. Scipio Africanus qui dictus eſt a Senatu ad conſtituenda orbis terrarum regna legatus, ut idoneis viris committerentur, quinque ſolos ſervos ſecum eduxit: quemadmodum in hiſtoria Polybius & Poſidonius commemorant. Cumque unus in itinere eſſet mortuus, ad ſuos miſit, ut alium pro illo emerent, ad ſeque mitterent.* Lampridius in Severo: *Iudices cum promoveret, exemplo veterum* (ut & Cicero docet) *& argento, & neceſſariis inſtruebat: ita ut præſides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos. Et ſi uxores non haberent, ſingulas concubinas, quod ſine his eſſe non poſſent: reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos: cetera ſibi habituri, ſi bene egiſſent: in quadruplum reddituri, ſi male.* Zonarus autem lib. II. Δια τετο, inquit, τοις τε αρχεσι τοις εκδημεσι και τοις αλλοις τοις κατα τι πραγμα τῃ πολει διαφερον εξιεσι τατε αλλα τα αναγκαια και δακτυλιος εκ τε δημοσιε εκδιδοτο. Id eſt: *Apud Romanos magiſtratibus ſuis exeuntibus, aliiſque Reip. cauſa peregre proficiſcentibus, cum aliæ res omnes neceſſariæ, tum etiam annulus ex ærario ſuppeditatur.* De prohibita autem emtione idem traditur a Iuriſc. in l. non licet, 46. & l. qui officii 62. D. de cont. emt. HOTT.

Antiquæ religionis) *Religio* pro continentia, temperantia, modeſtia, quod metus numinis audaciam & cupiditatem

juriam. Sic agam: ſi quid venale habuit Heius, ſi id, quanti æſtimabat, tanti vendidit: deſino quærere, cur emeris.

6. Quid igitur nobis faciundum eſt? num argumentis utendum in re ejuſmodi? quærendum eſt, credo, Heius iſte num æs alienum habuerit, num auctionem fecerit: ſi fecit, num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egeſtas, tanta vis oppreſſerit, ut ſacrarium ſuum ſpoliaret, ut deos patrios venderet. At hominem video auctionem feciſſe nullam; vendidiſſe, præter fructus ſuos, nihil umquam; non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe: ſi hæc contra, ac dico, eſſent omnia, tamen illum hæc, quæ tot annos in familia, ſacrarioque majorum fuiſſent, venditurum non fuiſſe. Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? veriſimile non eſt, ut ille homo tam locuples, tam honeſtus, religioni ſuæ, monumentiſque majorum pecuniam anteponeret. Sunt iſta: verumtamen abducuntur homines nonnumquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ. Videamus, quanta iſta pecunia fuerit, quæ potuerit Heium, hominem maxime locupletem, minime avarum, ab humanitate, a pietate, ab reli-

tem reprimat atque coerceat. Id.

Cur emeres) Quo jure emeres, vel qua fronte, cum id tibi non licere intelligeres. Id.

Tanta vis oppreſſerit) Sic noſtri tres, editique Cujac. *preſſerit*, nec diſplicuit Guilielmio. GRVT. *Preſſerit* eſt etiam in Regio. GRÆV.

In ſuis nummis multis eſſe) Perſpicue rectum, cum in aliis vitioſe *multos*, in accuſandi caſu legatur, & hanc ſcripturam ſimilis loquutio confirmat in Orat. pro Q. Roſcio, ſupra: quam Vlpianus explicat ſub tit. de Verb. Signif. his verbis: *Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus: Æs ſuum, quod nobis alii debent*. Ergo hoc Tullius ſignificat, multos in illius ære fuiſſe. HOTTOM. Orat. pro Q. Roſcio: *Egebat? imo locuples erat. Debebat? imo in ſuis nummis verſabatur*: vide ibi notas: *Multis* eſt in cod. Reg. GRÆV.

Veriſimile non eſt, ut ille, &c.) Suſpectus mihi hic locus eſt, quemadmodum & ille, qui eſt in Orat. pro Roſcio Amerino: *Non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum litteras adamarit*: ubi diai, vocem, *veriſimile*, videri ab aliquo intertextam. Sed hic putarem ſic legendum: *Veriſimile non eſt, ut ille homo tam locuples, tam copioſus, tam honeſtus, religioni ſuæ, monumentiſque majorum pecuniam anteponeret?* LAMBINVS.

Abducuntur homines nonnumquam) *Nihil eſt quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velis venditor*, inquit idem in Orat. contra Rullum in Senatu. HOTTOM.

Ab humanitate & pietate) Conſuetudo poſtulare videtur, *a pietate*, multoque ita concinnior erit oratio. IOHN. Vt legendum cenſuit Hottomannus reperio in C. Steph. & Lambini editio-

religione deducere. Ita juſsiſti, opinor, ipſum in tabulas referre: HÆC . OMNIA . SIGNA . PRAXITELIS . MYRONIS . POLYCLETI . H-S. VI. MILLIBVS . ET . IϽ. VERRI . VENDITA . SVNT . Recita ex tabulis. TABVLÆ . HEII . Iuvat me, hæc præclara nomina artificum, quæ iſti ad cælum ferunt, Verris æſtimatione ſic concidiſſe. Cupidinem Praxiteli H-S. CIϽ. IϽC. profecto hinc natum eſt, *malo emere*, *quam rogare*.

7. Dicet aliquis, quid? tu iſta permagno æſtimas? Ego vero ad meam rationem, uſumque non æſtimo: verumtamen a vobis ita arbitror ſpectari oportere, quanti hæc eorum judicio, qui ſtudioſi ſunt harum rerum, æſtimentur: quanti venire ſoleant: quanti hæc ipſa, ſi palam, libereque venirent, venire poſſent: denique ipſe Verres quanti æſtimet; numquam enim, ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet, commiſiſſet, ut propter eum, in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Quis veſtrum igitur neſcit, quanti hæc æſtimentur? In auctione ſignum æneum non magnum H-S. CXX. millibus venire non vidi-

tionibus, ut & in eod. Regio, ſed in ſequentibus *ab* in illo non legitur. GRÆV.

SIGNA PRAXITELIS) MSi Cujac. *Praxiteli*, quomodo ſæpe locutos antiquos, multis exemplis oſtendit Rivius, caſtigationibus in Ciceronem: ideoque mox, ex eod. forſan codice; ſic repoſuit Lambinus. GRVTER. Sic *Vlyſſi*, *Achilli*, *Neocli*, & ſimilia multa, quæ partim apud Tullium, partim apud alios optimos ſcriptores paſſim occurrunt. GRÆV.

H·S VI. mill.) Ex ſequentibus legendum apparet, *VI. millibus & D.* Hoc autem tabularum nomen grandioribus litteris ſcribendum eſt, uſque ab illo verbo HÆC OMNIA. HOTTOM. *H·S VI. millibus, & IϽ.*) Sic legendum bene monuit Hottomannus, nam illud *& IϽ* vulgatis deeſt: ejus loco erat in Cujac. *mill.* ttt. CIϽ. qui idem, loco *vendita ſunt*, ſcriptum habet *vendiſſe, ſed retulit*. GRVTER. Hottomanni conjecturam editores receperunt. GRÆV. Vide c. 12.

Verri vendita ſunt. Recita) Codex Regius: *Verri vendita ſunt. Sed retulit. Recita*. Forte: *Verri vendita ſunt. Sic retulit. Recita*. GRÆV.

Cupidinem Praxiteli) Sic legendum, & ita habent libri veteres. *Praxiteli*, autem, patrii caſus eſt. LAMBINVS. Ita ſupra quoque reſtituerem. GARATON.

Malo emere, quam rogare) Proverbium natum ab iis, qui gravate & illibenter precibus utuntur, ut malint quamvis caro emere, quam precibus impetrare. Eſt igitur *σκῶμμα*: quia viliſſime Verres emerit, ut emere tam vili pretio maluerit, quam rogare. HOTT.

Commiſiſſet, ut propter eum) Liber Cujacii *commiſſet*, quod animadvertendum adnotavit Gulielmius. GRVTER.

H·S CXX. millibus) Tribus millibus aureorum. HOTTOM. *LLS. CXX. millibus*) Libri MSi habent, LLS. *XL. millibus*. LAMBIN. In Regio codice

vidimus? Quid ſi velim nominare homines, qui aut non minoris, aut etiam pluris emerint? nonne poſſum? etenim qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis: difficile eſt enim finem facere pretio, niſi libidini feceris. Video igitur Heium, neque voluntate, neque difficultate aliqua temporis, neque magnitudine pecuniæ adductum eſſe, ut hæc ſigna venderet: teque iſta ſimulatione emtionis, vi, metu, imperio, faſcibus, ab homine eo, quem una cum ceteris ſociis non ſolum poteſtati tuæ, ſed etiam fidei populus Romanus commiſerat, eripuiſſe, atque abſtuliſſe. Quid mihi ad optandum, judices, poteſt eſſe in hoc crimine, quam ut hæc eadem dicat ipſe Heius? nihil profecto: ſed ne difficilia optemus. Heius eſt Mamertinus: Mamertina civitas iſtum publice communi conſilio ſola laudat: omnibus ipſe ceteris Siculis odio eſt: ab his ſolis amatur. Ejus autem legationis, quæ ad iſtum laudandum miſſa eſt, princeps eſt Heius: etenim eſt primus civitatis. Ne forte, dum publicis mandatis ſerviat, de privatis injuriis reticeat. Hæc cum ſcirem & cogitarem, commiſi tamen me, judices, Heio: produxi eum prima actione: neque id tamen ullo periculo feci. Quid enim poterat Heius reſpondere, ſi eſſet improbus, ſi ſui diſsimilis? ſigna illa domi ſuæ eſſe, non apud Verrem? qui poterat quidquam ejuſmodi dicere? ut homo turpiſsimus eſſet, impudentiſsimeque mentiretur, hoc diceret: illa ſe habuiſſe vènalia, eaque

dice eſt H·S XL. GRAEV. Vide, quæ de pretio talium operum Praxitelis, & Polycleti narrat Plinius lib XXXVI pag. 726. lib. XXXIV. p. 650. HORTENSIVS.

Qui modus eſt) Tanti quæque res eſt, quanti ab eo, qui concupiſcit, æſtimatur. HOTTOM.

Neque voluntate, neque difficultate) Enumerat ea tria, quæ hominem ad vendendum inducunt. Nam aut utilis res eſt, aut inutilis, voluntas ad vendendum impellit: non enim fere quiſquam rem, quæ domi ſuæ nulli uſui eſt, & corrumpitur, ſervat. Sin utilis eſt, tamen aut propter rei nummariæ difficultatem, aut propter ingens lucrum venditur. IDEM.

Sola laudat) Oratorie: nam Syraculana etiam civitas, inquit Manutius, Verrem laudavit. Vide infra c. 63. & Divinat. c. 4. Sed decreta tantommodo hæc laudatio fuit: ſoli enim Romam iverint laudandi cauſa Mamertini Legati. Itaque Tullius vere dicit, *ſola laudat*. HORTENS.

Ne forte) Apparet deeſſe quidpiam. HOTTOM. *Ne forte, dum publicis mandatis, &c.*) Videtur legendum, *ne forte, dum privatis injuriis ſervit, de publicis mandatis reticeat*. Alii legunt, *ſi forte, dum publ. mand. &c.* Omnino hic ulcus eſt. LAMBIN. Vide Manut.

A Ca-

eaque ſeſe, quanti voluerit, vendidiſſe. Homo domi ſuæ nobiliſsimus, qui vos de religione ſua, ac dignitate vere exiſtimare maxime vellet, primo dixit ſe iſtum publice laudare, quod ſibi ita mandatum eſſet: deinde neque ſe illa habuiſſe venalia, neque ulla conditione, ſi, utrum vellet, liceret, adduci umquam potuiſſe, ut venderet illa, quæ in ſacrario fuiſſent a majoribus ſuis relicta, & tradita.

8. Quid ſedes, Verres? quid exſpectas? quid te a Centuripina civitate, a Catinenſi, ab Haleſina, ab Tyndaritana, Ennenſi, Agyrinenſi, ceteriſque Siciliæ civitatibus circumveniri, atque opprimi dicis? tua te altera patria, quemadmodum dicere ſolebas, Meſſana circumvenit: tua, inquam, Meſſana, tuorum adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, prædarum, ac furtorum receptrix: adeſt enim vir ampliſsimus ejus civitatis, legatus, hujuſce judicii cauſa domo miſſus, princeps laudationis tuæ: qui te publice laudat; ita enim mandatum, atque imperatum eſt: tametſi rogatus de Cybea tenetis memoria, quid reſponderit: ædificatam publicis operis,

A Catinenſi) *Catanam* Dorica dialecto, *Catinam* communi appellatam fuiſſe ſeribit Grævius ad Cap. 49. lib. II. in Verr. At *Catanam* Græcis, *Catinam* Latinis plerumque dictam tuetur Dorvilliua Sic. cap. 13. *Catanam* tamen præfert Burmannus junior, quia KATANAIΩN nummi conſtanter exhibent. De hac ſeriptura legendus Weſſelingius ad Antoo. Itiner. pag. 87 A parvitate dictam opinatur Cl. Bochartus; eſt enim Hebr. עיר קטנא *urbs parva*. Catanam autem oppidulum fuiſſe perhibent, antequam a Chalcidenſibus ſive Naxiis conderetur; quam ſane vocis originationem, aliaſque, quas promunt, expendit, ſuamque profert laud. Dorvillius l. c. Mira de ædificiorum templorumque magnificentia ac multitudine, quibus olim urbs iſthæc ornaretur, narrant nonnulli indigenæ recentioris ævi ſcriptores: at ea ex impuris fontibus hauſta eruditi notant. Ceterum ementitis hiſce magnificentiæ & potentiæ monumentis non eget Catana; plura enim antiquitatis *λείψανα* ibi conſpicere licet, quæ fuſe deſcribit cit. loco Dorvillius. Vergente ſuperiori Seculo, ann. ſcilicet MDCXCIII. ingenti terræ motu concuſſa ſolo ſere æquata fuit: deinde tamen inſtaurata ampliſſimæ atque ornatiſſimæ urbis formam adepta eſt; adeo quidem, ut poſt Panormum ac Meſſanam tertium in Sicilia tibi locum hodie vindicet. ROGERIUS.

Ennenſi, Agyrinenſi) Alii omnes, *Æthnenſi, Agyrinenſi*. HOTTOM.

Prædarum ac furtorum) Hoc dicit propter *Cybeam*, navim onerariam permagnam, quam Verri Mamertinos ædificaſſe poſtea dicet, qua furta ſua Romam veheret. HOTTOM.

Rogatus de Cybea) Sic appellat navem onerariam, non omnem tamen, ſed, ut opinor, quadratam. Nam a cuborum ſimilitudine dictâm opinor. Eſt autem *κύβος*, figura omni ex parte quadrata, ut *cubeas naves* dictas putem, quæ in omnes partes æque pateant. Et de hac *cybea* illud Iuvenalis Sat. VIII. intelligendum eſt: *Inde Dolabella eſt: atque hinc Antonius: inde*

ris, publice coactis, eique ædificandæ publice Mamertinum ſenatorem præfuiſſe. Idem ad vos privatim, judices, confugit: utitur hac lege, qua judicium eſt communis, & privatæ rei ſociorum: tametſi lex eſt de pecuniis repetundis, ille ſe negat pecuniam repetere; quam ereptam non tantopere deſiderat: ſacra ſe majorum ſuorum repetere abs te dicit:

inde Sacrilegus Verres: referebant navibus altis occulta ſpolia, & plures de pace triumphos. IDEM. Cybea quid ſit ignoro, nec naves quadratæ veteribus ſunt cognitæ: forte ſcripſit Cicero, *cymbia*. In Franc. primo eſt ſane, *cimbs*. Nam quamvis *cymbium* Virgilio ſit poculi genus, id tamen dici a *cymba*, auctor eſt Macrob. Sat. V. 2. *Cymbia autem hæc*, (cum in prioribus oſtendiſſet eſſe Græcum Vocabulum) *ut ipſius nominis figura indicat, diminutive a cymba dicta: quod & apud Græcos & apud nos ab illis trahentes navigii genus eſt*. Paullo poſt: *hæc cymbia pocula procera ac navibus ſimilia*: vide & Feſtum. Car non a *cymba* formetur a Græcis Siculis *cymbia*, genus navis paullo majoris? GRÆV. Cum V. Acc. 17. *navem Cybeam maximam* dicat Cicero, manifeſtum eſt hic ſubaudiri, *navi*, ut in peculiaribus aliis navium nominibus. Quod ſi *cymbiam* vocari hanc oporteret a *cymba*, abſurdum fuiſſet dicere, *navem cymbiam*. Vidit jam hoc doctiſſimus Erneſtus: qui cum Hottom. deducit a κύβος. Maluit tamen a κύμβη olim Turnebus XXV. Adv. 5. & poſtea Salmaſius ad Capitolini Maximinos c.22. quem omnino conſule. Hos multi ſequuntur: hiſque favet fortaſſe Regii MSi ſcriptura *Cybeam*, quæ a Grævio ad cit. cap. 17. profertur. Quamquam κυβεία diſerte dicebatur, ſi iis credimus, qui de hac eadem navi locum D. Pauli ad Eph. IV. 14. metaphoram putant habere. Sed quomodo Siculi diſtinxiſſent hanc navim ab eo luſu, cui pariter κυβείας nomen fuit, quem valde familiarem illis fuiſſe tradit Euſtathius ad Homer. Odyſſ. I. 107.? Scio, quid iſta valeant: tamen in κυβαίαν inclino. GARAT.

Communis & privatæ rei) Id eſt, qua conſtitutum eſt, ut de pecuniis quæratur, non modo quæ civitatibus, ſed & quæ ſingulis quibuſque civibus eſſent ereptæ. HOTTOM. *Qua judicium eſt communis, &c.*) Secutus ſum libros vulgatos; nam MSi plane mendoſi ſunt, in quibus ita ſcriptum eſt: *qua judicium eſt munia arce ſociorum*, ex qua ſcriptura conjicere quis poſſit, legendum eſſe, *hac lege tamquam communi arce ſociorum*. LAMBIN. *Qua judicium eſt communis, & privatæ rei ſociorum*) Haud aliter vulgata, verum antiquius cuſi, *communis: arte ſociorum*, Lambinus citat e MSo ſuo, *qua jud. eſt munia arce ſociorum*, refingitque in, *utitur hac lege, tamquam communi arce ſociorum*: quod & recepit in contextum; malim ego cum Pal. ſec. *qua judicium eſt, communi arce ſociorum*: præſertim cum ei reſpondeat item Pal. pr. & liber Gruteri, niſi quod ii, *communis arce*, ut forte reſcribendum ſit, *qua judicium eſt communis arx ſociorum*. Gruter. Franc. *qua judicium communis arce & privatæ rei ſociorum*. Regius: *qua judicium eſt communi arce ſociorum*. Non rejiciendum exiſtimo *arce communis ſociorum*, ſic vocatur ærarium, qui ei præerat dicebatur *arcarius*, de quibus dudum viri docti multa notarunt; opponitur *privatæ rei ſociorum*. GRÆV. Vulgata eſt a Naugerio, neque ſane damnanda. Sed etiam ex his varietatibus id eaſurgit, quod diſerte legitur in Hervag. & MSo Pal. & optimum puto: *Utitur hac lege, qua judicium eſt, communi arce ſociorum*. GARAT.

Sacra ſe majorum ſuorum repetere) Animadvertendum, appellatione *pecuniæ* res omnes contineri: uti permultis locis Iuriſconſulti tradunt. Verum eas res tantum quæ in hominum

dicit: deos penates a te patrios repoſcit. Ecqui pudor eſt? ecqua religio, Verres? ecqui metus? habitaſti apud Heium Meſſanæ: res illum divinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti: non movetur pecunia: denique quæ ornamenti cauſa fuerunt, non requirit: habe Canephoros: deorum ſimulacra reſtitue. Quæ quia dixit, quia, tempore dato, modeſte apud vos ſocius, amicuſque populi Romani queſtus eſt: quia religioni ſuæ non modo in diis patriis repetundis, ſed etiam in ipſo jurejurando, ac teſtimonio proximus fuit: hominem miſſum ab iſto ſcitote eſſe Meſſanam de legatis unum, illum ipſum, qui navi iſtius ædificandæ publice præfuit, qui a ſenatu peteret, ut Heius ignominia afficeretur.

9. Homo amentiſsime, quid putaſti, te impetraturum? quanti is a civibus ſuis fieret, quanti auctoritas ejus haberetur, ignorabas? Verum fac te impetraviſſe: fac aliquid gravius in Heium ſtatuiſſe Mamertinos: quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, ſi in eum, quem con-

commercio eſſe dicuntur. Itaque rerum ſacrarum & religioſarum ad pecuniarum repetundarum judicium non pertinere, perſpicue Cicero demonſtrat. HOTT.

Deos penates a te patrios repoſcit) Cicero ſcripſit: *Deos penates, atque patrios repoſcit*. Et ſic Franc. primus, ut pro Sulla: *Vos Dii patrii, ac penates, qui huic urbi atque imperio præſidetis*. Id. pro Sextio: *De quo te, te, inquam, patria obteſtor, & vos penates, patriique dii*. Reg. *Deos penates te patrios repoſcit*. Copula excidit propter litterarum ſimilitudinem. Scribendum: *Deos penates te, & patrios repoſcit*. GRÆV. Vere: ſed ſequerer plane MSum Francii, qui minus a vulgata recedit, & ſine ulla emendationis ope lectionem optimam præbet. GARAT.

Ecqui pudor) Ita quidem Lambini codex optimus: ſed Veneta: *Et qui pudor, & quæ religio, Verres, & qui metus?* Quod ſane multi malint. Vide ad II. Accuſ. 4. MSus idem, ed. Naug. aliæque habent *ecque*, quod favet fortaſſe Venetæ. IDEM.

Apud deos) Alii omnes, *apud eos deos*. HOTTOM. *Res illum divinas apud eos deos*) Sic emendavi, cum libri fere omnes habeant partim, *apud eos*, partim, *apud deos*. LAMBINUS. Diſerte in Ven. MCDLXXXIII & in Naugeriana, aliiſque veteribus eſt, *apud eos deos*, idque viderat Hottomannus. GARAT.

Prope quotidie facere vidiſti) Libri MSi habent, *prope quotidiano*: unde quis ſuſpicari poſſit legendum, *quotidianus*: ut cohæreat cum *res divinas*. LAMB. *Prope quotidie facere vid.*) Cujacii liber, *cottidiano*, (ſic & Regius) quod rectum eſt Guilielmio; ita enim *anno*, *horno*, adverbii vim habent. GRUTER.

Tibi habe Canephoras) Libri MSi habent, *Canephoros*: ita legendum puto. LAMBIN. *Habe Canephoros*) Pronomen *tibi* non eſt in Pall. aut Gruter neque agnoſcunt vetuſte ouſi; ideoque delevi. (Eſt tamen in Regio) GRUTER.

Quantam putas auctoritatem) Melius Reg.

conſtet verum pro teſtimonio dixiſſe, pœnam conſtituerint? tametſi quæ eſt iſta laudatio, cum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt? Quid? iſti laudatores tui, nonne teſtes mei ſunt? Heius eſt laudator: læſit graviſsime: producam ceteros: reticebunt, quæ poterunt, libenter: dicent, quæ neceſſe erit, ingratis. Negent iſti onerariam navem maximam ædificatam eſſe Meſſanæ? negent, ſi poſsint: negent ei navi faciundæ ſenatorem Mamertinum publice præfuiſſe? utinam negent. Sunt etiam cetera, quæ malo integra reſervare, ut quam minimum ſit illis temporis ad meditandum, confirmandumque perjurium. Hæc tibi laudatio procedat in numerum: hi te homines auctoritate ſua ſublevent, qui te neque debent adjuvare, ſi poſsint, neque poſſunt, ſi velint: quibus tu privatim injurias plurimas, contumeliaſque impoſuiſti: quo in oppido multas familias in perpetuum infames tuis ſtupris, flagitiiſque feciſti. At publice commodaſti? Non ſine magno quidem reipublicæ, provinciæque Siciliæ detrimento. Tritici modium LX. millia emta populo Romano dare debebant, & ſolebant: abs te ſolo remiſſum eſt. Reſpublica detrimentum fecit, quod per te imperii jus una in

Reg. *quam putas auctoritatem*. GRÆV.

Dicent quæ neceſſe erit ingratis] Omnes veteres, *gratis*; contra quorum omnium auctoritatem hæc ſe ſcriptura manifeſtiſſime tuetur. HOTTOM. *Quæ neceſſe erit, ingratis*] Lambinus, *ingratiis*, ſed præter MSos vetuſtius præterea cuſi habent, *gratis*; neque aliter ſcripti noſtri: teſtaturque idem de ſuis aliorumque Hottomannus. GRUTER. *Ingratis* exſtat in editionibus Manutii, C. Stephani, & Lambini; ſed I. in Regio cod. *Ingratis* eſt invite. Pro quo Comici dicunt *ingratiis*. GRÆVIUS. Erat adeo in Hervagiana (*ingratis*, idque Camerarius defenderat, idemque vere dixerat reperiri pro Quint. 14. ubi correctores, *ingratiis*, quod adverſus edd.vett. ſuſtinuit Grævius ſatis inconſtanter: ſiquidem parebat illis qui malunt *ingratis*. Sed confer Boſium ad Corn. Nep. Themiſt. c.4. ex quo intelliges, hic potius eſſe reſtituendum, *ingratiis*. GARAT.

Negent ei navi faciundæ) In Reg. non habetur *faciundæ*. GRÆV. Supra MSus Lamb. *negent, ſi poſſunt*. Tria hæc verba in veteri Veneta plane deſunt. GARAT.

Quæ malo integra reſervare] Iidem libri: *Quæ modo integra reſervare volui, ut quam minimum dem illis, &c.* quod cum ſenſum habeat minime abſurdum, immutare non auſi ſumus. HOTTOM. Sic & prim.Franc. Sed Regius ſtat pro vulgata, niſi quod in illo corrupte pro *ſit* ſcribatur *idem*, cum ceteri rectius *dem*. GRÆV.

Procedat in numerum) Legationum, quæ laudandi cauſa mittebantur, numerum uſitatum, & quaſi legitimum fuiſſe decem civitatum ſuo loco dictum eſt. IDEM.

At publice commodaſti) Si minus ſingulis civibus, tamen univerſis profuiſti.

in civitate imminutum eſt; Siculi, quod hoc non de ſumma frumenti detractum eſt, ſed tranſlatum in Centuripinos, & Haleſinos, immunes populos; & hoc plus impoſitum, quam ferre poſſent. Navem imperare ex fœdere debuiſti: remiſiſti in triennium; militem nullum umquam popoſciſti per tot annos: feciſti item, uti prædones ſolent: qui cum communes hoſtes ſint omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam præda quos augeant, & eos maxime, qui habent oppidum opportuno loco, quo ſæpe adeundum ſit navibus, nonnumquam etiam neceſſario.

10. Phaſelis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum, atque prædonum; Lycii illam, Græci homines, incolebant: ſed quod erat ejuſmodi loco, atque ita projecta in altum, ut & exeuntes e Cilicia prædones ſæpe ad eam neceſſario devenirent; &, cum ex hiſce ſe locis

ſti. Rempubl. enim eorum adjuviſti cum ei quod populo debebat remiſiſti. IDEM.

Siculi, quod hoc non de ſumma) Dixerat M. Tullius paullo ante, Verrem Meſſanæ publice commodaſſe non ſine reip. & Siciliæ detrimento: id oſtendit: reſp. detrimentum fecit eo, quod per eum imperii jus, &c. hic nunc probat etiam Siciliam damno affectam eſſe, quod de ſumma frumenti, Siciliæ imperati, nihil fuit detractum, ſed in alios Siciliæ populos tranſlatum. Itaque malim legi, *Sicilia*, repete ἀπὸ κοινοῦ, *detrimentum cepit*; verumtamen nihil muto. LAMAIN.

Qui cum communes hoſtes ſint omnium) Sic lib. Offic. III. *Pirata*, inquit, *non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium*. HOTTOM.

Sibi inſtituunt amicos) *Inſtituere* ergo eſt, parare, & conciliare: unde *inſtituere heredem* docui eſſe, in ſede collocare: ſed tanto ante parare; & tamquam deſignare. IDEM.

Nonnumquam etiam neceſſario) Mediam vocem, quam omittunt vulgati, ſervant noſtri codices. LALLEM. Neminem vidi, qui omittat, præter Olivetum. GARAT.

Phaſelis illa) Vrbs eſt Pamphyliæ nobilis, olim piratarum receptrix, quam Strabo lib. Geograph. XIV. Zeniceti piratæ fuiſſe ſcribit: qui, cum Olympum montem Servilius Iſauricus cepiſſet, ſeſe cum univerſa domo cremavit. HOTT.

Vrbs ante Cilicum, atque prædonum) Initio belli Mithridatici piratæ ex Cilicia orti, una cum preſcriptis, & fugitivis provincias populi Romani Italiamque omnem vexarunt; hi tum ob eam cauſam, quod primi ex Cilicia deſcenderant, tum quia fere in Ciliciam ſe recipiebant, *Cilices*, ut ſcribit Appianus, appellati ſunt, adverſus quos Cn. Pompeius lege Gabinia Imperator factus, bellum incredibili celeritate confecit. Plutarchus in Pomp. & Appian. in Mith. IDEM.

Lycii illam Græci homines) *Lucii* videtur ſcribendum ex auctoritate vetuſti lapidis, qui effoſſus eſt ad radices rupis Tarpeiæ. F. VRS.

Ita projecta in altum) Hoc Livius eleganter deſcribit lib. XXXVIII. his verbis: *In confinio Lyciæ, & Pamphyliæ Phaſelis eſt: prominet penitus in altum, conſpiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, & procul navium*

locis reciperent, eodem deferrentur: adſciverunt illud ſibi oppidum piratæ, primo commercio, deinde etiam ſocietate. Mamertina civitas improba antea non erat: etiam erat inimica improborum: quæ C. Catonis, illius, qui Conſul fuit, impedimenta retinuit: at cujus hominis? clariſsimi, potentiſsimique; qui tamen cum Conſul fuiſſet, condemnatus eſt. Ita C. Cato, duorum hominum clariſsimorum nepos, L. Paulli, & M. Catonis, & P. Africani ſororis filius, quo damnato, tum, cum ſevera judicia fiebant, H-S. XVIII. millibus lis æſtimata eſt: huic Mamertini irati fuerunt; qui majorem ſumtum, quam, quanti Catonis lis æſtimata eſt, in Timarchidi prandium ſæpe fecerunt. Verum hæc civitas iſti prædoni, ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit: huc omnia undique deportabantur; apud iſtos relinquebantur:

vium præbet proſpectum. HOTTOM.

C. Cato duorum hominum clariſſimorum nepos, L. Pauli, & M. Catonis, & P. Africani ſororis filius) Deeſſe tale quidpiam videtur, *Inimicos habuit Mamertinos.* C. autem Catonem dicit ex M. Catone, M. filio, & L Paulli Æmylii filia ſuſceptum. Ejuſdem L. Paulli filius erat Africanus minor, quem Major Africanus a L. Paullo adoptaverat. Et de hoc ipſo ſcribit Velleius Paterculus his verbis: *Mandetur deinde memoriæ ſeveritas judiciorum: quippe C. Cato Conſularis, M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt: cum lis ejus IIII. æſtimaretur:* ubi corrigendum tum ea hoc, tum ea ſimili loco infra videtur: *Cum lis ei H-S XVIII. æſtimaretur.* HOTTOM. *Ita, C. Cato, &c.*) Nihil deeſt: tantum ſubauditur, aut repetitur ἀπὸ κοινοῦ, condemnatus eſt, quaſi ita diceret, ita, (inquam) C. Cato condemnatus eſt: quod loquendi genus alibi notavimus. LAMBIN. Non Siciliæ, ut putabat Manutius ad III. Acc. 80. hic præfuit Cato, ſed Macedoniæ, ut patet ea Velleio; ubi cum Scordiſcis male pugnavit: vide Florum III. 4. 3. Epit. Liv. LXIII. Eutrop. IV. 24. Verum non arbitror, idcirco damnatum fuiſſe C. Catonem, quod ſociis H-S. XVIII. millia abſtulerit: ſed iratos judices ob acceptam ejus culpa fœdiſſimam cladem, repetundarum nomine, inſcitiam illius, & negligentiam ulciſci voluiſſe: hoc eſt, litem capitis, ſeu majeſtatis admittere illatam ab accuſatoribus (quemadmodum alios quoſdam legimus non eorumdem criminum, quibus accuſabantur, invidia periiſſe) qua pariter amiſſi exercitus fama, & male geſtæ provinciæ factum eſt, ut, cum appuliſſet Meſſanam, aut eo ſaltem eſſent ejus impedimenta delata, hæc Mamertini (neſcio, an alia privatim læſi injuria) retinuerint. FABRAT.

Tum, cum ſevera judicia fiebant) Libri veteres plerique non habent vocem, *ſevera*. LAMBIN. Nec habet Regius. GRÆV.

H-S XVIII. millibus) Quadringentis & quinquaginta coronatis. HOTT.

Huic Mamertini irati fuerunt) Applicantur ab aliis iſthæc Verri: nos Catoni accommodanda duximus; ſane Lambinianus codex, item Cujacianus, nec non Gruterianus, (adde Regium) haud agnoſcunt illud negativum hactenus vulgatarum, *irati non fuerunt*: itaque expunxi. GRUTER. Vide Græv. ad III. Acc. 71.

In Timarchidi prandium) Sic legi debet, & ita eſt ſcriptum in libris anti-

tur: quod celari opus erat, habebant ſepoſitum, ac reconditum: per iſtos, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat: navim denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam, ædificandamque curavit: pro hiſce rebus vacatio data eſt ab iſto ſumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium: per triennium ſoli non modo in Sicilia, verum, ut opinio mea fert, his quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, expertes, ſoluti, ac liberi fuerunt ab omni ſumtu, moleſtia, munere: hinc illa Verrea nata ſunt: hinc in convivium Sex. Cominium protrahi juſsit, in quem ſcyphum de manu jacere conatus eſt: quem obtorta gula de convivio in vincula, atque in tenebras abripi juſsit: hinc illa crux, in quam civem Romanum iſte, multis inſpectantibus, ſuſtulit: quam non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet.

11. Laudatum etiam vos quemquam venire audetis? qua aucto-

tiquis. *Timarchidi* autem, patrius caſus eſt, quo libenter utebantur veteres, quemadmodum ſupra admonuimus. Infra autem tertio verſu, ubi libri vulgati habent, *undique deportabantur*, MSi habent, *undique deferebantur*. LAMB.

In navem clam imponenda) Codex Regius non agnoſcit *in navem*. *Imponere* nonnunquam ſimpliciter eſt in navem imponere, ut notarunt docti ad epiſtolas ad Attic. GRAVIUS. Imo jampridem Lambinus ad marg. monuerat, hæc duo verba in duobus ſuis codicibus non exſtare: ut jam, ſi quis velit, ea tuto abjicere poſſe videatur. Tullius II. de Divin. 40. *Cum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret.* Vix dubito, quin addita illa fuerint ex vulgari, notiorique formula, de qua Oudendorp. ad Cæſ. B.C. III. 14. GAR.

Laboris) Videtur eas intelligere quas poſteriores *angarias* appellarunt: mox dicturus moleſtiam, munus. HOTTOM.

His quidem in temporibus) Aldinus, & omnes libri veteres: *His quidem temporibus*; quos ſequor. IDEM.

Hinc illa Verrea) Diem feſtum Verris memoriæ ſacrum. IDEM. Vetus Venera, *Verreia*, cod. Lamb. *Verria*: nimirum Græce deſinebant in εια. Has etiam ſervant c. 68. ſcripturas, ſuam quiſque: ibidemque cod. etiam, *Marcellia*. GAR.

Hinc in convivium) Sic quidem editi hujus ætatis; at ſuperioris, *quod in conviv.* GRUT.

Hinc illa crux) Vide infra. HOTT.

Quam non auſus eſt uſquam defigere) Placet Ant. Auguſtino ut pro *eſt* legatur *eſſet*: quam ego lectionem probo, quod magis ad Tullianum dicendi genus accedere videatur, modo id apud illum perpetuum ſit, *quam non auſus eſſet, niſi communicaſſet*. F. VRSIN. Sed Regius præ ſe fert *communicavit*, pro *communicaſſet*. GRAV. Lambinus ex ſuis, ut certe videtur, MSis jam olim dederat, *communicavit*. Veneta vetus, *communicaviſſet*. GAR.

Utrum

auctoritate? utrum, quam apud ſenatorium ordinem, an quam apud populum Romanum habere debetis? Ecquæ civitas eſt, non in provinciis noſtris, verum in ultimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis, ac barbara: Rex denique ecquis eſt, qui ſenatorem populi Romani tecto, ac domo non invitet? qui honos non homini ſolum habetur, ſed primum populo Romano, cujus beneficio nos in hunc ordinem venimus: deinde ordinis auctoritati, quæ niſi gravis erit apud ſocios, atque exteras nationes, ubi erit imperii nomen, & dignitas? Mamertini me publice non invitarunt: me cum dico, leve eſt. Senatorem populi Romani ſi non invitaverunt, honorem debitum detraxerunt non homini, ſed ordini. Nam ipſi Tullio patebat domus locupletiſſima, & ampliſſima Cn. Pompeii

Vtrum quam apud ſenatorium ordinem) Occaſionem invidiæ captat, & apud ordinem ſenatorium (quo ex ordine hi judices ſunt) & apud populum, qui circum ſubſellia coronam faciebat. HOTTOM. Reg. C. *apud ſenatum*, *an*. GRÆVIVS. Ita jamdiu ex veteri codice, quem citavit Lambinus. GAR.

Non in provinciis noſtris, verum etiam in ultimis) Recepta lectio, *non modo in pr.* ſed frequenter particula talis ſubauditur: abeſtque Cujaciano, item Lambinianis. GRVTER. Sic Gruteri ſola, ex MSis, ſi & alii annuerunt optimi codices: non improbo. *Non* enim ponitur nonnumquam pro *non modo*. Victorii tamen, Manutii, C. Steph. Lambini, Hottomanni, ceteræque omnes, ut & prim. Franc. *non modo omnes in provinciis noſtris, verum etiam*. GRAV. Verum, & elegantem lectionem hanc reſtituit Lambinus, propagavitque Gruterus: niſi quod Oliv. & Lallem. MSis illorum optimis obſequi noluerunt. Inepte cetera erant intruſa: nihil enim ſubauditur, ſi attendas. Tum lego *ecquæ* ex MSo Lambini, editiſque nonnullis. Ven. *& quæ*, ut ſolet, quod hic non probo. GAR.

In ultimis orationibus) Eſt hic quidem error typographicus, qui ex editione Lambini manavit in Gruterianam & recentiores omnes, caſtigandus tamen ex Victorii, Manutii & antiquioribus omnibus, in quibus ſcribitur recte *nationibus*. GRAV.

Tecto ac domo non invitet) Forte *in tectum, ac domum non invitet*, inquit Lambinus in margine, peſſime. *Invitare tecto, ac domo* eſt excipere tecto, ac domo, ut apud Iuſtinum l. 6. *Eoſdem apparatis epulis invitat*, ubi quoque viro docto hæſit aqua: vide quæ ibi notavi. Quæ hic Guilielmius notavit apud Gruterum, ſunt indigna, quæ hic repetantur. Nihil enim faciunt ad hoc genus loquendi, quod non intellexit. GRAV. De eo, quod ſequitur, *populo R. cujus beneficio &c.* vide Ferrat. ad l. Act. 15. GAR.

Apud ſocios in exteras nationes) Eſt a Pall. & Grut. item antiquitus impreſſis: alii, *apud ſoc. atque exteras nat.* Cujac. *& exteras*, quod admiſit Lambinus. GRVTER. Male Gruterus hic interpolat omnium editionum veriſſimam ſcripturam, quam promit ex Palatinis, nihil eſt inſulſius. *Apud ſocios*, eſt provinciales, & *apud exteras nationes*, quæ non ſunt ſociæ. GRAV.

Cn Pompeii Baſiliſci) Mallet Guilielmius, *Baſili*, nam liber Cujac. *Baſilis*

tur: quod celari opus erat, habebant ſepoſitum, ac recon-ditum: per iſtos, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat: navim denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam, ædificandamque curavit: pro hiſce rebus vacatio data eſt ab iſto ſumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium: per triennium ſoli non modo in Sicilia, verum, ut opinio mea fert, his quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, expertes, ſoluti, ac liberi fuerunt ab omni ſumtu, moleſtia, munere: hinc illa Verrea nata ſunt: hinc in convivium Sex. Cominium protrahi juſſit, in quem ſcyphum de manu jacere conatus eſt: quem obtorta gula de convivio in vincula, atque in tenebras abripi juſſit: hinc illa crux, in quam civem Romanum iſte, multis inſpectantibus, ſuſtulit: quam non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet.

11. Laudatum etiam vos quemquam venire audetis? qua aucto-

tiquis. *Timarchidi* autem, patrius caſus eſt, quo libenter utebantur veteres; quemadmodum ſupra admonuimus. Infra autem tertio verſu, ubi libri vulgati habent, *undique deportabantur*, MSi habent, *undique deferebantur*. LAMB.

In navem clam imponenda) Codex Regius non agnoſcit *in navem*. *Imponere* nonnunquam ſimpliciter eſt in navem imponere, ut notarunt docti ad epiſtolas ad Attic. GRAEVIUS. Imo jampridem Lambinus ad marg. monuerat, hæc duo verba in duobus ſuis codicibus non exſtare: ut jam, ſi quis velit, ea tuto abjicere poſſe videatur. Tullius II. de Divin. 40. *Cum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret.* Vix dubito, quin addita illa fuerint ex vulgari, notiorique formula, de qua Oudendorp. ad Cæſ. B.C. III. 14. GAR.

Laboris) Videtur eas intelligere quas poſteriores *angarias* appellarunt: mox dicturus moleſtiam, munus. HOTTOM.

His quidem in temporibus) Aldinus, & omnes libri veteres: *His quidem temporibus*; quos ſequor. IDEM.

Hinc illa Verrea) Diem feſtum Verris memoriæ ſacrum. IDEM. Vetus Veneta, *Verreia*, cod. Lamb. *Verria*: nimirum Græce deſinebant in εια. Has etiam ſervant c. 68. ſcripturas, ſuam quiſque: ibidemque cod. etiam, *Marcellia*. GAR.

Hinc in convivium) Sic quidem editi hujus ætatis; at ſuperioris, *quod in conviv.* GRUT.

Hinc illa crux) Vide infra. HOTT.

Quam non auſus eſt uſquam defigere) Placet Ant. Auguſtino ut pro *eſt* legatur *eſſet*: quam ego lectionem probo, quod magis ad Tullianum dicendi genus accedere videatur, modo id apud illum perpetuum ſit, *quam non auſus eſſet, niſi communicaſſet*. F. URSIN. Sed Regius præ ſe fert *communicavit*, pro *communicaſſet*. GRAV. Lambinus ex ſuis, ut certe videtur, MSis jam olim dederat, *communicavit*. Veneta vetus, *communicaviſſet*. GAR.

Utrum

auctoritate? utrum, quam apud ſenatorium ordinem, an quam apud populum Romanum habere debetis? Ecquæ civitas eſt, non in provinciis noſtris, verum in ultimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis, ac barbara: Rex denique ecquis eſt, qui ſenatorem populi Romani tecto, ac domo non invitet? qui honos non homini ſolum habetur, ſed primum populo Romano, cujus beneficio nos in hunc ordinem venimus: deinde ordinis auctoritati, quæ niſi gravis erit apud ſocios, atque exteras nationes, ubi erit imperii nomen, & dignitas? Mamertini me publice non invitarunt: me cum dico, leve eſt. Senatorem populi Romani ſi non invitaverunt, honorem debitum detraxerunt non homini, ſed ordini. Nam ipſi Tullio patebat domus locupletiſſima, & ampliſſima Cn. Pompeii

Utrum quam apud ſenatorium ordinem] Occaſionem invidiæ captat, & apud ordinem ſenatorium (quo ex ordine hi judices ſunt) & apud populum, qui circum ſubſellia coronam faciebat. HOTTOM. Reg. C. *apud ſenatum*, *an*. GRÆVIUS. Ita jamdiu ex veteri codice, quem citavit Lambinus. GAR.

Non in provinciis noſtris, verum etiam in ultimis) Recepta lectio, *non modo in pr.* ſed frequenter particula talis ſubauditur: abeſtque Cujaciano, item Lambinianis. GRUTER. Sic Gruteri ſola, ex MSis, ſi & alii annuerunt optimi codices: non improbo. *Non* enim ponitur nonnumquam pro *non modo*. Victorii tamen, Manutii, C. Steph. Lambini, Hottomanni, ceteræque omnes, ut & prim. Franc. *non modo omnes in provinciis noſtris, verum etiam*. GRÆV. Verum, & elegantem lectionem hanc reſtituit Lambinus, propagavitque Gruterus: niſi quod Oliv. & Lallem. MSis illorum optimis obſequi noluerunt. Inepte cetera erant intruſa: nihil enim ſubauditur, ſi attendas. Tum lego *ecqua* ex MSo Lambini, editiſque nonnullis. Ven. *&* *que*, ut ſolet, quod hic non probo. GAR.

In ultimis orationibus] Eſt hic quidem error typographicus, qui ex editione Lambini manavit in Gruterianam & recentiores omnes, caſtigandus tamen ex Victorii, Manutii & antiquioribus omnibus, in quibus ſcribitur recte *nationibus*. GRÆV.

Tecto ac domo non invitet) Forte, *in tectum, ac domum non invitet*, inquit Lambinus in margine, peſſime. *Invitare tecto, ac domo* eſt excipere tecto, ac domo, ut apud Iuſtinum l. 6. *Eoſdem apparatis epulis invitat*, ubi quoque viro docto hæſit aqua: vide quæ ibi notavi. Quæ hic Guilielmius notavit apud Gruterum, ſunt indigna, quæ hic repetantur. Nihil enim faciunt ad hoc genus loquendi, quod non intellexit. GRÆV. De eo, quod ſequitur, *populo R. cujus beneficio &c.* vide Ferrat. ad l. Act. 15. GAR.

Apud ſocios in exteras nationes) Eſt a Pall. & Grut. item antiquitus impreſſis: alii, *apud ſoc. atque exteras nat.* Cujac. *& exteras*, quod admiſit Lambinus. GRUTER. Male Gruterus hic interpolat omnium editionum veriſſimam ſcripturam, quam promit ex Palatinis, nihil eſt inſulſius. *Apud ſocios*, eſt provinciales, & *apud exteras nationes*, quæ non ſunt ſociæ. GRÆV.

Cn Pompeii Baſiliſci) Mallet Guilielmius, *Baſili*, nam liber Cujac. *Baſiliti*

peii Baſiliſci: quo, etiam ſi eſſet invitatus a vobis, tamen devertiſſet; erat etiam Parcenniorum, qui nunc item Pompeii ſunt, domus honeſtiſsima: quo L. frater meus ſumma illorum voluntate devertit. Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in veſtro oppido jacuit, & pernoctavit in publico: nulla hoc civitas umquam alia commiſit. Amicum enim noſtrum in judicium vocabas. Tu, quid ego privatim negotii geram, interpretabere imminuendo honore ſenatorio? Verum hæc tum queremur, ſi quid de vobis per eum ordinem agetur; qui ordo a vobis adhuc ſolis contemtus eſt. In populi Romani quidem conſpectum quo ore vos commiſiſtis? nec prius illam crucem, quæ etiam nunc civis Romani ſanguine redundat: quæ fixa eſt ad portum, urbemque veſtram, revelliſtis, neque in profundum abjeciſtis, locumque illum omnem expiaſtis, quam Romam, atque in horum conventum adiretis? In Mamertinorum ſolo fœderato, atque pacato monumentum iſtius crudelitatis conſtitutum eſt: veſtra ne urbs electa eſt, ad quam cum adirent ex Italia, crucem civis Romani prius, quam quemquam amicum populi Romani viderent? quam vos Rheginis, quorum civitati invidetis, item incolis veſtris, civibus Roma-

liti. Pal. pr. *Baſilici*. Grut. Reg. *Baſiliſci*. IDEM.

Qui nunc item Pompeii ſunt) Id eſt, civis Rom. facti, & in Pompeiorum familiam adſciti. Moris erat, ut qui peregrini civitatem Rom. adipiſcerentur, ii nomen ejus familiæ ſumerent, cujus opera ac beneficio in civitatem adſciti erant, ac meo judicio gentiles eorum fiebant: ſic ut jus inter eos gentis, non ſtirpis eſſet. HOTTOM.

Quo L. frater meus) *Quo*, ut paucis ante verſibus, crederem corrigendum: quem autem *L. fratrem* dicat, expoſui infra. IDEM.

Quid ego privatim negotii geram) Publice quidem Cicero negotium hoc gerebat. Litteras enim a Glabrione prætore acceperat, ſed ita locutus eſt, quoniam univerſum ordinem ſenatorium ſibi ſoli oppoſuit. IDEM.

In minuendo honore) Franc. *imminuendo honore*, ut & nonnulli editi. Solet Tullius in his loquendi generibus, quæ frequenter apud eum occurrunt, omittere præpoſitiones. GRÆV. Vnus poſtea Grævium Lallemandus audivit. Neſcio hercle, quid hic faciat præpoſitio. Separatum male fuit, quod erat conjunctum, *imminuendo*. GAR.

Per eum ordinem agetur) Per ordinem ſenatorum. HOTTOM.

Ad quam cum adirent) *Qui adirent*, melius, opinor, legeretur. HOTTOM. Optima, & firma editionum omnium præcipuarum lectio eſt, *cum adirent*, eamque duorum codicum auctoritate Lambinus muniendam præterea duxit. Subauditur, *homines*: vide quæ diximus ad III. Acc. 14. GAR.

Item incolis veſtris) Vetus liber, *itemque incolis veſtris*. Et infra, *ſi* H-S D. pro H-S VI. *mill.* D. F.VRS.

Veram

Romanis oſtendere ſoletis : quo minus ſibi arrogent , minuſque vos deſpiciant, cum videant jus civitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. Verum hæc emiſſe te dicis.

12. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? licuit eodem modo , ut ſigna. Quid enim actum eſt? an litteris pepercisti? Verum hominem amentem hoc fugit : minus clarum putavit fore, quod de armario , quam quod de ſacrario eſſet ablatum. At quomodo abſtulit ? non poſſum dicere planius , quam ipſe apud vos dixit Heius: cum quæſiſſem , numquid aliud de bonis ejus perveniſſet ad Verrem , reſpondit iſtum ad ſe miſiſſe , ut ſibi mitteret Agrigentum peripetaſmata . Quæſivi , an miſiſſet: reſpondit id , quod neceſſe erat , ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori, miſiſſe. Rogavi, perveniſſent ne Agrigentum: dixit perveniſſe. Quæſivi, quemadmodum revertiſſent: negavit adhuc revertiſſe. Riſus po-

puli ,

Verum hæc emiſſe te dicis) Putant nonnulli hic aliquid deſiderari ; ſed falluntur. Nam redit ad illud , quod reſpondebat Verres , ſe emiſſe ſigna , quæ ex provincia exportaſſet : multis interpoſitis de Heio , & Mamertinis, & Meſſana . Lamb.

Illa Attalica) Ordo eſt , illa peripetaſmata, quæ tota Sicilia nominabantur *Attalica* . Dicuntur autem *peripetaſmata παρα το περιπεταννυειν* , quod armariis appenſa decidant : *Attalica* vero auro intertexta, qualia ſolebant eſſe Regis Attali . Plinius lib. VIII. capite de generibus veſtium : *Aurum* , inquit , *intexere* , *in eadem Aſia invenit Attalus rex* , *unde nomen Attalicis* . Hott.

An litteris pepercisti) Non illum in tabulas referre juſſiſti, item ut de ſignis ſacrarii . Hinc illud in Piſonem : *Quas rationes ſi cognoveris* , *intelliges nemini plus* , *quam mihi litteras profuiſſe* . Ludit enim ancipiti ſignificatione vocabuli : quia *litteras* intelligit tabularum , in quibus ipſius juſſu ſcriba quæ ipſe vellet , & quomodo vellet , ſcribebat : cum ceteroqui prodeſſe *litteræ* dicantur hominibus doctrina & eruditione præditis . Ipſe in hac oratione nec ita multo poſt , *Dicat ſe emiſſe* . Etenim hic propter magnitudinem furti ſunt , ut opinor , litteræ factæ . Idem .

Eſſet ablatum) Vetus Lexicon Terentianum apud Barthium XXXVIII. Adv. 15. exhibet , *fuiſſet ablatum* : ſed ita mendoſe totum hunc locum deſcriptum habet , ut ipſi medicinam quærere hinc oporteat . Auxit nimirum ea menda paullulum, quæ adhuc ſunt in Donato ad Andr. I. 3. 13. unde ſua derivavit . Ipſe Donatus præbet illud *fuiſſet* . Gar.

Scilicet dicto audientem fuiſſe prætori) Nihil muto . Sed cum hæc vox *ſcilicet* perſæpe ſola prima littera adjecto puncto ſcribatur ; haud ſcio , an melius eam in pronomen *ſe* , mutaremus : nam illud , *id quod neceſſe erat* , multo rectius ad inſequentia referretur ; quaſi dixiſſet reſpondit ſe dicto audientem fuiſſe prætori , ut neceſſe erat . Hotom.

Quæſivi , an domum revertiſſent) Alii omnes , *quemadmodum* , pro *quæſivi an domum* , quorum omnium auctoritatem hujus ſcriptoræ ſinceritas aperte repudiat . Idem . *An domum revertiſſent*) Emendatum in codice Memmiano ,

puli, atque admiratio omnium veſtrum facta eſt. Hic tibi in mentem non venit jubere, ut hæc quoque referret, H-S. VI. millibus IↃ. ſe tibi vendidiſſe? metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret, ſi H-S. VI. millibus IↃ. tibi conſtarent ea, quæ tu facile poſſes vendere H-S. CC. millibus? fuit tanti, mihi crede: haberes, quod defenderes: nemo quæreret, quanti illa res eſſet: ſi modo te poſſes docere emiſſe: facile cui velles tuam cauſam, & factum probares: nunc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias, non habes. Quid? a Philarcho Centuripino, homine locuplete, ac nobili phaleras pulcherrime factas, quæ Regis Hieronis fuiſſe dicuntur, utrum tandem abſtuliſti, an emiſti? In Sicilia quidem cum

no, & Cujaciano ex veteribus, *quemadmodum reverriſſent*: utraque lectio probabilis eſt; ſed antique præſtat; nam vulgati habent, *an domum reverriſſent*, LAMBIN. Francii liber, æque ut Lambini, Hottomanni MSi & P. Victor. editio: *Rogavi, perveniſſent ne Agrigentum: dixit perveniſſe. Quemadmodum reverriſſent*. Sed Regius codee: *Quæſivi quemadmodum reverriſſent*, quod emplector. Moe *admiratio* firmat idem codex. Sed MSi elii nec non C. Stephani editie: *admurmuratio omnium veſtrum*. GRÆV. *Quæſivi, quemadmodum*. Ita Victorius, & Grævius, idque firment quatuor e noſtris codicibus. LALLEM. Abeſt tamen, *quæſivi*, a Naugeriana, ut vidit Grævius, item a Veneta, in qua eſt etiam, *quemadm.* Sed parvi hoc refert. Majus eſt, quod maluit Grævius lectionem MSi Regii nobis obtrudere, *admiratio*. Eſt hoc ſane in ille vet. Ven. & in codice Lamb. Sed recte adſcripſit Lambinus, ſibi non placere, retinuitque *admurmuratio* cum Herv. Neug. Man. &c. & eltero ſuorum codicum: adſenſus Gruterus eſt, & recentiores. His accedo: quænam etenim populi, & judicum fuiſſe creditur admiratio, cum Verrem ſuratum eſſe cognorunt? Sed nihil opus eſt verbis. Vox *veſtrum* munitur e MSo Lamb. & eadem Venera: omittitur enim eb Naug. Man. & aliis. GAR.

H-S D. ſe tibi vendidiſſe) Emende ut proeime, *H-S VI. millibus & D.* HOTTOM.

Fuit tanti, mihi crede) Id referre ſcilicet. Id eſt, tantum tibi valuiſſet, vel hoc tibi profuiſſet, quod eo pacto defenſionem tibi comparaſſes, niſi forte tale àliquid aut deeſt, aut ſubaudiendum eſt: *Si me hercule hæc duo verba ſcribi juſſiſſes, fuit tanti, mihi crede haberes, quod defenderes*; ut infra: *Emi, pecuniam ſolvi: credo, etiam tabulæ proferentur. Eſt tanti.* Sed melius erit hoc modo: tanti tua interfuit, tantum tibi commodi in eo poſitum fuit; nam ſi retuliſſes, haberes unde factum tuum defenderes. IDEM. Vide Manut. GRÆV.

Quid? a Philarcho Centuripino) Tertie orationis pers, in qua forte Verris minutiora enumeret, de phaleris, hydriis, ſcyphis, vaſis argenteis, toreumatis, equuleis argenteis, emblematis, patellis, pateris, thuribulis: officine, in que vaſe aurea, textrina, in qua veſtes ſtragulæ conficiuntur: item de annulis aureis, lectis æratis, candelabris. HOTT.

In Sicilia) Veneti, & alii, *Siciliæ quidem &c.* & memorantur ſene de Cicerone ſimiles locutiones. Sed ipſe tamen de his ita diſſerit ad Att. lib. VII. ut præpoſitionem non eſſe omittendam ſentire videatur. Eſſet autem illud ſimile huic Virgiliano: *aut Cretæ juſſit conſidere Apollo*. CAMER. Id non de regionum, & provinciarum nomi-

eum eſſem, ſic a Centuripinis, ſic a ceteris audiebam, (non enim parum res erat clara) tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant, quam alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano. Etenim ſi Philarchus vendidiſſet, non ei, poſteaquam reus factus es, redditurum te promiſiſſes: quod quia vidiſti plures ſcire, cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus habiturum, rem nihilominus teſtatam futuram: non reddidiſti: dixit Philarchus pro teſtimonio, ſe, quod noſſet tuum iſtum morbum, ut amici tui appellant, cupiſſe te celare de pha-

nomioibue affirmat Cicero ed Attic. VII. 3. Verum de *δήμοις*, ſive *locis*, vide ibi Grævium. Sane ante hanc Naugerii Venetam erat *Siciliæ* in altera Veneta MCDLXXXIII. ut iam ſuſpicari aliquis poſſit, in formam uſitatiorem a reliquis hoc fuiſſe converſum, quod tamen eſt probum. Vide Voſſium de Conſtr. c. 25. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 6. Oudend. ad Cæſ. B. G. III. 7. & Daviſ. ad VIII. 1. Duker. ad Flor. I. 18. n. 11. Alii mallent, *Siciliæ*, per ellipſim præpoſitionis: vide Burman. ad Lucan. VIII. 428. Sed ego genitivum potius Virgilii, Cæſaris, ipſiuſque Tullii exemplis defenderem: niſi optimos putarem codices pro vulgata facere. GAR.

Alias ita nobiles] Iidem libri, *alias item*, cujus ſcripturæ ſenſus, librorum auctoritatem confirmet. HOTTOM. De phaleris vide Harduin. ad Plin. VII. p. 390. HORTENS.

Te minus habiturum] Iidem libri: *Te minus invidiæ habiturum*. Mihi noſtre valde arridet, ejuſque ſententia multo concinnior & elegantior videtur, ſed cum alterius lectionis ſententia non abſurda ſit, diſcedere ab auctoritate librorum non eſt mei pudoris, ne plus ipſe mihi ſumam, quam quantum aliis concedi patior. HOTTOM. *Te minus habiturum*] Sic habet unus liber manuſcr. & item quidam vulgati: alii, *te minus invidiæ habiturum*. LAMB. *Te minus habiturum*] MSſ Hottomanni noſtrique, item olim cuſi, etiam Victoriani, *te minus invidiæ habit.* videntur præcedentia & ſequentia intermixta aliquot gloſſulis, quas non eruo. GRUTER. Sane liber Francii quoque, *te minus invidiæ habiturum*. Sed Regius hanc vocem reſpuit. GRAV.

Ut amici tui appellant, cupiſſe] Iidem libri, *appellant ſtudium, cupiſſe*. Et verſu proximo, *celaſſe* pro *celare*: quorum alterum, initium orationis; alterum, ſenſus ipſe repudiet. HOTT. *Ut amici tui appellant, cupiſſe, &c.*) Sic olim edendum curavi, & nunc in ſententia maneo. Nam, quod libri nonnulli vulgati habent, *ſtudioſe cupiſſe te celare de phal.* non probo. Quod autem docti quidam ex hac ipſa lectione hanc faciunt, *morbum, ut amici tui appellant, ut tu ipſe, ſtudium, cup.* probabilis illa quidem divinatio eſt, & cum iis, quæ ſunt in hujus libri IV. principio conſentanea: ſed eodem tempore, eademque opere, *ταυτολογία* inepta, & inanis eſt. Verumtamen judicet lector eruditus. LAMBIN. *Ut amici tui appellant, ſtudioſe*] Hae voces habeo pro librarii additamento, deſumtas ſcilicet ab hujus orationis exordio, & vero, quo magis appareat, faciunt Pall. & vett. edd. in quibus, *appellant, ſtudium*, quod & in Grut. nam Lambinus obtruſit nobis, *appellant, ut tu ſtudium &c.* GRUTER. Francii quoque MSus, æque ut Victorii editio, *ut amici tui appellant, ſtudium, cupiſſe*. Recte Gruterum vidiſſe puto, hæc verba, *ut amici tui appellant, ſtudium*, eſſe pannum intertextum a quodam male feriato

phaleris: cum abs te appellatus eſſet, negaſſe habere ſeſe: apud alium quoque eas habuiſſe depoſitas, ne qua invenirentur: tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, ut eas per illum ipſum inſpiceres, ubi erant depoſitæ: tum ſe deprehenſum negare non potuiſſe: ita ab ſe invito ablatas phaleras gratis.

13. Iam ut hæc omnia reperire, ac perſcrutari ſolitus ſit, judices, eſt operæ pretium cognoſcere. Cybiratæ ſunt fratres quidam, Tlepolemus, & Hiero: quorum alterum fingere opinor e cera ſolitum eſſe, alterum eſſe pictorem: hoſce opinor Cybiræ, cum in ſuſpicionem veniſſent ſuis civibus fanum expilaſſe Apollinis, veritos pœnam judicii, ac legis domo profugiſſe: quod Verrem artificii ſui cupidum cognoverant tum, cum iſte, id quod ex teſtibus didiciſtis, Cybiram cum inanibus ſyngraphis venerat, domo profugientes ad eum ſe exſules, cum iſte eſſet in Aſia, contulerunt: habuit ſecum eos ab illo tempore: & in legationis prædis, atque furtis multum illorum opera, conſilioque uſus eſt: hi ſunt illi, quibus in tabulis retulit ſeſe Q. Tadius dediſſe juſſu

riato librario, cum ex orationis initio non nemo illa margini adſcripſiſſet. Non enim amici *morbum* vocabant, quæ ſententia eſt illarum editionum, in quibus *ſtudium* non habetur. Inepte autem hoc loco, ut vere notat Lambinus, inculcaſſet iterum, quod ſuperius dixerat, quomodo amici Verris vocarint ejus morbum; *ſtudioſe* vero non habetur in veteribus libris. Cod. Reg. C.Stephani & Manutii editio, *morbum, ut amici tui appellant, cupiſſe te celare*, quas ſequor, quia *ſtudioſe* ex τῷ *ſtudium* refinxerunt editores recentiores. GRÆVIUS. *Tuum iſtum morbum, ut amici tui appellant, ſtudium*. Ita dedimus ex uno codice Regio. Vocem *ſtudioſe* nullus e noſtris MSis agnoſcit. LALLEM. Abſurda lectio, & potior eſſet *ſtudioſe*, ſi codicibus niteretur. Grævianam ſequor & tutam, & ſatis ſanam: nam utique amici Verris hunc appellabant, *morbum, & inſaniam*: neque ſane quidquam inepti video. GAR.

Cum abs te appellatus eſſet) Invidioſe. Nam & *appellare*, ut Aſconius auctor eſt, inferioris eſt ad ſuperiorem: voluit igitur videri uſque eo flagraſſe cupiditate Verrem, ut ſuæ dignitatis oblitus accedere ad illum voluerit. HOTT. Sed vide quæ diximus ad I. Acc. 41. GAR.

Cum inanibus ſyngraphis venerat) Miſſus eſt Verres in Aſiam legatus cum Cn.Dolabella proconſule. *Legati* vero nonnumquam ii adſciſcebantur, quibus negotia erant in provincia. Tum enim ſuas ſyngraphas perſequi poterant: quarum cauſa etiam certæ legationes, quæ (ut alibi diximus) *liberæ* appellabantur, inſtitutæ ſunt. *Inanes* autem *ſyngraphas* dicit, in quibus numeratam fuiſſe pecuniam ſcriptum erat, cum tamen numerata non eſſet, nam in ſyngraphis contra fidem veritatis pactio venit, ut ſcribit Aſconius. De ſyngraphis diximus lib.I. ſupra. HOTT.

Quibus in tabulis retulit) Paulli Manutii editio & Lambini margo: *quibus*

juſſu iſtius, GRÆCIS PICTORIBVS. Eos jam bene cognitos, & re probatos ſecum in Siciliam duxit. Quo poſteaquam venerunt, mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia, & perveſtigabant, ut, ubi quidque eſſet, aliqua ratione invenirent: aliud minitando, aliud pollicendo, aliud per ſervos, aliud per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inveniebant: quidque illis placuerat, perdendum erat: nihil aliud optabant, quorum poſcebatur argentum, niſi ut Hieroni, & Tlepolemo diſpliceret.

14. Vere mehercules hoc, judices, dicam: memini Pamphilum Lilybætanum, hoſpitem meum, & amicum, nobilem hominem, mihi narrare, cum iſte ab ſeſe hydriam Boethi manu factam, præclaro opere, & grandi pondere, per poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſane triſtem, & conturbatum domum revertiſſe, quod vas ejuſmodi, quod ſibi a patre, & a majoribus eſſet relictum, quo ſolitus eſſet uti ad feſtos dies, ad hoſpitum adventum, a ſe eſſet ablatum. Cum ſederem,

bus in tabulas retulit; quod ſi eſt profectum ex MSis, valde probo. Sed P. Francii liber cum omnibus aliis editionibus, *in tabulis*. Nihil auſim invitis libris mutare, quamvis *in tabulas* Tullium ſcripſiſſe credam. GRÆVIVS. Tamen V. Acc. 39. legimus, *in litteris tolli, & referri*, ut plane ſciamus, qua ratione iſthæc locutio conſiſtat: nec alia deſunt exempla. GAR.

Retulit ſeſe Q. Tadium dediſſe) *Publium Tadium* Verris legatum fuiſſe conſtat ex Verrina III. meminit & *Q. Tadii* ſupra: & videtur hic Verris quæſtor fuiſſe. HOTT.

Mirandum in modum canes venaticos diceres) Alludit ad Cybiratarum mores, qui venandi ſtudio erant dediti. Sunt enim *Cybiratæ* in montuoſa & aſpera regione: vide infra. Notanda autem figura hæc quam *abſciſſionem* vocant, nam cum eſſet dicturus *mirandum in modum odorabantur*, præciſe orationem repreſſit & ſic extulit: *Canes venaticos diceres, ita odorabantur*. IDEM. Locus hic cum Manutio ſic eſt diſtinguendus, *mirandum in modum, canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & perveſtigabant*; ita mirandum in modum odorabantur & perveſtigabant omnia, ut canes venatici poſſent dici. GRÆV.

Vbi quidquid eſſet) Rectius putarem, *quidque*. HOTTOM. *Vbi quidquid eſſet*) Id eſt, ubi quidque eſſet: quo modo ſæpe uſurpat Lucretius. LAMB. *Vbi quidque eſſet*) Haud aliter Pal. ſec. & Cujac. retro vulgati, *quidquid*: quod & dudum improbarat Hottomannus. GRVTER. Aſſeruit *quicquid* Manutius, ut & Francii liber. Sed Reg. cod. *quicque*. GRÆV.

Boeti manu factam) *Boetus* ſculptor nobilis, de cujus operibus Plinius lib. XXXIII cap. 12. & libro inſeq. cap. 8. HOTTOM. *Boeti manu factam*) Scribe *Boethi*, de quo meminit Plinius lib. XXXIII. cap. 12. & lib. XXXIV. cap. 8. & Pauſanias rerum Eliacarum lib. I. F. VRSIN. *Boethi*, MSus Lamb. GAR.

Et a maioribus) Doleo præpoſitionem cum Ven. & Naug. Quod in iiſdem

derem, inquit, domi triſtis, accurrit Venerius: jubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem ſtatim afferre: permotus ſum, inquit: binos habebam: jubeo promi utroſque, ne quid plus mali naſceretur, & mecum ad Prætoris domum ferri: eo cum venio, Prætor quieſcebat: fratres illi Cybiratæ inambulabant: qui, me ubi viderunt, ubi ſunt Pamphile, inquiunt, ſcyphi? oſtendo triſtis; laudant; incipio queri, me nihil habiturum, quod alicujus eſſet pretii, ſi etiam ſcyphi eſſent ablati; tum illi, ubi me conturbatum vident: Quid vis nobis dare, ut iſti abs te ne auferantur? ne multa, H-S. CC. me, inquit, popoſcerunt: dixi me daturum C. Vocat interea Prætor: ſcyphos poſcit; tum illos cœpiſſe Prætori dicere, putaſſe ſe, id quod audiſſent, alicujus pretii ſcyphos eſſe Pamphili: luteum negotium eſſe, non dignum, quod in ſuo argento Verres haberet. Ait ille, idem ſibi videri; ita Pamphilus ſcyphos optimos auffert. Et mehercules ego antea, tametſi hoc neſcio quid nugatorium ſciebam eſſe, iſta intelligere; tamen mirari ſolebam,

dem eſt, *a matre*, ſanum non puto. Idem.

Scyphos ſigillatos) In quibus ſigilla quædam inſculpta ſunt, ut deorum, ut animalium. Hotto. Non fuerunt inſculpta, ſed ſigillis, hoc eſt, iconculis ex ære aut argento factis ornata, ut bene Manutius. Sigilla enim ſunt parva ſigna, ſeu parvæ ſtatuæ. Graevius.

Promi utroſque) Vide Servium ad I. Æneid. 93. Gar.

Quid vis nobis) Lamb. *Quid vis, inquiunt, nobis*. Hunc omnes ſequuntur tamen ſtatim a Ven. Naug. Man. diſcedentem, in quibus erat; *dare, iſti ne auferantur abs te*? Idem.

Ne multa H-S CC. me popoſcerunt) Lege *ſeſtertios ducentos*: quæ ſumma eſt coronatorum quinque; nam ſeſtertium ducenta millia, aureorum quinque millia efficiunt. Alii codices hoc loco depravati ſunt. Hotto. Videtur iſta ſumma nimis exigua eſſe. In C. Reg. eſt H-S. ∞. In Franc. ſexte ∞, in quo præterea ſic legitur, *ſerte ∞ me inquis dixi daturum*, quod non damnem. Mille ſeſtertii ſunt viginti quinque coronati. Grav. Cum MSs Francii faciunt omnes Palatini, unus Gruteri, ed. MCDLXXXIII. & Naug. vide V. L. Planior lectio, quæ tuto recipi poteſt. Immerito enim diſplicebat Camerario, qui alteram Hervagianæ lectionem defendit, quæ fuit in MSis Lamb. fortaſſe, ut erat in Regio: niſi quod cum hic habeat H-S. *mille*, non ſane is ullo modo videtur numerus deferendus: ſed potius qui Hervagium ſequitur, legar oportet: *H-S. CIↃ. . . popoſcerunt: dixi me daturum*, deleto C. Neſcio, an fuerit, *H-S. CIↃ. CIↃ. daturum* CIↃ. neque placet hariolari. Gar.

Luteum negotium eſſe) Artificium luto, non argento dignum. Hott.

Tametſi hoc neſcio quid nugatorium ſciebam eſſe iſta intelligere) Aut *hoc* aut *iſta* abundat. Sententia non fert utramque vocem; tametſi intelligere iſta neſcio quid nugatorium eſſe ſciebam; aut tametſi hoc intelligere neſcio quid nugatorium eſſe ſciebam. Alterutram dele, aut ſcribe cum Fran-

ſam, iſtum in his ipſis rebus aliquem ſenſum habere, quem ſcirem nulla in re quidquam ſimile hominis habere.

15. Tum primum intellexi, ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, ut iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum uteretur. At ita ſtudioſus eſt hujus præclaræ exiſtimationis, ut putetur in hiſce rebus intelligens eſſe, ut nuper (videte hominis amentiam) poſteaquam eſt comperendinatus, cum jam pro damnato, mortuoque eſſet, ludis Circenſibus mane apud L. Siſennam, virum primarium, cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in ædibus; cum pro dignitate L. Siſennæ domus eſſet plena hominum honeſtiſsimorum, acceſsit ad argentum: contemplari unum quidque otioſe, & conſiderare cœpit: mirari ſtultitiam alii, quod in ipſo judicio ejus ipſius cupiditatis, cujus inſimularetur, ſuſpicionem augeret: alii amentiam, cui comperendinato, cum tam multi teſtes dixiſſent, quidquam illorum veniret in mentem: pueri autem Siſennæ, credo, qui audiviſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nuſquam dejicere, neque ab argento digitum diſcedere. Eſt boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuſcujuique & cupiditatis & incontinentiæ: qui reus lege, & reus comperendinatus, re, & opinione hominum pæne damnatus, temperare non potuerit maximo conventu, quin L. Siſennæ argentum tractaret, & con-

Francii libro: *ita intelligere*, ita intelligere hoc, ut ſcilicet narravi, de ſcyphis ablatis, & avaritia Cybiratarum redditis Pamphilo mercede centum ſeſtertiorum. GRÆV. In Ven. quoque, *ita*: ſed mendum puto, nihilque abundare; *hoc* pertinere ad verbum *eſſe*, non ad *intelligere*. GAR.

Ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe) Locutio eſt idem ſignificans, ut ſi plene dixiſſet, uſui fuiſſe. Sic etiam Cato plerumque loquitur, ut dicat: *Id eſt, ad alvum cradam, laterum dolorem*: pro emolumento, vel uſui eſt. HOTT.

Eſt comperendinatus) Vide Verrinam ſecundam extremam. HOTT.

Ludis circenſibus) Qui dabantur in circo maximo: dabantur autem certamina equeſtria, de quibus Ovid.

Circus erat pompa celeber, numeroque Deorum:
Primaque ventoſis palma petitur equis.

Dabantur item curulia, de quibus Plinius lib. VIII cap. XLII. Gellius lib. III. cap. 50. *Curricula ludorum Circenſium ſolemnia ſeptem* fuiſſe ſcribit. De iiſdem ludis diximus, in Verrina II. IDEM.

Acceſſerit ad argentum) Regius & Franc. prim. *acceſſit ad argentum*: & mox iidem. *conſiderare cœpit*: vere: præterea Reg. *unum quique*. GRÆV.

Quiſ-

conſideraret: hunc in provincia Prætorem quiſquam putabit a Siculorum argento cupiditatem, aut manus abſtinere potuiſſe?

16. Verum, uti Lilybæum, unde digreſſa eſt, oratio revertatur, Diocles eſt, Pamphili gener, illius, a quo hydria ablata eſt, Popillius cognomine: ab hoc abaci vaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. Dicat licet, ſe emiſſe: etenim hic propter magnitudinem furti, ſunt, ut opinor, litteræ factæ: juſsit Timarchidem æſtimare argentum. Quo modo? quo qui umquam tenuiſsime in donatione hiſtrionum æſtimavit. Tametſi jamdudum ego erro, qui tam multa de tuis emtionibus verba faciam, & quæram, utrum emeris, nec ne, & quomodo, & quanti emeris: quod verbo tranſigere poſſum. Ede mihi ſcriptum, quid argenti in provincia Sicilia pararis, unde, quidque, aut quanti emeris. Quid fit? quamquam non debebam ego abs te has litteras poſcere: me enim tabulas tuas habere, & proferre oportebat. Verum negas te horum annorum aliquot confeciſſe: compone hoc, quod poſtulo, de argento: de reliquo videro. *Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere.* Quid futurum igitur

Quiſquam putat a Siculorum) Neſcio unde hæc labes in recentiores editiones manarit. Legendum enim ex Regio, & Francii codd. nec non vetuſtioribus editionibus: *putabit*. IDEM.

Vnde digreſſa eſt, oratio revertatur) Libri duo manuſcr. habent, *unde degreſſa eſt oratio, revertamur*. LAMB. Non puto ex ſollemni permutatione, de qua Drak. ad Liv. IV. 17. vulgatam hic eſſe ſollicitandam. GAR.

Ab hoc abaci vaſa omnia) Ad illuſtrationem hujus loci vide Vrſinum noſtrum in app. ad Ciacconii triclin. p. 180. VERBVRG.

Dicat ſe emiſſe) Reg. *dicat ſe licet emiſſe*. lege cum Lambino: *dicat licet ſe emiſſe*. GRÆV. Lectionem Regii codicis Hervagius jampridem anteverterat. A ceteris, quas vidi, omnibus veteribus & recentibus edd. abeſt *licet*. GAR.

In donatione hiſtrionum) Significat, opinor, largitiones quæ hiſtrionibus fieri ſolebant; ſi qui præter cæteros populo placuiſſent. HOTT.

Tametſi jamdudum ego erro) Sic Regius. GRÆV. Ita Lambinus ex ſuis: Veneta, *tametſi ego jamdudum erro*. Abeſt *ego* ab aliis plurimis, quas recentiores ſine cauſa ſequuntur. GARAT.

Verum emeris) Locus animadverſione dignus, in quo *utrum* ſimpliciter, ſine particula *an*, poſitum eſt: ut ſupra. HOTT. Sed recte in Regio additur, *nec ne*. In ſequentibus idem vetuſtiſſimus codex *quod verbo tranſigere poſſum* non agnoſcit: & rectius abſunt. GRÆV.

Me enim tabulas) Ex lege Prætoris Glabrionis, qui Ciceroni poteſtatem fecerat omnia, quæ ad accuſationem inſtruendam pertinerent, conquirendi quemadmodum Verrina III. dictum eſt. HOTT.

Compone hoc) Confice, explica: quod vulgus dicit *reſolvere*. IDEM.

Iam

igitur eſt? Quid exiſtimas hoſce judices facere poſſe? domus plena ſignorum pulcherrimorum jam etiam ante præturam: multa ad villas tuas poſita, apud amicos multa depoſita, multa aliis data, atque donata: tabulæ nullum indicant emtum: omne argentum ablatum ex Sicilia eſt: nihil cuiquam, quod ſuum dici vellet, relictum. Fingitur improba defenſio, Prætorem omne id argentum coemiſſe: tamen idipſum tabulis demonſtrari non poteſt: ſi quas tabulas profers, in his, quæ habeas, quomodo habeas, ſcriptum non eſt. Horum autem temporum, cum te plurimas res emiſſe dicas, tabulas omnino nullas proferas; non ne te & prolatis, & non prolatis tabulis condemnari neceſſe eſt?

17. Tu a M. Cælio, equite Romano, lectiſsimo adoleſcente, quæ voluiſti vaſa argentea Lilybæi abſtuliſti: tu C. Cacurii, promtiſsimi hominis, & experientis, & in primis gratioſi ſupellectilem omnem auferre non dubitaſti: tu maximam, & pulcherrimam menſam citream a Q. Lutatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio a L. Sulla civis Romanus factus eſt, omnibus ſcientibus Lilybæi abſtuliſti. Non tibi objicio, quod hominem digniſsimum tuis moribus, Apollonium, Niconis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto ſpoliaſti, ac depeculatus es: taceo: non enim putat ille ſibi injuriam factam: propterea quod homini jam perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubveniſti, cum pupillis Drepanitanis bona

Iam etiam ante Præturam) Lamb. omiſit *etiam*, quod aberat ab optimo ſuo codice. GAR.

In his quid habeas) Pall. & olim cuſi, *quas habes*. Cuja: *quæ habes*: quod poſtremum non diſplicet. GRVT. Sic & Reg. GRAEV. Recte: tamen *quid* recentiores. GAR.

Tu C. Cacurii) Legendum fortaſſe eſt, *C. Curii*. LAMB. Ven. *P. Cacurii*: cui Naug. Herv. & Man. accedunt. GAR.

Menſam citream) Ejuſmodi menſæ maximo erant in pretio. Memoratur illa Ciceronis, emta H-S. decies. Plinium vide XIII. 29. ubi diſſerit de menſarum illarum dotibus, & inſania. HORTENS.

Q. Lutadio) *Lutatio* quin ſit legendum, non eſt dubium: quod fuit nomen Q. Catuli, cujus in familiam civitate donatus erat adſcitus. HOTT.

Spoliaſti ac depeculatus es) Cujacii codex *depecuniatus es*: quod ſui judicii facio: ego verbum non addo. niſi ad hoc propemodum exemplum a Lucilio dictum, *deargentare*, pro *argento emungere* libro XXIX. GVILIELM.

na patria erepta cum illo partitus es: gaudeo etiam, ſi quid ab illo abſtuliſti: & abs te nihil rectius factum eſſe dico. A Lyſone vel Lilybætano, primo homine, apud quem deverſatus es, Apollinis ſignum ablatum certe non oportuit. At dices te emiſſe: ſcio: H-S. CIↃ. ita opinor: ſcio, inquam: proferam litteras: & tamen id factum non oportuit. A pupillo Heio, cui Marcellus tutor eſt, a quo pecuniam grandem eripueras, ſcaphia cum emblematis Lilybæi utrum emta eſſe dicis, an confiteris erepta? Sed quid ego iſtius in ejuſmodi rebus mediocres injurias colligo: quæ tantummodo in furtis iſtius, & damnis eorum, a quibus auferebat, verſatæ eſſe videantur? Accipite, ſi vultis, judices, rem ejuſmodi, ut amentiam ſingularem, & furorem jam, non cupiditatem ejus perſpicere poſſitis.

19. Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimonium dixit: is Lilybæi multos jam annos habitat, homo & domi nobilis, & apud eos, quo ſe contulit, propter virtutem ſplendidus, & gratioſus: de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quæ-

Gaudeo) Vide Quinctil. I. O. IX. 2. ubi pro *ab illo* habet *ab eo*. GAR.

Apud quem diverſatus es) Libri ſcripti omnes habent, *deverſatus es*, ut edi juſſimus: & ſupra ubi vulgati habent *diverſiſti*, illi, *deverſiſti*. LAMB.

Certe non oportuit) Sic Regius ſine *eſſe*. GRAV. Hic quoque a Grævio male recentiores diſceſſerunt. GARATON.

H-S M.) Id eſt, mille nummis ſeſtertiis, XXV. coronatis. HOTT.

Cui Marcellus) Lamb. *cui C. Marcellus*: & certe non erat hic vir ſine prænomine commemorandus; tum erat a ceteris Marcellis diſtinguendus. GARAT.

Scaphia cum emblematis) *Scaphia*, ſunt *ſcyphi* inſtar ſcaphæ facti. *Emblemata* vero παρα το εμβαλλεσθαι, dicuntur cruſtæ & ornamenta exemtilia, quæ ſcyphis ubi commodum eſt, apponi, adimique poſſunt. HOTT. Emblemata ſunt ſigna, ſeu ſigilla Deorum, hominum, animalium, quæ pateris, ſcyphis, aliiſque vaſis poterant inſeri, & ab iis revelli, & aliis rurſus illigari. Vide Salmaſ. exerc. Plinian. p. 736. editionis novæ. GRAEV.

Ut amentiam ſingularem, ut furorem) Reg. *ut amentiam ſingularem & furorem*. Optime. GRAEV. Adhuc recentiores *ut*: licet Lambinus quoque jampridem ex ſuo MSo dederit *&*. GAR.

Perbona toreumata) *Toreumata* dicuntur opera ſculpta & cælata; παρα το τορευεσθαι. *Mentorem* autem in vaſis cælandis mirum artificem fuiſſe teſtis eſt Plinius, lib. XII. HOTTOM. Non eſt idem *ſculpere* & *cælare*. Τορευμα Græcis proprie argentum cælatum, τορευται cælatores. Hinc τορευτα vaſa calata, & toreuma Latinis vaſculum argenteum cælatum. Plinius de vitro: *Aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur*. Cælatura autem exſtantes figuras oſtendebat, & extra corpus mate-

quædam, quæ Thericlia nominantur, Mentoris manu, ſummo artificio, facta: quod iſte ubi audivit, ſic cupiditate inflammatus eſt non ſolum inſpiciundi, verum etiam auferendi, ut Diodorum ad ſe vocaret, ac poſceret. Ille, qui illa non invitus haberet, reſpondet, ſe Lilybæi non habere: Melitæ apud quemdam propinquum ſuum reliquiſſe. Tum iſte continuo mittit homines certos Melitam: ſcribit ad quoſdam Melitenſes, ut ea vaſa perquirant: rogat Diodorum,

materiei prominentes. Sculpebantur vero, quæ cavabantur. Hodie fere tantum ſcalpitur & cavatur argentum, ex quo pocula fiunt, apud veteres tamen frequentius cælabatur argentum, figuris extantibus. Salmaſ. in Exerc. Plin. ubi vide plura. GRÆV. Vide ad II. Acc. 52.

Quæ Thericlea nomin.) Sic nunc edendum curavi, rejecta vulgata ſcriptura, *Heraclea*. Dicta autem ſunt pocula Thericlea, ſeu Thericlia, ab inventore, ſeu artifice Thericle, quem commemorat Plutarchus Αποφθ. Βασιλ. his verbis: *Μιμμιυ δε τινος χιλιαρχυ λαβων ψυκτηρας διαλιθυς παρακομιζοντα, και Θηρικλειυς*, &c. *Cum autem cepiſſet Memmii cujuſdam Tribuni militum vaſa gemmis diſtincta afferentem & Thericlia*. Et Plinius libro XVI. cap. 40. *Celebratur & Thericles nomine calices ex terebintho ſolitus facere torno*, &c. Horum poculorum fit etiam mentio in epiſtolis Phalaridis. Sic ille ad Polycletum quemdam medicum: *Α'πεςαλκα σοι της εμαυτυ ψυχης χαριςηρια φιαλας απεφθυ χρυσυ τεσσαρας, και κρατηρας αργυρυς υ της καθ' ημας τεχνης δυο, και ποτηριων Θηρικλειων ζευγη δυο*. Id eſt: *Miſi ad te, ut teſtarer meam tuorum erga me meritorum memoriam, & ut intelligeres me grato eſſe animo, phialas ex auro puro quatuor, & crateras argenteas antiqui artificii duas, & poculorum Thericleorum paria duo*. Commemorat & Athenæus lib. XI. LAMBIN. *Quæ Heraclea vocantur*) Locus mire vexatus: alii enim repoſitum volunt *Thericles*: quorum e numero eſt Canterus lib. V. Nov. lect. c. 28. Ciacconius in libro de Triclinio, Giſanius ad Lucretium, Lambinus, aliique. Turnebus aliquando quoque in eadem fuerat ſententia, ſed poſtea adhæſit vulgatæ, qui videatur lib. VIII. Adverſ. cap. 10. ut & Rob. Titius eamdem defendentem lib. IV. Controverſ. cap. 6. MSi Pall. favent receptæ lectioni, niſi quod ſec. *Eracles*: nam Gruterianus *Eraclea*, Cujacianus, & Puteani liber inclinant potius in alteram partem: habent enim *Theridis*. Hittorpii quoque ſchedæ præferunt, *Gheridis*. Ceterum retinui *pocula duo quædam*, rejecto Lambiniano, cui expuncta vox *duo*: licet abeſſet & Hit & Cujac. quod invenerim in MSis noſtris, & editis omnibus. Puteanus deletum ibat & *eum*: & *duo*. GRUTER. Cum in codicibus Cujacii, Puteani, & Regio legatur *Thericlia*, pro *Thericles*, ad quos proxime accedit Hittorpianus, nullus dubitavi hanc ſcripturam recipere. Thericles fuit quidem figulus, qui fictiles calices fecit ex nigra terra, qui vixit Ariſtophanis tempore, ſed poſtea pocula, quæ ad fictilium illorum imitationem fiebant, ſive ex terebintho, aliove ligno, ſive ex argento vitrove eſſent, Thericlea dicebantur. Ut docuit Salmaſius in Exercitationibus Plinianis p. 734. qui & ibi hanc iſtius loci emendationem probat. GRÆV. *Thericlea*. A Thericle figulo. Ita Salmaſius, & Grævius e tribus MSis, quibus etiam accedunt tres e noſtris. Alii legunt *Heraclea* "; male his adhæſit Verb. & Oliv.) " ab Hercule, cujus in uſum fuerint ejuſmodi vaſa magna, & capacia, quæ tanti herois ſitim extinguere poſſent. LALLEM.

Mittit homines certos) Data opera, non alia de cauſa, miſſos, niſi ut nuncium illud deferrent. Sæpe alibi

rum, ut ad illum ſuum propinquum det litteras; nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Diodorus, homo frugi, ac diligens, qui ſua ſervare vellet, propinquo ſuo ſcribit, ut iis, qui a Verre veniſſent, reſponderet, illud argentum ſe paucis illis diebus miſiſſe Lilybæum. Ipſe interea recedit; abeſſe ab domo paulliſper maluit, quam præſens illud optime factum argentum amittere. Quod ubi audivit iſte, uſque eo eſt commotus, ut ſine ulla dubitatione inſanire omnibus, ac furere videretur; quia non potuerat argentum eripere, ipſe a Diodoro erepta ſibi vaſa optime facta dicebat: minitari abſenti Diodoro, vociferari palam, lacrymas interdum vix tenere. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidiſſet monile, ut opinor, ex auro, & gemmis, pulcritudine ejus incenſa, ſalutem viri proderet: ſimilis iſtius cupiditas: hoc etiam acrior, atque inſanior, quod illa cupiebat id, quod viderat: hujus libidines non ſolum oculis, ſed etiam auribus excitabantur.

19. Conquiri Diodorum tota provincia jubet; ille ex Sicilia jam caſtra moverat, & vaſa collegerat. Homo, ut aliquo

ſic locutus eſt. HOTT. An homines, quibus confidebat? Vide ad c. 11. pro Quint. & Cort. ad 1. ep. ad div. 7. & ita Græv. ad c. 46. Verum ambigua hæc ſæpe ſunt: alioque ſenſu Cicero tum alibi, tum XVI. ad diverſ. 10. *Cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt*. GARAT.

Quia non potuerat argentum eripere) Clauſula hæc non legitur in aliquot codicibus, ideo a quibuſdam exiſtimatur gloſſema. Hæc non abſurde Iannoctius adſcripſit. IDEM.

Eriphylam accipimus in fabulis) Uxor fuiſſe traditur Amphiarai vatis, qui cum ab Adraſto rege ad bellum magna contentione vocaretur, neque tamen parere vellet, quod ſe numquam inde rediturum tanto ante præviderat, ſeſeque ideo abdidiſſet, tandem ab uxore aureo monili a rege corrupta proditus eſt, & in bellum proficiſci coactus: ubi hiatu terræ abſorptus eſt. Plato de Rep. IX. *Ουκ αρα αθλιος εϛι και πολυ επι δεινοτερῳ ολεθρῳ χρυσον δωροδοκει η Ε'ριφυλη, επι τῃ του ανδρος ψυχῃ τον όρμον δεξαμενη. Nonne miſer eſt, multoque graviorem ſibi perniciem quærit dum aurum accepit, quam Eriphyla, quæ ut ſalutem viri proderet, monile accepit? Monile autem dictum*, inquit Feſtus, *eſt ornatus muliebris, qualem habuiſſe Eriphylam fabulæ ferunt. Ex eo etiam equis dependens a collo ornamentum monile appellatur*. HOTTOM. Vide Servium ad I. Æn. 654. Hyginus fab. LXXIII. *monile aureum ex gemmis* hoc vocat, quod cum his Tullianis plane convenit: vide ibi Munckerum. Ita infra cap. 28. 29. Illud præcipue notandum, quod c. 29. dicitur, *candelabrum factum e gemmis*, idque ipſum c. 32. *e gemmis, auroque perfectum*. GARATON.

Caſtra jam moverat, & vaſa collegerat) Translatum a re militari. *Vaſa* enim impedimenta Latine dicuntur, ut Græce τα σκευη. HOTT.

Faci-

aliquo modo illum in provinciam revocaret, hanc excogitavit rationem : ſi hæc ratio potius, quam amentia nominanda eſt; apponit de ſuis canibus quemdam, qui dicat, ſe Diodorum Melitenſem rei capitalis reum velle facere. Primo mirum omnibus videri, Diodorum reum, hominem quietiſsimum, ab omni non modo facinoris, verum etiam minimi errati ſuſpicione remotiſsimum; deinde eſſe perſpicuum, fieri omnia illa propter argentum. Iſte non dubitat jubere nomen deferri : & tum primum opinor iſtum abſentis nomen recepiſſe. Res clara Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium : neque ſolum præſentes reos fieri, ſed etiam abſentes. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos, atque hoſpites curſare : litteræ mittuntur iſti a patre vehementes, ab amicis item, videret, quid ageret de Diodoro, quo progrederetur : rem claram eſſe, & invidioſam : inſanire hominem; periturum hoc uno crimine, niſi caviſſet. Iſte etiam tum patrem, ſi non in parentis, at in hominum numero putabat : ad judicium

Facinoris) Eſt a MSo Lamb. antea erat vulgatum, *facinore*, quæ longe huic lectio concedit. De hac voce conſulate juvabit Cortium ad Salluſt. Cat. XXIII. n. 1. Vaneta vetus exhibet, *verum minimi errati* : quod non eſt contamnendum, ſi codices faveant. GAR.

Res clara, Sicilia tota) Secutus ſum libros manuſcriptos : nam vulgati habent, *Reclamat Sicilia tota*, &c. infra proximo verſu iidem manuſcripti, ubi vulgati habent, *non præſente reos fieri*, non habent, *præſentes* : quos item ſecutus ſum. LAMAIN. *Res clara Sicilia tota*) Ita raſcribandum duxit Turnebus, Adverſ. VIII. cap. 10. fide librorum vetuſtæ antiquitatis; & ita raperit Guilielmius in Cujac. & Hittorp. ſed, ecca, Italici noſtri codd. tres ſtant a vulgata : *Reclamat Sicilia tota*; quæ ſi vitioſa eſt, clare patet, libros tranſalpinos ſuperare bonitate Ciſalpinos; ideoque natos, antequam licentioſa prurigo invaſiſſet librarios quidvis mutandi, addendi, &c. GRAVIUS.

Reos fieri rerum capitalium) Apparet igitur *reos* fieri, dici eos, quorum nomen deſartur, atqua in reorum aliorum numerum recipitur, hoc eſt, in tabulis publicis perſcribitur. HOTTOMANN.

Neque ſolum reos fieri, ſed etiam abſentes) Eſt ab Cujac. atque Hittorp. quippe Pall. Grut. editioneſqua omnes, *neque ſolum præſentes reos fieri*, Paullus Manutius *præſentes* retinuit, ſed ajecit, *eras fieri*; adeo quiſque in Tullio experitur quantum libeat. GRUTER. Abaſſe commode non poteſt *præſentes*, quod merito retinent Franc. & cateri MSi & edd. optimæ Victorii, Car. Stephani, Manutii. GRÆV. Verum iſta mehareule de uno mihi Diodoro dici videntur. Quod ſi caretum ſit, jam optima Lamb. & Grut. vocem *præſentes* abjecerunt; bonis MSis auctoribus, quos Varburgius, & Olivetus hac, opinor de cauſa, ſecuti ſunt. GAR.

Ad judicium) Subaudi *corrumpendum*. Nam ad eam ſe rem inſtruebat, ut ſæpe alias dictum aſt. HOTT.

rum, ut ad illum ſuum propinquum det litteras; nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Diodorus, homo frugi, ac diligens, qui ſua ſervare vellet, propinquo ſuo ſcribit, ut iis, qui a Verre veniſſent, reſponderet, illud argentum ſe paucis illis diebus miſiſſe Lilybæum. Ipſe interea recedit; abeſſe ab domo paulliſper maluit, quam præſens illud optime factum argentum amittere. Quod ubi audivit iſte, uſque eo eſt commotus, ut ſine ulla dubitatione inſanire omnibus, ac furere videretur; quia non potuerat argentum eripere, ipſe a Diodoro erepta ſibi vaſa optime facta dicebat: minitari abſenti Diodoro, vociferari palam, lacrymas interdum vix tenere. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidiſſet monile, ut opinor, ex auro, & gemmis, pulcritudine ejus incenſa, ſalutem viri proderet: ſimilis iſtius cupiditas: hoc etiam acrior, atque inſanior, quod illa cupiebat id, quod viderat: hujus libidines non ſolum oculis, ſed etiam auribus excitabantur.

19. Conquiri Diodorum tota provincia jubet; ille ex Sicilia jam caſtra moverat, & vaſa collegerat. Homo, ut aliquo

ſic locutus eſt. Hott. An homines, quibus confidebat? Vide ad c. 11. pro Quint. & Cort. ad 1. ep. ad div. 7. & ita Græv. ad c. 46. Verum ambigua hæc ſæpe ſunt: alioque ſenſu Cicero tum alibi, tum XVI. ad diverſ. 10. *Cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt*. Garat.

Quia non potuerat argentum eripere) Clauſula hæc non legitur in aliquot codicibus, ideo a quibuſdam exiſtimatur gloſſema. Hæc non abſurde Jannoſtius adſcripſit. Idem.

Eriphylam accipimus in fabulis) Uxor fuiſſe traditur Amphiarai vatis, qui cum ab Adraſto rege ad bellum magna contentione vocaretur, neque tamen parere vellet, quod ſe numquam inde rediturum tanto ante prævideret, ſeſeque ideo abdidiſſet, tandem ab uxore aureo monili a rege corrupta proditus eſt, & in bellum proficiſci coactus: ubi hiatu terræ abſorptus eſt. Plato de Rep. IX. Ουκ *αρα αθλιος εςι και πολυ επι δεινοτερῳ ολεθρῳ χρυσον δωροδοκει η* Ε'ριφυλη, *επι τῃ του ανδρος ψυχῃ τον ὁρμον δεξαμενη*. *Nonne miſer eſt, multoque graviorem ſibi perniciem quærit dum aurum accepit, quam Eriphyla, quæ ut ſalutem viri proderet, monile accepit? Monile autem dictum*, inquit Feſtus, *eſt ornatus muliebris, qualem habuiſſe Eriphylam fabulæ ferunt. Ex ea etiam equis dependens a collo ornamentum monile appellatur*. Hottom. Vide Servium ad I. Æn. 654. Hyginus fab. LXXIII. *monile aureum ex gemmis* hoc vocat, quod cum his Tullianis plane convenit: vide ibi Munckerum. Ita infra cap. 28. 29. Illud præcipue notandum, quod c. 29. dicitur, *candelabrum factum e gemmis*, idque ipſum c. 32. *e gemmis, auroque perfectum*. Garaton.

Caſtra jam moverat, & vaſa collegerat) Tranſlatum a re militari. *Vaſa* enim impedimenta Latine dicuntur, ut Græce *τα σκευη*. Hott.

Faci-

aliquo modo illum in provinciam revocaret, hanc excogitavit rationem : ſi hæc ratio potius , quam amentia nominanda eſt; apponit de ſuis canibus quemdam, qui dicat, ſe Diodorum Melitenſem rei capitalis reum velle facere. Primo mirum omnibus videri , Diodorum reum , hominem quietiſsimum , ab omni non modo facinoris , verum etiam minimi errati ſuſpicione remotiſsimum ; deinde eſſe perſpicuum , fieri omnia illa propter argentum. Iſte non dubitat jubere nomen deferri : & tum primum opinor iſtum abſentis nomen recepiſſe. Res clara Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium : neque ſolum præſentes reos fieri , ſed etiam abſentes. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos, atque hoſpites curſare : litteræ mittuntur iſti a patre vehementes, ab amicis item , videret, quid ageret de Diodoro, quo progrederetur : rem claram eſſe, & invidioſam : inſanire hominem ; periturum hoc uno crimine, niſi caviſſet. Iſte etiam tum patrem , ſi non in parentis , at in hominum numero putabat : ad judicium

Facinoris) Eſt à MSo Lamb. antea erat vulgatum, *facinore* , quæ longe huic lectio concedit . De hac voce conſulata juvabit Cortium ad Salluſt. Cat. XXIII. n. 1. Vaneta vetus exhibet, *verum minimi errati* : quod non eſt contemnendum, ſi codices faveant. GAR.

Res clara, Sicilia tota) Secutus ſum libros manuſcriptos : nam vulgati habent, *Reclamat Sicilia tota* ; &c. inſta proximo verſu iidem manuſcripti , ubi vulgati habent , *non præſente reos fieri* , non habent , *præſentes* : quos item ſecutus ſum. LAMBIN. *Res clara Sicilia tota*) Ita reſcribandum duxit Turnebus , Adverſ. VIII. cap. 10. fide librorum vetuſtæ antiquitatis ; & ita raparit Guilielmius in Cujac. & Hittorp. ſed , ecce , Italici noſtri codd. tres ſtant a vulgata : *Reclamat Sicilia tota* ; quæ ſi vitioſa eſt, clara patet , libros tranſalpinos ſuperare bonitate Ciſalpinos ; ideoque natos , antequam licentioſa prurigo invaſiſſet librarios quidvis mutandi , addendi , &c. GRUTER.

Reos fieri rerum capitalium) Apparet igitur *reos* fieri ; dici eos, quorum nomen deſartur , atque in reorum aliorum numerum recipitur, hoc eſt, in tabulis publicis perſcribitur. HOTTOMANN.

Neque ſolum reos fieri , ſed etiam abſentes) Eſt ab Cujac. atque Hittorp. quippe Pall. Grut. editioneſque omnes, *neque ſolum præſentes reos fieri* , Paullus Manutius *præſentes* retinuit, ſed ajecit, *reos fieri* ; adeo quiſque in Tullio experitur quantum libeat . GRUTER. Abeſſe commode non poteſt *præſentes* ; quod merito retinent Franc. & cæteri MSi & edd. optimæ Victorii , Car. Stephani , Manutil. GRÆV. Verum iſta mehercule de uno mihi Diodoro dici videntur . Quod ſi certum ſit, jam optima Lamb. & Grut. vocem *præſentes* abjecerunt , bonis MSis auctoribus, quos Verburgius , & Olivetus hac , opinor de cauſa , ſecuti ſunt . GAR.

Ad judicium) Subaudi *corrumpendum.* Nam ad eam ſe rem inſtruabat , ut ſæpe alias dictum eſt . HOTT.

Digitized by Google

cium nondum ſe ſatis inſtruxerat : primus annus erat provinciæ, non, ut in Sthenio, jam refertus pecunia : itaque furor ejus paullulum non pudore, ſed metu, ac timore repreſſus eſt; condemnare Diodorum non audet; abſentem de reis eximit. Diodorus interea Prætore iſto prope triennium provincia, domoque caruit; ceteri non ſolum Siculi, ſed etiam cives Romani hoc ſtatuerant : quoniam iſte tantum cupiditate progrederetur, nihil eſſe quod quiſquam putaret, ſe, quod iſti paullo magis placeret, conſervare, aut domi retinere poſſe.

20. Poſtea vero quam intellexerunt, iſti virum fortem, quem ſumme provincia exſpectabat, Q. Arrium, non ſuccedere, ſtatuerunt, ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſsimum, promtiſsimumque eſſet. Tum iſte ab equite Romano ſplendido, & gratioſo; Cn. Calidio, cujus filium ſciebat ſenatorem populi Romani, & judicem eſſe, equuleos argenteos nobiles, quique maximi fuerant, auſert. Imprudens huc incidi, judices; emit enim, non abſtulit; nollem dixiſſe; jactabit ſe, & in his equitabit equuleis. Emi: pecuniam ſolvi. Credo, etiam tabulæ proferentur; eſt tanti; cedo tabulas; dilue ſane crimen hoc Calidianum, dum ego tabu-

Abſentem de reis eximit) *Eximere de reis*, eſt nomen alicujus in reorum albo inducere : ut in commentario verb. juris expoſuimus. ID.

Qui Q. Maximi fuerant) Quis ille vero Q. *Maximus*, nuſquam alibi pictus aut fictus? Sed vide, ne rectius legatur, *quique maximi fuerant*, hoc eſt pretioſiſſimi, quique venire potuerant plurimo. Vlpianus in Pandectis ad L. Aquiliam l. 23. ait, *occaſionem hominis occiſi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit*. Adjuvat conjecturam Priſcianus quoque, qui hæc laudat fine libri III. *quique maximi fuerant*. GVILIELM. Accedit his Regius, in quo, *quique maxime fuerant*. GRÆV. *Quique maximi fuerant*. Ita legit Priſcianus " (p. 618. ed. Putſ.) " ita Guilielmius, & poſt eum Grævius ex ſuo codice optimo, cui accedunt tres e noſtris. Male in vulgatis" (Verb. etiam, & Olivet.) " *qui Q. Maximi fuerant*. LALLEM.

In his equitabit equuleis) Iactabit ſe, quaſi idoneam defenſionem nactus : & jactabit ſe ut agitatores, qui in equis deſultoriis equitant, ſeſeque oſtentant. HOTT. *Equitabit*, quod eſt, ſe oſtentabit, ſe jactabit; qua in ſignificatione verbo *equitandi*, niſi me memoria fallit, utitur Arnobius : & Horat. Epod. od. 7. pro *inſultabo* dixit : *Vectabor humeris tunc ego inimicis eques*. TVRNEBVS.

Eſt tanti : cedo tabulas) Tanti ſunt venditi, hoc pretium eſt quo emti ſunt. Et ſic locutus eſt ſuperiore oratione : *Accipis H-S. xv. pro medimno: tanti eſt enim illo tempore medimnum; retines H S. XII. tanti enim eſt, &c.* Poteſt igitur ſic accipi : poteſt & illo modo

tabulas adſpicere poſſim. Verumtamen quid erat, quod Calidius Romæ quereretur, ſe, cum tot annos in Sicilia negotiaretur, abs te ſolo ita eſſe contemtum, ita deſpectum, ut etiam una cum ceteris Siculis diſpoliaretur, ſi emeras? quid erat, quod confirmabat, ſe abs te argentum eſſe repetiturum, ſi id tibi ſua voluntate vendiderat? tu porro poſſes facere, ut Cn. Calidio non redderes? præſertim cum is L. Siſenna, defenſore tuo, tam familiariter uteretur: & cum ceteris familiaribus Siſennæ reddidiſſes? denique non opinor negaturum eſſe te, homini honeſto, ſed non gratioſiori, quam Cn. Calidius eſt, L. Cordio argentum per Potamonem, amicum tuum, reddidiſſe; qui quidem ceterorum cauſam apud te difficiliorem fecit. Nam cum te compluribus confirmaſſes redditurum, poſtea quam Cordius pro teſtimonio dixit, te ſibi reddidiſſe, finem reddendi feciſti: quod intellexiſti, te, præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. Cn. Calidio, equiti Romano, per omnes alios Prætores licuit argentum habere benefactum:

modo quem expoſuimus paullo ſupra. Tanti tua intereſt, tanti tua refert tabulas proferri: ſi proferas, dilutum crimen concedam. HOTT. *Eſt tanti: cedo tabulas*) Vetus liber, *carrent, cedo tabulas*. F. VRSIN. *Eſt tanti*) Male hoc interpretatur Hottomannus: & fruſtra eſt Fulvius Vrſinus, qui aliam lectionem ſuppeditat; dicit enim Cicero, eſſe operæ pretium inſpiciundi tabulas: itaque ipſas poſcit, urgetque. GRVT. *Credo, etiam tabulæ proferentur*) Ita ediderunt omnino omnes, & ipſe Hortenſius: cui tamen hæc eadem retractanti venit in mentem apponere notam quietis poſt verbum *Credo*, hoc modo. Dicat Verres: *Emi, pecuniam ſolvi*. Reſpondebit Cicero: *Credo*. Addet Verres: *Etiam tabulæ proferentur*, ideſt, proferam tabulas. Refert Cicero: *Eſt tanti &c.* Quovis modo legatur, vides hic ſubeſſe ironiam. Qui enim Verres annorum illorum tabulas proferat, quas jam ſe confeſſus eſt nullas habere? OLIVETVS.

Verumtamen) Argumentum eſt ex repugnantibus. Non & emiſti? & queſtus eſt ſe ſpoliatum. Non & ſponte vendiderat? & venditum repetere volebat. HOTTOM.

Vt etiam una cum ceteris) Dictio *una*, exſulat fere hodiernis exemplaribus, ſed injuſte; ſi modo fides Pall. Grut. Cujac. & vetuſte cuſis; idem dictum velim de vocula *ita*, quæ præceſſit, redonataque a me auctori, iiſdem libris addicentibus. GRVTER.

Deinde non opinor) Reg & Franc. *Denique, non opinor*: hoc eſt, ut uno verbo abſolvam. Sic ſæpe Cicero, & alii, ut alibi obſervavi. GRÆV.

Cauſam apud te difficiliorem fecit) A quibus argentum factum abſtuleras. Et *cauſam difficiliorem*, id eſt, conditionem puriorem. HOTT.

Præda de manibus amiſſa) Vide quæ diximus ad III Acc. 13. An hic melius eſſet, *emiſſa*? ſed nulla eſt varietas: & metus cauſa id fecerat Verres. GAR.

Per omnes alios prætores) *Alios*, quod deſideratur in vulgatis, addidimus ex Regio. Pro *Cordius* idem cod. *Coridius*.

ctum : licuit poſſe domeſticis copiis, cum magiſtratum, aut aliquem ſuperiorem invitaſſet, ornare, & apparare convivium; multi domi Cn. Calidii cum imperio, ac poteſtate fuerunt: nemo inventus eſt tam amens, qui illud argentum tam præclarum, ac tam nobile eriperet: nemo tam audax, qui poſceret: nemo tam impudens, qui poſtularet, ut venderet. Superbum eſt enim, judices, & non ferendum, dicere Prætorem in provincia homini honeſto, locupleti, ſplendido, *vende mihi vaſa cælata*, hoc eſt enim dicere: Non es dignus tu, qui habeas, quæ tam bene facta ſint; meæ dignitatis iſta ſunt. Tu dignior, Verres, quam Calidius? qui, ut non conferam vitam, atque exiſtimationem tuam cum illius, neque enim eſt conferenda, hoc ipſum conferam, quo tu te ſuperiorem fingis, quod H-S. LXXX. millia diviſoribus, ut Prætor renuntiarere, dediſti; trecenta accuſatori, ne tibi odioſus eſſet; ea re contemnis equeſtrem ordinem, ac deſpicis? ea re indignum tibi viſum eſt, quidquam, quod tibi placeret, Calidium potius habere, quam te?

21. Iactat ſe jamdudum de Calidio: narrat omnibus, ſe emiſſe; num etiam de L. Papirio, viro primario, locuplete, honeſtoque equite Romano thuribulum emiſti? qui pro teſtimonio dixit, te, cum inſpiciendum popoſciſſes, avulſo emblemate remiſiſſe: ut intelligatis, in homine intelligentiam

dius. GRÆV. *Curidius*, etiam in MSo Lamb. qui præterea dedit *alios*, ex MSis profecto, licet non alleget: quod verbum recentiores penitus neglexerunt. GAR.

Aliquem ſuperiorem invitaſſet) Notanda vocabuli ſignificatio, ut *ſuperior* in eo dicatur, qui præſtantior eſt dignitate, veluti magiſtratus. Auctor Rhetoricorum ad Herennium ſic loquutus eſt: *In ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis*. HOTTOM.

Non ferendum) Nam ſive civis, ut Calidius: ſive ſocius eſt, honore dignus habendus eſt. ID.

Quo tu te ſuperiorem fingis) Quod videlicet honores in civitate adeptus es: cum ille privatus in equeſtri gradu permanſerit. Itaque docet illum non dignitate, ſed pretio & largitione eos honores adeptum fuiſſe. ID.

H-S LXXX.) Coronatorum duo millia. De diviſoribus autem dictum eſt Verr. II. ID. Codex Lamb. CCC. ideſt, *trecenta milia*; quod rectius videtur. Quis enim putet accuſatori plus, quam populo datum? Forte ad accuſatorem illa LXXX. *milia* pertinent, & nunc tranſpoſita leguntur. GAR.

Accuſatori) Qui te ambitus accuſare inſtituerat: Et H-S trecenta millia, id eſt, aureorum ſeptem millia, & præterea quingentos. HOTT.

Equeſtrem ordinem) Cui aditus ad patricios honores non patebat. ID.

Avulſo emblemate remiſiſſe) Reg. *revulſo emblemate remiſſe*: quod non ſpreve-

tiam eſſe, non avaritiam ; artificii cupidum , non argenti fuiſſe. Nec ſolum in Papirio fuit hac abſtinentia : tenuit hoc inſtitutum in thuribulis omnibus, quæcumque in Sicilia fuerunt; incredibile eſt autem quam multa , & quam præclara fuerint. Credo tum , cum Sicilia florebat opibus & copiis, magna artificia fuiſſe in ea inſula ; nam domus erat ante iſtum Prætorem nulla paullo locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi præterea nihil eſſet argenti ; patella grandis cum ſigillis, ac ſimulacris deorum; patera, qua mulieres ad res divinas uterentur ; thuribulum ; hæc autem omnia antiquo opere, & ſummo artificio facta : ut hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cetera: ſed quibus multa fortuna ademiſſet , tamen apud eos remanſiſſe ea, quæ religio retinuiſſet. Dixi, judices , multa fuiſſe fere apud Siculos omnes: ego idem confirmo , nunc ne unum quidem eſſe. Quid hoc eſt ? quod monſtrum , quod prodigium in provinciam miſimus? nonne vobis id egiſſe videtur , ut non unius libidinem , non ſuos oculos , ſed omnium cupidiſsimorum inſanias, cum Romam rever-

verim. Paullo ante idem codex, ut & Francii *Papinio*, pro *Papirio* : præterea *L.* in Regio deſideratur. GRÆV. Ven. MCDLXXXIII. *vulſo*, MSus Lamb. *revulſo*, ut optimo Regio codici accedere, integrum videatur. Ita c. 56. *Gorgonis os revellit*, ex valvis : II. Acc. 46. *tabula revulſa*. Sed c. 22. *ſigillis avulſis*, ſine varietate. Ed. eadem, *L. Papinio*. GAR.

Vt intelligatis) Argumentum ex repugnantibus : nam & avaritia ducebatur ad aliquid auferendum, & maximam thuribuli partem relinquebat. HOTTOM.

Patella grandis) Nihil mutandum. Nam patellæ dicebantur, quibus utebantur in ſacris. LAMB. In patella diis apponebantur epulæ, cum res divina penatibus laribuſque fiebat, aut de cœna iis libabatur : patera vinum libabatur, thuribulo thus adolebatur vaporabaturque. TVRNEB.

Peræqua proportione) Sic olim edidi, ſecutus libros omnes & manuſcr. & vulgatos : ſed Adr. Turnebus exiſtimat legendum ; *peræque pro portione* : cujus ſententia probabilis eſt. LAMB. *Peræqua proportione cetera*) Sic Victoriana, & ſeqq. nam exoletæ, *æqua prop.* quod & in Pal. & Grut. Turnebus lib. VIII, cap. 10. malebat *peræque*. GRVTER.

Sed omnium cupidiſſimorum) Secuti ſumus libros manuſcriptos : nam vulgati habent, *omnium avariſſimorum*. LAMB. *Omnium cupidiſſimorum inſanias*) Eſt ab Cujac. & Hitt. antea impreſſ. *omn. avariſſimorum inſ.* GRVT. Optime: nullus eſt hic avaritiæ locus : cupiditas autem de ardenti erga talia præclarorum artificum opera ſtudio apte dicitur ; atque ita I. Accuſ. 22. 36. II. 34. &c. Apposite IV. Tuſcul. 31. definitur, *effuſio animi in appetendo*. Hinc *cupidiſſime* aliquid facere, eſt ſumma voluntate, ſtudioque facere ; vide Cort. ad Sall. Cat. XL. 4. & indicem magni Erneſti. Sed vide in primis Paradox. V. 2. 3. ubi inter alia *matellionem Corinthium cupidiſſime* *tra-*

revertiſſet, expleret? qui ſimul atque in oppidum quopiam venerat, immittebantur illi continuo Cybiratici canes, qui inveſtigabant; & perſcrutabantur omnia. Si quod erat grande vas, & majus opus inventum, læti adferebant; ſi minus ejuſmodi quidpiam venari potuerant; illa quidem certe pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula. Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri ſolitas eſſe in hiſce rebus? quæ forſitan vobis parvæ eſſe videantur: ſed magnum, & acerbum dolorem commovent, mulierculis præſertim, cum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res divinas uti conſuerunt, quæ a ſuis acceperunt, quæ in familia ſemper fuerunt.

22. Hic nolite exſpectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim, ab Æſchylo Tyndaritano iſtum pateram abſtuliſſe, a Thraſone item Tyndaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino thuribulum; cum teſtes ex Sicilia dabo, quem volet, ille eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis: non modo oppidum nullum, ſed ne domus quidem ulla paullo locupletior expers hujus injuriæ reperietur;

tractantem derideri videbis *aliquem iſtorum*, qui ſcilicet hic dicuntur cupidiſſimi. GAR.

In oppidum quopiam) Ita videtur reſcribendum Guilielmio quod id repeiiſſet in Hittorpiano: alludebatque Cujac. qui *copiam*, vulgo *quoppiam*: illepide. GRUT. Cur non, *quodpiam*, ut eſt in vet. Ven. & Herv? Eſt ne tam illepidum? Sic Tuſc. III. 9. *num aliquod quodpiam membrum*: ubi etiam Gruterus dedit *quippiam*, alii *aliquodpiam*; recte Daviſius denique, *aliud quodpiam*. GAR.

Illi continuo Cybiratici canes) Duos fratres *Cybiratas* dicit, & *canes* per metaphoram appellat, quod omnia ſagaciter odorabantur. Etiam hac de cauſa, quod cum *Cybiratæ* in regione aſpera ac montuoſa ſint, prope ab Tauro monte, venandi ſtudio dediti fuerunt. Itaque Cælius ad Ciceronem Aſiæ Proconſulem ſcribens, lib. Epiſt Famil. VIII. *Item*, inquit, *de Pantheris*, *ut Cybiratas arceſſas*, *curesque*, *mihi ut venentur*. HOTT.

Læti auferebant) Reg. & Franc. *læti adferebant*, tamquam captam in venatione feram. GREV. Deſeritur Grævius a recentioribus, ceteras edd. omnes ſequentibus GAR.

Pro lepuſculis) Iocans perſtat in metaphora de canibus: & *lepuſculos* appellat furta parvula. GREV. *Capiebantur*, edd. pleræque, ac Priſcianus p. 612. Tamen, *accipiebantur*, probus Lambini codex: cui perdocto viro alienum id jure videbatur, eaque firmat, quæ diximus ad I. Acc. 4. II. 48. GARATONIUS.

Agam oſtiatim) Perſequar enumerando unamquamque domum in qua aliqua expilavit. GREV.

Non modo oppidum nullum, *ſed ne domus quidem ulla paullo &c.*) Illud *ulla* addidi ſuaſu Cujac. ac Hitt. haud tamen ita abſurde Pall. Grut. edd. vett. *nullum*: *domus nulla paullo*, ſine *ſed ne*, item *quidem*. GRUT. Sic & Fran. GRÆVIUS.

Qui

tur; quin cum in convivium veniſſet, ſi quidquam cælati adſpexerat, manum abſtinere, judices, non poterat. Cn. Pompeius eſt Philo, qui fuit Tyndaritanus; is cœnam iſti dabat apud villam in Tyndaritano; fecit, quod Siculi non audebant; ille, civis Romanus quod erat, impunius id ſe facturum putavit; appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia; iſte continuò ut vidit, non dubitavit illud inſigne penatium, hoſpitaliumque deorum, ex hoſpitali menſa tollere; ſed tamen, quod antea de iſtius abſtinentia dixeram, ſigillis avulſis, reliquum argentum ſine ulla avaritia reddidit. Quid? Eupolemo Calactino, homini nobili, Lucullorum hoſpiti, ac perfamiliari, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo eſt, non idem fecit? cœnabat apud eum; argentum ille ceterum purum appoſuerat, ne purus ipſe relin-

Qui eum in convivium) Vetus: *Quin cum in convivium*: & ſic emenda. HOTT.

Cœnam iſti dabat apud villam in Tyndaritano) *Apud villam*, *in villa*, inquit, Non. Marcellus. Sic Terentius: *Apud forum modo e Davo audivi*. ID.

Illud inſigne penatium) Ornamentum ſacrarii, in quo penates collocabantur. IDEM.

Eupolemo Calactino) Vetus liber habet *Eupolemo Gelaſtino*. F. URS. *Eupolemo Calactino*) Forte *Galatino*. Pall. tamen & Grut. *Gelaſtino*. GRUT. Imo *Calactino*: vide ad III. Verrin 43. GRÆV.

Qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo eſt) Bello Mithridatico, cui annos prope ſeptem Lucullus præfuit. HOTTOM.

Cœnabat apud eum) Verres ſcilicet. IDEM.

Argentum illi ceterum purum appoſuerat) Obſcurus locus, & corruptus, niſi me animus fallit. *Purum* autem *argentum* appellat ſine emblematis, ut paullo infra: *Emblemata detrahuntur: ſic Saluntini, excuſſis deliciis, cum argento puro domum revertuntur*. Ego hoc modo legendum potius arbitrer: *Argentum ille ceterum, purum, ne purus ipſe relinqueretur: duo pocula non magna, verumtamen cum emblematis appoſuerat*. Primum enim cum de Eupolemo intelligar, *ille*, non *illi* dicendum fuit, ne ad eum qui cœnabat hæc oratio referatur. *Purum* autem relinqui hoſpitem ſic accipio, quaſi diceret, nudum & inanem. Ludit enim ancipiti ſignificatione vocabuli. Et quod initio poſuit *ceterum*, ne cui mirum videatur, intelligendum eſt, ſic eum jocatum eſſe cum alibi, tum in Epiſt. ad Trebatium, cujus initium eſt, *Accepi a te*, lib. Epiſtol. 7. Verbum autem *apponebat*, quomodo ſuperiore in loco conſiſteret, conjectura adſequi non poſſum. Gloſſema ſane ex ſuo, id eſt, extremo loco ſumtum fuiſſe res ipſa non obſcure ſignificat. *Purum* autem *cælato* Paullus opponit in L. Si in rem, D. de rei vindicatione. ID. *Argentum purum* dicebatur, quod ſine ullis cruſtis & emblematis erat, quæ cælatura conſtabant.

Argenti vaſcula puri.

Vaſcula pura ſigillis & emblematis aliunde revulſis plerumque decorabantur. Et quemadmodum aureæ cælaturæ in vaſis argenteis ſæpe collocabantur, ſic argentea emblemata & ſigilla aureis ſcyphis includi ſolebant. SALM. *Ille* eſt in Regio. Mox pro *emblemata avellenda*, idem *evellenda*, forte *revellenda*, ut paullo ante. GRÆV. *Evellenda*, etiam cod. Lamb. & infra. *Tantum uniuſcujuſque*. Idem c. 24. *ex patellis .. quæ evelleras*, ubi Ven. Naug. MAG.

relinqueretur ; duo pocula non magna , verumtamen cum emblematis ; hic , quaſi feſtivum acroama , ne ſine corollario de convivio diſcederet , ibidem , convivis inſpectantibus , emblemata avellenda curavit . Neque ego nunc iſtius facta omnia enumerare conor : neque opus eſt , nec fieri ullo modo poteſt . Tantummodo uniuſcujuſque de varia improbitate generis indicia apud vos , & exempla profero ; neque enim ita ſe geſsit in his rebus , tamquam rationem aliquando eſſet redditurus : ſed prorſus ita , quaſi aut reus numquam eſſet futurus ; aut , quo plura abſtuliſſet , eo minore periculo in judicium eſſet venturus : qui hæc , quæ dico , jam non occulte , non per amicos , atque interpretes , ſed palam de loco ſuperiore ageret , pro imperio , & poteſtate.

23. Catinam cum veniſſet , oppidum locuples , honeſtum , copioſum , Dionyſiarchum ad ſe Proagorum , hoc eſt , ſummum magiſtratum , vocari jubet ; ei palam imperat , ut omne argentum , quod apud quemque eſſet Catinæ , conquiren-

Man... &c. *vellerat* ; Lambious ipſe *avellerat* . Grævius ibi huoc Lambini MSum , & Regium ſequitur , Gruterus , & recentiores a veteribus non diſceduot . Eadem hic , & c. 21. ratio erat . GAR.

Quaſi feſtivum acroama) *Acroama* Græce auditiooem ſignificat , Latioi pro feſtiva narratione , & pro eo item, qui feſtiva narratione auditorum animos exhilarat , uſurpant . Tales plerumque adhiberi ſolebant locupletum conviviis, qui convivarum animos exhilarerent : iiſque dari corollaria ſolebant . HOTT. Ita Cicero vocem *acroama* homini , qui auditur , attribuit aliis , quos citat Erneſtus , locis ; Nepos etiam in Att. c. 14 Vide interpretes ad Sveton. Aug. 74. & præſtantem in primis excurium ejuſdem Erneſti . GAR.

Pardiorum , hoc eſt , ſummum magiſtratum) Pro *Pardiorum* corrigendum putarem *Proagorum* ; ut hac eadem oratiooe : *Diſcedens mandat Proagoro Sopatro , ut demoliatur . Proagorus refert rem ad Senatum* . Et paullo poſt , pagina inſequenti : *C. Marcelli ſtatuam delrgit in ea Sopatrum , hominemque tum domi nobilem , tum ſummo magiſtratu præditum divaricari ac deligari jubes* . HOTT. Quidam putant verba illa *ſummum magiſtratum* , interpretis alicujus tranſlationem eſſe , quos non ſequor . Io ænea apud me tabella , in qua Agrigentinorum decretum quoddam incilum eſt , PROAGORVS hic ita deſcribitur : Επι ιεροθυτα Νυμφοδωρυ τυ Φιλωνος , παρεπροσατας βυλας , προεδρευυσας τας φυλας των Υλλεων , Προαγορευντος Διοκλεως τυ Διοκλευς , γραμματευοντος Αδρανιωνος τυ Αλεξανδρυ . *Sub Sacerdote Nymphodoro Philonis filio , cum Senatus adeſſet , præſidente Tribu Hylleorum , Proagoro Diocle Dioclis filio , Scriba Adraniones Alexandri filio.* F. VRSIN. Tota hæc tabula invenitur apud Gruterum in inſcript. corpore p. 401. Vera eſt emendatio *proagorum* , & certa , quam recepit princeps Lambinus , poſt eum ſecutus eſt Gruterus ; & ſic ſane eſt in Regio . GRÆV. Imo *Proagorum* antea jam dederat Hervagius . De voce ipſa vide Turneb. VIII. Adverſ. 10. Similiter Pollio in Gallien. c. 11. *Gallienus apud Athenas Archon erat , id eſt , ſummus magiſtratus.* GAR.

Trans-

rendum curaret, & ad ſe transferendum. Philarchum Centuripinum, primum hominem genere, virtute, pecunia, non hoc idem juratum dicere audiſtis, ſibi iſtum negotium dediſſe, atque imperaſſe, ut Centuripinis, in civitate totius Siciliæ multo maxima, & locupletiſsima, omne argentum conquireret, & ad ſe comportari juberet? Agyrio ſimiliter iſtius imperio vaſa Corinthia per Apollodorum, quem teſtem audiſtis, Syracuſas deportata ſunt. Illa vero optima, quod, cum ad Haluntium veniſſet Prætor laborioſus, & diligens, ipſe in oppidum accedere noluit, quod erat difficili ad-

Transferendam) Lambiniana repetitio ex vet. codice *afferendum*. Sed nihil muto: eſt enim *transferre*, de domo cujuſque ad Prætoris domum portare. IDEM.

Primam hominem) Vulgata *primarium*, ſed contra edd. vett. & MSos Pall. Cujac. Grut. Forſan adſcitum *hominem* eſt emblema ſcribæ. GAVT. Recte, *primum hominem*: vide ad I. Acc. 26. Aliter pro Amer. 6. *primum ſui municipii*; & Tacit. XIII. Ann. 48. *primi cujuſque*. GAR.

Vt Centuripinis) Lambinus emendavit *Centuripis*, ita neceſſario, ut etiamſi codices auctores non habuerit, turpe jam ſit, neminem illi poſtea paruiſſe. Manutius quoque ſic emendaverat. IDEM.

Illa vero optima) Repetendum, & ſubaudiendum verbum ſuperius, *Indicia atque argumenta iſtius improbitatis ſunt*. HOTT. *Illa vero optima*) Subint. indicia, & exempla; ſed legendum fortaſſe eſt: *Illa vero notiſſima, &c.* LAMB. Codex Lamb. & editio MCDLXXXIII. atque Hervagiana: *Illa vero optima eſt, quod*. Non ſum ab hac lectione mehercule alienus. Similis eſt βραχυλογια II. Acc. 23. *refert illam ſuam Syracuſanam*. Ironia eſt in verbis illis, *laborioſus, & diligens*: cur non hic quoque, quaſi diceret, *optimum factum?* GAR.

Cum Haluntiam veniſſet) Omnes libri veteres, *Cum ad Halantium*; quo modo ſine dubio corrigendum putarem; cum ex iis quæ ſequuntur, non Halantium veniſſe, id eſt, in oppidum ingreſſum eſſe, ſed ad oppidum tantum acceſſiſſe appareat; & ſic loquitur, infra. HOTT. *Cum ad Haluntium veniſſet, &c.*) Eſt a Pall. Grut. edd. antiquis; mediæ ætatis edd. abjecere *ad* neſcio quare.: Manutii habent *Halantium*, contra eoſdem omnes libros. GAVT.

Ipſe in oppidum aſcendere noluit) Sic repoſui; neque vero dubium eſt, quin ita legendum ſit; nam primum, *accedere* in urbem, aut in oppidum, non dicunt Latini: deinde, ſi maxime ſit Latinis uſitatum, tamen *accedere in urbem*, non eſſet intrare in urbem; poſtremo apparet, hanc urbem fuiſſe in monte ſitam; itaque *aſcendere* convenit: & ita mox loquitur, *accedere* nullo modo, utpote qui jam ad urbem acceſſerat, neque longe ab urbe aberat, ad mare, infra oppidum; ut mox dicet, *ibi Archagathum, & argentum in lectica cabaas ad mare infra oppidam exſpectabat*; quem locum aliquantum corruptum profert Servius lib. III. Æn. ad illum verſum: *Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe, &c.* his verbis, mons eſt muro cinctus: in cujus ſumma parte oppidum eſt; unde & Cicero ait, *At mare infra mœnia ante oppidum exſpectabat*, de Verre; legendum, ut hic eſt apud Ciceronem: vel ſic utrobique, *ad mare infra ante oppidum exſpectabat*. Infra autem non longe, nonnulli libri veteres habent, ut vulgati, *ibi*, *at quidquid Halanti eſſet argenti cælati, aut, ſi quid etiam Corinthiorum, ut omne ſtatim, &c.* quæ ſcriptura ferri poteſt, ut intelligamus, particulam, *at*, eſſe

adſcenſu, atque arduo; Archagatum Haluntinum, hominem non ſolum domi ſuæ, ſed tota Sicilia in primis nobilem, vocari juſsit: ei negotium dedit, ut, quidquid Halunti eſſet argenti cælati, aut, ſi quid etiam Corinthiorum, ut omne ſtatim ad mare ex oppido deportaretur; aſcendit in oppidum Archagatus homo nobilis, qui a ſuis & amari, & diligi vellet: ferebat graviter, illam ſibi ab iſto provinciam datam: nec quid faceret habebat; pronunciat, quid ſibi imperatum eſſet: jubet omnes proferre, quod haberent; metus erat ſummus; ipſe enim tyrannus non diſcedebat longius: Archagatum, & argentum in lectica cubans ad mare infra oppidum exſpectabat. Quem concurſum in oppido factum putatis? quem clamorem? quem porro fletum mulierum? qui viderent, equum Trojanum introductum, urbem captam eſſe dicerent; efferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli clau-

eſſe iteratam, quod non eſt Ciceroni, Plauto, & aliis inuſitatum. LAMB. *Ipſe in oppidum accedere noluit*] Habeo totum iſtud pro panno librariorum, adſuto purpuræ Tullianæ: niſi dicamus id forte retinendum, ejecta voce *noluit*, quæ non comparet in Cujaciano; ſed non: totum eſt a gloſſa: itaque tollatur. Giſanius tamen locum hunc laudat, quo probet, *accedere* dici pro *aſcendere*, cujus adeantur Obſervationes. GRUT. Neſcio quid Grutero in mente fuerit, cum hæc juſſit deleri, ſine quibus ſententia huic loco non conſtat. GRÆV. Giſanio adſentitur Drakenb. ad Silium VI. 604. neque vero ſatis idoneam hujus repudiandæ locutionis cauſam perſpicio. Quod Lambinus profert ex Servio ad III. Æn. 703. nullum mihi videtur habere pondus ad tutiſſimam inde a veteri Veneta, optimamque Græviànam lectionem vel tantulum immutandam: quam porro firmat amplius codicis Huydecoperiani auctoritate celeb. Dorvillius ad l. c. Serv. T. II. Virg. Burm. p. 456. quamvis ipſe aliquid Servio tribuere videatur. Tullianum codicem non fuiſſe ad manus docto illi Grammatico, ſatis id oſtendit, quod pro Haluntio Agrigentum hic ſe legiſſe putaverit. GAR.

Ut omne ſtatim) Vetus liber, *id omne*; & ſic puto corrigendum. HOTT. Hanc conjecturam Hottomanni ſolus Gruterus recepit, ceteri omnes cum omnibus libris, *ut omne ſtatim*, quod merito tuetur Manutius. GRÆV.

Eſcendit in oppidum) Sic repoſuimus ex Regio. Vulgo *adſcendit*. Notum eſt *eſcendere* veteres dixiſſe pro *adſcendere*; vide Muret. XV. Var. Lect. III. Guilielm. III. Veriſim. 16. & I. F. Gronovium ad Livium. IDEM.

Quæ haberent) Reg. *Quod haberent*] nimirum argentum. IDEM. Ita etiam, cod. Lamb. Hic male, & pejus in illis, *ut omne*, recentiores Grævium deſeruerunt. GAR.

Qui viderent) Pro, *qui hoc vidiſſet, urbem captam exiſtimaſſet*. HOTT.

Equum Trojanum introductum] Proverbiali figura dictum, pro calamitatem ingentem. Sic in ea pro Murena: *Intus, intus eſt, inquam, equus Trojanus, a quo numquam me conſule dormientes opprimemini*. IDEM.

Et ferri ſine thecis vaſa] Placet *efferri e gynæceis vaſa*. F. VRSIN. In Ven. eſt, *ſynthetis*. Iannoctius ex MSo ad-

claustra. Quid enim putatis? ſcuta ſi quando conquiruntur a privatis in bello, ac tumultu, tamen homines inviti dant, etſi ad ſalutem communem dari ſentiunt: ne quem putetis ſine maximo dolore argentum cælatum domo, quod alter eriperet, protuliſſe; omnia deferuntur. Cybiratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant, iis cruſtæ, aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini, excuſsis deliciis, cum argento puro domum reverterunt.

24. Quod umquam, judices, hujuſmodi everriculum in illa provincia fuit? avertere aliquid de publico quam obſcuriſsime per magiſtratum ſolebant: etiam aliquid de privato

adfert, *de gynæceis*. Mihi nondum liquet. GAR.

Emblemata detrahuntur) Reg. & Franc. *detrahebantur*. GRÆV. Ita etiam cod Lamb. & ed. MCDLXXXIII. nec repudio: ſæpe enim hæc temporis enallage occurrit, *probarant*, *detrahuntur*: ſed hic facile corrector aliquis ad ſuperiora reſpexerit, ut faceret, *improbant detrahuntur* Placet mihi profecto hæc in compoſitione varietas: *deferuntur &c. detrahebantur ... reverterunt*. GAR.

Huiuſmodi) Eadem Veneta, Herv. Naug. Manut. Lamb. *hujuſcemodi*, quod, etſi leve eſt, non erat, opinor, mutandum. IDEM.

Vlla in provincia fuit?) Omnes veteres & manuſcripti & impreſſi libri, *In illa provincia fuit?* quod ſine cauſa, & plane temere, ac petulanter immutatum eſt. Nam ſi aliter legeremus, quæ ſententia proximis verbis ſubeſſet, *Avertere aliquid ſolebant*, *Etiam aliquid occulte auferebant?* *Quas enim ſignificari dicemus?* Hac autem antiqua lectione repoſita, nemini quod ſignificet, obſcurum erit, cum aperte magiſtratus eos demonſtret, qui hanc ipſam provinciam avaro, & iniquo imperio adminiſtrarant, qui etiam repetundarum judicio damnati fuerant, ut oſtendit ſupra, cum ait, *ex ea provincia Prætores condemnatos eſſe complures, duos tantum abſolutos*. Sed video quid corrigendi cauſam huic importuno emendatori præbuerit. Nonius Marcellus in dictione *everriculum*, hoc modo hunc locum profert. Quaſi vero religioſe Nonius auctorum locos deſcripſerit: ac non ſatis habuerit, eos eatenus attingere atque indicare, quatenus propoſita vocabula notari intelligique poſſet. Cujus rei documenta ſunt innumera, ſed exempli cauſa vide in dictione *tangere*, locum Verrinæ V. quem teſtem citavit. HOTTOM. *Everriculum in illa provincia*) Miror non obſecutum P. Manutium Hottomanno, jubenti reponere hanc lectionem ex omnibus ſcriptis utroque editis: neque aliter Pall. Grut. Is tamen & Lambinus, *ulla in prov.* GRVT.

Per magiſtratum) Siculum: cujus opera in furtis utebantur. HOTT. *Per magiſtratum*) Sic quidem MSi Italici; ſed Gallicum Cujacii *per magiſtrum*; quod non videbatur diſplicere Guilielmio, ut is notaretur qui bonorum publicæ præeſſet auctioni: de quali Cicero lib. I. Epiſt. I. ad Atticum, & alibi ſæpius. GRVT. Probarem & ipſe *magiſtrum*, ſi plures codices ſuffragarentur. Sed Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo, *per magiſtratus*, nimirum Siculos, quos opponit *privatis*. Nam *magiſtratus* numquam de collegio rempublicam regentium, ſed de uno homine conſtituto ad adminiſtrandam publicam rem veteribus dicitur. Prætor eſt magiſtratus, Conſul eſt magiſtratus, hinc magiſtratum gerere dicitur de uno homine, cui mandata eſt poteſtas & dignitas aut Conſulis, aut Prætoris, aut Ædilis. Hoc pluribus

vato nonnumquam occulte auferebant : & illi tamen condemnabantur; &, ſi quæritis, ut ipſe de me detraham, illos ego accuſatores puto fuiſſe, qui hujuſmodi hominum furta odore, aut aliquo leviter preſſo veſtigio perſequebantur. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis veſtigiis invenimus? permagnum eſt in eum dicere aliquid, qui præteriens, lectica paullisper depo-

ribus oſtendi in notis ad Iuſtinum. Vulgatam tamen poſſis tueri, ut *de privato* mox dixit pro *de privatis*, & alibi *miles* pro militibus, *eques* pro equitibus, ſic *magiſtratus* pro magiſtratibus. Græv. Dixit tamen Nepos *magiſtratum* de Ephoris Lacedæmoniorum, in Lyſand. c. 4. *Poſtquam de ſuis rebus geſtis apud maximum magiſtratum.. dixerat*. Iuſtinus II. 10. etiam de Ephoris: *Omnia in tabellis ligneis magiſtratui perſcribit*. Livius XXXIV. 61. *Tabellas conſcriptas celeberrima loco ſupra ſedem quotidianam magiſtratus prima veſpera ſuſpendit*. Quibus accedit ipſe Cicero hoc loco, & III. de Leg. 1. *Videtis igitur magiſtratus hanc eſſe vim, ut præſit, præſcribatque recta, &c. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: vereque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum*. Non ignoro a viris magni nominis Nepotis, Iuſtini, ac Livii verba aliter legi : ſed immerito, ut mihi quidem videtur : verum hæc accuratius diſputandi non eſt hic locus. Verburg. Si Græviuum, & Gronovium ſuſpectos habes, conſule Vorſtium ad Iuſtini, & Drak. ad Livii locum. Intelliges, *magiſtratibus*, & *magiſtratuum* tutiſſimo in iis legi. Vnus adhuc dubium facere Cornelius poteſt. Nam Tullii quidem ridicule adfertur locus ille de legibus : neque hic erat idem Grævio emendandus, ne adverſus communem ævi ſui morem loqueretur. Si enim Conſul, & Prætor eſt magiſtratus, eſt certe Duumvir quoque, Quatuorvir, Sevir &c. Per aliquem horum veteres illos Prætores furatos eſſe dicit Tullius. *Magiſtratus* enim non hic opponitur *privatis* : verum diſtinguitur *de publico* auferre, & *de privato*. Furari autem *per magiſtratum*, meo judicio, eſt aliquo ex magiſtratibus uti ad furandum interprete, atque adjutore. Additur, *obſcuriſſime*, quod nemo ferme conſequatur, qui collegium conſcium adhibeat : atque adeo per unum res geritur obſcurius, quam per duos : ut mittam, unum facilius nequam magiſtratum, & ambitioſum reperiri. Denique multæ civitates unum tantummodo habebant, qui ſummo magiſtratu præeſſet : de quibuſdam, iiſque celeberrimis, jam id notavimus ad III. Acc. 28. De pleriſque idem Grævio erat ex III. Acc. 13. ſuæ opinionis cauſa ſentiendum : qui tamen ambiguus eſt locus, & neſcio an Verburgio faveat. Gar.

Etiam aliquid de privato) Reg. & Franc. *etiam cum aliquid a privato*. Græv.

Vt egomet mihi detraham] Omnes veteres impreſſi, *ut ipſe de me detraham*; quam lectionem & manuſcriptus tuetur, & Nonius Marcellus in dictione *detraho*; ſic igitur corrigendum. Hott. *Vt egomet mihi detraham, &c.*] Nihil muto; verumtamen non celabo lectorem, me in nonnullis libris manuſcr. reperiſſe ſcriptum, *ut ipſe de me detraham*. Lamb. *Egomet mihi* lectio eſt Naugeriana, quæ Camerario videbatur elegantior ; ſed altera tutior. Infra MSus Lamb. *At tamen, ut poſſis dicere*. Idem, *nummulorum*, nullo adlegato MSo; tamen omnes poſtea cum Grut. illi paruerunt. Antiquiores, *nummorum*, Gar.

Aliquod leviter preſſo veſtigio) Libri veteres, *aliquid, ego, aliquo*; quo genere loquendi uſus eſt in his ipſis orationibus non ſemel. Hott.

Per

depoſita , non per præſtigias , ſed palam per poteſtatem , uno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit? At tamen, ut poſſet dicere ſe emiſſe, Arehagatho imperat , ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummulorum dicis cauſa daret. Invenit Archagathus paucos, qui vellent accipere: his dedit; eos nummos tamen iſte Archagatho non reddidit ; voluit Romæ petere Archagathus: Cn. Lentulus Marcellinus diſ-

Per præſtigias) Quod paullo ante dixit *occulte* . IDEM .

Aliquid nummorum dicis cauſa daret) Hæc locutio quid ſignificet , non ita obſcurum , aut difficile eſt ad intelligendum . Apparet enim tum apud Iuriſconſultos , tum apud alios item auctores idem ſignificare , quod Cicero plerumque dicit , *ſimulandi cauſa* , vel *per ſimulationem* , aut *per ſpeciem* ; ut cum ſcribit Vlpianus in Pandectis , titulo de S. C. Silaniano : *Si ſervus finxit ſe domino auxilium ferre , vel dicis gratia tulit : nihil hoc commentum illi proderit* ; id eſt , per ſimulationem officit , atque ut falſam viſionem & ſpeciem defenſionis objiceret . Sic Plinius lib. XXVIII. *Si Pontifici accidat dicis cauſa epulanti* ; id eſt , cum revera non epularetur , ſed ceremoniæ cauſa epulari ſe fingeret . Similiter igitur hoc loco , *Aliquid nummorum dicis cauſa dare* , nihil aliud eſſe patet , quam per ſimulationem ſolutionis dare , vel falſam ſpeciem ſolutionis objicere . Sed hujus vocabuli origo perdifficilis eſſe videtur ad inveſtigandum : niſi forte depravatum conſuetudine loquentium verbum *dicis* exiſtimemus de verbo *dixis* : quo vocabulo Græci ſpeciem & oſtentationem ſignificant , præſertim cum ſatis conſtet , *dicis cauſa* apud Latinos nihil aliud ſignificare , quam apud Græcos *δείξεως ἕνεκα*. Quamquam de voce *δίκη* derivata quoque videri poſſit ; ut non *dicis* , ſed *dices cauſa* ſcribamus ; cum *δίκη* plerumque ritum modumque ſignificet : ut *dices cauſa* , ritus tantum obſervandi cauſa, ac non revera fieri aliquid dicatur ; unde *δίκην* etiam adverbium pro *inſtar* Græci uſurpant . Latinas in hoc genere locutiones apud Cæſarem iſtas obſervavimus , *ad ſpeciem , per cauſam , ſimulatione , ſpeciem atque opinionem præbere* . In libro de Bello Gall. I. *Omnes alarios in conſpectu hoſtium poſuit , ut ad ſpeciem alariis uteretur* . Item de Bello Civili : *Quare animadverſa Varus , & terrore exercitus cognito , buccinatore in caſtris , & paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis , de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit* . Eodem rurſus lib I. *Retineri legiones duas , quæ ab ſe ſimulatione Parthici belli ſint abductæ* . Et lib. II. *Speciem atque opinionem pugnantium præberent* . Et lib. VII. *Mulioneſque cum caſſidibus equitum ſpecie ac ſimulatione collibus circumvehi jubet* . Eodem rurſus libro : *Per cauſam ſupplementi , equitatuſque cogendi , ab exercitu diſcedit* . Quem Livius imitatus lib. II. *Per cauſam* , inquit , *renovati ab Æquis belli* . Cicero ſupra : *Per ſimulationem ædilitatis dixit* , quod vulgo dicimus , *prætextu ædilitatis*: *Signa ablata ex urbibus , quatridui cauſa , per ſimulationem ædilitatis* . *Per nomen* : *Quantam quiſque concupierit pecuniam , tantam licebit per cellæ nomen æſtimationis magnitudine conſequatur* . Atque hæc quidem de vetuſta locutione olim ſcripleram : ſed poſtea in commentario verborum juris originem ejus alteram judicavi . HOTT. Nimirum ibi notat eſſe *dicis* ab obſoleto *dex* vel *dix* , ut judex judicis. Sed recte Chariſius obſervat eſſe *μονόπτωτον* ; vide Voſſii Etymologicum in *dica*, & quos ibi laudat . GRAV.

Cn. Lentulus Marcellinus) Apparet ex Marcellorum familia fuiſſe , a Lentulo vero adoptatum ; nam hic mos erat adoptantium , de quo alio loco explicavimus . HOTT.

diſſuaſit, ſicut ipſum dicere audiſtis. RECITA . ARCHAGATHI. ET. LENTVLI. TESTIMONIVM. Et, ne forte hominem exiſtimetis hanc tantam vim emblematum ſine cauſa coacervare voluiſſe; videte, quanti vos, quanti exiſtimationem populi Romani, quanti leges, & judicia, quanti teſtes, Siculos negotiatores fecerit. Poſtea quam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquiſſet, inſtituit officinam Syracuſis in regia maximam palam, artifices omnes, cælatores, ac vaſcularios convocari jubet: & ipſe ſuos complures habebat; eo conducit magnam hominum multitudinem; menſes octo continuos opus his non defuit, cum vas nullum fieret, niſi aureum; tum illa, ex patellis, & thuribulis quæ evellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata eſſe diceres: ipſe tamen Prætor, qui ſua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuiſſe, in hac officina majo-

Quanti teſtes Siculos, negotiatoreſque fecerit) Libri manuſcripti habent, *quanti teſteis, Siculos negotiatores fecerit*. Lamb. Optime. Sic ſane & Reg cod GRAV. Inſuper unus ex Lambinianis ad marg. citatus habet, *teſtis*. Vide ad III. Acc. 57. 66. 67. Imo retinuit hoc Grævius c. 42. ubi neminem vidi ſic exhibuiſſe, præter hunc Lamb. codicem; etiam c. 56. *bullas aureas omnis*, ut ſolet, antique. GAR.

Inſtituit officinam Syracuſis in regia maximam) Hunc locum emendavi, poſita hic interpunctione poſt nomen, *maximam*: & ea, *regiam*, detracta littera *m*. idque ex auctoritate duorum librorum manuſcr. LAMB. *Inſtituit officinam Syracuſis: in regiam maximam palam*) Codex Cujacii ac Gruteri: *Inſtituit officinam Syracuſis in ergia maximam, palam &c.* forſan melius; & ſic quoque Hittorpianus. GRVT. Nihil certius eſt lectione, quam & Lambinus probavit, libri Cujacii & Gruteri, quam & firmat Reg. ac Franci primus, niſi quod pro *maximam* in hoc ſcribatur quoque *maxima*, male. Ex vulgatis editionibus vix quidquam ſani elicias. Quid enim hic ſibi vult *regia maxima*? imo maximam inſtituit officinam in regia propoſitis tot emblematis. GRAV.

Palam artifices omnes) Vetus liber habet, *aurifices*, pro *artifices*. F. VRSINVS.

Cælatores, ac vaſcularios) *Vaſcularii* ſunt, qui vaſcula ex puro argento faciebant, *cælatores*, qui ſigna ac ſigilla vaſculis aureis & argenteis includenda cælabant. SALMASIVS. In Franc. prim. ſcribitur *vaſculatores*. GRAV.

Eo conducit magnam, &c.) Libri tres manuſcr. habent *eos concludit magna hominum multitudine*. LAMB. *Eo conducit magnam hominum multitudinem*) Hittorp. *eos concludit*; neque aliter Cujac. niſi quod is præterea, *magna hominum multitudine*, & vero videtur legi poſſe: *eo concludit magnam hom. multitudinem*: aut magis *eo concluſit*. GRVT.

Quæ vellerat) Reg. *quæ evelleret*; leg. *evellerat*, ut paullo ante. GRAV.

Ita apte in ſcyphis aureis includebat) Excerpta & Cujacii & Hittorpii, *ſcaphis aureis conclud.* Guilielmius reſcribit *ſcaphiis*; de quibus ſupra quoque dixit. *Scaphium ὑποκορισικῶς*, a ſcapha; *Cymbium* a cymba; ut alia pleraque poculorum genera, de quo Macro-

majorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat, & pallio.

25. Hæc ego, judices, non auderem proferre, ni vererer, ne forte plura de iſto ab aliis in ſermone, quam a me in judicio audiſſe vos diceretis. Quis enim eſt, qui de hac officina, qui de vaſis aureis, qui de iſtius pallio, tunica pulla non audierit? quem voles de conventu Syracuſanorum virum bonum nominato; producam: nemo erit, quin hoc ſe aut vidiſſe, aut audiſſe dicat. O tempora, o mores! nihil nimium vetus proferam. Sunt veſtrum, judices, quam

crobius lib. V. Saturn. cap. 21. GAVTERVS.

Cum tunica pulla ſedere ſolebat & pallio) *Pullus color*, ater, terræ ſimilis. Ipſe in Vatinuoi: *Atque illud etiam ſcire ex te cupio, quo conſilio aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla accumberes*. Et paullo poſt: *Quis unquam cœnavit atratus?* Eo colore fere plebs infima in tunicis, & togis uti ſolebat. Quinctilianus in V. *Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullum videam*. Et lib. II. *Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit*. Et lib. VI. *Pugnam illam decertatoriam imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt*. Hoc igitur in Verre reprehendit, quod Imperator populi Rom. qui cæſis victimis paludatus ex urbe exiiſſet, io provincia ſua non modo ſine paludamento, ſed etiam cum tunica pulla, quæ infimæ plebis & artificum propria eſt, in publicum prodiret. *Pallium* autem, notum eſt Græcorum hominum fuiſſe, civibus Rom. alienum. Valerius Max. in mali omiois numero poſuit, quod M. Craſſo, qui a Parthis cæſus eſt, pullum paludamentum ſit traditum, cum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret. HOTT.

De conventu Syracuſanorum) Lamb. ex MSo, *e conventu Syracuſano*, & ſane reſtituendum puto, *Syracuſano*. Ita c. 31. & omnino verum eſt. GAR.

Sunt veſtrum, judices, aliquam multi) Sic reſtitui, cum eſſet ſcriptum in libris manuſcr. *alii quam multi*: in vulgatis autem, *quam multi*, plane mendoſe. Sed præterea hoc diſſimilitudinis eſt in libris veteribus quod non habeant vocem *judices*. LAMB. Peſſime hæc interpolavit Lambinus: *quam multi* Ciceroni familiaris eſt locutio, pro valde multi: ſic *litteræ quam gratæ* ſunt pergratæ. Alibi plura. In Reg. *Sunt veſtrum alii quam multi*. GRÆV. Diſerte vetus Veneta: *Sunt veſtrum aliquam multi*. Regium codicem, & Lambinianos, a quibus non videntur Gruteriani diſceſſiſſe (nihil enim admonens Lambinum ſequitur Gruterus), cum hac ed. conſentientes durum eſt hic deſerere: quamvis teſtem locutionis Apuleio vetuſtiorem alium non habeam, quem ſi quis indicet, jam certa res erit. Lectio Græviana eſt a Naugerio, & Hervagio, quibus olim Manutius, & nunc recentiores adhærent. Dubius omnino hæreo: neque illud intelligo, quomodo voces *alii*, & *judices* fuerint permutatæ: & hanc alteram ſuſpectam habeo, cum ex tota corona melius quærantur illi *multi*, qui Piſonem cognorint, quam ex ſolis judicibus. Pighius porro hunc Hiſpaniæ Prætorem dat an. DCXLI. ideſt annos ante hanc accuſationem XLII. ſed accedo V. C. Erneſto cenſenti ejus filium fuiſſe cum Verre Prætorem anno DCLXXIX. Vide I. Acc. 46. De quo adeo non cogitavit Pighius, ſive potius Schottus, ut ne Præturam quidem L. Piſonis L. F. L. N. eo anno commemoret. Ita Prætura illa fiet recentior, præſertim ſi val-

quam multi, qui L. Piſonem cognoverunt, hujus L. Piſonis, qui Prætor fuit, patrem; is cum eſſet in Hiſpania Prætor, qua in provincia occiſus eſt, neſcio quo pacto, dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus eſt, & comminutus; cum vellet ſibi annulum facere, aurificem juſsit vocari in forum ad ſellam Cordubæ, & ei palam appendit aurum; hominem in foro ſellam jubet ponere, & facere annulum, omnibus præſentibus. Nimium fortaſſe dicet aliquis hunc diligentem; hactenus reprehendat, ſi qui volet; nihil amplius; verum fuit ei concedendum; filius enim L. Piſonis erat, ejus, qui primus de pecuniis repetundis legem tulit. Ridiculum eſt nunc de Verre me dicere, cum de Piſone Frugi dixerim; verumtamen quantum interſit, videte. Iſte, cum aliquot abacorum faceret vaſa aurea, non laboravit, quid non modo in Sicilia, verum etiam Romæ in judicio audiret; ille in auri ſemuncia totam Hiſpaniam ſcire voluit, unde Prætori annulus fieret: nimirum, ut hic nomen ſuum comprobavit: ſic ille cognomen.

26. Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti; genera ipſa cupio breviter attingere; ut hic modo me commonuit Piſonis annulus, quod

valde multi, hic aderant, qui Piſonem illum cognoſſent. Aut anno ante patris mortem Piſo collega Verris eſt natus, & probabilius *aliquammulti* legitur, ut minus, quam multi ſignificentur. GAR.

Is cum eſſet in Hiſpania pretor) Reg. *Et cum eſſet in Spania pretor*: ſcribendum: *Et, cum eſſet in Hiſpania pretor*: paullo poſt reſcripſi ex eod. cod. *in forum*. Vulgati *in foro*. GRÆV.

Ad ſellam) Prope tribunal, *ad ſellam* Prætoris eburneam. HOTT.

Faceret vaſa) Eſt colligeret, conquireret, ut *facere rem*, *exercitum*. GRÆV.

Quid non modo in Sicilia, verum etiam Romæ in judicio audiret) *Audiretur*, rectius putarem. Sententia quidem ſic poſtulat. HOTT. *Non laboravit, quid non modo in Sicilia, verum etiam Romæ in judicio audiret*) Hottomannus vult legi, *non laboravit, quin, &c. audiretur*: in libris manuſcr. nihil eſt varietatis in verbo, *audiret*: ſed in particula, *qui*: illi enim habent, *non laboravit, quid, &c. audiret*; quæ ſcriptura ſine dubio recta eſt, & jam ante a Mureto lib. III. Variar. Lection. comprobata. LAMB. Quid *audiret* nimirum Verres, quid de ſe diceretur. GRÆV.

Nomen ſuum comprobavit) Alludit ad nomen *Verris*, ut ſupra, cognomen autem *frugi*. HOTT.

Hic modo me commonuit) Omnes alii, *hoc modo*. Sed hanc ſcripturam cum ipſius elegantia, tum etiam Quinctiliani auctoritas tuetur, apud quem ita ſcriptum reperio libro IX. cap. 11. IDEM. Tamen *ho.* legitur in quibuſdam Fabii MSis; vide ed. Burm. p. 785.

quod totum effluxerat. Quam multis iſtum putatis hominibus honeſtis de digitis annulos aureos abſtuliſſe? numquam dubitavit, quotieſcumque alicujus aut gemma, aut annulo delectatus eſt. Incredibilem rem dicam, ſed tam claram, ut ipſum negaturum non arbitrer. Cum Valentio ejus interpreti epiſtola Agrigento allata eſſet, caſu ſignum iſte animadvertit in cretula; placuit ei: quæſivit, unde eſſet epiſtola: reſpondit, Agrigento; iſte litteras, ad quos ſolebat, miſit, ut is annulus ad ſe primo quoque tempore afferretur. Ita litteris iſtius patrifamilias L. Titio cuidam civi Romano annulus de digito detractus eſt. Illa vero ejus cupiditas incredibilis eſt; nam ut in ſingula conclavia, quæ iſte non modo Romæ, ſed in omnibus villis habet, tricenos lectos optime ſtratos cum ceteris ornamentis convivii quæreret, nimium multa comparare videretur; nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iſte non textrinum inſtituerit. Mulier eſt Segeſtana, perdives, & nobilis, Lamia nomine; per triennium iſti plena domo telarum, ſtragulam veſtem confecit: nihil, niſi conchylio tinctum. Attalus homo pecunioſus Ne-

ti;

p. 785. quibus accedit unus Barberinus, & ex Tullianis edd. vetus Veneta, & Naugeriana, &c. GAR.

Annulos aureos) *Aureos* non eſt in Regio. Nec hanc vocem deſiderat ſententia. GRÆV. Verbum hoc ex ſuo MSo Lambinus omiſerat: ſed legitur in antiquioribus Tullii edd. & apud Quinctilian. l. c. Hinc porro, & ex illis infra, *annulus de digito detractus eſt*: vide, quam recte Lambinus emendaverit pro Amer. 49. *Annulumque de digito ſuum tibi tradidit*. GAR.

Agrigenti allata eſſet) *Agrigento*, poſtulat Latini ſermonis conſuetudo: & ita legitur in veteribus etiam impreſſis. HOTT. *Agrigento* eſt in Regio codice & *epiſtula*. GRÆV. Eſt etiam in MSis Lambini, & Iannoctii. GARATON.

In cretula) *Creta* veteres uti ſolitos tum in publicis, tum in privatis litteris auctor eſt Cicero in orat. pro Flacco, his verbis: *Hæc, quæ eſt a nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ fere eſt omnibus nota nobis, qua utuntur omnes, non modo in publicis, ſed etiam in privatis litteris, quas quotidie videmus mitti a publicanis, ſæpe unicuique noſtrum*. HOTTOM. Vetus liber *in cerula*. F. VRSIN. *Cerula*, etiam codex Iannoctii. Vide Manut. GARAT.

Exquiſivit unde eſſet epiſtola) Vetus liber: *quæſivit unde eſſet epiſtola*. VRSIN. Sic & Regius cod. GRÆV. Neminem alium hoc vidi umquam recepiſſe. GAR.

Ad quos ſolebat) Quorum opera in conquirendis rebus inſignibus utebatur. HOTT.

L. Titio cuidam) Abeſt *cuidam* a Regio. GRÆV. Et omiſit Lamb. GAR.

In ſingula conclavia) *Conclavia*, pro *Tricliniis*: Latino verbo. HOTTOM.

Textrinum) Ita ed. MCDLXXXIII. cod. Lamb. Gruterus, & deinde omnes. Sed Naug. Herv. Man. ipſe Lamb. aliique, *textrinam*. Male: vide c. 46. & Serv. ad II. Æn. 16. XI. 326. GAR.

Nihil niſi conchylio tinctum) Ex conchy-

ti; Lyſo Lylibæi; Gritolaus Ennæ; Syracuſis Æſchrio, Cleomenes, Theomnaſtus; Elori Archonides, Megiſtus; vox me citius defecerit, quam nomina. Ipſe dabat purpuram tantum, amici operas, credo; jam enim non libet omnia criminari; quaſi hoc mihi non ſatis ſit ad crimen, habuiſſe tam multum, quod daret: voluiſſe deportare tam multa: hoc denique, quod concedit, amicorum operis eſſe in hujuſce-

chylii concha inciſa colligitur ſuccus, tingendia veſtibus expetitus, ex eo enim conficitur purpura. Plinius libro X. cap. 36. Hott.

Attalus, homo pecunioſus Neti; Lyſo Lilybæi) Quamvis etiam in priore editione lectionem vulgatam in contextu retinuerim: corruptam eſſe tamen indicaveram, & ſcripturam antiquam propoſueram, ex eaque veram, & rectam conjeceram ante eos omnes, qui in libris Adverſ. eadem conjectura ducti, hunc locum emendarunt, & hic, & in aliis innumerabilibus actum agentes. Cum igitur hunc locum in libris vulgatis depravatum, in manuſcriptis non ſatis ſincerum eſſe animadvertiſſem, qui habent, *homo pecunioſus, netytiſo*: ſcripſeram, me ejus ſcripturæ rationem non facile exputare poſſe, & ſuſpicari locum eſſe mendoſum: mihi tamen videri legendum, *Attalus, homo pecunioſus Neti, Lyſo Lilybæi. Netini*, aut *Nectini*, Siciliæ populi. Hanc igitur ſcripturam nunc aſſero. Licet tamen etiam legere, *Necti, Lyſo Lilyb. Nectum* enim appellat Ptolemæus, quod alii *Netum*. Netinos commemorat & Plinius ſine littera c. Lambin. *Attalus homo pecunioſus Neti, Lyſo Lilybæi, &c.*) Auctor hujus lectionis Turnebus lib. VIII. cap. 10. Adverſ. e veſtigiis MSorum: vulgo enim, *pecunioſus, nec vulgo Lilybæi*. Grut. *Netinorum* in libro ſecundo meminit, ubi videndæ ſunt notæ. Græv.

Pelori Archonides) Scribendum *Elori* quod oppidum eſt in eo litore, quod eſt inter Syracuſas & Pachynum. Idem mendum irrepſit in Livii librum XXIV. ot adnotavit Ant. Auguſtinus. F. Ursin. Vere Urſinus. Nullum enim eſt in Sicilia oppidum *Pelorus*, aut *Pelorum* dictum, ſed promontorium. Itaque hic contra libros auſus ſum admittere Urſini emendationem, quam adſeruit quoque & ſibi vindicavit Cluverius Sicil. antiqua, l. XIII. ubi pluribus de hoc oppido & ejuſdem nominis fluvio diſputat. Reg. *Pelori Archonidas. Vox me citius*: τὸ *Megiſtus* ille ignorat: ſtatim idem: *dies me ante deficeret* pro vulgato *Vox: me*, idem *amici operam*. Græv. Recepit *dies* Lamb. ex ſuo. Scribæ autem, *Helori Archonides*, & vide Drak. ad Liv. XXIV. 35 Gar.

Purpuram tantum) Alii ſic interpungunt: *Ipſe dabat purpuram: Tantum amici operas*: inepte. Eſt enim defenſorum objectio At enim non tam multos ſumtus faciebat in ſtragulas, quam tu dicis. Et hoc apparet ex eo, quod continuo ſequitur. Hott.

Quaſi hoc mihi) Omnes alii, *Quaſi vero hoc mihi*. Idem. Atque ita reſtituendum ex Ven. Herv. Naug. Lamb. quod nemo recentiorum fecit. Gar.

Hoc denique quod concedit) Sic habent omnes libri & manuſcr. & vero etiam vulgati, atque impreſſi, quos vidi, & qui hodie ſunt in manibus poſt annos 40. editi. Itaque miror, ubi Adr. Turneb. repererit, *concepit*, pro *concedit*. Admonet enim lib. Adverſ. VIII. cap. 10. legendum eſſe, *concedit*, non, *concepit*. Licet hinc intelligere, virum illum uſum eſſe interdum libris corruptiſſimis, neque valde laboraſſe, ot exempla editionum recentiorum & emendatiorum coemeret, aut certé conſuleret. Ex eo factum eſt, ut multa loca apud ſcriptores emendare ſtuduerit, quæ nulla emendatione egerent, cum ea eſſent jam ante in melioribus exemplis emendata, quod ego & alibi oſtendi. Lamb.

Le-

Google

juſcemodi rebus uſum. Iam vero lectos æratos, & candelabra ænea num cui, præter iſtum, Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Emebat, credo. Sed tantum vos certiores, judices, facio, quid iſte in provincia Prætor egerit, ne cui forte nimium negligens fuiſſe videatur, neque ſe ſatis, cum poteſtatem habuerit, inſtruxiſſe, & ornaſſe.

27. Venio nunc non jam ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, ſed ejuſmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi, atque ineſſe videantur: in quo dii immortales violati, exiſtimatio, atque auctoritas nominis populi Romani imminuta, hoſpitium ſpoliatum, ac proditum, abalienati ſcelere iſtius a nobis omnes reges amiciſſimi, nationeſque, quæ in eorum regno, ac ditione ſunt. Nam Reges Syriæ, Regis Antiochi filios pueros, ſcitis Romæ nuper fuiſſe: qui venerant non propter Syriæ regnum; nam id ſine controverſia obtinebant, ut a patre, & a ma-

Lectos æratos, & candelabra ænea) Ex ære Syracuſano ſcilicet; quod nobile & pretioſum fuiſſe, utpote auro vel argento temperatum, auctor eſt Plinius libro XXXIV. cap. 3. HORTOM.

Sed tantum vos certiores facio) *Sed tamen vos certiores facio* eſt in antiquo, & ita videtur legendum. F. VRSIN. Sic & Franc. cod. GRÆV.

Venio nunc non ad furtum) Aldinus & alii omnes, *Non jam furtum*; quod ſine cauſa corrigendum non putarem. Eſt autem hæc quarta orationis pars in qua facinus Verris atrocius commemorat, de candelabro admirabili opere e gemmis auroque confecto, quod cum Syriæ Rex in Capitolio ponere ſtatuiſſet, Verres ei partim per vim abſtulit. HOTT.

Reges Syriæ) Regnum igitur inter ſe partiti erant: non ut multis in locis fieri mos fuit, primus filius ſolus Regis nomen obtinuit. Biennium autem Romæ, illos conſtitiſſe: poſterius dicet cum per ſenatum Ægypti regnum ſibi reſtitui poſtularent. Ioxu Hæc oratorie Tullius, cum Reges vocat. Lucullus quidem, expulſo Tigrane, Rege Armeniorum ex Syria, cujus regnum tenuerat ipſos, ſi Juſtino fides, octodecim annos; (quo tempore Antiochus Pius horum Regum pater latuerat in Comagene) avitum regnum his Antiochi liberis dicitur reſtituiſſe, quod tamen poſt eis eripuit, aut reddere noluit Pompeius, cum in formam provinciæ Syriam redegiſſet. Sed Comagenes illis reliquit regnum. Hoc eſt illud Syriæ regnum, quod hic commemorat Cicero. GRÆV.

Regis Antiochi) Hic fuit Antiochus Pius, Antiochi Cyziceni filius. Mater ejus fuit Cleopatra, quæ a Tryphæna fuit interfecta. Suſcepit ex Cleopatra Selene duos, ut ex hoc loco colligere licet, filios, qui partem regni Syriæ tenuerunt, cum ceteram Syriam ſubjugaſſet Tigranes Armeniæ Rex. Alter filiorum vocabatur Antiochus Aſiaticus, quia fuit educatus in Aſia, teſte Appiano in Syriacis. Alter fuit Seleucus Cybioſactes, quem Berenice Ptolemæi Auletis filia ad Ægypti regnum vocatum non longe poſt interfecit. GRÆV.

a majoribus acceperant: ſed regnum Ægypti ad ſe, & ad Selenen, matrem ſuam, pertinere arbitrabantur. Hi ipſi, poſtea quam temporibus Reipublicæ excluſi per ſenatum agere, quæ voluerant, non potuerunt, in Syriam in regnum patrium profecti ſunt. Eorum alter, qui Antiochus vocatur, iter per Siciliam facere voluit; itaque iſto Prætore venit Syracuſas. Hic Verres hereditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt, quod in ejus regnum, ac manus venerat is, quem iſte & audierat multa ſecum præclara habere, & ſuſpicabatur; mittit homini munera ſatis large hæc ad uſum domeſticum, vini, olei, quod viſum erat: etiam tritici, quod ſatis

Regnum Ægypti ad ſe & ad Selenem matrem ſuam pertinere arbitrabantur) Dicit, puto, *Antiochum*, cui cognomen Euſebii, Syrii per ludum ac jocum impoſuerunt: quaſi a luna adamatus, eam in uxorem duxiſſet: is enim a Tigrane Armeniæ Rege victus, & regno ſpoliatus eſt; verum Lucullus devicto Mithridate Antiochum ejus filium in regnum patrium reſtituit. Sed quod Lucullus dederat, poſt ademit Pompeius, qui poſcenti regnum reſpondit, ne volenti quidem Syriæ, nedum recuſanti daturum ſe regem, qui XVIII. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit, victo autem eodem Tigrane, a Romanis alieni operis præmia poſtulet. Appianus, Iuſtinus. HOTTOM.

Sed regnum Ægypti quod ad ſe & ad Selenen matrem ſuam pertinere arbitrabantur, &c.) Ita legitur hic locus in manuſcripto, & rectius, ut videtur, quam in vulgatis. FULV. VRSIN. Vid. quæ notavi ad præcedentia. Fuit hæc Selene, quæ & Cleopatra dicta, uxor primo Ptolemæi Lathuri, dein Antiochi Grypi, & tandem Antiochi Pii. Perperam Appianus ſcribit, eam ante nuptam fuiſſe Antiocho Cyziceno patri Antiochi Pii, ut & mater Pii & uxor fuerit, quod falſum eſt. Numquam nupta fuit Cyziceno. Eius uxor dicta quidem eſt quoque Cleopatra, ſed non fuit Selene: Cleopatras confudit Appianus. GRÆV.

Regnum Ægypti ad ſe & ad Selenem matrem pertinere) Selene fuit Ptolemæi Phyſconis Ægypti Regis, & Cleopatræ ejus neptis & uxoris filia natu minima. Ad hanc pertinere regnum Ægypti contendebant, quod tum tenebat Ptolemæus Nothus, non legitimus regni heres. Nam cum Ptolemæus Alexander ſine herede mortuus eſſet, Auletes vero, qui id regnum invaſerat, & magno pondere auri Romæ proceres corruperat, ne a Senatu id ſibi eriperetur, aut aliis addiceretur, ſed ut inter amicos populi Rom. reciperetur, eſſet ſpurius, Antiochus, & Seleucus Romæ fruſtra laborarunt, ut ſibi, & matri tamquam juſtis heredibus id adſereretur. IDEM.

Hi ipſi poſteaquam temporibus Reipubl.) Obtemperavi Hitt. & Cujac. in quibus ita erat; non ut in hodie vulgatis: *Hi poſtquam temporibus populi Romani*. Eorumdem librorum fidem ſæpius, tota hac oratione ſequor, neque tamen ſemper probo; ne tædio ſim lectori. GRUT. *Temporibus reip.*) Intelligit orator duo bella difficillima, quæ tunc in Aſia contra Mithridatem, & in Hiſpania contra Sertorium gerebantur; quo prætextu per Senatum, quem ſibi Auletes conciliaverat, excluſi fratres, re infecta, diſceſſerunt. VAILLANT. Hiſt. Ptolem.

Qui Antiochus vocatus) Is eſt Antiochus Aſiaticus. GRÆV.

In ejus regnum) Odioſe in Verrem, quaſi Regem ſe in Sicilia, non populi Romani magiſtratum haberi vellet. HOTT.

Hæc ad uſum domeſticum) Supervacua

ſatis eſſet, de ſuis decumis; deinde ipſum Regem ad cœnam vocavit; exornat ample, magnificeque triclinium: exponit ea, quibus abundabat, plurima, ac pulcherrima vaſa argentea; namque hæc aurea nondum fecerat: omnibus curat rebus inſtructum, & paratum ut ſit convivium. Quid multa? Rex ita diſceſſit, ut & iſtum copioſe ornatum, & ſe honorifice acceptum arbitraretur. Vocat ad cœnam deinde ipſe Prætorem: exponit ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, ut mos eſt regius, & maxime in Syria, gemmis erant diſtincta clariſſimis. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata, manubrio aureo; de qua, credo, ſatis idoneum, ſatis gravem teſtem, Qu. Minucium dicere audiſtis. Iſte unum quodque vas in manus ſumere, laudare, mirari. Rex gaudere, Prætori populi Romani ſatis jucundum, & gratum illud eſſe convivium. Poſteaquam inde diſceſſum eſt, cogitare iſte nihil aliud, id quod ipſa res declaravit, niſi quemadmodum Regem ex provincia ſpoliatum, expilatumque dimitteret. Mittit rogatum vaſa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait ſe ſuis cælatoribus velle oſtendere. Rex, qui iſtum non noſſet, ſine ulla ſuſpicione

eua heic particule *hec* mallem transferre infra, ponique ante *de ſuis decumis*: ſic enim Cujac. & Hitt. non ut vulgo, *de his dec.* GRVT. Omiſit ſane Paullus Manutius in editione ſua *hec*. GRÆV.

De ſuis decumis) De quibus modo tam multa diximus, ternis videlicet, & quaternis, quas e Siculis extorquebat. HOTT. Hanc lectionem olim quoque Lambinus & Fulvius ex ſuis libris produxerunt. GRÆV.

Exponit ſuas copias omnes) Profert hunc locum Nonius in verbo, *exponere*, quod interpretatur hic, *oſtendere*. LAMB.

Trulla excavata cum manubrio aureo) *Trulla* a ſimilitudine *trua*, diminuto verbo. *Trua* autem, ut Varro ſcribit, *e culina in lavatrinam aquam fundunt*. *Trulla* figuram eamdem eſſe quæ *trullei*, idem eodem loco auctor eſt. Vas autem vinarium fuiſſe, non (ut quidam putant) aquarium, cum ex hoc loco intelligitur, tum ex his Horatii verſibus:

Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappamque
profeſtis. HOTTOM. Hæc lectio a Grutero ad omnes propagata eſt: ille a Lambino ſumſit; ambo, ut videtur ex Cujac. MSo. Nam Ven. Naug. Man. &c. *cum manubrio aureo*, quod non rejicio. Multiplex porro erat trullarum uſus, & varia genera, ut Caſaubonus demonſtravit ad Theophraſt. Charact. c. IX. p. m. 220. GAR.

Niſi quemadmodum) Alterutrum abundat, aut *quam*, aut *niſi*. HOTT. Scilicet Ven. Helv. Naug. Man. MOXL. &c. *quam id, quod &c. niſi, quemadmodum*. Ea cod. Lamb. eſt, *nihil aliud, quod &c.* & ita Grut. & recentiores. Sane, *quam id*, gloſſa videtur. GAR.

Es

cione libentiſsime dedit. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum: velle ſe eam diligentius conſiderare.; ea quoque ei mittitur.

* 28. Nunc reliquum, judices, attendite, de quo & vos audiſtis, & populus Romanus non nunc primum audiet: & in exteris nationibus uſque ad ultimas terras pervagatum eſt. Candelabrum e gemmis clariſsimis, opere mirabili perfectum, reges hi, quos dico, Romam cum attuliſſent, ut in Capitolio ponerent; quod nondum etiam perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt, neque vulgo oſtendere, ac proferre voluerunt: ut & magnificentius videretur, cum ſuo tempore in cella Iovis Optimi Maximi poneretur, & clarius, cum pulcritudo ejus recens ad oculos hominum, atque integra perveniret; ſtatuerunt id ſecum in Syriam reportare: ut, cum audiſſent ſimulacrum Iovis Optimi Maximi dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus illud quoque eximium, atque pulcherrimum donum in Capitolium afferrent. Pervenit res ad iſtius aures, neſcio quomodo; nam rex celatum voluerat: non quo quidquam metueret, aut ſuſpicaretur; ſed ut ne multi illud ante præciperent oculis, quam populus Romanus.. Iſte petit a Rege,

Et in exteris nationibus) Placet ut eſt in antiquo, *quod in exteras nationes*. F. VRSIN.

Ad ultimas terras pervagatum eſt) Non omnino inepte par illud librorum *pervulgatum eſt*. GRUT. Vide ad II. Acc. 34. GRÆV.

Nondum etiam perfectum templum offenderant) Capitolium, quod ante annos amplius quadringentos a Tarquinio conſtructum erat, Sullanis temporibus de cælo tactum, incendio conflagravit. Id, Sulla mortuo, Q Catulus reſtituendum perficiendumque curavit. HOTT.

Neque ponere potuerunt) Verbum, *potuerunt*, quod deſideratur in libris vulgatis, reſtitui ex fide codicum manuscr. quamvis apod Nonium in verbo, *offendere*, legitur *potuere*. LAMBIN.

Cum ſuo tempore) Tempeſtive; templo ſcilicet perfecto, & Iovis ſigno dedicato. HOTT.

In ſella Iovis) Sic perperam Gruterus. Cum Reg. & Franc. & optimæ ed. *in cella Iovis*. GRÆV.

Quo metueret) Nam quo quiſque melior eſt, eo minus eſſe alios improbos ſuſpicatur. HOTT.

Sed ut ne multi ante perciperent oculis) Malim cum Hittorpiano, *præciperent*. GRUT. Sic omnino ſcribendum eſſe conjeceram, antequam Gruterum hæc notaſſe animadverteram, firmaturque cod. Regio. *Percipere oculis*, quam Latine dicatur hoc quidem in loco, videant qui Latine ſunt docti. Recte Hittorpianus codex, *præceperent*. Scioli, qui mutarunt, ignorarunt vim vocis *pre.ipere*; quæ idem notat ac ante capere, occupare. Virgil.

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Sicut

ge, & eum pluribus verbis rogat, ut id ad ſe mittat: cupere ſe dicit inſpicere, neque ſe aliis videndi poteſtatem eſſe facturum. Antiochus, qui animo & puerili eſſet, & regio, nihil de iſtius improbitate ſuſpicatus eſt: imperat ſuis, ut id in prætorium involutum quam occultiſsime deferrent; quo poſteaquam attulerunt, involucriſque rejectis conſtituerunt, iſte clamare cœpit, dignam rem eſſe regno Syriæ, dignam regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo ſplendore, qui ex clariſsimis, & pulcherrimis gemmis eſſe debebat: ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia: ea magnitudine, ut intelligi poſſet, non ad hominum apparatum, ſed ad ampliſsimi templi ornamentum eſſe factum; quod cum ſatis jam perſpexiſſe videretur, tollere incipiunt, ut referrent. Iſte ait, ſe velle illud etiam atque etiam conſiderare, nequaquam ſe eſſe ſatiatum; jubet illos diſcedere, & candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum revertuntur.

29.

Sicut Cicero dixit I. de Offic. *futura cogitatione præcipere*, ſic idem hoc loco dixit *oculis præcipere*, ante ſcilicet videre aliquid, quam alius, aut populus Romanus id videat. GRÆV. *Præciperent oculis*) Ita Græviani, & noſtri codices, idque præferendum viſum eſt vulgato *percipperent*. LALLEM. De hac permutatione diximus ad III. Acc. 1. multoſque citat Longol. ad Plin. X. epiſt. 79. GAR.

In prætorium) Domum publicam, in qua Prætores populi Romani diverſari ſolebant. HOTT.

Regno Syriæ) Quod paullo poſt opulentiſſimum & maximum appellat. IDEM.

Qui eſſe debebat) Id eſt, qualem tot clariſſimæ gemmæ ſolent efficere. IDEM.

Plurimis gemmis) Hittorp. Cujac. Grut. *pulcherrimis*. GRVT. Sic & Reg. & Franc. GRÆVIVS. Ita etiam ed. MCDLXXXIII. Sed fateor me cum Naug. Herv. Man. Lamb. Grut. & recentioribus libentius *plurimis* eſſe lecturum, niſi optimorum codicum auctoritate deterrear. Candelabrum enim tam multis erat diſtinctum gemmis, ut ex iis *factum* infra dicatur: tum hic ſtatim *copiæ* fit mentio, atque ita ſi attendas fit, ut aliquid ea de re prædictum videatur. Contra *clariſſimis, & pulcherrimis* ταυτολογία eſt, qua oratores quidem ad ubertatem orationis utuntur, non autem ut minus dicant, quam verbo altero ſubſtituto dicerent. GAR.

Certare videretur) Dici non poſſet, utra major eſſet ars, an operum varietas. HOTT.

Non ad hominem apparatum) Nonnulli libri *hominum*, in ſecundo plurali; quod mihi placet: tametſi rerum apparatus, non hominum vulgo dicatur. *Ergo ad hominum apparatum*: id eſt, ad apparatum qui hominum cauſa fieret. IDEM. Pro *ornamentum* Reg. *ornatum*. GRÆV. Huic MSo accedit ed. Veneta. Erunt, quibus placeant in hac oppoſitione ſimiliter deſinentia, *apparatum*, *ornatum*. Obvia ſatis exempla ſunt: modo unum vidimus c. 12. *armario*, *ſacrario*. GARATONIVS.

Quod cum ſatis) Vocula *quod* non eſt cod. Cujac. neque deſideratur. GRVTER.

Dies

29. Rex primo nihil metuere, nihil ſuſpicari; dies unus, alter, plures: non referri. Tum mittit Rex ad iſtum, ſi ſibi videatur, ut reddat. Iubet iſte poſterius ad ſe reverti: mirum illi videri; mittit iterum; non redditur. Ipſe hominem appellat: rogat, ut reddat. Os hominis, inſignemque impudentiam cognoſcite. Quod ſciret, quodque ex ipſo rege audiſſet in Capitolio eſſe ponendum: quod Iovi Optimo Maximo, quod populo Romano ſervari videret, id ſibi ut donaret, rogare, & vehementer petere cœpit. Cum ille ſe & religione Iovis Capitolini, & hominum exiſtimatione impediri diceret, quod multæ nationes teſtes eſſent illius operis ac muneris: iſte homini minari acerrime cœpit. Vbi videt eum nihilo magis minis, quam precibus permoveri, repente hominem de provincia jubet ante noctem decedere; ait ſe comperiſſe, ex ejus regno piratas in Siciliam eſſe venturos. Rex maximo conventu Syracuſis in foro, ne quis forte me in crimine obſcuro verſari, atque affingere aliquid ſuſpicione hominum arbitretur; in foro, inquam, Syracuſis flens, ac deos homineſque conteſtans clamare cœpit, candelabrum factum e gemmis, quod in Capitolium miſſurus eſſet, quod in templo clariſsimo populo Romano monumentum

Dies unus alter) Sic omnes libri; neque ego quidquam mutare auſim: fieri tamen potuit ut vox *abiit* in hoc ſermonis genere uſitata, ex hoc loco propter inſequentis affinitatem effluxerit, *Dies unus abiit, alter, plures.* Verum, ut jam teſtificatus ſum, nihil de conſenſu librorum immuto. HOTT.

Tum mittit Rex ad iſtum) Vocula *Rex* abeſt Cujac. & jucundius ſubauditur. GRUT.

Si ſibi videatur) Formula loquendi honorifica: ut illa: *Si vobis videtur, diſcedite Quirites*. Item illa: *Aſſurge, niſi moleſtum eſt*. HOTT.

Religione Iovis) Pietate erga Iovem Capitolinum. Nam religionem fere in delubris ornandis conſtituebant. IDEM.

Quam precibus permoveri) In libris manuſcr. ſcriptum eſt, *removeri*: quod magis probo. LAMBIN. Supra liber Lamb. *vehementiſſime petere cœpit*: c. 66. *vehementiſſime declamaſſet*. GARATON.

Maximo conventu) Paullo poſt civium Rom. conventum fuiſſe dicit. HOTTOM. Conventus in provinciis dicebantur urbes, & loca, in quibus conventus agebantur: vide I. Fr. Gronov. Obſervat. III. 22. GRAEV. Vide ad II. Acc. 13.

Atque affingere aliquid ſuſpicioni hominum) Sic repoſui, leviter immutata vulgata ſcriptura, & *e*, in *i* converſo in voce, *ſuſpicione*. LAMBIN. Nihil contra libros mutandum. *Affingere* nimirum *crimini*, augere crimen mera ſuſpicione. GRAEV.

Populo Romano) Hæc in MSo Lamb. & ed. MCDLXXXIII. notis, ut fiebat, perſcribi moneo, ſi quis forte malit, *in templo claris; populi Romani*. GAR.

Socie-

tum ſuæ ſocietatis, amicitiæque eſſe voluiſſet; id ſibi C. Verrem abſtuliſſe: de ceteris operibus ex auro, & gemmis, quæ ſua penes illum eſſent, ſe non laborare: hoc ſibi eripi miſerum eſſe, & indignum; id etſi antea jam mente, & cogitatione ſua, fratriſque ſui conſecratum eſſet, tamen tum ſe in illo conventu civium Romanorum dare, donare, dicare, conſecrare Iovi Optimo Maximo, teſtemque ipſum Jovem ſuæ voluntatis, ac religionis adhibere.

30. Quæ vox? quæ latera? quæ vires hujus unius criminis querimoniam, Iudices, poſsint ſuſtinere? Rex Antiochus, qui Romæ ante oculos omnium noſtrum biennium ſere comitatu regio, atque ornatu fuiſſet: is cum amicus, & ſocius populi Romani eſſet, amiciſsimo patre, avo, majoribus, antiquiſsimis, & clariſsimis Regibus, opulentiſsimo, & maximo regno, præceps provincia populi Romani exturbatus eſt. Quemadmodum hoc accepturas nationes exteras: quemadmodum hujus tui facti famam in regna aliorum, atque in ultimas terras perventuram putaſti, cum audierint, a Prætore populi Romani in provincia violatum Regem, ſpoliatum hoſpitem, ejectum ſocium populi Romani, atque amicum? Nomen veſtrum, populique Romani odio, atque acerbitati ſcitote nationibus exteris, judices, futurum, ſi iſtius hæc tanta injuria impunita diſceſſerit. Sic omnes arbitrabuntur, præſertim cum hæc omnino fama de noſtrorum hominum avaritia, & cupiditate percrebuerit, non iſtius ſolius hoc eſſe facinus, ſed eorum etiam, qui adprobarunt. Multi Reges, multæ liberæ civitates, multi privati opulenti, ac potentes habent profecto in animo Capitolium

Societatis amicitiæque) Nam ſocium hunc atque amicum populi Romani appellatum fuiſſe, poſterius conſtabit. HOTTOM.

Querimoniam, Iudices, poſſint ſuſtinere) Sic Regius cod. In vulgatis deſideratur *Iudices*. Idem, *poſſunt*. GRÆVIUS.

Præceps provincia) Eſt ex MSo ad Lamb. marg. arripuit Gruterus, ſuis fortaſſe confirmantibus, Græv. & Verb. Ceteri, quos vidi, omnes cum Veneta, *præceps e prov.* GAR.

Violatum Regem) Nam iis, qui vivunt in regno, regale nomen magnum & ſanctum eſſe videtur: ut ipſe in Maniliana ſcribit. HOTT.

Qui adprobarunt) Id eſt, ſenatus. Iudices enim omnes hi ex ordine ſenatorio fuerunt. IDEM.

Multæ liberæ civitates) *Liberæ civitates*, immunes, & quæ ſuis utuntur legibus, in quibus magiſtratui populi Romani jus dicere non licet. IDEM.

Q. Ca-

tolium ſic ornare, ut templi dignitas, imperiique noſtri nomen deſiderat; qui ſi intellexerint, interverſo regali hoc dono, graviter vos tuliſſe, grata fore vobis, populoque Romano ſua ſtudia, ac dona arbitrabuntur; ſin hoc vos in Rege tam nobili, in re tam eximia, in injuria tam acerba neglexiſſe audierint, non erunt tam amentes, ut operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas vobis gratas fore non arbitrentur.

31. Hoc loco, Q. Catule, te appello. Loquor enim de tuo clariſsimo, pulcherrimoque monumento: non judicis ſolum ſeveritatem in hoc crimine, ſed prope inimici, atque accuſatoris vim ſuſcipere debes; tuus eſt enim honos in illo templo, ſenatus, populique Romani beneficio, tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſecratur; tibi hæc cura ſuſcipienda, tibi hæc opera ſumenda eſt, ut Capitolium, quomodo magnificentius eſt reſtitutum, ſic copioſius ornatum ſit, quam fuit: ut illa flamma divinitus exſtitiſſe videatur, non quæ deleret Iovis Optimi Maximi templum, ſed quæ præclarius, magnificentiuſque depoſceret. Audiſti, Qu. Minucium Rufum dicere, domi ſuæ deverſatum eſſe Antiochum regem Syracuſis: ſe illud ſcire ad iſtum eſſe delatum: ſe ſcire non redditum. Audiſti, & audies omni e conventu Syracuſano, qui ita dicant, ſeſe audientibus illud Iovi Optimo Maximo dicatum eſſe ab Rege Antio-

Q. Catule te appello) L. Scipione, C. Norbano coſſ. Capitolium conflagraſſe, ejuſque redintegrandi curam, L. Sullam ſuſcepiſſe, neque tamen dedicaſſe, Cornelius Tacitus Hiſt. III. memoriæ prodidit: *Hoc ſolum*, inquit, *felicitati negatum*. Q. igitur Catulus dedicavit, ejuſque nomen inter tanta Cæſarum opera uſque ad Vitellium manſit. Hinc illa inſcripsio Romæ Capitolii ruinis effoſſa: Q. *Lutatius* Q. *F. Catulus Coſſ. ſubſtructionem & tabularium de S. C. faciendum curavit*. Capitolium Q. Catulus dedicavit, quod Sulla, qui reſtituere cœperat, morte interceptus perficere non potuit. HOTTOM.

Quomodo magnificentius eſt reſtitutum) *Quemadmodum*, pro *quomodo* melius habet manuſcriptus liber. F. VRSIN. Ita etiam codex Lambini. GAR.

Vt illa flamma divinitus excitata) Lactantius lib. de Falſa Sap. 3. cap. 7. *Capitolium*, inquit, *quod eſt Romanæ urbis, & religionis caput ſummum, non ſemel, ſed ſæpius fulmine ictum conflagravit. Homines autem ingenioſi quid de hoc exiſtimaverint, ex edicto Ciceronis apparet: qui ait, divinitus exſtitiſſe illam flammam, non quæ terreſtre illud domicilium Iovis deleret, ſed quæ ſublimius magnificentiuſque depoſceret*. HOTT.

Omni e conventu Syracuſano) Alii libri, *omnes*, accuſandi caſu: quod non puto immutandum. IDEM. Editio Victorii: *Omnes e conventu Syracuſano*, ſi ex

Antiocho & conſecratum. Si judex non eſſes, & hæc ad te delata res eſſet, te potiſsimum hoc perſequi, te petere, te agere oporteret. Quare non dubito, quo animo judex hujus criminis eſſe debeas, qui apud alium judicem multo acrior, quam ego ſum, actor, accuſatorque eſſe deberes.

32. Vobis autem, judices, quid hoc indignius, aut quid minus ferendum videri poteſt? Verres ne habebit domi ſuæ candelabrum Iovis Optimi Maximi e gemmis, auroque perfectum? cujus fulgore collucere, atque illuſtrari Iovis Optimi Maximi templum oportebat, id apud iſtum in ejuſmodi conviviis conſtituetur, quæ domeſticis ſtupris, flagitiiſque flagrabunt? In iſtius lenonis turpiſsimi domo ſimul cum ceteris Chelidonis hereditariis ornamentis Capitolii ornamenta ponentur? Quid huic ſacri umquam fore, aut quid fuiſſe religioſi putatis, qui nunc tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentiat? qui in judicium veniat, ubi ne precari quidem Iovem Optimum Maximum, atque ab eo auxilium petere more omnium poſsit? a quo etiam dii immortales ſua repetunt in eo judicio, quod hominibus ad ſuas res repetundas eſt conſtitutum. Miramur Athenis Minervam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergæ Dianam, multos præterea ab iſto deos tota Aſia, Græciaque violatos, qui a Capito-

ex libris aotiquis, oon improbo. Sane Francii primus, *omnes* legit. Sin hoc, quod eſt in C. Steph. Manutii, Lambini, Gruteri editionibus præferunt codices, non eſt dannandum. *Omni e conventu*, eſt ex omnibus hominibus illius conventus. *Omai* eſt in cod. Reg. Graev. Non dubito, quin ita Lamb. & Grut. in ſuis MSis invenerint, quibuſcum Regius convenit ſæpenumero: & ita etiam recentiores optime: quamvis *omnes* in ed. Ven & in MSo Iannoctii ſuperſit, pro quo, niſi aliunde haberemus ioeliora, ioalim, *homines*, ex ſollemni permutatione. GARATON.

Candelabrum Iovis optimi Maximi) MSus Lamb. *candelabrum Iovis*, omiſſis epithetis, quæ jam nimium ſæpe addi aliquis putet. IDEM.

Chelidonis hereditariis ornamentis) Dictum eſt jam aliquoties Verrem a Chelidone clientula ſua & amica heredem inſtitutum fuiſſe. HOTT.

Quid huic ſacri umquam fore) Argumentum eſt ex cauſa remota. Nam cauſa rem aliquam aut ſacram aut religioſam habendi, eſt metus divini numinis; hæc eſt pietas. Quare quo in homine metus Dei nullus eſt, is nihil neque ſacri, neque religioſi quidquam ducit. IDEM.

Athenis Minervam) Quibus omnibus de rebus libro accuſationis primo dictum, & commemoratum eſt. IDEM.

Pergæ Dianam) In æreo apud me numiſmate ΠΕΡΓΑΙΩΝ, impreſſa eſt in una parte Dianæ imago, in altera Victoriæ ſignum, cui adſcriptum eſt, ΑΡΓΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ. F. VASINUS.

Segr-

pitolio manus abſtinere non potuerit? Quod privati homines de ſuis pecuniis ornant, ornaturique ſunt, id C. Verres ab Regibus ornari non eſt paſſus. Itaque hoc nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neque ſacri, neque religioſi eſſe duxit; ita ſeſe in ea provincia per triennium geſsit, ut ab iſto non ſolum hominibus, verum etiam diis immortalibus bellum indictum putaretur.

33. Segeſta eſt oppidum pervetus in Sicilia, judices, quod ab Ænea fugiente a Troja, atque in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant. Itaque Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate, atque amicitia, verum etiam cognatione ſe cum populo Romano conjunctos eſſe arbitrantur. Hoc quondam oppidum, cum illa civitas cum Pœnis ſuo nomine, ac ſua ſponte bellaret, a Carthaginienſibus vi captum, atque deletum eſt, omniaque, quæ ornamento urbi eſſe poſſent, Carthaginem ſunt ex illo loco deportata. Fuit apud Segeſtanos ex ære ſimulacrum Dianæ, cum ſumma, atque antiquiſsima præditum religione, tum ſingulari opere, arti-

Segeſta) Quinta pars hujus orationis, quæ furtum Verris continet, in ſimulacro Dianæ Segeſtanæ, quod cum religioſiſſime colebatur, P. Africano, Carthagine capta, Segeſtanis reſtitutum fuerat: ejuſque beneficii monumentum atque indicium in baſi conſtitutum. HOTT. Vid. Cluv. antiq. Sic. II. 2. de Segeſta. GRÆV.

Quod ab Ænea fugiente) Nam Æneæ & Antenori ſoli Achivi Troja capta pepercerunt: qua de cauſa Æneas domo profugus, in Siciliam, ſedes quærens, delatus eſt: ubi oppida quædam condidiſſe dicitur. Strabo tamen lib. VI. a Philoctetæ comitibus, qui Crotonem commigrarunt, conditam Segeſtam putat: quos Philoctetes una cum Ægeſto Trojano tranſmiſerat in Siciliam. Thucydides autem omnino a Trojanis conditam ſcribit, neque nominatim quemquam auctorem commemorat. Ejus verba ex libro VI. ſubjiciam. *Ιλιου δε αλισκομενου, των Τρωων τινες διαφυγοντες Αχαιους, πλοιοις αφικνουνται προς την Σικελιαν, και ὁμοροι τοις Σικανοις οικησαντες, ξυμπαντες μεν Ελυμοι εκληθησαν, πολεις δ' αυτων Ερυξ τε και Εγεστα. Ilio autem capto quidam Trojani, qui Achæos effugerant, navibus ad Siciliam appulerunt: ſedibuſque poſitis in Sicanorum finibus, univerſi vocati ſunt Elymi, urbeſque ipſorum fuere Eryx & Egeſta.* HOTT. Sane in nummis Segeſtanorum conſpicitur Auguſti caput, & in averſa parte Æneas ferens humeris Anchiſen cum penatibus, & alius cum eadem effigie ſed ab altera parte caput turritum; quæ monumenta ſunt perſuaſionis Segeſtanorum, ab Ænea eorum urbem eſſe conditam. GRÆV.

Verum etiam cognatione) Nam, ut ſcribit Virgilius, *Romanæ ſtirpis origo Æneas*. HOTT.

Vi captum atque deletum eſt) Ita Manutii: at Victorius, ac edd. priores, & Pall. & Grut. *dejectum eſt*; quod non video, cur alteri cedere debeat. GRUTER. Non infrequens permutatio: vide ad I. Acc. 55. Recte jampridem exhibuit Hervag. *deletum*. Quid enim de oppidis uſitatum magis, ac proprium? GAR.

Trans-

artificioque perfectum; hoc translatum Carthaginem, locum tantum, hominesque mutarat: religionem quidem priſtinam conſervabat; nam propter eximiam pulcritudinem, etiam hoſtibus digna, quam ſanctiſsime colerent, videbatur. Aliquot ſeculis poſt, P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit: qua in victoria (videte hominis virtutem, & diligentiam, ut & domeſticis præclariſsimæ virtutis exemplis gaudeatis, & eo majore odio dignam iſtius incredibilem audaciam judicetis) convocatis Siculis omnibus, quod diutiſsime, ſæpiſsimeque Siciliam vexatam a Carthaginienſibus cognorat, jubet omnia conquiri: pollicetur, ſibi magnæ curæ fore, ut omnia civitatibus, quæ cujusque fuiſſent, reſtituerentur. Tum illa, quæ quondam fuerant Himera ſublata, de quibus antea dixi, Thermitanis ſunt reddita: tum alia Gelenſibus, alia Agrigentinis: in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudeliſsimus omnium tyrannorum Phalaris habuiſſe dicitur, quo vivos ſupplicii cauſa demittere homines, & ſubjicere flammam ſolebat; quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixiſſe dicitur: *æquum*

Translatum Carthagine) Alii libri, *Carthaginem*: & ſic emenda. De Scipione autem idem Appianus teſtatur libro extremo: *Ες δε Σικελιαν επεμπεν, όσα Καρχηδονιοι σφων αναθηματα κοινα πολεμουντες ελαβον· ελθοντας επιγινωσκειν και κομιζεσθαι· ό και μαλιςα αυτον εδημαγωγησεν, ὡς μετα τυ δυνατυ φιλανθρωπον Siciliæ populis denunciavit, ut erepta ſibi a Pœnis, inſulam bello infeſtantibus, donaria repeterent quæcumque poſſent agnoſcere: id quod maxime conciliavit ei favorem populorum, ut qui benignitatem exerceret quantum poterat*. HOTT.

Nam propter eximiam pulcritudinem) Notandum *εξυμωρον*, religionem ſimulacro, propter pulcritudinem & artificium attributam. IDEM.

P. Scipio) Paulli Æmilii filius, a Scipionis Africani majoris filio adoptatus. IDEM.

Eo majori odio) Nam contrariorum vis ex contentione & comparatione facilius intelligitur. IDEM.

Convocatis Siculis) Teſtatur hoc & Plutarchus Αποφθεγμ. Βασιλ. *Ευρων δε την πολιν (των Καρχηδονιων) ανδριαντων ελληνικων και αναθηματων απο Σικελιας μεςην ουσαν, εκηρυξε τυς απο των πολεων παροντας επιγινωσκειν, και κομιζεσθαι*. Id eſt: *Scipio Africanus cum reperiſſet urbem Carthaginienſium ſtatuis Græcis, & donis, quæ diis fuerant conſecrata, refertam, prædicandum curavit, ut omnes ex Siciliæ urbibus convenirent, & ſuas quique ſtatuas recognoſcerent, ac reciperent*. LAMBIN.

Himera) Qua de re Verrina III. dictum. HOTT.

Gellenſibus) *Gelenſibus* unico *l*, ſcribendum eſt, auctoribus antiquis horum populorum numiſmatibus, in quibus eſt, ΓΕΛΑΣ. F. VRSIN. Plinio lib. III. cap. 8. dicuntur *Geleni*, Græcis Γελωοι. Oppidum *Gela* nunc *Alicata*. GREV.

Phalaris) Tyrannus apud eoſdem crudelis & immanis, in quem univerſa illa civitas impetum fecit. HOTOM.

æquum eſſe illos cogitare, utrum eſſet Siculis utilius, ſuis ne ſervire, an populo Romano obtemperare; cum idem monumentum, & domeſticæ crudelitatis, & noſtræ manſuetudinis haberent.

34. Illo tempore Segeſtanis maxima cum cura hæc ipſa Diana, de qua dicimus, redditur; reportatur Segeſtam: in ſuis antiquis ſedibus ſumma cum gratulatione civium, & lætitia reponitur. Hæc erat poſita Segeſtæ, ſane excelſa in baſi: in qua grandibus litteris P. AFRICANI nomen erat inciſum, eumque CARTHAGINE. CAPTA. RESTITVISSE. perſcriptum; colebatur a civibus: ab omnibus advenis viſebatur; cum Quæſtor eſſem, nihil mihi ab illis eſt demonſtratum prius. Erat admodum amplum, & excelſum ſignum cum ſtola: verumtamen inerat in illa magnitudine ætas, atque habitus virginalis; ſagittæ pendebant ab humero: ſiniſtra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. Hanc cum iſte ſacrorum omnium hoſtis, religionumque prædo vidiſſet, quaſi illa ipſe face percuſſus eſſet, ita

Siculis utilius) Cod. Lamb. *Agrigentinis utilius*, quod ſuſpicionem mihi movet, legendum eſſe, *utrum eſſet utilius*, cetera eſſe gloſſemate. GABAT.

In ſuis antiquis ſedibus) In vetere libro conjunctionis nota additur, quæ in vulgatis deeſt, *& in ſuis &c.* Paullo poſt pro *prius* ſcriptum eſt *antiquius*. F.VRS.

Hæc erat poſita Segeſtæ) Pall. Grut. ed. vet. *repoſita*: ut fere ſuſpicor trie hæc verba eſſe e benignitate ſcribarum, ſine iis nihil Tullianæ deſit ſententiæ. GRVT.

Grandibus litteris) Id eſt, longis litteris: ſic enim appellet Plautus. LAMB.

Siniſtra manu retinebat) Franc. *ſiniſtra manus*. GRÆV. Sic etiam ed. Venete. Infra eod. Lamb. *Sacrorum omnium, & religionum hoſtis, prædoque*. GAR.

Quaſi illa ipſa face percuſſus eſſet) Nihil muto: neque quidquam varietatis reperi in libris MSis; verumtamen quidam viri docti putant legendum, *percuſſus eſſet*. Agretius in libello de Orthographia legit, *perculſus eſſet*, de quo me admonuit Petrus Daniel Aurelianenſis. Ego, *percuſſus*, retineo: *perculſus*, rejicio, atque improbo. LAMBIN. *Ipſa face percuſſus*) Belle; neque aliter MSi noſtri: inepte Cælius Curio ad oram *perculſus*; ſed nec aliorum *perculſus* huic noſtro præponendum. GRVTER. Optime judicavit Gruterus. Quamquam enim nulla ferme ſit permutatio librariis familiarior, quam vocum, *perculſus*, & *percuſſus*, ut jam inde a Pierio docti monere numquam deſtiterunt: tamen hic præferri *percuſſus* debet, non tam ex numero MSorum, quam ex ipſa ſententia. Vt enim Verres deſiderio illius adipiſcendæ ſtatuæ inflammatus, & cupiditatis vehementia inſaniens proponatur, figura pulcherrime dicitur *ipſa quaſi Dianæ face percuſſus &c.* Egregie tuetur Horatianum illud Epod. XI. 2. *amore percuſſum gravi*, ſummus Bentleius: a quo, & a viro non minore, Burmanno ad Ovid. IV. Metam. 158.

ita flagrare cupiditate, atque amentia cœpit. Imperat magiſtratibus iſte, ut eam demoliantur, & ſibi dent: nihil ſibi gratius oſtendit futurum; illi vero dicere, id ſibi nefas eſſe: ſeque cum ſumma religione, tum ſummo metu legum, & judiciorum teneri. Iſte tum petere ab illis, tum minari, tum ſpem, tum metum oſtendere. Opponebant illi interdum nomen P. Africani: donum populi Romani illud eſſe dicebant: nihil ſe in eo poteſtatis habere, quod imperator clariſsimus, urbe hoſtium capta, monumentum victoriæ populi Romani eſſe voluiſſet. Cum iſte nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius inſtaret quotidie, res agitur in ſenatu; vehementer ab omnibus reclamatur. Itaque illo tempore, ac primo iſtius adventu pernegatur; poſtea, quidquid erat oneris in nautis remigibuſque exigendis, in frumento imperando, Segeſtanis præter ceteros imponebat

138. criticas pete regulas, ad talia dijudicanda perutiles. Affectus, quo de agitur, non eſt ex iis, qui *percellunt*: fax item contactu *percutit*. Lego autem *illa ipſa face*, licet *ipſe* in Veneta ſit: quam non videtur ex nota ſua ſequi voluiſſe Gruterus, aut etiam Grævius ex V. L. multo minus Verburgius, qui cauſa incognita idem recepit. Reliquæ omnes, quas viderim, editiones mecum faciunt. Gar.

Magiſtratibus) Scilicet non unus erat Segeſtæ homo in ſummo magiſtratu. Permagnum hoc indicium eſt, ubi *magiſtratum* dicit, ibi unum hominem ſignificari. Utitur autem eodem numero per totum caput. Vide ad c. 24. ſupra. Ibid.

Metu teneri) Prohiberi, impediri ne facerent. Hottom.

Donum populi Romani) Tot librorum conſenſus ſequendus eſt. Fieri tamen poteſt, ut nota *Imp.* effluxerit, atque ita Cicero ſcripſerit: *Donum Imperatoris populi Romani illud eſſe dicebant*. Nuſquam enim niſi ex Africani nomine invidia quæritur; ſic infra: *Cum Imperator populi Romani vir clariſſimus, &c.* Item: *Certiorem te faciunt P. Africanum Carthagine deleta ſimulacrum Dianæ majoribus ſuis reſtituiſſe, idque apud Segeſtanos ejus Imperatoris nomine poſitum ac dedicatum fuiſſe.* Idem.

Donum populi Romani id eſſe dicebant) Abeſt ab Hittorp. & Cujac. *donum*; recte, inquit Guilielmius. acrius enim repellitur Verres, ſi rem non ſuam, ſed pop. Rom. eſſe confirment: & certe ita infra hoc libro, Mercurii ſignum apud Tyndaritanos, *publicum populi Romani* vocat. Gruter. Male Hottomannus *Imperatoris* nomen vult inſeri, pejus Gruterus *donum* deleri, quamvis abſit quoque a Reg. eod. Nam quod Scipio fecerat, id populi Romani nomine fecerat; itaque donum erat populi Romani, quod virtute Scipionis capta Carthagine, ejuſque ſtudio receperant ac repoſuerant Segeſtani. Invidiam quoque majorem Cicero conflabat Verri, cum donum populi Romani, quam cum donum Scipionis ab eo direptum eſſe docet. Grav.

Monumentum victoriæ populi Romani) Hittorpii excerpta excludunt *populi Rom.* placetque Guilielmio; cum ipſemet Cicero paullo poſt, eamdem hanc Dianam nominet *monumentum Victoriæ P. Africani*. Gruter.

bat aliquanto amplius, quam ferre poſſent; præterea magiſtratus eorum evocabat; optimum quemque, & nobiliſsimum ad ſe arceſſebat; circum omnia provinciæ fora rapiebat; ſingillatim unicuique calamitati fore ſe denunciabat; univerſam ſe funditus illam everſurum eſſe civitatem minabatur. Itaque aliquando multis malis, magnoque metu victi Segeſtani Prætoris imperio parendum eſſe decreverunt; magno cum luctu, & gemitu totius civitatis, multis cum lacrymis, & lamentatione virorum, mulierumque omnium, ſimulacrum Dianæ tollendum locatur.

35. Videte, quanta religione fuerit. Apud Segeſtanos repertum eſſe, judices, ſcitote neminem, neque liberum, neque ſervum, neque civem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. Barbaros quoſdam Lilybæo ſcitote advocatos eſſe operarios; hi denique illud, ignari totius negotii, ac religionis, mercede accepta, ſuſtulerunt; quod cum ex oppido exportaretur, quem conventum mulierum factum eſſe arbitramini? quem fletum majorum natu? quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, cum illa eadem Diana Segeſtam Cartagine revecta victoriam populi Romani reditu ſuo nunciaſſet. Quam diſsimilis hic dies illi tempori videbatur? tum imperator populi Romani, vir clariſsimus, deos patrios reportabat Segeſtanis, ex urbe hoſtium recuperatos; nunc ex urbe ſociorum Prætor populi Roma-

Omnia provinciæ fora) Dictum eſt jam aliquoties in quibuſdam provinciis oppida certa fuiſſe, ubi magiſtratus jus dicerent; & quo promitti vadimonia ſolebant. Ea *fora* latine dicebantur. HOTTOM.

Univerſam ſe funditus) Putat Guilielmius melius, *univerſis*, quod in Cujac. atque Hittorp. niſi tamen verius exiſtimemus *univerſim*, ut reſpondeat illi *ſingillatim*: & corrumpi facillime potuit in *univerſam*. GRUTER. Recipiendum cenſeo, *univerſis*, jampridem jure a Lambino receptum. GAR.

Videte quanta religione fuerit) Non abhorreo ab Cujac. & Hittorp. *religio fuerit*, quod item recepit Lambinus. IDEM. *Religio* eſt etiam in Reg. cod. GRÆVIUS.

Barbaros operarios) *Operarii*, ſervi, ſed valentes & robuſti, & nati ad onera ferenda. Eos in re ruſtica non minores annis XXII. parandos eſſe, Varro lib. I. teſtatur. HOTT. *Scitote advocatos eſſe operarios*) Hittorp. & Cujac. *adductos*, (ſic & Reg.) nihilo pejus; at Gruteri MSus controverſiam movet illi *ſcitote*, tamquam inculcatum eſſet ex iis quæ præceſſerant; & poterat ſane ſubintelligi. GRUT.

Nunc ex urbe ſociorum Prætor ejuſdem populi) Scribendum ex antiquo: *Nunc ex urbe ſociorum populi Romani, ejuſdem prætor populi*. F. VRSIN. Franc *Nunc ex urbe ſociorum Prætor populi Romani*, ut

Romani turpiſsimus, atque impuriſsimus eoſdem illos deos nefario ſcelere auferebat. Quid hoc tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Segeſtanas matronas, & virgines conveniſſe, cum Diana exportaretur ex oppido? unxiſſe unguentis? compleſſe coronis, & floribus? thure, odoribuſque incenſis uſque ad agri fines proſecutas eſſe? Hanc tu tantam religionem ſi tum in imperio propter cupiditatem, atque audaciam non pertimeſcebas, ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorreſcis? Quem tibi aut hominem, invitis diis immortalibus, aut vero deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas? Tibi illa Diana in pace, atque in otio religionem nullam attulit? quæ cum duas urbes, in quibus locata fuerat, captas, incenſaſque vidiſſet, bis ex duorum bellorum flamma, ferroque ſervata eſt: quæ Carthaginenſium victoria, loco mutato, religionem tamen non amiſit: P. Africani virtute religionem ſimul cum loco recuperavit. Quo quidem ſcelere ſuſcepto, cum inanis eſſet baſis, & in ea P. Africani nomen inciſum, res indigna, atque intoleranda videbatur omnibus, non ſolum religiones eſſe violatas, verum etiam P. Africani, viri fortiſsimi, rerum geſtarum gloriam, memoriam

ut opponatur illi quod præceſſit *Imperator populi Romani*, ubi in eodem codice *vir clariſſimus* non habetur. GRAEV. *Prætor ejuſdem populi*, lectio eſt vulgata omnium fere veterum, omnium prorſus recentiorum. Sed Veneta, *Pr. equidem Po. Ro.* Apertum eſt, opinor, tutiorem eſſe lectionem, *Prætor ejuſdem populi Romani*: quæ adeo MSo Urſini non mediocriter confirmatur. Cum etenim ſcriptum fuerit, *ex urbe ſociorum PR. ejuſdem P.R.* perverſe notas, ut millies accidit, librarius aliquis interpretatus eſt. GAR.

Quid hoc tota Sicilia) Lamb. omittit *hoc*. Veteres ita interpungunt: *Quid h. t. Sic. e. clarius? quam &c.* IDEM.

Unxiſſe unguentis) Mos Græcorum, ut honoris cauſa unguentis ungerent. Hinc Plato repertum in Civitate ſua poetam ita jubet accipi, ut vas unguento plenum in ipſius caput effundatur, & lana capiti imponatur, ita extra urbem honore illo affectus educatur. HOTT.

Liberorumque tuorum) Propter damnationem & æſtimationem litis. IDEM.

Invitis diis) Iratis & propter religionem eorum violatam infeſtis. IDEM.

In pace atque in otio) Quaſi ii religioſius in pace, quam in bello colantur: qua de cauſa milites *impii* a Poetis appellantur. IDEM.

Recuperavit) Quomodo *recuperavit*, quam non amiſerat. Reſpondetur, religionem ſimul cum loco, id eſt, eam quæ illo in loco ei tribuebatur. Nam colebatur quidem ab hoſtibus, neque omnino religionem amiſerat: ſed ejus tantum loci cultum amiſerat. IDEM.

Verum etiam P. Africani) Videtur majus

moriam virtutis, monumenta victoriæ, C. Verrem ſuſtuliſſe. Quod cum iſti renunciaretur de baſi, ac litteris, exiſtimavit homines in oblivionem totius negotii eſſe venturos, ſi etiam baſim, tamquam indicem ſui ſceleris, ſuſtuliſſet. Itaque tollendam iſtius imperio locaverunt: quæ vobis locatio ex publicis Segeſtanorum litteris priore actione recitata eſt.

36. Te nunc, P. Scipio, te, inquam, lectiſsimum, ornatiſsimumque adoleſcentem appello: abs te officium tuum, debitum generi, & nomini requiro, & flagito. Cur pro iſto, qui laudem, honoremque familiæ veſtræ depeculatus eſt, pugnas? cur eum defenſum eſſe vis? cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? M. Tullius P. Africani monumenta requirit: P. Scipio eum, qui illa ſuſtulit, defendit; cum mos a majoribus traditus ſit, ut monumenta majorum ita ſuorum quiſque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno ſinat: tu iſti aderis, qui non obtruſit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, ſed delevit,

jus crimen facere, *Africani* memoriam, quam deorum religionem violatam, ſed propterea, quia deorum ultio tardior eſt, Scipionum vero, qui Romæ opibus & copiis florebant, multo paratior; ut veriſimile ſit, Verrem magis hominum, quam deorum offenſam pertimuiſſe. IDEM.

Te nunc P. Scipio) Apoſtrophe ad P. Scipionem, non judicem, ſed advocatum Verris, in ſubſelliis una cum aliis illius defenſoribus, ac patronis ſedentem: nobiles enim complures Verri advocatos fuiſſe pro locis intelligitur. IDEM.

Qui laudem, honoremque familiæ veſtræ) Vetus liber habet: *Qui laudem honoremque tuum, familiæque tuæ*. F. VRSIN. Ita etiam codex Lamb. GAB.

Tuum onus) Lambinus ex MSo, *tuum munus*, quod præfero: infra, *ſuccedam ego vicarius tuo muneri*, plane ſimiliter. Item ex MSo ejus margo: *Cur M. Tullius &c.* quod jure non ſtatim admittendum cenſeatur. GAB.

Qui non obtruſit aliqua ex parte) *Obtrivit*, opinor melius legeretur. HOTTOM. *Qui non obtrivit aliqua ex parte, &c.*) Sic emendavit Hottomannus, conjectura ductus, idemque mihi multo ante venerat in mentem; nam & vulgati, qui partim habent, *obtruſit*, partim, *obruit*: & MSi, qui habent, *obſtruxit*, mendoſi ſunt. LAMBINUS. *Qui non obtruſit*) Sic noſtri, ſic editi omnes; conjiciebat Hottomannus, *obtrivit*, alii *obruit*, Cujacii liber ſervat *obſtruxit*: quod Guilielmius adnotavit, tamquam dignum, de quo deliberaretur: & eſt profecto. GRUTER. C Steph. ed. *qui non obruit*. Reg. cod. *obſtruxit*. GRÆVIUS. Editum profecto vellem, *obſtruxit*, quod codices optimi obtulerant, & vulgato ipſi proximum eſt, ex quo nullam ſententiam efficimus. Nonne autem quid ſit, *obſtruere monumenta*, ſtatim omnes intelligunt? Scilicet occludere, tegere, obſcurare, ſive novo quopiam opere inducto (ſola etiam inſcriptione ſuperpoſita vetuſtæ illi Scipionis) ſive ipſo monumento in abdita loca conjecto. Sed vis aptiſſimi verbi facilius percipitur, quam explicatur.

Vnum

vit, ac funditus ſuſtulit? Quiſnam igitur, per deos immortales, tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta, atque indicia virtutis, ſi tu ea relinques, ac deſeres? neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatoremque defenderis? Adſunt Segeſtani, clientes tui, ſocii populi Romani, atque amici: certiorem te faciunt, P. AFRICANUM, Carthagine deleta, ſimulacrum Dianæ majoribus ſuis reſtituiſſe: idem apud Segeſtanos ejus imperatoris nomine poſitum, ac dedicatum fuiſſe: hoc Verrem demoliendum, & adſportandum, nomenque omnino P. Scipionis delendum, tollendumque curaſſe: orant te, atque obſecrant, ut ſibi religionem, generi tuo laudem, gloriamque reſtituas; ut, quod ex urbe hoſtium per P. Africanum recuperarint, id per te ex prædonis domo conſervare poſsint.

37. Quid aut his reſpondere honeſte potes, aut illi facere, niſi ut te, ac fidem tuam implorent? adſunt, & implorant; potes domeſticæ laudis amplitudinem, Scipio, tueri; potes: omnia in te ſunt, quæ aut fortuna hominibus, aut natura largitur: non præcerpo fructum officii tui: non alienam mihi laudem appeto: non eſt pudoris mei, P. Scipione, florentiſsimo adoleſcente, vivo, & incolumi, me propugnatorem monumentorum P. Scipionis, defenſoremque profiteri. Quam ob rem ſi ſuſcipis domeſticæ laudis patrocinium, me non ſolum ſilere de veſtris monumentis oportebit, ſed etiam lætari, P. Africani ejuſmodi eſſe fortunas mor-

Vnum attendi velim, *monumentum* etiam de ſolo titulo uſurpari, ut docet Servius ad III. Æn. 22. GAR.

Sed delevit, ac funditus ſuſtulit) Sic Reg. cod. vulgo, *ſed funditus ſuſtulit ac delevit*. Mox idem cod. *ſi tu ea relinques ac deſeres*? Et mox *vexatoremque defenderis*. GRÆV. Nimirum vulgati, *relinquis*, *deſeris*, *defendes*. Duo priora verba Lambinus ita, ut Grævius, jam emendaverat, poſtremum non ſine cauſà intactum reliquerat. Lambinum ſequor: quem recentiores poſt citatum a Grævio codicem Regium, audire tuto poterant: ſiquidem minus venuſte hic mutari tempora perſpexiſſent. GAR.

Quid aut his reſpondere honeſte potes, aut illi facere) Deeſt *tu*, quod habet MSus, in quo legitur: *quid aut tu his reſpondere*. F. URSINUS. Ita recte Lambinus. GAR.

Quæ aut fortuna hominibus, aut natura largitur) *Fortunæ* bona externa: *naturæ* corporis & animi bona (ut opinor) attribuit. HOTTOM.

Non præcerpo fructum officii tui) Non præripio tibi laudem, quam mereri iſto officii genere poteris. IDEM.

 Ne

mortui, ut ejus honos ab iis, qui ex eadem familia ſint, defendatur, neque ullum adventitium requiratur auxilium. Sin iſtius amicitia te impediet; ſi hoc, quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere; ſuccedam ego vicarius tuo muneri: ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar, ne iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Romanum hominibus novis, atque induſtriis libenter honores mandare, ſemperque mandaſſe. Non eſt querendum, in ea civitate, quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum poſſe. Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alii mortui virtute, ac nomine; talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus eſt, ut non uni familiæ, ſed univerſæ civitati commendatus eſſe debeat. Eſt aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis ſum, quam ille amplam, illuſtrem, claramque reddidit: præ-

Ne iſta præclara nobilitas) Ironice ſimul & acerbe dictum. Nam plane & latine dixiſſet *ut iſta*. Senſus eſt igitur hominis nobilis partes ſubibo, quaſi ignavi & inertis: & non modo reipubl. verum etiam familiæ generiſque ſui dignitatem negligentis. Ita præclara illa nobilitas cauſam de populo Romano querendi habebat, quod hominibus novis induſtriis honores mandet, cum tamen nobiles inertes prætereat. IDEM. *Ne iſta præclara nobilitas*) Videtur legendum ut eſt in antiquo, *dummodo iſta præclara nobilitas*. F.URSIN. Guilielmius adnotavit *ne* confirmantis eſſe, non inſtantis; niſi Fulvii librum ſequi malimus, in quo *dummodo*; quod tamen ei minus placet; at ego non video quomodo poſſit eſſe confirmantis. GRUT. Hanc ipſam adfirmationem quærebat Ferratius IV. epiſt. 12. & legendum putabat, *ne*: quaſi vero deſint, qui pro *ne* ſcribendum imo contendant, *ne*, aut hoc pro illo ſuppoſitum hic eſſe poſſit. Vide Malaſpin. ad VI. epiſt. ad Att. 1. & ironice iſta dici conſidera: quod & per ſe patet, & maxime oratorium eſt, & ab Hottom. animadverſum: cui qui repugnat, ipſi repugnat Tullio. Nam ne de ironia ſit dubium, ſubdit illa ſtatim: *non eſt querendum &c.* GAR.

Hominibus novis, atque induſtriis) Lambinus ſuaſu codicis Cujaciani abjecit copulam *atque*, quod nullo modo auſim imitari. Guilielmius conjiciebat, *navis*. GRUT.

Non eſt querendum) Non video, quomodo hæc belle cohæreant cum præcedenti; debebat ſequi: *Quamquam quid queſo eſt, quod quis merito queratur, in ea civitate &c.* IDEM. Inepte! Optime cohærent cum præcedentibus. Queritur nobilitas novis hominibus mandari honores. Sed non debent queri, his honores mandari, qui eos merentur, licet ſint homines novi. GRÆV. Lamb. ex MSo, *in hac civitate*. GAR.

Sit apud alios) Senſus eſt: ſi Scipiones uſque eo majorum ſuorum virtutem, ac memoriam adſpernantur, eſto: erit apud eos majorum ſuorum imago, quæ in illorum atriis conſervabitur. At alii, qui virtutem eorum defendunt, ipſorum laude & gloria tamquam imitatores ornabuntur. Amara exprobratio eſt in P.Scipionem, Verris advocatum. HOTT.

Eſt aliqua mea pars virilis) *Partem* illi *aliquam* debeo gratiæ, eam videlicet, quam unus aliquis ex civibus deberet. Græci *καθ' ἴσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ*. IDEM.

Quod

præcipue quod in his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit, æquitate, induſtria, temperantia, defenſione miſerorum, odio improborum: quæ cognatio ſtudiorum, & artium propemodum non minus eſt conjuncta, quam iſta, qua vos delectamini, generis, & nominis.

38. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani: cauſam Siculorum, quam ſuſcepi, relinquo: judicium de pecuniis repetundis ne ſit hoc tempore: Segeſtanorum injuriæ negligantur: baſis P. Africani reſtituatur: nomen invictiſſimi imperatoris incidatur: ſignum pulcherrimum Carthagine captum reponatur. Hæc abs te non Siculorum defenſor, non tuus accuſator, non Segeſtani poſtulant: ſed is, qui laudem, gloriamque P. Africani tuendam, conſervandamque ſuſcepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem, qui cum res maximas geſſerit, monumentaque ſuarum rerum geſtarum cum maxime conſtituat, atque

Quod in his artibus pro mea parte verſor) *Artibus* dixit pro virtutibus: veteres enim ſic loquebantur, ac propterea *inertes* eos vocabant, qui virtutibus carebant. Cicero de Fin. lib. II. *Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur*. IDEM. Cod. Reg. *Quod in his rebus pro mea parte verſor*. GRAEV.

Quæ cognatio ſtudiorum) Hoc dicit: homines virtutem colentes non minori cognatione inter ſe devincti ſunt, quam qui eiuſdem ſunt nominis, ac generis. HOTT.

Baſis P. Africani) Cod. Reg. *baſis Scipionis*. GRAEV.

Nomen invictiſſimi Imperatoris) Liber unus MSus habet, *nomen invicti Imperatoris*. LAMB. Sic & Reg. cod. GRAEVIVS.

Carthagine captum) Omnes alii libri conſentiunt. Locus tamen poſtulare ſic videtur: *Carthagine capta recuperatum*. HOTTOM. *Carthagine capta recuperatum*) Sic reſtitui, rectæ ſcripturæ veſtigia in codicibus MSis obſcure apparentia, & fere obſoleta ſecutus: ita enim in duobus ſcriptum eſt, *captum recuptum*: unde legendum conjeci, *capta recuperatum*: quæ lectio & Hottomanno venerat in mentem. Licet etiam legere: *Carthagine capta recepta reponatur*. LAMBIN. *Carthagine captum reponatur*) P. Manutius & Lambinus, deincepſque, *Carthagine capta recuperatum reponatur*: ſed ſic ſolum conjecit Hottomannus: MSi firmant vulgatam. GRVT.

P. Servilio) *Iſaurico*, de cujus rebus geſtis Verrina III. dictum eſt. HOTT.

Monumentaque ſuarum rerum nunc maxime inſtituat) Ita vetus liber; in aliis deeſt *nunc*. F. VRSIN. *Monumentaque rerum maxime conſtituat*) Forſan *quam maxime conſt.* nam Pall. & Grut. & edd. vett. *cum maxime*. Cujac. *cum quam max.* Fulvianus, *nunc maxime*. GRVT. Legendum omnino, ex Reg. Pall. Grut. & edd. priſcis, *cum maxime*, hoc eſt, nunc, hoc tempore. *Nunc maxime*, quod eſt in Fulvii libro, prioris eſt explicatio. Simile mendum ex Cic. Orat. de Aruſp. Reſponſ. diluit civis meus elegantiſſimi ingenii Iuſtus Zinzerlingius in Promulſide Critica c. 22. *Antiqua negligimus, etiam ne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime*. Sic enim reſtituit ex MSo. Vulgo legebatur: *quæ fiunt maxime*.

atque in his elaboret, profecto volet hæc non ſolum ſuis poſteris, verum etiam omnibus viris fortibus, & bonis civibus defendenda, non ſpolianda improbis tradere. Non vereor, ne tibi, Q. Catule, diſpliceat, cujus ampliſsimum in orbe terrarum, clariſsimumque monumentum eſt, quam plurimos eſſe cuſtodes monumentorum, & putare omnes bonos alienæ gloriæ defenſionem ad officium ſuum pertinere. Et quidem ceteris iſtius furtis, atque flagitiis ita moveor, ut ea reprehendenda tantum putem: hic vero tanto dolore afficior, ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum eſſe videatur. Verres Africani monumentis domum ſuam, plenam ſtupri, plenam flagitii, plenam dedecoris, ornabit? Verres temperatiſsimi, ſanctiſsimique viri monumentum, Dianæ ſimulacrum virginis in ea domo collocabit, in qua ſemper meretricum, lenonumque flagitia verſantur?

39. At hoc ſolum Africani monumentum violaſti? quid? a Tyndaritanis non ejuſdem Scipionis beneficio poſitum ſimulacrum Mercurii, pulcherrime factum, ſuſtuliſti? At quem-

xime. Senec. ep. 120. *Hoc quod futurum dico, cum maxime fit, & pars ejus jam magna facta eſt*. Ex cod. Regio recepi *geſtorum*, quod in editis deſideratur. GRAV.

Cujus ampliſſimum in orbe terrarum) Sullanis temporibus, templum Iovis in Capitolio igne conſumtum, a Q. Catulo refectum, ac dedicatum eſt. Florus, Plutarchus, Appianus. HOTT.

Ut nihil mihi indignius ferendum videatur) *Ferendum* hic mihi ſuſpectum olim fuit, credebamque id eſſe delendum: ſed poſt deprehendi ex Regio codice duas voces, quæ in aliis deſiderantur, inſerendas eſſe, legendumque: *nihil indignius, nihil minus ferendum eſſe videatur*: id recepi ſententia flagitante. GRAV. Poterat hanc eamdem lectionem ex Lambino perdiſcere, qui dederat ex ſuis certe MSis, quod in Regio poſtea repertum eſt, quod nuper ex tribus, id eſt, ex eodem, duobuſque aliis firmavit Lallemandus, quod denique ſupereſt apud Priſcianum p. 687. Quam recte Verburgius, & Olivetus ſcientes hæc duo verba prætererint, facile judicabitur. GAR.

Et quidem) Fortaſſe in aliquo MSo reperiretur *equidem*. HOTT.

Tanto dolore afficior) *Tanto dolore*, ſcriptum habebat codex MSus: & ſic puto emendandum. IDEM.

Lenonumque flagitia verſantur) Giſanius ad Lucretium in voce *Trivia*, refert veterem codicem ſuum non agnoſcere illud *verſantur*: habent tamen noſtri omnes, & edd. vett GRUT. De domibus etiam puris antea Cato Cenſorius in fragmento, quod ex *oratione, quam ſcripſit, uti præda in publicum referatur*, adſert Priſcianus p. 782. ita loquitur: *Miror audere, atque religionem non tenere, ſtatuas deorum, exempla earum facierum, ſigna domi pro ſupellectile ſtatuere*. GAR.

At hoc ſolum) Sexta orationis pars de ſigno Mercurii Tyndaritanis per vim erepto, & ejus civitatis magiſtratu ſummo in area Marcelli ſtatua equeſtri divaricato, ac deligato. HOTTOM.

Meſ-

Digitized by Google

quemadmodum, dii immortales? quam audacter! quam libidinoſe! quam impudenter! Audiſtis nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honeſtiſsimos, ac principes civitatis, Mercurium, qui ſacris anniverſariis apud eos, ac ſumma religione coleretur, quem P. Africanus, Carthagine capta, Tyndaritanis non ſolum ſuæ victoriæ, ſed etiam illorum fidei ſocietatiſque monumentum, atque indicium dediſſet, hujus vi, ſcelere, imperioque eſſe ſublatum. Qui ut primum in illud oppidum venit, ſtatim, tamquam ita fieri non ſolum oporteret, ſed etiam neceſſe eſſet, tamquam hoc ſenatus mandaſſet, populuſque Romanus juſsiſſet, ita continuo ſignum ut demolirentur, & Meſſanam deportarent, imperavit. Quod cum illis, qui aderant, indignum; qui audiebant, incredibile videretur: non eſt ab iſto primo illo adventu perſeveratum. Diſcedens mandat Proagoro Sopatro, cujus verba audiſtis, ut demoliatur; cum recuſaret, vehementer minatur; ita tum ex illo oppido proficiſcitur. Proagorus refert rem ad ſenatum: vehementer undique reclamatur; ne multa: iterum iſte aliquanto poſt ad illos venit; quærit continuo de ſigno; reſpondetur ei ſenatum non permittere: pœnam capitis conſtitutam, ſi injuſſu ſenatus quiſquam attigiſſet: ſimul religio commemoratur. Tum iſte: *Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem ſenatum? vivum te non relinquam: moriere virgis, niſi ſignum traditur.* Sopater iterum flens ad ſenatum rem refert, iſtius cupiditatem, minaſque demonſtrat. Senatus Sopatro reſponſum nullum

Meſſanam deportaret) Vbi eam navim habuiſſe dixit, in quam omnia imponenda, & exportenda curabat. IDEM.

Proagoro) Paullo poſt ſummum ejus civitatis magiſtratum appellat. IDEM.

Ita tum ex illo oppido proficiſcitur) Libri MSi habent, *& ſtatim ex illo oppido proficiſcitur*. LAMBINVS. Sic & Reg. cod. GRAEVIVS. Mox Lamb. ex MSo, *proficiſcitur*. *Refert rem ille ad ſenatum*. Et ſane vox *Proagorus* gloſſa videtur adſcripta pronomini. GAR.

Ad Senatum defert iſtius cupid. &c.) Cujacii liber *rem defert: iſtius cupid. &c.* non reprehendo; ſed mox plane mihi ſupervacuum videtur; *rem demonſtrat:* tamquam potius legendum ſit, *nuncio, negat ullo &c.* GRVTER. Ex veſtigiis libri Cujacii legendum certe: *Ad ſenatum refert*. Sic Latini loquuntur: *referre ad ſenatum*: hinc *jus relationis* apud Tacitum. Numquam in hac notione *deferre ad ſenatum*, pro proponere deliberandum in ſenatu dixerunt. GRAEV. Lallem. edidit, ut Grævius voluiſſe videtur, *ad Senatum refert*. Lambinus Cujacianum ſequitur, ceteri cum Gruteriana conſentiunt. GAR.

Præ-

nullum dat : ſed commotus , perturbatuſque diſcedit. Ille Prætoris arceſsitus nuncio rem demonſtrat: negat ullo modo fieri poſſe.

40. Atque hæc , nihil enim prætermittendum de iſtius impudentia videtur, agebantur in conventu palam de ſella , ac de loco ſuperiore. Erat hiems ſumma , tempeſtas , ut ipſum Sopatrum dicere audiſtis , perfrigida , imber maximus; cum iſte imperat lictoribus, ut Sopatrum de porticu, in qua ipſe ſedebat , præcipitem in forum dejiciant , nudumque conſtituant. Vix erat hoc plane imperatum , cum illum ſpoliatum, ſtipatumque lictoribus videres. Omnes fore putabant, ut miſer, atque innocens virgis cæderetur; feſellit hæc omnes opinio. Virgis iſte cæderet ſine cauſa ſocium populi Romani, atque amicum? non uſque eo improbus: non omnia ſunt in eo uno vitia: numquam fuit crudelis; leniter hominem , clementerque accepit. Equeſtres ſunt medio in foro Marcellorum ſtatuæ , ſicuti fere ceteris in oppidis Siciliæ : ex quibus iſte C. Marcelli ſtatuam delegit : cujus officia in illam civitatem , totamque provinciam recentiſsima erant, & maxima; in ea Sopatrum, hominem tum domi nobilem, tum ſummo magiſtratu præditum , divaricari , ac deligari jubet. Quo cruciatu ſit affectus, venire in mentem

Prætoris arceſſitus nuncio) *A Prætoris arceſſitus* ; vetus codex , & ſic emenda . HOTTOM. Peſſime : *accerſitus* barbarum eſt : ubique ſcribendum *arceſſitus* ; & ſic Reg. cod. GRÆVIUS. Contemnendum non puto codicem Hott. & alterum Lamb. qui habent, *a Prætoris* . Fuit enim fortaſſe longe melius : *ille a Pretore arceſſitus rem demonſtrat* : neſcio enim , quid *nuncio* ſit opus addito . GAR.

In conventu palam) In foro Tyndaritano , ubi forum agere prætor , & jus dicere cum ſolitus eſſet , negotiatores convenire conſueverant : ſed dictum eſt hac de re aliis ſatis multis locis . HOTT.

Vix erat hoc plane etiam imperatum) *Etiam* non eſt in cod. Reg. recte ! Mox idem melius : *omnes id fore putabant* ; vulgati *ideo* : & inferius ex eodem, *in illam civitatem , totamque provinciam* , repoſui cum in edd. ſit *in illa civitate & tota provincia* . GRÆV. Lectiones has omnes dederat jampridem Lambinus , cui ſæpe laus debita detrahitur . Hoc ipſo Regio codice illum uſum fuiſſe dicerem , niſi aliquas non mediocres dubitandi cauſas haberem . Blavii typographi , Grævio nolente , iſta perverterant : *plane fore* culerant , *ideo* reliquerant : itaque correximus . Ex his omnibus nihil ferri poteſt , niſi vox *ideo* ; tulerunt tamen recentiores . GAR.

Recentiſſima erant) Nam paullo ante Prætor in ea provincia fuerat. HOTT.

Divaricari ac deligari) Nonius Marcellus : *Divaricari* , inquit , *diſtendi* . *Ductum ab his , qui vitio naturæ ita ſunt* pedi-

tem neceſſe eſt omnibus, cum eſſet vinctus nudus in aere, in imbri, in frigore; neque tamen finis huic injuriæ, crudelitatique fiebat, donec populus, atque univerſa multitudo, atrocitate rei, miſericordiaque commota, ſenatum clamore coegit, ut ei ſimulacrum illud Mercurii polliceretur. Clamabat fore, ut ipſi ſeſe dii immortales ulciſcerentur: hominem interea perire innocentem non oportere. Tum frequens ſenatus ad iſtum venit: pollicetur ſignum. Ita Sopater de ſtatua C. Marcelli, cum jam pæne obriguiſſet, vix vivus aufertur. Non poſſum diſpoſite iſtum accuſare, ſi cupiam: opus eſt non ſolum ingenio, verum etiam artificio quodam ſingulari.

41. Vnum hoc crimen videtur eſſe, & a me pro uno ponitur, de Mercurio Tyndaritano: plura ſunt; ſed ea quo pacto diſtinguere, ac ſeparare poſſim, neſcio. Eſt pecuniarum captarum, quod ſignum a ſociis pecuniæ magnæ ſuſtulit: eſt peculatus, quo publice populi Romani ſignum, de præda hoſtium captum, poſitum imperatoris noſtri nomine, non dubitavit auferre: eſt majeſtatis, quod imperii noſtri gloriæ, rerumque geſtarum monumenta evertere, atque adſportare auſus eſt: eſt ſceleris, quod religiones maximas violavit: eſt crudelitatis, quod in hominem innocentem, in ſocium

pedibus diſcertis, ut eos in diverſum habeant ſeparatos: & hunc locum citat. IDEM.

Vinctus nudus in aere) *Ære*, legendum eſſe locus ipſe ſua ſponte declarat. IDEM. Recte. *In imbri*, firmum eſt ab edd. & Priſciano: vide Voſſ. de Anal. II. 12. GAR.

Clamabat fore) Dictio *clamabat*, habetur mihi pro librarii additamento. GRVT.

Diſpoſite iſtum accuſare) Id eſt, diſtincte, atque diſtribute. Hoc dicit; quia pertinere hoc crimen ad libcum ſequentem videbatur. HOTT.

Hoc crimine) De homine innocenti tanto cruciatu affecto. IDEM.

Eſt peculatus) Locus oſtendit, quid inter peculatus, & repetundarum judicium interſit. Illo tenetur qui rem populi Romani, hoc qui rem ſociorum & provincialium averterit. IDEM.

Quod publice) Præclare Lambinus, MSo allegato, *quod publicum populi Romani ſignum*. Ita loqui ſolet Cicero: vide ad III. Acc. 72. Abſurdum omnino eſt hic *publice*; quod ſi *palam* ſignificare dicas, a maximo viro Mazochio ad Tab. Heracl. p. 354 valide oppugnaberis. Tamen ne in re quidem certiſſima Lambinus ſectatorem ullum invenit. GAR.

Evertere, atque adſportare) Guilielmius conjecit, *avertere*. GRVT.

In hominem innocentem) Cod. Lamb. *In innocentem, in hominem, in ſocium veſtrum*. Idem infra: *clientelam tam ſplendidæ, tam illuſtris provinciæ*, quod probem, ſi alii codices accedant. GARAT.

Fore

cium noſtrum, atque amicum, novum, ac ſingulare ſupplicii genus excogitavit. Illud vero quid ſit, jam non queo dicere, quo nomine appellem, neſcio, quod in C. Marcelli ſtatua. Quid eſt hoc? patronus ne quod erat? quid tum? quo id ſpectat? utrum ea res ad opem, an ad calamitatem clientium, atque hoſpitum valere debebat? an ut hoc oſtenderes, contra vim tuam in patronis præſidii nihil eſſe? Quis hoc non intelligeret, in improbi præſentis imperio majorem eſſe vim, quam in bonorum abſentium patrocinio? an vero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia? detrahere videlicet aliquid te de amplitudine Marcellorum putaſti. Itaque nunc Siculorum Marcelli non ſunt patroni: Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt. Quam in te tantam virtutem eſſe, aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illuſtrem tam ſplendidæ provinciæ tranſducere ad te, auferre a certiſsimis, antiquiſsimiſque patronis? Tu iſta ſtultitia, nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, ſed unius tenuiſsimi Siculi clientelam tueri potes? tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? tu ex illius honore in eos ipſos, qui honorem illi habuerant, ſupplicia quærebas? Quid poſtea? quid tandem tuis ſtatuis fore arbitrabare? an vero id, quod accidit? Nam Tyndaritani ſtatuam iſtius, quam ſibi propter Marcellos, altiore etiam baſi poni juſſerat, deturbarunt, ſimul ac ſucceſſum iſti audierunt.

42. Dedit igitur tibi nunc fortuna Siculorum C. Marcellum judicem, ut, cujus ad ſtatuam Siculi, te Prætore, alligabantur, ejus religioni te eumdem vinctum, adſtrictumque dedamus. Ac primo, judices, hoc ſignum Mercurii dicebat iſte Tyndaritanos C. Marcello huic Æſernino vendidiſſe:

Fore arbitrabare) Cod. Reg. *fore arbitrabere?* Inſerius idem: *Dedit igitur tibi nunc fortuna*; in edd. abeſt *nunc*. Græv. Lambinus antea ex ſuo MSo: *Dedit nunc igitur tibi fortuna*, &c. Gar.

Adſtrictumque dedamus) Legendum fortaſſe eſt: *aſtrictumque videamus*. Lambinus. Cod. Reg. *Ejus religione te iſti devinctum adſcriptumque dedamus.* Grævius.

Marcello huic Æſernino) *Æſernia*, urbs Samnitium in Italia, unde hunc C. Marcellum fuiſſe opinor, & ob eam

didiſſe: atque hoc ſua cauſa etiam Marcellum ipſum ſperabat eſſe dicturum: quod mihi numquam veriſimile viſum eſt, adoleſcentem illo loco natum, patronum Siciliæ, nomen ſuum iſti ad translationem criminis commodaturum. Verumtamen ita res mihi tota proviſa, atque præcauta eſt, uti, ſi maxime eſſet inventus, qui in ſe ſuſcipere iſtius culpam, crimenque cuperet: tamen is proficere nihil poſſet; eos enim teſtes deduxi, & eas litteras deportavi, ut de iſtius facto dubium eſſe nemini poſſet; publicæ litteræ ſunt, deportatum eſſe Mercurium Meſſanam ſumtu publico; dicunt, quanti: præfuiſſe huic negotio publice legatum Poleam; quid? is ubi eſt? præſto eſt: teſtis eſt: Proagori Sopatri juſſu. Quis eſt hic? qui ad ſtatuam adſtrictus eſt. Quid? is ubi eſt? teſtis eſt. Vidiſtis hominem, & verba ejus audiſtis. Demoliendum curavit Democritus gymnaſiarchus, quod is eo loco præerat. Quid? hoc nos dici-

eam cauſam, ut ab alio C. Marcello diſcerni poſſet, *Æſerninum* appellatum. Hujus in Bruto mentio fit his verbis: *M. Marcellus Æſernini pater, non ille quidem in patronis, &c.* Plinius lib. XII. *Marcelli Æſernini* libertum quemdam ſpadonem Theſſalicum prædivitem fuiſſe ait, qui platanum in ſuburbana ſua tranſtulerit. HOTTOM. Cod. Lamb. *M. Marcello huic Æſernino*, & mox, *M. Marcellum ipſum*: quod eſt conſiderandum. In fragm. Capit. ludorum ſecularium apud Piraneſ. n. XXXI. eſt M. Marcellus Marci filius, Marci nepos, qui ex Æterninis eſſe creditur, idemque imo, qui Conſul fuit anno DCCXXXI. cujus pater hic eſſe potuit, quem ex Tullii Bruto conſtat Marci fuiſſe filium. Ita jam Conſulis illius patrem, avumque haberemus. Verum Caius ille appellatur in lapide, quem Gruter. X. 2. & Murat. CCXCVI. 3. unius Briſſardi fide retulerunt. Alii videant. GAR.

Proviſa atque præcauta) Verius Cod. Reg. & editi vetuſtiores *proviſa atque præcauta*. Nam *providere* & *præcavere* jungit Tullius ſæpe. GRAV. Optime: licet ed. MCDLXXXIII. Naug. Man. *proviſa*, probantibus recentioribus. Immutavit Lambinus: & vero jampridem Hervag. dederat, *proviſa*. Ita loquitur etiam Livius XXXVI. 17. GAR.

Eos enim teſtes deduxi) Vetus liber, *adduxi*; & infra: *Nuper iſtum ipſum eſſe pollicitum*, cum in aliis deſit *ipſum*. F. VRSIN. *Adduxi* eſt etiam in Franc. GRAV. Eſt etiam in vet. Veneta, & uno MSo Lamb. cujus tamen alter cum Nauger. & ceteris omnibus edd. rectius, *deduxi*. GAR.

Publice legatum) *Delectum*, ut vulgus loquitur, *deputatum* vel *commiſſarium*; nam hac quoque in re *legati* nomen ponitur. HOTT.

Quid? is ubi eſt? teſtis eſt) Hæc verba *teſtis eſt* nec ſunt in cod. Reg. nec in Franc. Vereor, ne ex verſu precedente perperam hic ſint inculcata; paullo poſt cod. Reg. *Demetrius gymnaſiarchus*. GRAV. Abſunt illa ab eadem Veneta: haud abſurde tamen retinentur. Sed omnino reſtituo, *Demetrius* ex Ven. Herv. Naug. Man. Lamb. & Regio MSo. Ab Lambiniana repetitione *Democritus* ad Gruterum, omneſque deinde pervenit. GAR.

Digit

Digitized by Google

dicimus ? immo vero ipſe præſens : Romæ nuper iſtum ipſum eſſe pollicitum , ſeſe id ſignum legatis eſſe redditurum , ſi ejus rei teſtificatio tolleretur , cautumque eſſet , eos teſtimonium non eſſe dicturos . Dixit hoc apud vos Zoſippus , & Hiſmenias , homines nobiliſsimi , & principes Tyndaritanæ civitatis .

43. Quid ? Agrigento nonne ejuſdem P. Scipionis monumentum , ſignum Apollinis pulcherrimum , cujus in femine , litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum , ex Æſculapii religioſiſsimo fano ſuſtuliſti ? quod iſte , judices , cum clam feciſſet , cum ad ſuum ſcelus illud , furtumque nefarium quoſdam homines improbos duces , atque adjutores adhibuiſſet , vehementer commota civitas eſt . Vno eodem tempore Agrigentini beneficium Africani , religionem domeſticam , ornamentum urbis , indicium victoriæ , teſtimonium ſocietatis , requirebant . Itaque ab illis , qui principes in ea civitate erant , præcipitur , & negotium datur Quæſtoribus & Ædilibus , ut noctu vigilias agerent ad ædes ſacras ;

Dixit hos) Non memini me ſimilem locutionem animadvertiſſe : *Dixit illi & illi homines nobiliſſimi* . Obſervanda eſt igitur ; & conſulendi libri veteres, ecquis reperiatur , in quo *dixere* ſcriptum inveniatur . Ecce tamen in Bruto locum jam video non ex diſſimili admodum genere , in quo ſcriptum ita eſt : *Tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito exſtiterunt , tum Leontinus Gorgias , Thraſimachus Chalcedonius , Protagoras Abderites , Prodicus Chius , Hippias Eleus , in honore magno fuit* . HOTTOM.

Quid ? Agrigento) Septima hujus libri pars , de Apollinis & Herculis ſimulacris , quæ apud *Agrigentinos* religioſiſſime colebantur per vim a Verre ſublatis . IDEM .

Nomen Myronis) De *Myrone* dictum eſt initio hujus orationis . Plinius eo quem citavimus loco ſcribit hunc Apollinem feciſſe , quem a Triumviro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiis Divus Auguſtus admonitus in quiete . IDEM .

Quod iſte , judices) Melius , & rotundius dedimus ex noſtris MSis quatuor : *quod quidem , judices , cum iſte clam feciſſet* . LALLEM. Recte : atque hanc ipſam lectionem habet nonnihil depravatam codex ad Lamb. marg. *quid quid , judices , cum iſte clam* . Fuerat nimirum *quod quid* , h. e. *quidem* . GAR.

Improbos) Hoc nomen , quo pertineat , non ſatis diſpicio : niſi forte hoc amplius , *atque improbos* Cicero ſcripſerit , aut forte *nefarium* ſingulari numero legendum ſit : neutrum tamen ſatis placet . Si quis codex vocem illam abjudicaret , facile me adſtipulatorem haberet . HOTT. *Nefarium* eſt ſane in cod. Reg. quem ſequor . GRAEV. Dederat *nefarium* , citato ſuo MSo , Lambinus : veterem , ut ſolent , errorem maluerunt recentiores . GAR.

Vno eodem tempore) Cod. Reg. *Vno enim tempore* . GRAEV. Placet hoc mihi mirifice : nam Tullianum eſt plane , *uno tempore* , I. Act. 2. &c. uſurpatum ; & perapta loco vox *enim* . Lambin. *uno , & eodem* . GAR.

Ete

ſacras; etenim iſte Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum, atque virtutem, & quod cives Romani, viri fortes, ac ſtrenui, & honeſti permulti in illo oppido, conjunctiſsimo animo cum ipſis Agrigentinis vivunt, ac negotiantur) non audebat palam poſcere, aut tollere, quæ placebant. Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe a foro, ſane ſanctum apud illos, & religioſum: ibi eſt ex ære ſimulacrum ipſius Herculis, quo non facile quidquam dixerim me vidiſſe pulcrius, tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo, quam multa vidi; uſque eo, judices, ut rictum ejus, ac mentum paullo ſit attritius, quod in precibus, & gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolent. Ad hoc templum, cum eſſet iſte Agrigenti, duce Timarchide, repente nocte intempeſta ſervorum

Etenim iſte Agrigenti] Tota hæc periodus neque cum ſuperioribus, neque cum inſequentibus verbis congruere videtur: denique quorſum iſtud *etenim* pertineat, dici non poteſt. Ego, ut libere, quod ſentio, exponam, totum hunc verborum ambitum a priore librario prætermiſſum, poſt ad marginem adſcriptum, arbitrarer ab altero deſcriptore alieno loco poſitum fuiſſe; & aliquanto ſuperius, ad illa ſcilicet verba: *Quod iſte judices eum clam feciſſet*, attexendum eſſe; eumque integrum parentheſis nota includendum; ut mox poſt verbum *placebant*, illud ſubjungatur: *Cum ad ſuum ſcelus, &c.* Conjecturam adjuvat, quod narratio inſequens de nocturna Herculis oppugnatione aptiſſime cum illo vigiliarum agendarum præcepto congruit. HOTTOM. Probabat hanc opinionem Hortenſius. Ego vero rationem hanc eſſe puto, cur noctu vigiliæ conſtitutæ fuerint, neque loco movendam ſuo. GAR.

Non audebat palam tollere aut poſcere) Et Reg. cod. & Franc. *non audebat palam poſcere, aut tollere*: id recepi. GRÆV.

Rictus ejus ac mentum paullo ſit attritius] Nonius Marcellus: *Rictum*, inquit, *neutrius generis*. Lucretius:

Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes.

Marc. Tull. De Signis: *Ut rictum mentumque ejus paullo ſit attritius*. Ego nihil muto; tantum eos quæſo, quibus antiquorum codicum facultas erit, ut hanc ſcripturam ratione aliqua confirment, aut repudient. HOTT.

Ut rictum ejus, ac mentum) Sic legit Nonius Marcellus, & ita ſcriptum eſt in libris MSis, non, ut in vulgatis, *rictus*: *rictum* autem in neutro genere uſurpavit, & Lucretius lib. I.

Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes.

Et VI. *Frigida pellis, Duraque inhorreſcens rictum: frons tenta minebat*; ſeu, ut quidam legunt: *inhorrebat rictum, &c.* LAMBIN. *Ut rictum ejus*) Sic Nonius, ſervatque Cujac. atque Hitt. namque vulgata *rictus*. GRUT. Reg. etiam cod. *rictum*. GRÆV.

Gratulationibus] Lipſius *gratationibus* corrigit II. Elect. 6. Verum alteram vocem ſane frequentiſſime uſurpatam in ſimili re multis exemplis oſtendi in Suſpicionibus. GRUT.

Non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolerent) Hunc in precando oſculandi morem expreſſit Homerus Ἰλιάδ. α. v. 500. ubi Thetidem Iovem precantem inducit:

Καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα,

vorum armatorum fit concurſus, atque impetus; clamor a vigilibus, ſanique cuſtodibus tollitur. Qui primo cum obſiſtere, ac defendere conarentur, male mulcati clavis, ac fuſtibus repelluntur; poſtea convulſis repagulis, effractiſque valvis, demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios, non hoſtium adventu nec opinato, neque repentino prædonum impetu, ſed ex domo, atque cohorte prætoria manum fugitivorum inſtructam, armatamque veniſſe. Nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non illa nocte eo nuncio excitatus ſurrexerit, telumque, quod cuique fors offerebat, arripuerit. Itaque brevi tempore ad fanum ex urbe tota concurritur. Hora amplius jam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte: cum alii vectibus ſubjectis conarentur commovere, alii deligatum omnibus membris rapere ad ſe funibus. Repente Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio; dant ſeſe in fugam iſtius præclari imperatoris nocturni milites; duo tamen

Λισσομενη προσεειπε Δια Κρονιωνα ανακτα.
Et ante ipſum ſedit, & prehendit genua
Siniſtra; dextraque mento prehenſo,
Supplicans affata eſt Iovem Saturnium
Regem.

De *contrectatione* quoque Arnob. cont. gent. lib. VI. *Ita enim*, inquit, *non videtis ſpirantia hæc ſigna, quorum plantas & genua contingitis, & contrectatis orantes*. De mento Plinius lib. XI. cap. 45. *Antiquis Græciæ in ſupplicando mentum attingere mos erat*. HOTTOM.

Male mulcati) Neminem hodie puto eſſe, qui hanc lectionem non tueatur, & probet: vulgatam autem, *mulctati*, rejiciat, atque improbet; niſi forte ex eo genere hominum ſit, qui nihil vident in clara luce. LAMB. Nihil certius. Miror *mulctati* retinuiſſe Gruterum. *Mulcare* enim eſt verberare. Liv. XXIX. 9. *Legatus prius inſtigatum in modum mulcatis*. GRAV. Tacitus I. Ann. 32. *Proſtratos verberibus mulcant*, & optime reſtituit Torrenius Valerio Max. l. 7. 4. *ſervum verberibus mulcatum*. Vide quos citat Dukerus ad Liv. VIII. 24. Critici fere omnes hac de re monuerunt. GAR.

Convulſis repagulis) *Repagula ſunt* (ut Verrius ait) *quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrario quæ oppigantur*. Hæc Feſtus lib. XVI. ubi hunc locum citat. HOTTOM.

Non hoſtium adventu nec opinato) Sic habent duo libri MSi, quorum auctoritatem quamobrem non ſequeremur, nulla cauſa viſa eſt: nam libri vulg. non habent, *nec opinato*. LAMBINUS. *Non hoſtium adventu nec-opinato*) Illud *nec-opinato* admiſit primitus Lambinus e cod. Cujac. reperitque item in Hitt. Guilielmius: abeſt tamen Italicis, & noſtris MSis. GRUT.

Cohorte prætoria) Cod. Lamb. *Prætoris*. GAR.

Quod cuique fors offerebat) Sic eſt legendum, & ita ſcriptum eſt in libris antiquis; mendoſe autem habent vulgati, *fors offerebat*. LAMBIN.

Homines moliebantur) *A monendo moliri dictum*, inquit Feſtus. Itaque verbum

men ſigilla perparvula tollunt, ne omnino inanes ad iſtum prædonem religionum reverterentur. Numquam tam male eſt Siculis, quin aliquid facete, & commode dicant: velut in hac re: ajebant, in labores Herculis non minus hunc immaniſsimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere.

44. Hanc virtutem Agrigentinorum imitati ſunt Aſſorini poſtea, viri fortes, & fideles, ſed nequaquam ex tam ampla, neque tam ex nobili civitate. Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit: is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur; fanum ejus eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam: in eo Chryſæ eſt ſimulacrum, præclare factum e marmore: id iſte poſcere Aſſorinos propter ſingularem ejus fani religionem non auſus eſt. Tlepolemo dat, Hieronique negotium: illi noctu facta

bum eſt magnum conatum, vimque ſignificans. Sic Verrina III. *Hic, Verres, quod moliare, nihil habes*. HOTT.

Quin aliquid facete) Vides heic, ut ſuperius adnotatum, Siculorum leporem ac feſtivitatem laudari, eorumque ſalſum dictum in Verrem exhiberi. Duo quidem ſalium genera Tullius in Bruto diſtinguit: unum *facetiarum*, alterum *dicacitatis*: utroque oratorem uti docet: ſed altero in *narrando* aliquid venuſte, altero in *jaciendo mittendoque ridiculo*. Docente igitur Tullio *dicaces* erant Siculi. Atque hinc lucem mutuatur, quod de iiſdem Siculis Cælius quidam apud Quinctil. lib. VI. cap. 3. tradit, cum ait: *Quomodo tranſierit, utrum rate, an piſcatorio navigio, nemo ſciebat. Siculi quidem, ut ſunt laſcivi & dicaces, in delphina ſediſſe, & ſic tanquam Ariona tranſvectum*. Neque enim aliquem movere debet, quod *laſcivos* etiam appellet; quippe hanc vocem in bonam partem quandoque uſurpari tam vulgo notum eſt, ut monitore non egeat. RECANATVS.

Hunc immaniſſimum verrem) Ludit in nomen *Verris*, cum in *apri* mentionem incidiſſet. De *apro Erymanthio* nota eſt fabula. IDEM.

Chryſas eſt) Octava pars orationis, de tentato Aſſorinorum templo, ſpoliata æde matris magnæ apud Enguinos, Cereris ſigno religioſiſſimo e fano Catinenſium, & altero Iunonis Melitenſium ſublato. HOTT. *Chryſas eſt amnis qui per Aſſorinorum agros fluit*) Ex auctoritate veteris quod eſt apud me numiſmatis, ſcribendum eſt *Cryſas* ſine aſpiratione. In ejus autem numiſmatis una parte imberbis juvenis caput redimitum, prolixa cæſarie, quale Apollinis, impreſſum eſt cum titulo *Aſſoru*, pro *Aſſori*, ut *Menandru*, pro *Menandri*, herois (ut opinor) ejus, a quo Aſſorina civitas, quod ab eo condita fuerit, nomen accepit: in altera parte hoc ipſum quod deſcribit Cicero *Cryſæ* fluvii ſimulacrum inciſum eſt, dextra manu urceolum retinens, ſiniſtra copiæ cornu, adſcripto nomine *Cryſas*, ſine aſpiratione. F. VRSIN. Eſt hæc iſtius nummi ſcriptura antiquiſſima, cum nullis uterentur duplicibus. Poſteriores tamen, ut ex Diodoro Siculo liquet, ſcripſerunt Χρυσας. In dextram Symethi fluminis incidit, nunc dicitur *Dattaino*. GRAV.

Manu facta armatique) Placebat Guilielmo *armataque*, quod in Cujac. Hitt. Pall. Gruter. & olim culis. GRVT. Reg. & Francii codd. *armataque*.

 Opi-

facta manu, armataque veniunt: fores ædis effringunt. Æditui, cuſtodeſque mature ſentiunt: ſignum, quod erat notum vicinitati, buccina datur: homines ex agris concurrunt: ejicitur, fugaturque Tlepolemus: neque quidquam ex fano Chryſæ, præter unum perparvulum ſignum ex ære deſideratum eſt. Matris magnæ fanum apud Enguinos eſt: jam enim mihi non modo breviter de unoquoque dicendum, ſed etiam prætereunda videntur eſſe permulta, ut ad majora iſtius, & illuſtriora in hoc genere furta, & ſcelera veniamus. In hoc fano loricas, galeaſque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriaſque grandes ſimili in genere, atque eadem arte perfectas, idem ille P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentiſſimus, poſuerat, & ſuum nomen inſcripſerat. Quid jam de iſto plura dicam, aut querar? omnia illa, judices, abſtulit: nihil in religioſiſſimo fano, præter veſtigia violatæ religionis, nomenque P. Scipionis, reliquit; hoſtium ſpolia, monumenta imperatorum, decora, atque ornamenta fanorum poſthac, his præclaris nominibus amiſsis, in inſtrumento, ac ſupellectile C. Verris numerabuntur. Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius aeris temperationem? tu operum lineamenta ſollertiſſime perſpicis? hæc Scipio ille non intelligebat, homo doctiſſi-

Optime libri veteres, quos etiam Gruterus debebat ſequi. GRAV.

Æditui cuſtodeſque mature ſentiunt) Gellius lib. XII. cap. 10. *In Verrem*, inquit, *M. Tullii, in exemplaribus fidelisſimis, ita inveni ſcriptum*, *Æditimi* cuſtodeſque mature ſentiunt. *In his libris autem vulgatis*, *Æditui ſcriptum eſt. M. Varro in lib. II. ad Marcellum, de Latino ſermone*, *Æditimum dici oportere cenſet, magis quam Æditum; quod alterum ſit recenti nomine fictum, alterum antiqua origine incorruptum.* Hæc Gellius. Ejuſdem Varronis verba hæc ſunt ex lib. I. de Re Ruſt. *Sementinis feriis in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus a patribus noſtris: ut corrigimur a recentibus urbanis, ab æditua*. HOTT. *Æditimi, cuſtodeſque*) *Æditimi*, legendum, & ita eſt in libris manuſcr. idem autem valet *æditimi*, quod, *æditui*; de qua voce lege Gell. lib. XII, cap. 10. LAMB. Reg, tamen & Franc. codd. *æditui*. GRÆV. Atqui Gellius *fidelisſimis exemplaribus*, in quibus ipſe legit ÆDITVMI, opponit *vulgariis* (ita enim MSi). Neque aliter, ac Varro, Tullius a patre didicerat. Similiter apud Nonium corruptus Pomponius eſt. GAR.

Apud Enguinos) Enguium, & Enguion Siciliæ oppidum fuit, nunc funditus deletum, cujus incolæ Enguini; vide Cluver. Sic, antiquæ lib. II. c. 11. GRÆV.

Numerabuntur) Reg. & Franc. *nominabuntur*. GRÆV. Accedit Veneta: mendum tamen eſſe ſuſpicor. Certe idem cum invenerit in ſuo MSo Lambinus, ad marginem amandavit: illud pariter ex MSo, *atque in ſupellectile*: ſupra denique ex eodem, *hydriaſque grandis*; (vide ad c. 24) *ſimili genere* : quæ duo non ſunt adſpernanda, GAR.

Ita;

ctiſsimus, atque humaniſsimus? tu ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine litteris intelligis, & judicas? vide, ne ille non ſolum temperantia, ſed etiam intelligentia te, atque iſtos, qui ſe elegantes dici volunt, vicerit! nam quia, quam pulcra eſſent, intelligebat, idcirco exiſtimabat, ea non ad hominum luxuriem, ſed ad ornatum fanorum, atque oppidorum eſſe facta, ut poſteris noſtris monumenta religioſa eſſe videantur.

45. Audite etiam ſingularem ejus, judices, cupiditatem, audaciam, amentiam, in his præſertim ſacris polluendis, quæ non modo manibus attingi, ſed ne cogitatione quidem violari fas fuit. Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum, quod viri non modo cujuſmodi eſſet, ſed ne eſſe quidem ſciebant: aditus enim in id ſacrarium non eſt viris: ſacra per mulieres, ac virgines confici ſolent. Hoc ſignum noctu clam iſtius ſervi ex illo religioſiſsimo, atque antiquiſsimo fano ſuſtulerunt. Poſtridie ſacerdotes Cereris, atque illius fani antiſtitæ, majores natu, probatæ ac nobiles mulieres, rem ad magiſtratus ſuos deferunt:

Hoc Scipio ille non intelligebat, homo doctiſſimus atque humaniſſimus) Gellius lib. XIII. cap. 15. *Humanitatem*, inquit, *veteres appellaverunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem inſtitutionemque in bonas artes dicimus: quas qui ſinceriter cupiunt appetuntque, ii ſunt vel maxime humaniſſimi*. Ejus rei Nonius Marcellus teſtimonium hoc protulit ex Varronis Rerum Humanarum lib. I. *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini eſt paullum modo humaniori ignotus*. HOTT.

Cereris apud Catinenſes) Hunc locum Lactantius protulit lib. de Origin. erroris I. cap. 4. ubi ait: *Hujus Cereris tantam fuiſſe religionem, ut adire templi ejus ſecreta penetralia viris nefas eſſet*. HOTT. Neſcio, quibus in MSis Tullii *Catanenſes* legerit Surita. In hac quidem oratione codices, qui noti ſunt, habent *Catinenſes*, quod unice a Latinis adhibitum Salmaſius contendebat. Confer celeb. Weſſeling. ad Anton. Itin. p. 87. Bongarſ. & Abr. Gronov. ad Iuſtin. IV. 3. & Oudendorp. ad Frontin. Stratag. III. 6. 6. qui ferme præferens *Catinienſes*, ut Frontini codices, nonnullique Iuſtini, licet Weſſelingius neget, exhibent, tamen cum eruditorum Senatu retinet *Catinenſes*. GAR.

Signum Cereris perantiquum) Hittorpii vetus, *inantiquum*; ita Virgilio, *inana menta*, inquit Guilielmius. GRUTER.

Illius fani antiſtites) Omnes libri veteres, *antiſtitæ*; quod Gellius & Priſcianus verum eſſe confirmant. Plautus etiam in Rud. ſic loquutus eſt: *Qui prope hic adeſtis, quique auditis clamorem meum: Ferte ſuppetias, qui Veneri Venerique antiſtitæ*. HOTT. *Antiſtitæ*) Sic eſt legendum, & ita habent noſtri libri veteres: ita legit Priſcianus lib. V. vulgata autem lectio, *antiſtites*, mendoſa eſt. LAMB. *Fani antiſtitæ*) Ita Priſcianus, libro

 V.

runt: omnibus acerbum, indignum, luctuoſum denique videbatur. Tum iſte permotus illa atrocitate negotii, ut ab ſe ſceleris iſtius ſuſpicio removeretur, dat hoſpiti ſuo cuidam negotium, ut aliquem reperiret, quem ea feciſſe inſimularet, daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine. Res non procraſtinatur: nam cum iſte Catinam profectus eſſet, ſervi cujuſdam nomen defertur: is accuſatur: ficti teſtes in eum dantur: rem cunctus ſenatus Catinenſium legibus judicat. Sacerdotes vocantur: ex his quæritur ſecreto in curia, quid eſſet factum, quemadmodum arbitrarentur ſignum eſſe ablatum: reſpondent illæ, Prætoris in eo loco ſervos eſſe viſos: res, quæ eſſet jam antea non obſcura, ſacerdotum teſtimonio perſpicua eſſe cœpit: itur in conſilium: ſervus ille innocens omnibus ſententiis abſolvitur, quo faciliùs vos hunc omnibus ſententiis condemnare poſſetis: quid enim poſtulas, Verres? quid ſperas? quid ſpectas? quem tibi aut deorum, aut hominum auxilio putas futurum? eo ne tu ſervos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es, quo liberos adire ne orandi quidem cauſa fas erat? his ne rebus manus afferre non dubitaſti, a quibus etiam oculos cohibere te religionum jura cogebant? tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſceleratam, ac tam nefariam decidiſti: nam id concupiſti, quod numquam videras: id, inquam, adamaſti, quod antea non

V. ut monuit Giſanius, nec aliter Gellius lib. XIII. c. 19. ut indicavit Puteanus: in cujus item libro ſcripto hæc erat lectio, reſtabatque etiam in Cujaciano; nam Pall. & Grut. *antiſtites*, ut vulgati. GRUT.

Cum iſte Catinam profectus eſſet) Ita vulgati: ſed e codicibus, quos inſpeximus, tres habent *Catinæ*, quod recepimus: & ſenſus id poſtulat. Furtum enim, Verre ad urbem ſtante, factum fuerat: neque abſolutio illius ſervi, niſi eo abſente, peragi potuit. LALLEM.

Catinenſium legibus) Inſtituto *Catinenſium* Senatus conjunctus rerum capitalium judicia exercebat. Hoc addidit propter inuſitatam Romæ judiciorum rationem. Nam ut infra ſcribit, orat. inſeq. *Ad ſenatum devenies, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt uſitatum, non ſenatorium*. HOTT.

Rem judicat) Advertendum, *judicare rem* pro cognoſcere & conſilio judicum quærere. IDEM.

Quid eſſet factum) Cod. Lamb. *Quid eſſe factum arbitrarentur, quemadm. ſignum eſſet ablatum*. GAR.

Quæ eſſet antea non obſcura) In manuſcripto eſt: *quæ eſſet jam antea non obſcura*. F. URSIN.

Tametſi ne oculis quidem captus, &c.) Correctio eſt, ſive ἐπανόρθωσις ejus, quod ſupra dixerat, non longe, *ibi*, *a quibus etiam oculos cohibere, &c.* Hæc autem ſententia eſt: Tametſi, inquit, tu non es deceptus oculis, neque oculorum incontinentia in hanc fraudem inci-

non adſpexeras : auribus tu tantam cupiditatem concepiſti, ut eam non metus, non religio, non deorum vis, non hominum exiſtimatio contineret. At ex viro bono audieras, credo, & bono auctore. Qui id potes, qui ne ex viro quidem audire potueris ? Audiſti igitur ex muliere : quoniam id viri neque vidiſſe, neque noſſe poterant. Qualem porro illam feminam fuiſſe putatis, judices? quam pudicam, quæ cum Verre loqueretur; quam religioſam, quæ facrarii ſpoliandi oſtenderet rationem? At minime mirum, quæ ſacra per ſummam caſtimoniam virorum, ac mulierum fiant, eadem per iſtius ſtuprum, ac flagitium eſſe violata.

46. Quid ergo? hoc ſolum auditione expetere cœpit, cum id ipſe non vidiſſet? immo vero alia complura : ex quibus eligam ſpoliationem nobiliſsimi, atque antiquiſsimi fani, de qua priore actione teſtes dicere audiſtis : nunc eadem illa, quæſo, audite, & diligenter, ſicut adhuc feciſtis, attendite. Inſula eſt Melita, judices, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque disjuncta; in qua eſt eodem nomine oppidum, quo iſte numquam acceſsit : quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit. Ab eo oppido non longe in promontorio ſanum eſt Iunonis antiquum: quod tanta religione ſemper fuit, ut non

incidiſti: ſed auribus & aurium culpa. Sed videtur legendum, *tametſi non oculis ſane captus*, &c. LAMB.

Qui id poteſt?) Libri manuſcr. habent, *Qui id potes?* quomodo excudendum curavimus: legendum fortaſſe eſt: *Qui id pote eſt? pote*, autem, id eſt, *δυνατον*; aut ſcriptura antiqua retinenda, [illegible]ita explicanda, qui id potes audiſſe ex viro bono? INAM. *Potes* eſt quoque in Regio. GRÆV. Lambinum ſequor, ut etiam infra ex MSo verba illa ſic melius collocantem, *ſacrarii ſpoliandi rationem oſtenderes?* GAR.

Virorum, ac mulierum) Non dubito, quin *Virginum* priore loco reponendum ſit, nam (ut ſupra dixit) *ſacrum hoc per Virgines ac mulieres confici ſolebat*. HOTT. *Virginum, ac mulierum*. Ita cum Hottomanno dedimus. Stare nequit vulgata lectio, quam tamen ſervant quatuor e noſtris codicibus. LALLEM.

Immo vero alia complura) Huc pertinere arbitror, quod notat Priſcianus p. 769. „ Cicero de ſignis, *imo vero compluria* : in quibuſdam tamen codicibus invenitur, *complura* “. Vicerunt haſtenus hi *quidam*. GAR.

Ex quibus eligam) Vetus liber, *ex quibus unam eligam* &c. F. VRS.

Inſula eſt Melita) Diodorus lib. VI. eam a Syracuſis abeſſe ait ſtadia octoginta, ejus incolas fortunatos haberi, quoniam & varii generis exercent artes, & optimas faciunt lineas telas, tum tenuitate, tum mollitie inſignes. HOTT. Hodie *Malta*. GRÆV. Silius XIV. 250. *Teloque ſuperba Lanigera Melite*. Hinc illud *textrinum*. GAR.

In promontorio ſanum eſt Iunonis, &c.) Libri veteres habent, *promuntorio*, per *u* ſcriptum in ſecunda ſyllaba: quos nunc ſequor. LAMB.

non modo illis Punicis bellis, quæ in his fere locis navali copia geſta, atque verſata ſunt: ſed etiam in hac prædonum multitudine ſemper inviolatum, ſanctumque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditum eſt, claſſe quondam Maſiniſſæ regis ad eum locum appulſa, præfectum regium dentes eburneos incredibili magnitudine e ſano ſuſtuliſſe, & eos in Africam portaſſe, Maſiniſſæque donaſſe. Regem quidem primo delectatum eſſe munere: poſt, ubi audiſſet, unde eſſent, ſtatim certos homines in quinqueremi miſiſſe, qui eos dentes reportarent: itaque in his inſcriptum litteris Punicis fuit: REGEM. MASINISSAM. IMPRVDENTEM. ACCEPISSE. RE. COGNITA. REPORTANDOS. RESTITVENDOSQVE. CVRASSE. Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta; in quibus eburneæ Victoriæ antiquo opere, ac ſumma arte perfectæ. Hæc iſte omnia, ne multis morer, uno impetu, atque uno nuncio per ſervos venerios, quos ejus rei cauſa miſerat, tollenda, atque adſportanda curavit.

47. Pro dii immortales, quem ego hominem accuſo? quem legibus, ac judiciali jure perſequor? de quo vos ſententiam per tabellam feretis? Dicunt legati Melitenſes publice, ſpoliatum templum eſſe Iunonis: nihil iſtum in religioſiſſimo ſano reliquiſſe: quem in locum claſſes hoſtium ſæpe acceſſerint, ubi piratæ fere quotannis hiemare ſoleant, quod neque prædo violarit antea, neque umquam hoſtis attige-

Navali copia geſta, &c.) Bene, *copia navali*; hoc eſt apparatu navali, ſive claſſibus: & miror Lambinum, qui mutavit, *navali prælio*. GVILIELM.

Maſiniſſæ Regis) Hæc eadem Valerius Maximus libro primo capite primo. HOTT.

Certos homines) Locutio Ciceroni familiaris, pro unius rei cauſa delectos: data opera paratos. IDEM. Imo Ciceroni *certi homines* ſunt fide digni, quibus tuto rem quampiam credas, & committas. GRÆV.

Repouendos reſtituendoſque) Leg. *reportandos reſtituendoſque*. MVRET. Reg. cod. *reportandos curaſſe*. GRÆV. Ita etiam codex ad Lamb. marg. idemque ſupra *reponerent* pro *reportarent*. Mihi nihil in vulgata diſplicet. GAR.

Quem legibus, ac judiciali jure perſequor?) Hoc, *judiciali jure*, mihi ſuſpectum eſt: videturque vox, *judiciali*, delenda, aut transferenda in alium locum inferiorem, ut legamus, *per judicialem tabellam*; hic autem ſit, *legibus ac jure perſequor?* LAMB.

Sententiam per tabellam feretis?) Quid opus fuit addere, *per tabellam*? ut ſi minus hominum exiſtimatione, ſaltem criminis atrocitate ab rei tam nocentis abſolutione deterrerentur. HOTOMAN.

Neque umquam hoſtis) Sic repoſui ex Regio codice. Paullo inferius Franc. *haut ſuſpicioribus in judicium vocatur*: quod certiſſimum eſt. Vulgo *aut ſuſp.* &c.

tigerit, id ab uno iſto ſic ſpoliatum eſſe, ut nihil omnino ſit relictum. Hic nunc aut iſte reus, aut ego accuſator, aut hoc judicium appellabitur? Criminibus enim coarguitur, haud ſuſpicionibus in judicium vocatur; dii ablati, fana vexata, nudatæ urbes reperiuntur; earum autem rerum nullam ſibi iſti neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a teſtibus, urgetur confeſsione ſua, manifeſtis in maleficiis tenetur; & manet etiam, ac tacitus facta mecum ſua recognoſcit. Nimium mihi diu videor in uno genere verſari criminum. Sentio, judices, occurrendum eſſe ſatietati aurium, animorumque veſtrorum. Quamobrem multa prætermittam; ad ea autem, quæ dicturus ſum, reficite vos, quæſo, judices, per deos immortales, per eos ipſos, de quorum religione jamdiu dicimus, dum id ejus facinus commemoro, & profero, quo provincia tota commota eſt; de quo ſi paullo altius ordiri, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoſcite. Rei magnitudo me breviter perſtringere atrocitatem criminis non ſinit.

48. Vetus eſt hæc opinio, judices, quæ conſtat ex antiquiſsimis Græcorum litteris, atque monumentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri, & Liberæ conſecratam; hoc cum ceteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam per-

&c. Delenda eſt interrogationis nota, quam *enim* particula reſpuit. Quomodo poteſt, inquit, appellari judicium, cum accuſator coarguatur criminibus, non ſuſpicionibus urgeatur, quibus poſſit aliquid reponere. Grav. Deeſt nempe in vulgatis vox *unquam*: eam Lambinus quoque reſtituerat, & unus poſt Grævium retinuit Lallemandus. Hic idem, atque Olivetus *haud* arripuerunt. Sed, ſi ex uno codice nimis audetur, omnium edd. quas vidi, lectio ita defendatur, ut Cicero quærat, & interroget, criminibus ne Verres coarguatur, an ſuſpicionibus petatur. Miror autem, ac neſcio, cur particula *enim* reſpuat interrogationem. Gar.

Earum autem rerum inficiandi) Notanda locutio, *Facultatem earum rerum inficiandi*; pro *eas res*, cujus locutionis ſimiles aliis quibuſdam locis obſervavimus. Hott. Vide Sanctii Minervam lib. III. c. 8. & Gerhard. Voſſii in Ariſtarcho de Conſtructione librum cap. 53. Grav.

Vetus eſt hæc opinio) Nona pars orationis, de Cereris ſigno, (quod omnium longe ſanctiſſimum habebatur, & ab Ennenſibus ſumma religione colebatur) ex eorum templo ſublato. Vide Lactantium lib. de Orig. Er. XII. cap. 4. Hott.

Vetus eſt hæc opinio) Cum hoc loco juvabit conferre Diodori Siculi principium lib. VI. ubi hæc eadem fere ad verbum commemorantur. Idem.

Ani-

Digitized by Google

perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum, atque innatum eſſe videatur; nam & natas eſſe has in his locis deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: & raptam eſſe Liberam, quam eamdem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur: quam cum inveſtigare, & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammaſſe tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt: quas ſibi cum ipſa præferret, orbem omnium peragraſſe terrarum. Enna autem, ubi ea, quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo, atque edito: quo in ſummo eſt æquata agri planities, & aquæ perennes; tota vero ab omni aditu circumciſa, atque diremta eſt; quam circa lacus, lucique ſunt plurimi, & lætiſsimi flores omni tempore anni, locus ut ipſe raptum illum virginis, quem jam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter eſt ſpelunca quædam, con-

Animis eorum inſitum atque innatum) Id eſt, ut ad id credendum non tam opinione, & majorum inſtitutis, quam ipſa natura duce veherentur. IDEM.

Quam eamdem Proſerpinam) *Terrena vis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt: qui Dis, ut apud Græcos πλουτων, quia & recidant omnia in terras, & oriantur a terris. Is rapuit Proſerpinam. quod Græcorum nomen eſt. Ea enim eſt, quæ περσεφονη Græce nominatur: quam frugum ſemen eſſe volunt, abſconditamque quæri a matre fingunt. Mater autem eſt a gerendis frugibus Ceres, tamquam Geres.* Hæc noſter II. de Nat. Deor. IDEM.

Umbilicus Siciliæ) Var. hac ipſa de re lib. de Ling. Lat. VI. *Ennius, ſancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines*. Vide apud Varronem cetera. IDEM. Vide Cluver. Sicil. antiq. lib. II. c. 7. GRÆV.

Orbem omnium) Verius omnino Lamb ex MSo, *orbem omnem*. Illud etiam multis non ſine cauſa placebit, quod ſupra ejuſdem codex habet ad marg. *ut in animis eorum inſitum, atque innatum*. Talia paſſim critici adnotant: velut Oudend. ad I. de Inv. 2. Ita III. Acc. 76. *inſitum in natura malum*. Sæpe tamen hoc ipſo verbo ſine *τω in* Livius quoque utitur: locos dabit Drak. ad XXVIII. 24. GAR.

Lectiſſimi flores omni tempore anni) Ea de re Strabo his verbis in ſexto: *Δια δε το ευλειμωνα ειναι τα περικειμενα χωρια, και ανθηρα, την κορην εκ Σικελιας πεπιστευκασιν ηρπασθαι δευρο ανθολογουσαν. εκ δε τουτου ταις γυναιξιν εν εθει γεγονεναι, ανθολογειν τε, και στεφανηπλοκειν, ωστε ταις εορταις αισχρον ειναι στεφανους ωνητους φορειν. Ad hæc vero loca Proſerpinam e Sicilia adventaſſe legendos ad flores, crediderunt veteres; quoniam florentiſſimæ regionis amœniſſima prata eſſe conſtat. Hinc matronis uſus invaluit, ut collectis ex floribus coronas texant, cum per dies feſtos emta geſtare ferta, vitio illis detur.* Nonnulli autem ex vetuſtis libris reponunt *lætiſſimi*; quod non diſplicet. HOTT. *Lætiſſimi flores*) Ita MSus Turnebi, longe venuſtius, quam ut antea vulgabatur, *lectiſſimi*. GRÆV. Firmat Lambini codex, ubi eſt *latiſſimi* ex facili mendo: GAR.

Etenim propter eſt ſpelunca) Deeſt *eam*, ut ſit, *Etenim propter eam eſt ſpelunca*, & ita habet manuſcriptus. FRAV. VASIN. Ed. MCDLXXXIII. & eod.

converſa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exſtitiſſe, abreptamque ex eo loco virginem ſecum adſportaſſe, & ſubito non longe a Syracuſis penetraſſe ſub terras, lacumque in eo loco repente exſtitiſſe: ubi uſque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt, celeberrimo virorum, mulierumque conventu.

49. Propter hujus opinionis vetuſtatem, quod eorum in his locis veſtigia, ac prope incunabula reperiuntur deorum, mira quædam tota Sicilia privatim, ac publice religio eſt Cereris Ennenſis. Etenim multa ſæpe prodigia vim ejus, numenque declarant: multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium ejus oblatum eſt, ut hæc inſula ab ea non ſolum diligi, ſed etiam incoli, cuſtodirique videatur. Nec ſolum Siculi, verum etiam ceteræ gentes, nationeſque Ennenſem Cererem maxime colunt. Etenim ſi Athenienſium ſacra ſumma cupiditate expetuntur, ad quos Ceres in illo errore veniſſe dicitur, frugeſque attuliſſe; quantam eſſe religionem convenit eorum, apud quos eam natam eſſe, & fruges inveniſſe conſtat? Itaque apud patres noſtros atroci, ac difficili reipublicæ tempore, cum, Ti. Graccho occiſo, magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coss. aditum eſt ad libros Sybillinos: in quibus inventum eſt, *Cererem antiquiſſimam placari oportere*. Tum ex ampliſsimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in urbe noſtra Cereris pulcherrimum, & magnificentiſsimum templum, tamen uſque Ennam profecti ſunt. Tanta enim erat auctoritas, & vetuſtas illius religionis, ut, cum illuc irent, non ad ædem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur. Non obtundam diutius; etenim jamdudum vereor, ne oratio mea alie-

sed. Lamb. *prope eſt*, verum editur rectius ex Naug. &c. Item ex pleriſque mox, *qua Ditem patrem*, formula in locis indicandis uſitata. Lamb. *ex quo*. GRAE.

Ex ampliſſimo collegio decemvirali] Videtur legendum, *quindecim virali*. F. VASUS. Male, primo fuerant duumviri uſque ad annum 388. tum decemviri S. F. creati a populo Liv. VI. Sed Sullæ temporibus numero aucto XVvirale collegium factum eſt. GRAEVIUS.

Non obtundam diutius; etenim jamdudum vereor) Ita egregie Cujacianus; vulgati enim; *diutius entre veſtram jam-*

aliena ab judiciorum ratione, & quotidiana dicendi conſuetudine eſſe videatur; hoc dico, hanc ipſam Cererem, antiquiſsimam, religioſiſsimam, principem omnium ſacrorum, quæ apud omnes gentes, nationeſque fiunt, a C. Verre ex ſuis templis, ac ſedibus eſſe ſublatam. Qui acceſsiſtis Ennam, vidiſtis ſimulacrum Cereris e marmore, & in altero templo Liberæ; ſunt ea perampla, atque præclara, ſed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac ſingulari opere, cum facibus, perantiquum; omnium illorum, quæ ſunt in eo fano, multo antiquiſsimum; id ſuſtulit; ac tamen eo contentus non fuit. Ante ædem Cereris in aperto, ac propatulo loco ſigna duo ſunt, Cereris unum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla; his pulcritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit; quod eorum demolitio, atque adſportatio perdifficilis videbatur. Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrime factum Victoriæ; hoc iſte e ſigno Cereris avellendum, adſportandumque curavit.

50. Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum, cum ego ipſe in commemoratione eorum non

jamdudum, &c. GRUT. Imo Lambinus, qui eas voces, primus, opinor, ejecerat, teſtabatur ad marg. a tribus MSis eas abeſſe. Ita Terentius Andr. II. 2. 11. *obtundis*, abſolute: vide ibi Donatum. GAR.

Principem omnium ſacrorum) Quia eſt mater Deum hominumque, inde dicitur Magna Mater. Huic primæ ante Deos alios cultus reddebatur, ac prima Dearum dicta, *πρωτα Θεων*, ut conſtat ex Pindari Nem. II. quod & probat Græcus Interpres, allato etiam eam in rem Sophoclis verſu, additque, *πρωτην δε ταυτην ιστε, μαθοντων απ' αυτης ηρχοντο. Primam vero eam dixit, quia ab ea incipiuat*. Vnde natum Græcorum proverbium, *αφ' Ε'στιας αρχομενοι, a Veſta incipiens*, ab Ariſtophane in Veſpis uſurpatum v. 499. Hinc & Cyrus Sardes victor ingreſſus, primum Veſtæ, dein Iovi, aliiſque Diis rem ſacram feciſſe legitur: *Επει δε εισηλθεν ὁ Κυρος, πρωτον μεν Εστιᾳ εθυσεν, επειτα Διι βασιλει, και ει τινι αλλῳ Θεῳ Μαγοι εξηγυντο. Cum ingreſſus eſſet Cyrus, primum Veſtæ rem ſacram facit, deinde Iovi Regi, & ſi cui alteri Deo Magi ſacrificandum indicarent*. Idem in celebritate Olympiaca obſervatum tradit Pauſanias, teſtatus ſacra ibi fieri primæ Veſtæ, aut primum, dein Iovi Olympio, tertio Mercurio, quarto Minervæ, quinto Dianæ. Huic etiam primæ ante Deos alios in Græcia ſacra faciebant Prytanes, ut auctor eſt Pindarus. Sed quid Veſta, inquies, ad Cererem? Nimirum, quia Ceres & Veſta eadem Dea. Phornutus: *Ε'κατερα δε εοικεν ουχ ἑτερα της γης ειναι. Vtraque autem*, Ceres, & Veſta, *non videtur alia eſſe, quam terra*. Hæc, ô Lector, debes Viro Illuſtriſſimo Ezechieli Spanhemio, qui hæc pluribus perſecutus eſt in eruditiſſima diatribe de Veſta & Prytanibus Græcorum, adjecta ſelectis nummis P. Seguini. GRÆV.

Nunc in recognitione ſcelerum ſuorum) Libri

non ſolum animo commovear, verum etiam corpore perhorreſcam? venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem: verſantur ante oculos omnia: dies ille, quo ego Ennam cum veniſſem, præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis, ac verbenis fuerunt: concio, conventuſque civium: in quo ego cum loquerer, tanti fletus, gemituſque fiebant, ut acerbiſsimus tota urbe luctus verſari videretur. Non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua judicia, non importuniſsimas iſtius libidines, non vim, non contumelias, quibus vexati, oppreſsique erant, conquerebantur: Cereris numen, ſacrorum vetuſtatem, fani religionem, iſtius ſceleratiſsimi, atque audaciſsimi ſupplicio expiari volebant: omnia ſe cetera pati, ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus veniſſe Ennam, & non Proſerpinam adſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Etenim urbs illa non urbs videtur, ſed fanum Cereris eſſe; habitare apud ſeſe Cererem Ennenſes arbitrantur: ut mihi non cives illius civitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ, atque antiſtites Cereris eſſe videantur. Ennæ tu ſimulacrum Cereris tollere audebas? Ennæ

Libri duo manuſcr. quorum alter Memmianus, alter Cujacianus eſt, habent, *nunc in recordatione*, &c. LAMB. Sic & Regius; & vulgatæ præferendum. GRAV. Quod non receperit, modeſte factum. Supra c. 47. *Tacitus facta meum ſua recognoſcit*: hinc *recognitio*. Plus eſt mehercule recognoſcere, quam recordari. GAR.

Cum infulis ac verbenis) *Infulæ*, ſacerdotum inſignia dicebantur, quibus ornati ſacra diis faciebant. De *verbenis* Plin. lib. XXII. cap. 11. *Verbena*, inquit, *gramen eſt ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatumque mitterentur, id eſt res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur*; hæc ille. Sed poſtea translatum verbum eſt ad omnes herbas ex loco puro collectas: quæ ſacris rebus adhiberentur. HOTT.

Non illi decumarum imperia) I. e. decumæ imperatæ. IDEM.

Quibus vexati oppreſſique erant) In veteri codice, notante margine Lambinianæ editionis, legitur *vexati oppreſſique*, quod probat Muretus. Merito. Sic ſane Reg. cod. GRAV. Recentiores ad veterem vulgatam, *operti*, redierunt. Lamb. ex MSo, *importunas iſtius* &c. GAR.

Vt mihi non cives illius civitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ, atque antiſtites Cereris eſſe videantur) *Accolæ* dictum puto pro *populares*, ſive *concives*, id eſt, *δημόται*. Eſt enim ſenſus: Quemadmodum urbs, non videtur urbs, ſed fanum: ſic cives non videntur cives Ennæ, ſed ſacerdotes & concives Cereris, quæ urbem illam inhabitat. Sic Livius libro X. qui eumdem agrum, nempe Hetruſcum, colerent, *accolas* vocavit. Loquitur de Hetruſcis, qui Gallos in agri partem accipere recuſabant: *Non tam*, inquit, *quia imminui agrum, quam quia accolas ſibi quiſque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat*. Et paullo poſt Sa-

næ tu de manu Cereris Victoriam deripere, & deam deæ detrahere conatus es? quorum nihil violare, nihil attingere auſi ſunt, in quibus erant omnia, quæ ſceleri propiora ſunt, quam religioni. Tenuerunt enim P. Popillio P. Rupilio Coss. illum locum ſervi, fugitivi, barbari, hoſtes; ſed neque tam ſervi illi dominorum, quam tu libidinum: neque tam fugitivi illi a dominis, quam tu a jure, & a legibus: neque tam barbari lingua, & natione illi, quam tu natura, & moribus: neque illi tam hoſtes hominibus, quam tu diis immortalibus. Quæ deprecatio eſt igitur ei reliqua, qui indignitate ſervos, temeritate fugitivos, ſcelere barbaros, crudelitate hoſtes vicerit?

51. Audiſtis Theodorum, & Numinium, & Nicaſionem, legatos Ennenſes, publice dicere, ſeſe a ſuis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent, & eum ſimulacrum Cereris, & Victoriæ repoſcerent; id ſi impetraſſent, tum ut morem veterum Ennenſium conſervarent, publice in eum, tametſi vexaſſet Siciliam, tamen, quoniam hæc a majoribus inſtituta accepiſſent, teſtimonium ne quod dicerent; ſin autem ea non reddidiſſet, tum ut judicio adeſſent, tum uti de ejus injuriis judices docerent, ſed multo maxime de religione quererentur. Quas illorum querimonias nolite, per deos immortales, adſpernari, nolite contemnere, ac negligere, judices. Aguntur injuriæ ſociorum: agitur vis legum: agitur exiſtimatio, veritaſque judiciorum; quæ ſunt omnia permagna: verum illud maximum. Tanta religione obſtri-

Samnites, inquit, *Hetruriæ populi demonſtrabant habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, &c.* HOTT. *Omnes accolæ atque antiſtites*) Conjiciebat Guilielmius, omnes *ſacricolæ*. GRUT. *Concives* non agnoſcunt Latini, ut nec *contribules*, nec *coæquales*, ſed pro his dicunt *cives*, *tribules*, *æquales*. Sic nec Attici dicunt συμπολίτας, notante Phrynicho, ſed πολίτας. GRAV.

De manu Cereris Victoriam deripere) Sic legendum, non, *diripere*: *deripere* autem, id eſt, de aliquo loco, & interdum de ſuperiore loco rapere: de quo nos alias ſcripſimus; in manuſcriptis libris ſcriptum reperi, *eripere*, ut magis credas a M. Tullio ſcriptum eſſe, *deripere*. LAMB. Reg. cod. utique *deripere*. GRAV. Vide Ind. Erneſti.

Hæc a majoribus conſtituta) Nihil muto, vetuſti libri auctoritatem exſpecto, in quo ſi *inſtituta* reperiatur, libenter eam locutionem cum hac recepta commutabo. HOTT. *A majoribus inſtituta accepiſſent*) Sic emendaram jam pridem in meo cod. ſola conjectura ductus; nunc in ſententia maneo, poſtquam, *inſtituta*, reperi ſine ulla litura, aut varietate in codicibus ma-

obſtricta tota provincia eſt, tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium Siculorum occupavit, ut, quæcumque accidant publice, vel privatim incommoda, propter eam cauſam ſcelere iſtius evenire videantur. Audiſtis, Centuripinos, Agyrinenſes, Catinenſes, Herbitenſes, Ennenſes, complures alios, publice dicere, quæ ſolitudo eſſet in agris, quæ vaſtitas, quæ fuga aratorum, quam deſerta, quam inculta, quam relicta omnia. Et tametſi iſtius multis, & variis injuriis acciderunt, tamen hæc una cauſa in opinione Siculorum plurimum valet, quod, Cerere violata, omnes cultus, fructuſque Cereris in his locis interiiſſe arbitrantur. Medemini religioni ſociorum, judices: conſervate veſtram; neque enim hæc externa vobis religio, neque aliena; quod ſi eſſet, ſi ſuſcipere eam nolletis, tamen in eo, qui violaſſet, ſancire vos velle oporteret. Nunc vero in communi omnium gentium religione, inque his ſacris, quæ majores noſtri ab exteris nationibus adſcita, atque arceſsita colue-

manuſcriptis. LAMB. Accedit iis Reg. cod. GRAV.

Ex iſtius facto) Non male Franc. *ex iſtius furto*. GRAV.

Propter eam cauſam, ſceluſque iſtius) Libri vulgati habent, *propter eam cauſam, ſcelere iſtius*; manuſcr. *propter eam cauſam, ſceleris iſtius*; quidam repoſuerunt, *cauſam, ſceluſque*; quos ſecuti ſumus; verumtamen, *ſcelere* & *ſceleris*, puto eſſe ab aliquo adjecta, & ſic legendum, *propter eam cauſam evenire videantur*; vel contra, has duas voces, *eam cauſam*, ſuſpicari licet eſſe inculcatas, & ſic legere oportere, *propter ſcelus iſtius*, &c. IDEM. *Propter eam cauſa ſcelere iſtius evenire videantur*) Nihil abeunt ab hac lectione MSi noſtri, aut antiquitus impreſſi, itaque habuerim illa *propter eam cauſam* pro ſpuriis, & ſic neceſſe non erit divertere ad conjecturas Lambini. GRUT. Nihil immutandum. Sic vero ſemper graves ſcriptores publicarum calamitatum cauſas adſcribunt neglectæ religioni. Horat. III. Carm. 6.

Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſa.

Camillus oratione ad Romanum populum apud Livium: *Invenietis omnia proſpera eveniſſe ſequentibus Deos, adverſa ſpernentibus*. GRAV.

Et tametſi) Ita cum Grævio Verburgius, ab uno, quantum ſcio, Grutero, ſive potius illius typographo. Ceteri omnes dederunt: *Ea tametſi*, & ſic emenda. GAR.

Conſervate veſtram) Sic legendum, & ita ſcriptum eſt in libris manuſcriptis, ſine voce, *auctoritatem*, quæ ſine dubio ab aliquo arrogante & ſtolido adjecta eſt, qui non videret ſubintelligi, *religionem*. LAMB. *Conſervate veſtram*) Subintellige *religionem*; vulgo additur *veſtram auctoritatem*; ſed nulla ejus vocis littera in Cujaciano, aliiſque Lambini, ſi modo non fallit, vereor enim ne ſæpe loquatur de pluribus veteribus: cum tantum ipſe intelligo de uno. GRUT.

Sancire vos velle oporteret) *Sancire*, (inquit Servius) *eſt ſanguine fuſo confirmare*. Hinc noſter in orat. pro Balb. *Sanctiones* ait *ſacrandas aut genere ipſo, ut obteſtatione & conſervatione legis: aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur*. HOTT.

Sic

luerunt: quæ ſacra, ut erant re vera, ſic appellari Græca voluerunt, negligentes, ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus?

52. Vnius etiam urbis, omnium pulcherrimæ, atque ornatiſſimæ, Syracuſarum direptionem commemorabo, & in medium proferam, judices: ut aliquando totam hujus generis orationem concludam, ac definiam. Nemo fere veſtrum eſt, quin, quemadmodum captæ ſint a M. Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nonnumquam etiam in annalibus legerit; conferte hanc pacem cum illo bello: hujus Prætoris adventum cum illius imperatoris victoria: hujus cohortem impuram cum illius exercitu invicto: hujus libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas; ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Ac jam illa omitto, quæ diſperſe a me multis locis dicentur, ac dicta ſunt; forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli purum a cæde ſervatum eſt, id adventu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe: portum Syracuſanorum, qui tum

Sic appellari Græca voluerunt) Noſter in eâ pro Balbo: *Sacra Cereris, judices, ſumma majores noſtri religione confici ceremoniaque voluerunt: Quæ cum eſſent aſſumta de Græcia, & per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes, & Græca nominata*. IDEM.

Vnius etiam urbis omnium pulcherrimæ) Legendum putarem, *Græcorum omnium pulcherrimæ*: ut paullo infra: *Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcorum omnium*. Eſt autem hæc orationis pars decima in qua de Syracuſarum urbis templis compluribus ſpoliatis & direptis commemorat; & M. Marcelli, qui urbem cepit, victoriam & temperantiam cum Verris adventu & latrocinio comparat. IDEM. De Syracuſarum pulcritudine, partibus, & locis, vide Cluver. Sicil. antiq. 11. 12. GRAV.

Totam hujus generis orationem concludam ac definiam) Verius videtur Guilielmio, *atque finiam*; ego divinabam *& definam*. GRUT. Sic *concludere* ſuperius III. in Verr. act. 69. *Qua recitata concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram*; quamvis neget G. Scioppius in hac notione iſtam vocem apud Latinos accipi. GRAV.

A M. Marcello Syracuſæ) Hæc apud Livium lib. XXV. & nos initio Verr. IV. ſummatim expoſuimus. HOTT.

Conſtitutas) Diuturna pace, & Siculorum fidelitate fundatas & conſtabilitas. IDEM.

Ac jam illa omitto) Veneti, *Nunc jam*, itidemque alii: ſed nobis tamen noſtrum probatur. CAMERAR. Recte huic contenſere poſtea Man. Lamb. &c. erat tamen in antiquiori Ven. MCDLXXXIII *Nunc jam*, nec omnes forſitan id repudiabunt. GAR.

Forum Syracuſanorum) Verrina VII. infra, & de *portu Syracuſanorum* eod. lib. IDEM.

Introitu Marcelli purum a cæde ſervatum eſt) Sic habent libri manuſcripti, & ita ſine dubio eſt legendum, non, ut in vulgatis, *a plurima cæde*; eſt enim lectio illa inconcinna, & inepta: hæc concinna & elegans, & Cicerone digna. LAMBIN. *Purum a cæde ſervatum eſt*) Ita Lambin. aliique e Gujac. cod. in quo *cæde ſerv.* antea cu-

tum & noſtris claſsibus, & Chartaginenſium clauſus fuiſſet, eum, iſto Prætore, Cilicum myoparoni, prædonibuſque patuiſſe. Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas: quæ tum, urbe capta, commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neque licentia militari, neque more belli, neque jure victoriæ: mitto, inquam, hæc omnia quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt: ea, quæ conjuncta cum illis rebus ſunt, de quibus antea dixi, cognoſcite. Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum, pulcherrimam omnium, ſæpe audiſtis. Eſt, judices, ita, ut dicitur. Nam & ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad adſpectum: & portus habet prope in ædificatione, adſpectuque urbis incluſos: qui cum diverſos inter ſe aditus habeant, in exitu conjunguntur, & confluunt. Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur Inſula, mari disjuncta anguſto, ponte rurſum adjungitur, & continetur.

53. Ea tanta eſt urbs, ut ex quatuor urbibus maximis conſtare dicatur: quarum una eſt ea, quam dixi, Inſula: quæ duobus portubus cincta, in utriuſque portus oſtium, aditumque projecta eſt: in qua domus eſt, quæ regis Hieronis fuit, qua Prætores uti ſolent. In ea ſunt ædes ſacræ complures; ſed duæ, quæ longe ceteris antecellunt, Dianæ una,

cuſi, *a plurima cæde*, cujus vitium primo detexit Turnebus libro VIII. cap. 12. etſi id ſerio amplectatur Mich. Brutus. GRVT.

Qui tum & noſtris claſſibus) Quo neque Carthaginenſium, neque noſtræ claſſes vi & armis adire potuerant. HOTT.

Cilicum) Quos dicat *Cilices*, dixi ſupra. IDEM.

Myoparoni) Myoparo erat navis mixta & longa, & oneraria, qua utebantur piratæ. Vid. Scheff. de Milit. Nav. lib. II. c. 2. GRÆV.

Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum urbium &c.) Quanto, inquit Guilielmius, Hittorpianæ ſchedæ venuſtius: *Vrbem Syracuſanam; maximam eſſe Græcarum, pulcher. &c.* & vero illud *urbium* abeſt etiam Cujaciano. GRVT. Sic & Reg. *maximam eſſe Græcorum, pulcherrimam omnium*. Magnitudine Græcos, pulcritudine ceteras omnes aliarum gentium ſuperat. GRÆV. Solus hic ita dedit: cui libenter accedo vocem *urbium*, tribus MSis auctoribus, ejicienti: non item *pulcherrimam* ex uno Regio danti: ceteri enim omnes & ſcripti, & editi, *pulcherrimamque*: quod ne monitum quidem fuit in V. L. Livius XXV. 24. Syracuſas appellat, *urbem omnium fere illa tempeſtate* (h. e. ævo Marcelli) *pulcherrimam*; & ibid. 29. *gloriam captæ nobiliſſimæ, pulcherrimæque urbis Græcorum &c.* quo nihil huic noſtræ lectioni ſimilius: ut etiam ex Tullio ſumſiſſe iſta Livium Sigonius, & Dakerus exiſtiment. GARATON.

Quæ regis Hieronis fuit) Hitt. *Gelonis*: neque temeraria ea eſt ſcriptura; inquirendum. GRVT.

una, & altera, quæ fuit ante iſtius adventum ornatiſsima, Minervæ. In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſsimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum a mari disjunctus eſſet. Altera autem eſt urbs Syracuſis, cui nomen Acradina eſt: in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatiſsimum prytaneum, ampliſsima eſt curia, templumque egregium Iovis Olympii, ceteræque urbis partes una lata via perpetua, multiſque tranſverſis diviſæ, privatis ædificiis continentur. Tertia eſt urbs, quæ, quod in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominata eſt: in qua & gymnaſium ampliſsimum eſt; & complures ædes ſacræ; coliturque ea pars, & habitatur frequentiſsime. Quarta autem eſt urbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur: quam ad ſummam theatrum eſt maximum: præterea duo templa ſunt egregia, Ceteris unum, alterum Liberæ: ſignumque Apollinis, qui Temeni-

Cui nomen Arethuſa) *Amnes quidam odio maris ipſa ſubeunt vada, ſicut Arethuſa, fons Syracuſanus, in quo redduntur jacta in Alpheum*. Hæc Plinius libro II. cap. 3. Poetæ fingunt virginem ab Alpheo adamatam, cum ejus vim effugere non poſſet, a Diana in fontem commutatam eſſe: qui, ne amatoriis aquis miſceretur, cuniculis in Siciliam proſugit. Hæc Ovid. Metam. V. HOTT.

Acradina eſt) Ed. MCDLXXXIII. *Achradina*, & ita plane Græci: atque ita perpetuo apud Livium, ut recte quidem edendum curavit Drakenburchius, licet Cluverium viderit I. Sic ant 12. exiſtimantem, Latinos adſpirationem detraxiſſe. Quod pronunciat etiam de Tullio Cellarius Geogr. ant. II. 12. §. 22. vide, quam vere. Omnino librariis ea eſt tribuenda detractio: & viri docti de auctoribus ipſis ex eorum vulgaribus edd. pronunciarunt. GAR.

Ornatiſſimum prytaneum) Athenis πρυτανεῖον dicebatur locus, in quo οἱ πρυτάνεις judicia exercebant, & de Rep. benemeriti publicis ſumtibus alebantur. Ad ejus ſimilitudinem alterum fuiſſe Syracuſis *prytaneum* apparet. HOTT. Prytanea Græcorum erant Veſtæ ſacra in cujus honorem perpetuus ibi ignis ſovebatur. Nulla autem urbs fuit tota Græcia: quæ ſuum prytaneum non haberet, vid. Caſaub ad Athen XV. 19. & Ezech. Spanhemii diſſertationem de Veſta & Prytaneis, GRÆV.

Tycha nominata eſt) Eſt a Cujac. & Hitt. nam vulgata *Tyche*, ſcilicet Syracuſani Dorum lingua pleraque efferebant. GUILIELM. Ita etiam MSS Liviani XXIV. 21. GAR.

In qua Gymnaſium ampliſſimum eſt) Gymnaſia tum Syracuſis, tum in plurimis Siciliæ urbibus extitiſſe ex hiſtoriæ monumentis aperte colligitur. De quibus videſis adnotationes Manutii Commentario adjectas. ROGER.

Quarta autem eſt urbs) Non male cod. Lamb. caret voce *urbs*, cui paruit vir ille magnus. GAR.

Qui Theſmetes vocatur) Aldinus liber, & alii nonnulli, *Themiſtes*. Ego

auf

menites vocatur, pulcherrimum, & maximum, quod iſte, ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auferre.

54. Nunc ad Marcellum revertar, ne hæc a me ſine cauſa commemorata eſſe videantur: qui cum tam præclaram urbem vi, copiiſque cepiſſet, non putavit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur, delere, & extinguere; itaque ædificiis omnibus, publicis, privatis, ſacris, profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet: in ornatu urbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis; victoriæ putabat eſſe multa Romam deportare, quæ ornamento urbi eſſe poſſent: huma-

aut *Theſmotetes* legendum putarem, aut *Themiſtes*. *Theſmotetis* autem nomen qua de cauſa tributum eſſet Apollini, conjectura adſequi non poſſum; neque enim legum lator Apollo uſquam, quod ſciam, fingitur; quare *Themiſtes* ſatius putarem: cum *Themis*, ut Suidas auctor eſt, quondam ante Apollinem vaticinandi munus obierit. *Οτι δε Θεμιςες ȣ μονον δικαι, αλλα και μαντειαι, και βȣλαι δηλον εκ των παλαιων.* *Quod autem θεμιςες non modo ſint jura, ſed etiam vaticinia & conſilia, liquet ex antiquis* inquit Euſthatius in lib. Odyſſ. X. quod etiam Ammianus Marcell. a Poetis fictum teſtatur lib. XXI. Sunt tamen qui *Temenites* legant: de quo eſt apud Suetonium in Tiberio. Hott. *Qui Temenites vocatur*) Tam varia eſt hujus loci ſcriptura, ut facile appareat, eum eſſe corruptum: alii enim habent, *Theſmetes*: alii, *Thermiſtes*: alii, *Themiſtes*: alii, *Tennites*: alii, *Themites*; adde quod docti quidam legi volunt, *Theſmothetes*; ego, *Temenites*, excudendum curavi, proxime accedens ad ſcripturam veterem. *Tennites* enim ſcriptum reperi in duobus libris manuſcriptis. Temenites autem dictus eſt Apollo a loco, qui Τεμενος dictus eſt, de quo ſic Stephanus: *Τεμενος, τοπος Σικελιας ὑπο ταις Επιπολαις προς ταις Συρακȣσαις, ȣ οικητωρ, Τεμενιτης.* Id eſt: *Temenos, locus Siciliæ ſub Epipolis, juxta Syracuſas: cujus incola Temenites appellatur.* Cum hæc ſcripſiſſem, itaque jampridem emendaſſem, & edidiſſem, exierunt in lucem lib. XII. priores Adverſariorum Adr. Turnebi, viri ſingulari doctrina præditi: in quorum libri octavi cap. 12. hoc idem ei veniſſe in mentem videre licet: idem ille in idem caput conjecit emendationem illam meam ſuperiorum, *purum a cæde ſervatum eſt.* Quod cum ſæpe accidiſſe viderem; idque mirarer, comperi bibliopolam ſolitum eſſe ad eum quotidie mittere folia unoquoque die impreſſa. Hinc illæ lacrymæ. Lamb. *Qui Temenites vocatur*) Sic omnibus litteris Pal. ſec. nam pr. *Temutes*. Grut. Cujac. Hitt. *Themnites*; prima editio, *Themicles*, Victoriana *Theſmotes*. Hottomannus conjicit *Themiſtes*, ſed non erat opus; lectio primo loco poſita firmatur Suetonii loco cap. 74. Tiberii; adeatur Turneb. lib. VIII. cap. 12. Grævr.

Publicis, privatis, ſacris, profanis) Sic cod. Reg & Franc. ſine copula, quam appoſuerunt, qui non animadverterunt *ασυνδετα* iſta ſuo loco vim orationi addere. Mox Regius *non exſpoliare*, pro vulgato *ſpoliare*. Pro Deiot. *Quo tum Rex animo erga te fuit? qui auctionatus ſit, ſeſeque & filium ſuum exſpoliare maluerit, quam tibi pecuniam non ſubminiſtrare.* Græv. *Ασυνδετα* iſta vetus quoque habet Veneta, & *exſpoliare* cod. Lamb. qui etiam infra, *apportata ſunt*, Lambinus ipſe, *deportata*, optime (vide ad III. Acc. 61.)

 ve-

manitatis, non plane exſpoliare urbem, præſertim quam conſervare voluiſſet. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Romano appetivit, quam humanitas Syracuſanis reſervavit. Romam quæ adſportata ſunt, ad ædem Honoris, atque Virtutis, itemque aliis in locis videmus; nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano: putavit, ſi urbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet, domum ſuam ornamento urbi futuram. Syracuſis autem permulta, atque egregia reliquit: deum vero nullum violavit, nullum attigit. Conferte Verrem: non ut hominem cum homine comparetis, ne qua tali viro mortuo fiat injuria: ſed ut pacem cum bello, leges cum vi, forum, & juriſdictionem cum ferro, & armis, adventum, & comitatum cum exercitu, & victoria conferatis.

55. Ædes Minervæ eſt in Inſula, de qua ante dixi, quam Marcellus non attigit: quam plenam, atque ornatam reliquit, quæ ab iſto ſic ſpoliata, atque direpta eſt, non ut ab hoſte aliquo, qui tamen in bello, religionum, & conſuetudi-

verum non ſatis tuto. Gar.

In hac partitione ornatus) Nam neque pro victore egiſſet, ſi plane omnia reliquiſſet, neque pro humano, ſi omnia ſuſtuliſſet: utriuſque igitur rationem habuit & victoriæ, & humanitatis. Hott.

Ad ædem Honoris, atque Virtutis) *Ædem Honoris* ad portam Collinam ſitam eſſe, ipſe in libro de Legib. II. declarat. De utraque idem lib. de Nat. Deor. II. ſcribit his verbis: *Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Liguſtico a Q. Maximo dedicatum?* Et Livius lib. VII. tertiæ Decadis: *Marcellum aliæ atque aliæ objectæ religiones tenebant: in quibus, quod cum bello Gallico ad Claſtidium ædem Honori & Virtuti voviſſet, dedicatio ejus a Pontificibus impediebatur, quod negabat unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari, ita addita Virtutis ædes, adproperato opere.* Idem.

Domum ſuam ornamento) Nam illa domus inanitas ſummæ continentiæ & temperantiæ argumentum fuit. Qui autem tanta continentia præditus, majori urbi ſuæ, quam cetera ornamenta omnia ſplendori & gloriæ eſſe ſolet. Idem. *Domui ſuæ ornamento urbem futuram*) Sic repoſui, veritatem, & rationem ſecutus: quomodo enim domus Marcelli urbi poterat eſſe ornamento, ſi nulla ſigna ejus domum eſſent deportata? nunc autem urbs ſignis Syracuſanis ornata, domui Marcelli eſt ornamento. Lambin. *Domum ſuam ornamento urbi futuram*) Domus urbi ornamento futura erat, ſi quæ ipſa non receperat, publicis urbis locis viſerentur. Et ſane ſingulorum abſtinentia domeſtica, publicum civitatis decus eſt. Hoc admoneo Lambini cauſa, qui nobis finxit, *domui ſuæ ornamento urbem futuram* Gulielm.

Forum & juriſdictionem) Hoc loco, item ut aliis non paucis, *juriſdictionis* nomen generaliter pro jure, quod a Prætoribus, magiſtratibuſve omnibus redditur, uſurpatur. Hotom.

Qui tamen in bello religionum jura) Quæ ſunt in bello *jura religionum*, cum paullo poſt dicat, *ſacra omnia* ade-

tudinis jura retineret, ſed ut a barbaris prædonibus vexata eſſe videatur. Pugna erat equeſtris Agathocli regis in tabulis picta præclare: his autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur: nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracuſis, quod magis viſendum putaretur: has tabulas M. Marcellus, cum omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit: iſte, cum illa jam, propter diuturnam pacem, fidelitatemque populi Syracuſani, ſacra, religioſaque accepiſſet, omnes eas tabulas abſtulit: parietes, quorum ornatus tot ſecula manſerat, tot bella effugerat, nudos, ac deformatos reliquit. Et Marcellus, qui, ſi Syracuſas cepiſſet, duo templa ſe Romæ dedicaturum voverat, id, quod erat ædificaturus, his rebus ornari, quas ceperat, noluit: Verres, qui non Honori, neque Virtuti, ut ille, ſed Veneri, & Cupidini vota deberet, is Minervæ templum ſpoliare conatus eſt: ille deos deorum ſpoliis ornare noluit: hic ornamenta Minervæ virginis in meretriciam domum tranſtulit. Viginti & ſeptem præterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem æde ſuſtulit: in quibus erant imagines Siciliæ regum, ac tyrannorum, quæ non ſolum pictorum artificio delectabant, ſed

adepta victoria, profana fieri? Sed ita locutus eſt, cum præter rei militaris inſtituta, & conſuetudinem, quæ in pace *religionum jura* habentur, ea ab hoſte victore conſervantur. IDEM. Quæ ſacris uſibus ſunt dicata, ſi non nocent, propter rerum divinarum reverentiam ſolent a victoribus ſervari. Sil. Ital. lib XIII. de Capua capta:

Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu
Relligio, & ſævas componit numine mentes,
Ne flammam tædaſque velint, ne templa ſub uno
In cinerem ſediſſe rogo.

Vide H. Grotium lib. III. de Iure Belli ac Pacis c. 12. GRÆV.

Pugna erat equeſtris Agathoclis regis) Vide Iuſtinum lib. XXII. HOTT. *Agathocli regis*) Sic eſt legendum, & ita eſt in libris MSis. *Agathocli* autem pro *Agathoclis* poſitum, ut ſæpius a nobis dictum eſt. LAMBIN. Sic & Reg. cod. GRÆV.

Victoria ſua profana feciſſet) Hoc eſt jure victoriæ poſſet auferre, tamquam quæ cepiſſet in urbe capta, ideoque non pro ſacris haberi poſſent, ſi vellit; a victore. IDEM.

Ornatus manſerat) Reg. *manſerant*, & *effugerant*. Mox idem *his rebus ornari noluit*. GRÆV. Cod. Lamb. cum Regio convenit, excepta voce *ornari*, pro qua retinere cum ceteris *ornare* videtur, nihil varietatis adnotante Lambino, qui in priori editione paſſive id exhibuerat. Qui ex ſuo itidem MSo edidit, *in id, quod*, omnino præclare, & altero ſtatim membro poſtulante: neque hanc lectionem negligere hactenus æquum fuit. GAR.

ſed etiam commemoratione hominum, & cognitione formarum. Ac videte, quanto tætrior hic tyrannus Syracuſanus fuerit, quam quiſquam ſuperiorum: cum illi tamen ornarint templa deorum immortalium, hic etiam deorum monumenta, atque ornamenta ſuſtulerit.

56. Iam vero quid ego de valvis illius templi commemorem? vereor, ne hæc qui non viderunt, omnia me nimis augere, atque ornare arbitrentur: quod tamen nemo ſuſpicari debet, tam eſſe me cupidum; ut tot viros primarios velim, præſertim ex judicum numero, qui Syracuſis fuerint, qui hæc viderint, eſſe temeritati, & mendacio meo conſcios. Confirmare hoc liquido, judices, poſſum, valvas ma-

Commemoratione hominum) Modo *commemorationem* pro agnitione & memoria uſurpavit: ut ſit, quia eos ſe vivos ac tyrannidem obtinentes vidiſſe memorarent. Hottom. Memoria potius eſt annalium, & vetuſtatis. Gar.

Tyrannus Syracuſanus) Ita ex Lambinianis Gruterus, unde in recentiores omnes hæc lectio manavit. Sed vetus, & potior lectio eſt, *Syracuſanis*, ut habet Naugerius, Herv. Manutius, & plurimi, quorum neſcius Hortenſius ita emendandum ex conjectura cenſebat. Neſcio autem, an etiam ſit melius, *Syracuſis*, quod eſt in ed. MCDLXXXIII. & mihi ſic placet, ut MSis firmari deſiderem. Idem.

Ornamenta ſuſtulerit) Reg. *ſuſtulis*. Grav.

Quid de valvis) Fores in liminibus profanarum ædium *Ianuæ* nominantur, inquit hic ipſe lib. II. de Nat. Deor. *valvæ* ergo ſacrarum ædium ſunt. Hottom. Dignus eſt, qui legatur, locus ex Iſidori differentiis, quem inter alios protulit Barthius XL. Adv. 10. *Ianua*, inquit, *eſt aditus primus in domo: oſtium in quemlibet locum domus . . . fores, quæ foras vertuntur, valvæ, quæ intus aperiuntur, & duplices, & multiplices, & complicabiles. Portæ vero murorum dicuntur, &c.* Patet igitur *valvas* opponi *foribus*, non *januis*. Sic I. Acc. 23. *Duo ſigna . . . quæ multos annos ad valvas Iunonis Samiæ ſteterunt*. Gar.

Tam eſſe me cupidum) Locus ſuſpectus: quid enim hæc ſibi volunt? *cujus rei cupidum?* Itaque putarem legendum eſſe: *tam eſſe me criminandi cupidum*, aut alio ſimili modo. Lamb. Fruſtra. Nam ſic locutus eſt Orat. pro Cæcin. 3. Grut. Hallucinatur ſane Lambinus, quia non intellexit vim verbi *cupidus*. Latinis ſic dicitur, qui nimio partium ſtudio eſt abreptus, qui eſt, ut barbari loquuntur, *partialis*. Cic. pro Fonteio: *Igitur teſtibus, judices, non credere cupidis & iratis, & conjuratis non ſolum poteſtis, ſed & debetis*. Sæpius in illa oratione occurrit. In XVI. ad Tiron. ep. 11. *Nos agimus nihil cupide, eoque eſt noſtra pluris auctoritas*. Exempla plura notavimus ſuperius. Grævius. Præcipue hoc egit vir ſummus ad Sueton. Cæſ. c. 12. ubi Manutium ad Cic. IV. ad Div. 14. idem prius docuiſſe notat V. C. Oudendorpius. Sed Manutius de cupidis pugnandi agit, & ipſe ibi Tullius aliam cupiditatem ſignificat, ut vidit Corradus: licet in bello civili omnia illa verſentur. Gar.

Mendacio meo conſcios) Egregium in hanc rem, & Catonis fragmento inſigne illud eſt, quod ex eodem Iſidoro MSo, de quo modo dixi, edidit Barthius XXXIX Adv. 14. *Falſitas, & mendacium differunt: negare, quod verum eſt, falſitas eſt: fingere, quod*

magnificentiores, ex auro, atque ebore perfectiores nullas umquam ullo templo fuiſſe: incredibile dictu eſt, quam multi Græci de valvarum harum pulcritudine ſcriptum reliquerint: nimium forſitan hæc illi mirentur, atque efferant: eſto: verumtamen honeſtius eſt reipublicæ noſtræ, judices, ea, quæ illis pulcra eſſe videantur, imperatorem noſtrum in bello reliquiſſe, quam Prætorem in pace abſtuliſſe. Ex ebore diligentiſsime perfecta argumenta erant in valvis: ea detrahenda curavit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, revellit, atque abſtulit: & tamen indicavit, ſe non ſolum artificio, ſed etiam pretio, quæſtuque duci: nam bullas aureas omnes ex his valvis, quæ erant & mul-

quod falſum eſt, mendacium eſt. Unde CATO: *tu, tu, inquam, ſi vera cum primis, falſarius agnoſceris; ſi falſa confingis, mendax eſſe videris.* IDEM.

Ullo tempore fuiſſe) Sunt qui ex antiquis libris *ullo templo* corrigant. Ego, *ullo in templo*, potius reponerem. HOTTOM. *Nullas umquam ullo in templo fuiſſe*) Sic ſe reperiſſe ſcriptum in nonullis codicibus vetuſtis teſtatur Adr. Turnebus lib VIII Adv. cap. 12. Nunc igitur & ejus fidem, & librorum illorum auctoritatem ſecutus, ſic edendum curavi, rejecta vulgata, *nullas umquam ullo tempore, &c.* LAMB. *Perfectiores nullas umquam ullo tempore fuiſſe*) *Ullo in templo* habet vetus liber, pro *ullo tempore*, quod placet; & paullo poſt *in hoc nomine*, pro eo quod eſt in vulgatis, *in hoc non minime*. F. VASTR. *Ullo templo fuiſſe*) Sic Hittorp ſic Cujac. prodiditque Turnebus, lib. VIII. Adverſariorum: prius vulgati, *ulla tempore*. GRUT. Firmat Reg. GRAV. Veneta, *ullo in tempore*, mendoſe, ſed adeſt τὸ *in*, quod Lambinus ex MSis retinuit, & Hottomanno placebat, licet abeſſe ſane poſſit. GAR.

Honeſtius eſt) Nam victores non modo quod ſibi emolumento eſt, diripiunt, ſed etiam quod victis hoſtibus voluptati fuit, diſperdunt. HOTT.

Argumenta erant in valvis) *Argumenta* eodem modo dicuntur ut *ſigna*: quibus res aliqua ſignificatur, & de re quapiam fit exiſtimatio. Virg. lib. VII. qua Turni arma deſcribit:

At levem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus.

Quem in locum Servius interpres: *Argumentum*, ait, *fabulas, ut Cicero, Argumenta erant in valvis, &c.* IDEM. Sane argumentum fabulam eſſe non ſolum oſtendit Phædrus lib. IV. fab. 7.

Mordaciorem qui improbo dente adpetit,
Hoc argumento ſe deſcribi ſentiat.

Sic & fabula 10. ibidem: Nec non ejuſdem libri fab. 15. ſed & Cic. de Invent. Rhet. lib. XIX. *Argumentum eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit.* Sed hic *argumenta* ſunt hiſtoriæ ſive veræ ſive fictæ, in ebore ſculptæ, ut apud Suet. Tib. XLIV. *Parrhaſii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut ſi argumento offenderetur, decies pro ea H-S. acciperet.* GREV.

Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus) Perſpicue rectum; cum in aliis omnibus aliter & mendoſe, opinor, ſcriptum ſit, *cinctum anguibus*: quod ex fine libri IV. Metam. intelligitur. HOTT. *Os pulcherrimum crinitum anguibus*) Non audio libros qui habent *cinctum*: noſtrum eſt a *crinire*, verbo eleganti, & quod haud dubie ab antiquis mutuatus eſt Statius lib. III. Silvar. *Nunc cunctis veris frondibus annuis crinitur arbos.* GRUT.

Bullas omnes aureas) *Bullas* dicit, cla-

multæ, & graves, non dubitavit auferre: quarum iſte non opere delectabatur, ſed pondere. Itaque ejuſmodi valvas reliquit, ut, quæ olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad claudendum factæ eſſe videantur. Etiam ne gramineas haſtas? vidi enim vos in hoc nomine, cum teſtes

clavorum capita: quod inſtar, opinor, bullæ haberent. Plautus in Aſinaria: *Iuſſi ne in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?* HOTT.

Etiam ne gramineas haſtas) *Fraxineas* legendum putarem. Cum enim procera ſit fraxinus, & teres, haſtis accommodata eſt: unde Achillis haſta fraxinea apud Homerum Iliad. π. *Πηλιαδα μελιην, την πατρι φιλῳ πορε Χειρων*. Mirum eſt tamen Servium (ſiquidem illa verba ſunt Servii) hunc locum ſic protuliſſe: *Gramineum in campum, id eſt, graminoſum*. Cicero de ſignis: *Etiam ne gramineas haſtas?* HOTT. *Etiam ne gramineas haſtas*) Sic habent omnes libri etiam veteres: neque aſſentior Hottomanno, exiſtimanti, legi potius oportere, *fraxineas*: nam etiam Servius ad illum Virgilii locum lib. Æn. 5. *Gramineum in campum*, hanc lectionem probat: interpretaturque, *gramineum*, graminoſum. LAMBINVS. P.Manutius recepit conjecturam Hottomanni, ſed ingratiis librorum veterum. Quæ tamen gramineæ haſtæ ſint, fateor me non intelligere. Forte ita fictæ fuerunt, ut gramine viderentur eſſe veſtitæ & ornatæ, ut thyrſi, bacchantium hederis. GRAEVIVS. Vocem *gramineas* pertinaciter retinent omnes libri veteres, & præterea explicat Servius ad lib. V. Æn. per *graminoſum*. Viri docti fatentur tamen ſe neſcire, quid ſint *haſtæ gramineæ*, & ideo eorum quidam *fraxineas* legunt: ut & P.Manutius edidit: quæ conjectura eſt indigna virorum doctorum acumine, & ingenio. Si fraxineæ fuiſſent haſtæ, quid mirum, aut adeo memorandum in iis fuiſſet? Tria de iis prædicat Cicero, quod ſcilicet eſſent neque manu factæ, neque ulla pulcritudine, ſed tantum incredibili magnitudine. Quæ ſingula de fraxineis haſtis partim non poſſunt vere dici, partim nullam adferunt iis dignitatem. Omnia optime procedent, ſi per *haſtas* primo intelligas ſtimulos, quibus ruſtici boves incitabant ad laborem, aut curſum, quemadmodum alibi apud Virgilium eo ſenſu legitur; & deinde ſtatuas iſtos ſtimulos non manu factos fuiſſe, ſed quodam tempore gramen alicubi in Sicilia, regione fertiliſſima, in tantam magnitudinem creviſſe, ut eo ruſtici quaſi pro ſtimulis uti potuiſſent, niſi maluiſſent id ſervare ad exemplum fertilitatis Siciliæ oſtentandum advenientibus. Inde adſcribitur iis haſtis incredibilis magnitudo, non ratione haſtarum militarium, ſed graminis, e quo creverant. Nolo plura huic opinioni firmandæ addere. Ea ſe ipſam, ut puto ſatis probat ſingula Ciceronis verba expendenti. VERBVRGIVS. *Haſtæ gramineæ*, ut reor, dicebantur, quod iis in gramine, & campo ſe exercere ſolerent. Nam, ut Maro gramineam palæſtram vocavit, quæ in gramine exercetur, *Pars in gramineis exercent membra palæſtris*, eodem modo appellari reor haſtas gramineas, quibus in gramine velitarentur. Ita Turnebus. Quæ hic aliorum ſomnia! OLIVETVS. Ego haſtas *myrteas*, aut *corneas* intelligerem (vide Servium ad III. Æn. 22.) etiam ſi quis haſtas Fetialium *ſanguineas* cum Turnebo XXV. Adv. 18. ab *ſanguineo frutice*, de quo Plinius H. N. XVI. 18. &c. nominari vellet, quamvis Ammianus XIX. 2. *ſanguine infectas* intelligit: haſtas vero *gramineas* nondum intelligo. Quis enim vidit umquam virgulti vel teneriſſimi ſpeciem gramen induere? Sit quantumvis feraciſſima terra Sicilia, rerum naturam ſic, puto, non immutat: neque itidem id putat Siculus ipſe Mongitorius, qui in Opuſc. Caloger. T. XXII. hac de re multis egit, qui tamen nihil admodum probabi-

ſtes dicerent, commoveri, quod erant hujuſmodi, ut ſemel vidiſſe ſatis eſſet: in quibus neque manu factum quidquam, neque pulcritudo erat ulla, ſed tantum magnitudo incredibilis, de qua vel audire ſatis eſſet: nimium, videre plusquam ſemel: etiam ne id concupiſti?

57. Nam Sappho, quæ ſublata de prytaneo eſt, dat tibi juſtam excuſationem, prope ut concedendum, atque ignoſcendum eſſe videatur. Silanionis opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum, quiſquam non modo privatus, ſed populus potius haberet, quam homo elegantiſsimus, atque eruditiſsimus Verres? nimirum contra dici nihil poteſt: noſtrum enim unuſquiſque, qui tam beati, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus, ſi quando aliquid iſtiuſmodi videre volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentum Catuli, in porticum Metelli: det operam, ut admittatur in alicujus iſtorum Tuſculanum: ſpectet forum orna-

babile adferre potuit, eoque delabitur, ut haſtas gramine ornatas intelligat, quod etiam Grævio in mentem venerat, & poeticum cenſet non immerito Erneſtus in ind. Video equidem Tullium dicere, nihil in his haſtis *manu factum* fuiſſe, neque puto ab haſtis *puris* hoc abhorrere, quas etiam veſtiri gramine conſueviſſe, doctus ille Siculus conjiciebat. Sed ubi certa nulla fax lucet, præſtat ſubſiſtere. GAR.

Hoc non minime commoveri) Reg. cod. *hoc nomine commoveri*, nimirum *gramineorum haſtarum*, ſic Cicero ſcripſit. GRAV. Quis dubitet? Tamen Grævius a recentioribus non eſt auditus, ejuſque lectio ne quidem commemorata. GAR.

M. Syllanionis) Probabilior quorumdam ſcriptura, *Annei*, pro *Marci*; quod Romanum nomen eſt. Fuit autem Syllanion inſignis ſtatuarius, in quo hoc Plinius ſcribit memorabile fuiſſe, quod nullo doctore nobilis fuit. HOTT. *Silanionis opus*) In libris MSis neque eſt prænomen *Marci*, neque *Annei*. Præterea hoc nomen vitioſe ſcribitur in libris vulg. per *y.* & cum *ll.* geminis. LAMB. De Silanione vid. Plin. Hiſt. Nat. XXXIV. 8. & quæ ibi notat Cl. Harduinus. GRAV.

Homo elegantiſſimus) Qui operum lineamenta ſolertiſſime perſpicit: eaque ſubtiliter judicat. HOTT.

Si quando aliquid iſtiuſmodi) Corrigendum putarem: *Si quando quis aliquid*. IDEM. Hanc conjecturam admiſit Paullus Manutius: perperam. Præcedentia enim verba *noſtrum aliquis* pertinent ad hæc: *Si quando aliquid iſtiuſmodi videre volet*; alioquin nihil eſſet, ad quod referrentur. GRAV.

Eat ad ædem Felicitatis) In ea Praxitelis ex ære pulcherrima ſigna fuiſſe Plinius ſcribit, in quibus & Veneris, quæ cum ipſa æde incendio conflagravit, Claudii principatu. Item alibi: *Fuere*, inquit, *& Theſpiades ad ædem Felicitatis, quarum unam adamavit eques Rom. Iunius Piſciculus*. HOTTOM.

Monumentum Catuli) Capitolium. IDEM.

In alicujus iſtorum Tuſculanum) Plinius lib. XXXV. de Hortenſii Tuſculano loquitur, in quo ædem illum feciſſe ſcribit tabulæ Argonautarum a Cy-

ornatum, ſi quid iſte ſuorum Ædilibus accommodavit. Verres hæc habeat domi? Verres ornamentis fanorum, atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas? Etiam ne hujus operarii ſtudia, ac delicias, judices, perferetis? qui ita natus eſt, ita educatus, ita factus & animo, & corpore, ut multo appoſitior ad deferenda, quam ad auferenda ſigna eſſe videatur. Atque hæc Sappho ſublata quantum deſiderium ſui reliquerit, dici vix poteſt: nam cum ipſa fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi, quod iſte eruditus homo, & Græculus, qui hæc

a Cydia factæ, quam H-S. CLXIV. emerat. *Ædes* enim hæ quoque appellabantur: ut mihi non *Ædilibus*, proximo verſu, ſed *Ædibus* potius legendum eſſe videatur: nam de hoc more veterum apparet ex æde Apollinis, in qua Lucullus Pompeio & Ciceroni cœnam apparavit. *Tuſculum* autem, oppidum eſt urbi proximum, & ut Strabo ſcribit, *in ipſius urbis conſpectu*. Ejus ager Tuſculanus dicitur, in quo cives Rom. complures villas habebant. De Tuſculano agro, Strabonis verba, quæ de Græco expreſſi, ſubjiciam: *In Albano colle*, inquit, *ſitum eſt Tuſculum, oppidum non parvis ornamentis inſtructum. Ornatum eſt autem undique conſitionibus, & ædificiis: ſed multo maxime iis, quæ ſunt verſus Romam. Nam ibi Tuſculanus eſt collis ubertate agrorum, & aquationibus inſignis, pluribus in locis ſenſim & leviter aſſurgens, villaſque complectens magnificentiſſimas. Huic Albano monti continentia atque adjuncta ſubſunt eadem bonitate, & magnifico ornatu prædita. Hinc campi ſunt, quorum partim Romæ, ejuſque ſuburbiis, partim vero mari adjuncti ſunt: ſed qui cum mari continentes ſunt, minus ſunt ſalubres.* Hæc Strabo. IDEM.

Spectet eorum ornatum) Nonnulli *forum* ex ingenio corrigunt, nam *forum* ab ædilibus ornari ſolere, ſignis commodatis, aliis locis dictum eſt. Vulgatam tamen lectionem retineo, ſi modo *ædibus* pro *ædilibus* legatur: nam *forum ornari* ſolere ſignis a civitatibus Græcis commodatis ſæpe antea dictum eſt. Itaque unde adportata eſſent, ſolus fori ornatus non judicabat: vide infra. IDEM. *Spectet forum ornatum, &c.*) Secutus ſum libros duos MSos, & aliquot vulgatos. Nam alii vulg. habent, *ſpectet eorum ornatum, &c.* adde quod Hottomannus vult legi, *ædibus*, pro, *ædilibus*; ſed idem habebat in ſuo codice, *eorum ornatum*. Etiam hanc emendationem multo antea a me excogitatam, retulit in Adverſ. lib. VIII. cap. 12. Adr. Turnebus, eadem atque ego fortaſſe conjectura ductus. LAMBINUS. Vox *eorum*, uti tum legebatur pro *forum* Hottomanni emendantis *ædibus* conjecturam reſpuit. GRUT. In Reg. ſcribitur *forum*: In Francii vero *ædibus*. Sed Reg pro *accommodavit* legit *commodarit*. Sententia eſt, ſi quid ex ſuis ſtatuis & tabulis Verres ædilibus forum ornantibus ad hanc ſolemnitatem utendum dedit. GRÆV. Recte cod. Reg. *commodarit*, Lamb. *commodavit*. Puto autem ironiam uſque ad vocem *refertas* produci debere, duabus interrogationibus ſublatis, quas Ven. Naug. &c. non agnoſcunt. GAR.

Appoſitior ad deferenda quam ad auferenda) *Deferre* igitur eſſe vult, huc illuc deportare, quod bajulorum & operariorum eſt. *Auferre* vero, ſemel ſuam in domum, id quod emtum, aut alio quovis modo paratum eſt, adportandum locare, & ſibi auferre. Sic paullo ſuperius dixit: *Quod iſte ſi auferre potuiſſet, non dubitaſſet auferre*. HOTTOM.

Ce-

hæc ſubtiliter judicat, qui ſolus intelligit, ſi unam litteram Græcam ſciſſet, certe non ſuſtuliſſet. Nunc enim quod inſcriptum eſt inani in baſi declarat, quid fuerit, & id ablatum indicat. Quid? ſignum Pæanis ex æde Æſculapii præclare factum, ſacrum, & religioſum, non ſuſtuliſti? quod omnes propter pulcritudinem viſere, propter religionem colere ſolebant. Quid? ex æde Liberi ſimulacrum Ariſtei non tuo imperio palam ablatum eſt? Quid? ex æde Iovis religioſiſſimum ſimulacrum Iovis imperatoris, quem Græci Vrion nominant, pulcherrime factum, nonne abſtuliſti? Quid? ex æde Liberæ parvum illud caput pulcherrimum, quod viſere ſolebamus, non dubitaſti tollere? Atque ille Pæan ſacrificiis anniverſariis ſimul cum Æſculapio apud illos colebatur. Ariſteus, qui, ut Græci ferunt, Liberi filius, inventor olei eſſe dicitur, una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo conſecratus.

58.

Certe non ſuſtuliſſet) Sententia negationem omnino repudiat, quam tamen in edd. conſpeai omnibus, etiam in Ven. vet. quæ non habet, *certe*. His ergo invitis delenda eſt. Supra c. 35. in re ſimili: *ſi etiam baſim, tamquam indicem ſui ſceleris, ſuſtuliſſet*. GRÆ.

Iovis Imperatoris, quem Græci Vrion nominant) Templum Οὐρίου Διὸς inter Boſporum Thracium & urbem Trapezuntem fuiſſe, auctores ſunt Arrianus ἐν περίπλῳ Ponti Euxini, & Stephanus in libro de Vrbibus. HOTT. *Iovis Imperatoris*) Melior Laubanus, non inficete conjiciebat, *Imbricitoris*: de eodem videndus item Brodæus libro Miſcellan. VI. cap. 9. Biſciola lib. XI. c. 14. Miſcellaneorum. GRÆV. Οὔριος Iupiter non eſt Imbricitor, ſed qui ſecundos ventos immittit navigantibus, quaſi ſecundorum ventorum dator. vide Stuckium ad periplum Ponti Euxini p. 113. Latinos autem Iovem, quem Græci dixerunt οὔριον, Imperatorem appellaſſe, nulla habita ratione Græcæ vocis, conſtat non modo ex ſequentibus, ubi Iovis Imperatoris ſignum, quod in Capitolio fuit, ex Macedonia adportatum ait, quod tamen Livius lib VI. Præneſte advectum ſcribit; ſed & ex Plinii Panegyrico cap. 5. & P. Victore, ut ibi Lipſius docet. GRÆV.

Ex æde Liberi parvum illud caput) Pal. pr. *Parmum*, quod & in Cujac. qui præterea *Liberæ*, ſec. *Parinum*. Conjectabam aliquando, *ex æde Liberi, Liberi parvum illud caput*: nunc ſileo, quid ſi tamen fuerit? *ex æde Liberæ, Liberi parvum*, GR. GRÆV. *Liberæ Parinum caput* eſt in cod. Reg. *Liberæ* omnino legendum, quæ eſt Liberi ſoror. Nam de Liberi æde paullo ante loquitur, quod ſi ex ejus templo caput hoc eſſet ablatum, dixiſſet ex *eadem Liberi æde*, aut præcedentibus, ubi de Liberi æde loquitur, hæc adjeciſſet. Vide an pro *parvum*, aut ut MSi habent *Parinum*; aut *Parmum* Cicero ſcripſerit *Parium* pro *Parii marmoris* capite, ut *Pariæ columnæ* apud Poetam. Ex eodem cod. Reg pro *num*, quod hic nihili eſt, ſubſtitui *non*, id eſt, *nonne*, ut ſæpe. GRÆV. *Parinum*, id eſt, Parii marmoris, dedimus ex libro Cujacii, & quatuor e noſtris. LALLEM. Malo *parvum*, quoad lux melior deerit. Neſcio item, cur tantopere τὸ *num*

Græ-

58. Iovem autem imperatorem quanto honore in ſuo templo fuiſſe arbitramini? hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem ſpecie, atque forma ſignum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio poſuerat Flamininus. Etenim tria ferebantur in orbe terrarum ſigna Iovis imperatoris uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum, in Ponti ore & anguſtiis: tertium, quod Syracuſis ante Verrem Prætorem fuit. Illud Flamininus ita ex æde ſua ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt, in terreſtri domicilio Iovis poneret. Quod autem eſt ad introitum Ponti; id, cum tam multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porro in Pontum invecta ſint, uſque ad hanc diem integrum inviolatumque ſervatum eſt. Hoc tertium, quod erat

Grævio diſpliceat, & quænam iſthæc ſententia ſit: *nonne dubitaſti tollere?* cum tamen abſtulerit. Profecto *num* reſtituere neceſſe eſt. GAR.

Quod ex Macedonia captum in Capitolio poſuerat Flamininus) Per Flamininum intelligit T. Quintium Flamininum. Sed id Liv. lib. VI. tribuit Quintio Cincinnato, quem Præneſte Romam id ſignum Iovis Imperatoris detuliſſe ſcribit: *Triumphans ſignum, Præneſte devectum Iovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum eſt inter cellam Iovis, & Minervæ.* Huic adſtipulatur P. Victor. in deſcriptione urbis, qui in regione VI. Capitolii: *Signum Iovis Imperatoris Præneſte devectum*. Putat I. Lipſius hunc diſſenſum ortum eſſe ex titulo hujus ſigni, cui tantum *T. Quintii* nomen fuerit inſcriptum, qui id dedicaverit in Capitolio, ſine cognomine: Itaque alios retuliſſe ad T. Quintium Flamininum ac ſi e Macedonia id attulerit, ut Cicero; alios ad T. Quintium Cincinnatum, tamquam is Præneſte devexerit, ut Livius, & Victor. GRÆV.

In Capitolio videmus) Haud ſcio an potius *vidimus* in præterito tempore legendum ſit: quippe cum nuper Capitolium deflagraſſet qua de cauſa modo paullo ante dixi. Si recordari volueritis quanta religione fuerit, quod in Capitolio poſuerat Flamininus. HOTTOM.

In Ponti ore & anguſtiis) Situm eſt in promontorio, ubi Boſporus Thracius eſt anguſtiſſimus. De hoc templo P. Mela lib XIX. *Thracius Boſporus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt: oppidi nomen Chalcedon, auctor Archias Megarenſium princeps: templi Numen Iupiter, conditor Iaſo.* Alii tamen a Phryxo poſitum tradunt, nec ſoli Iovi Vrio, ſed duodecim diis, ſi Apollonio Rhodio credimus, poſitum, ut multis docent Iſaacus Voſſius ad Melæ laudatum locum, & ante illum Guilielm. Stuchius in Arriani periplum Ponti. Locus ille per excellentiam dicebatur *ἱερὸν*, & *ἐφ' ἱερὸν*. Qui poſt Arcturum navigabant ex Ponto in locum *ἐφ' ἱερὸν* graviores uſuras paciſcebantur: vid. Harpocrationem, & ibi Valleſium. Locus ille hoc quoque tempore a Græcis dicitur *ἱερὸν*, a Latinis *fanum*. Eſt nunc Caſtellum muro munitum, quod tenent Turcæ. GRÆV.

Flamininus ita ex æde ſua ſuſtulit) *Sua*, id eſt, Iovis. Plutarchus in vita Sullæ, *Flamininum ſubactis Macedonibus non modo a Græcorum templis temperaſſe* ſcribit, *ſed etiam dona illis & ornamenta complura addidiſſe*. HOTT.

Id

erat Syracuſis, quod M. Marcellus armatus & victor viderat: quod religioni conceſſerat: quod cives atque incolæ Syracuſani colere, advenæ non ſolum viſere, verum etiam venerari ſolebant: id Verres ex templo Iovis ſuſtulit. Vt ſæpius ad M. Marcellum revertar, judices, ſic habetote: plures eſſe a Syracuſanis iſtius adventu deos, quam victoria Marcelli homines deſideratos. Etenim ille requiſiſſe dicitur etiam Archimedem illum, ſummo ingenio hominem ac diſciplina, quem cum audiſſet interfectum, permoleſte tuliſſe. Iſte omnia, quæ requiſivit, non ut ſervaret, verum ut adſportaret, requiſivit.

59. Iam illa, quia leviora videbuntur, ſi hoc loco dicerentur, ideo præteribo; quod iſte menſas Delphicas e marmore, crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vaſorum Corinthiorum ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit. Itaque, judices, hi, qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, converſam jam habent demonſtrationem ſuam; nam, ut ante demonſtrabant, quid ubique eſſet: ita nunc quid undique ablatum ſit oſtendunt. Quid tum?

Id Verres) Lamb. ex MSo, *id C.Verres*, quod amplector. GAR.

Etiam Archimedem illum) *Archimedes* Geometra nobiliſſimus, de quo vide Livium libro Decadis III. quinto, Ciceronem lib. de Finib.V. & Val. Max. lib.VIII. HOTT.

Summo ingenio hominem ac diſciplina) Hoc loco *diſciplina* eſt doctrina, ut pro Flacco: *Homo omnium diſciplina juris civilis eruditiſſimus*. GRÆV.

Eumque cum audiſſet interfectum) Vetus liber, *quem cum audiſſet interfectum*. F.VRSIN. Sic & Reg. cod GRÆVIVS. Recte: vide conſtructionem fere ſimilem I. Act. 9. & ibi notas: *quem cum* valet, *cum eum*. Recentiores cum Librariorum vulgo veriorem alteram formam exiſtimarunt. GAR.

Iam illa quia leviora) *Quæ leviora* placet, ut eſt in antiquo. F.VRSIN.

Delphicas ex marmore) *Delphicæ* dicebantur abaci marmorei, qui ſic dicti ſunt, quod primo Delphis fuerunt facti, deinde ſic appellati omnes abaci, ubicumque fuerint facti, qui erant ejuſdem formæ: vide Plin. XXXIV. 3. & Giſan. in Indice Lucretiano voce *præſtringere*: vide & Cuiac. IX. obſervat 13. GRÆV. Adde etiam viros doctos ad illud Martialis XII. 67. *Argentum, atque aurum non ſimplex Delphica portat*. VERBVRG.

Quid undique ablatum ſit oſtendunt) Ita habent omnes MSi & vulgati libri. Ant. Auguſtinus legit: *Quid undique ablatum ſit*. quæ lectio cum magis propria, tum elegantior videtur, ut *unde que* ſint duo verba, non unum; itaque miror non ei veniſſe in mentem, ut hoc eodem in loco legeret: *Vt ante demonſtrabat quid ubique eſſet*: ut *ubique* ſint duo etiam verba. Libet autem hic adſcribere Plinii verba ex libro XXXIV. cap. 7. quod in eis ſigni cujuſdam mentio ſit, quod a Cicerone numeratur inter ea, quæ a Verre ablata fuiſſe dicit, nec tamen

tum? mediocri ne tandem dolore eos affectos eſſe arbitramini? non ita eſt, judices: primum, quod omnes religione moventur: & deos patrios, quos a majoribus acceperunt, colendos ſibi diligenter & retinendos eſſe arbitrantur: deinde hic ornatus, hæc opera, atque artificia, ſigna, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant. Itaque ex illorum querimoniis intelligere poſſumus, hæc illis acerbiſſima videri, quæ forſitan nobis levia & contemnenda eſſe videantur. Mihi credite, judices, tametſi voſmetipſos hæc eadem audire certo ſcio, cum multas acceperint per hoſce annos ſocii atque exteræ nationes calamitates & injurias, nullas Græci homines gravius tulerunt, nec ferunt, quam hujuſcemodi ſpoliationes fanorum atque oppidorum. Licet iſte dicat emiſſe ſe, ſicuti ſolet dicere: credite hoc mihi, judices: nulla umquam civitas tota Aſia & Græcia ſignum ullum, tabulam pictam, ullum denique ornamentum urbis ſua voluntate cuiquam vendidit; niſi forte exiſtimatis, poſteaquam judicia ſevera Romæ fieri deſierunt, Græcos homines hæc venditare cœpiſſe, quæ tum non modo non venditabant, cum judicia fiebant, verum etiam coemebant: aut niſi

men in hoc de ſignis libro reperitur: *Signis* (inquit) *quæ vocantur Corinthia plerique in tantum capiuntur, ut ſecum circumferant, ſicut Hortenſius orator Sphingem Verri reo ablatam, propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei ſe ænigmata intelligere, reſpondit debere, quoniam Sphingem domi haberet.* F. VASIN.

Mediocri ne tandem) *Ne* non eſt in Franc. Poteſt abeſſe ſine ullo detrimento. GRÆV.

Nimio opere) Vide ad IV. pro Amer. & Cortium ad Plin. I. ep. 7. ubi monet etiam, vetuſtiſſimum ſuum Nonii codicem in Tullii loco II. Acc. 58. legere: *quod ſi quem ſtatuæ magno opere delectant*: idque ibi oblitus ſum adnotare. GAR.

Gravius tulerunt, nec ferunt) Duo lib. MSi habent, *gravius fleverunt, ac tulerunt*. LAMBIN. Reg. *gravius fuerunt, ac tulerunt*. GRÆV.

Signum ullum tabulam pictam) Arbitrabatur Guilielmius forte an verbo repetito ſcribendum, *ſignum ullum, ullam tabulam pictam*. GRUTER.

Nullum denique ornamentum) Omnes libri veteres: *ullum denique*, a quorum auctoritate non diſcedimus. HOTT.

Niſi forte exſtimatis) Ironia. Non enim judiciorum ſeveritas ad Græcos homines a vendendo aut emendo deterrendos pertinebat: ſed ad Romanos, qui ea judiciorum metu Græcis hominibus relinquebant. IDEM.

Hæc venditare cœpiſſe) Sic habent libri MSi, quos quamobrem hic improbarem, nulla cauſa viſa eſt; nam *venditare*, nihil eſt aliud, quam vendere velle: quod huic loco valde convenit. Sententia autem hujus loci, hæc eſt: non eſſe credibile, Græcos homines, ſigna, & tabulas pictas tum vendere voluiſſe, cum judicia Romæ fieri deſita ſunt, quas res tum magno ſtudio coemebant, cum judicia fiebant. Ratio hæc eſt; nam tum res

niſi arbitramini, L. Craſſo, Q. Scævolæ, C. Claudio, potentiſsimis hominibus, quorum ædilitates ornatiſsimas vidimus, commercium iſtarum rerum cum Græcis hominibus non fuiſſe: iis, qui poſt judiciorum diſſolutiones ædiles facti ſunt, fuiſſe.

60. Acerbiorem etiam ſcitote eſſe civitatibus falſam iſtam & ſimulatam emtionem, quam ſi quis clam ſurripiat, aut eripiat palam atque auferat; nam turpitudinem ſummam eſſe arbitrantur, referri in litteras publicas, pretio adductam civitatem, & pretio parvo ea, quæ accepiſſet a majoribus, vendidiſſe atque alienaſſe; etenim mirandum in modum Græci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur. Itaque majores noſtri facile patiebantur hæc eſſe quamplurima apud ſocios, ut imperio noſtro quam ornatiſsimi florentiſsimique eſſent; apud eos autem, quos vectigales, aut ſtipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant, ut illi, quibus ea jucunda ſunt, quæ nobis levia videbantur, haberent hæc oblectamenta, & ſolatia ſervitutis. Quid arbitramini Rheginos, qui jam cives Romani ſunt, merere velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur? quid Tarentinos, ut

res emimus, cum parvo conſtant; tum vendimus, cum bene vendere licet. At cum Romæ judicia fiebant, ſtatuæ, & tabulæ pictæ care venibant, quia non metuebant earum poſſeſſores & domini, ne a magiſtratibus Romanis ſibi auferrentur: contra cum judicia fieri deſierunt, domini parvo pretio vendere, quam eas ſibi per vim extorqueri malunt. Et tamen Græci homines ita ſunt tabularum pictarum, & ſignorum cupidi, ut eas res tum coemerent, cum cariſſime conſtarent: non eſt igitur veriſimile, eoſdem homines has res tum vendere velle cœpiſſe, cum parvo vendere neceſſe haberent. LAMBIN.

Aut niſi arbitramini) Sic repoſui ex Reg. cod. In vulgatis *aut* male deſideratur. GRÆV.

Ædilitates ornatiſſimas) Ita codices, & vetuſtiores omnes editi. Recentiores (i. e. Oliverus) habent *nobiliſſimas*. LALLEM.

Poſt judiciorum diſſolutiones) Reg. *diſſolutionem*: recte. Mox idem: *in tabulas publicas*, & *abalienaſſe*. GRÆV. *Tabulas*, etiam Lamb. cod. *abalienaſſe*, nullo citato MSo, ille jam receperat. GAR.

Turpitudinem ſummam) Quaſi pluris paucos aliquot nummulos, quam deos patrios & religionem a majoribus traditam faciant. HOTT.

Hæc eſſe quamplurima apud ſocios) *Socii*, ſunt fœderati populi & immunes. *Vectigales*, qui vectigal incertum, ut decumas: *Stipendiarii*, qui certum vectigal, quod *ſtipendiarium* dicitur, veluti certam pecuniam, quotannis populo Romano pendunt; vide infra. IDEM. Vide ad III. Accuſ. 6.

Vt imperio noſtro) Nam illa patientia, quam benigne ac liberaliter a nobis haberentur, æſtimandi copiam præbebat. IDEM.

Marmorea Venus illa ne auferatur) Omnes,

ut Europam in tauro amittant? ut Satyrum, qui apud illos in æde Veſtæ eſt? ut cetera? quid Theſpienſes, ut Cupidinis ſignum, propter quod unum viſuntur Theſpiæ? quid Cnidios, ut Venerem marmoream? quid ut pictam, Coos? quid Epheſios, ut Alexandrum? quid Cyzicenos, ut Aiacem, aut Medeam? quid Rhodios, ut Ialyſum? quid Athe-

Omnes, quos vidi, codices conſentiunt. Video tamen, qui *ae* particulam tum ea hoc, tum ea proximo loco tollendam putent: ſed qua ratione adducti in eam opinionem venerint, non explicarunt: itaque dum illi cauſas hujus correctionis afferant, receptam lectionem conſervabimus. Etenim niſi plane nihil videmus, non alia ſententia dixit Plautus: *Quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream*. Non alia hic noſter in lib. de Finib. *Quid merearis, ut te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe?* HOTTOM.

Ut ab eis marmorea Venus illa auferatur?) Duodecim fere abhinc annos emendavi in commentariis Horatianis ad illum locum, *ſcilicet ut non ſit mihi prima fides, & vere q. pl. ut non A.r. vl. pretium etas altera ſordet*: ad Loll 2. lib. I. epiſt. multaque ſimilia exempla ex Plauto, & ex aliis bonis ſcriptoribus collegi. Et in priore editione Ciceronis ſic edendum curavi, & Ciceronis Orationes omnes editæ erant a me decem menſibus ante, quam XII. libri Adverſariorum Adr. Turnebi priores in manus hominum pervenirent, & tamen ille vir etiam hic actum agens, eumdem locum, quaſi nondum emendatum, cap. 12. lib. VIII. Adverſ. ſic legendum eſſe admonuit, non, ut vulgo: *Venus illa ne auferatur*. Eadem opera etiam a nobis emendatus eſt is, qui proxime ſequitur: *Quid Tarentinos, ut Europam in tauro ſedentem amittant?* qui ſic vulgo impreſſus eſt, *ut ne Europam, &c.* LAMB.

Ut ab eis marmorea Venus illa auferatur) Ita e MSo Turnebus lib. VIII. cap. 12. neque aliter Cujacii codex: vulgata, *illa ne auferatur*; iidem libri auctores fuere, cur etiam mox ſcriberemus: *ut Europam &c.* pro quo prius editi, *ut ne Europam*; haud diſpliceret tamen adhuc expungere vocem *ſedentem*, utpote quæ non compareat in Cujaciano, non auſus fui, quod extaret in Turnebiano, auſus tamen eſt Lambinus. GRUTER. Peſſime hic Manutius, deceptus prava lectione. *Mereor* non eſt impendere, ſed accipere. Plaut. Menæchmis I. 3. *Neque hodie ut te perdam meream Deum divitias mihi*. Multa hujus locutionis exempla collegit Philippus Ferrarius in notis ad Ciceronis Philippicas. *Sedentem* merito Lambin. expunxit. Nam nec in Reg. reperitur. GRÆV. Victorius, & Manutius "(item vetus Veneta &c.)" dederunt, *ne auferatur*: ſed negantem particulam, quæ ſenſum corrumpit, ignorant noſtri codices. Iidem illi "(& Verburg. atque Olivet. ex Gruteriana)" addunt modo, *ſedentem*: quam vocem Lamb. & Græv. expunxerunt, volentibus MSis ſuis, quibus accedunt quatuor e noſtris. LALLEM.

Illa ne auferatur) Placet *merere ut illa auferatur*: quod ab aliis ex antiquo libro adnotatum eſt, item ut mox, *ut Europam amittant*. Nam vetus locutio eſt, *mereri ut auferatur*, pro eo quod vulgo dicimus, *lucrari*? HOTTOM.

Quid ut pictam, Coos) Marmoream Praxitelis Venerem, Coi, ut & Cnidii, habuerunt, teſte Plinio. Sed hic loquitur Orator de Venere illa, quam Cois etiam Apelles inchoatam reliquerat, invidente morte, ne totum opus abſolveret. De Offic. III. 2. & Famil. IX. 1. Plin. XXXV. 697. HORTENS.

Alexandrum) Magnum pinxit Apelles, fulmen tenentem, in templo Dianæ Epheſiæ, viginti talentis. Plinius l. c. IDEM.

Ialyſum) *Palmam habet tabularum Protogenis Ialyſus, qui eſt Romæ dicatus* in

Athenienſes, ut ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam? Longum eſt & non neceſſarium commemorare, quæ apud quoſque viſenda ſunt tota Aſia & Græcia: verum illud eſt, quamobrem hæc commemorarim; quod exiſtimare vos hoc volo, mirum quemdam dolorem accipere eos, ex quorum urbibus hæc auferantur.

61. Atque, ut ceteros omittamus, de ipſis Syracuſanis cognoſcite: ad quos ego cum veniſſem, ſic primo exiſtimabam, ut Romæ ex iſtius amicis acceperam, civitatem Syracuſanam propter Heraclii hereditatem, non minus eſſe iſti amicam, quam Mamertinam propter prædarum ac furtorum omnium ſocietatem: ſimul & verebar, ne mulierum nobilium & formoſarum gratia, quarum iſte arbitrio præturam per triennium geſſerat, virorumque, quibuſcum illæ nuptæ erant, nimia in iſtum non modo lenitudine, ſed etiam

in templo Pacis. Plinius XXXV. p. 699. In eam tabulam annos ſeptem inſumſit Protogenes. Ialyſum Solis nepotem Cicero vocat III. de Nat. Deor. 21. IDEM.

Ex marmore Iacchum aut Parthalum] *Iacchus*, Bacchus dicebatur, *απο τυ ιακχειν*, & vox initiatorum erat *ιακχ' ω ιακχε*. *Paralum* autem ut aliis in libris, non *Parthalum* legendum eſt. Fuit autem *Paralus* navis longæ, ut ſcribit Plin. inventor, & Plut. ac Thucyd. ſacram navim incredibilis celeritatis *παραλον* dictam tradunt; qua Athenienſes, cum gravior aliquis caſus urgeret, uti ſolebant. HOTTOM. Omnino legendum *Paralus*, qui fuit heros, qui triremem ſtruxit. Plin. VII. 56. & Phylarchus apud Harpocrationem meminit *ἡρωος Παραλυ*. GRÆV.

Mirum quemdam dolorem accidere eis) Duo libri MSi habent, *mirum quemdam dolorem accipere eos*, *&c.* quæ lectio mihi valde probatur: eamque nunc ſequor, quamvis olim vulgatam retinuerim, ſatis habens, veterem indicaſſe. LAMBINVS. *Mirum quemdam dolorem accidere iis*) Turnebus ait fuiſſe in antiquo ſuo: *mir. q. dol. accipere eos*; quod recepit in contextum Lambinus. Et vero liber Cujacii quoque habebat, *mirum quem dolorem accipere eos*; ſed videtur alterum noſtrum æque probum. GRVTER. Verb. & Olivetus Gruterum, ut ſolent, perperam ſequuntur: ſed Lallemandus recte Grævianam lectionem revocavit, & trium Pariſienſium codicum ſuffragio munivit. GAR.

Atque ut ceteros omittamus) Vndecima & poſtrema orationis pars, de Senatu Syracuſarum Vrbis, quem Verri propter acceptas ab eo injurias infeſtum fuiſſe oſtendit, ut laudationem ab iis Verris cauſæ miſſam elevet, ſimulque Mamertinæ civitatis legationem, quæ pro Verre ſola propugnabat, acriter exagitat. HOTT.

Nimia in iſtum non modo lenitudine, &c.) Nihil a lectione vulgata muto, niſi quod addo, *modo*, poſt negationem, *non*; ſed tamen non celabo lectorem amici cujuſdam mei conjecturam, qui putat legendum, *lentitudine*: quam ego valde probarem, niſi Nonius reclamaret. Quod autem etiam hunc locum, quaſi a me non decem menſibus ante emendatum, ſic legendum eſſe admonet Adr. Turnebus, hoc

iam liberalitate oppugnarer, ſi quid ex litteris Syracuſanorum conquirerem. Itaque Syracuſis cum civibus Romanis eram, eorum tabulas exquirebam, injurias cognoſcebam; cum diutius in negotio curaque fueram, ut requieſcerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas revertebar: ubi cum equitibus Romanis ex illo conventu honeſtiſsimis, illos Verrutios, de quibus ante dixi, explicabam: a Syracuſanis prorſus nihil adjumenti neque publice, neque

hoc quoque & ſimilia ejuſdem generis quam plurima ejus feſtinationi adſcribenda ſunt. LAMBIN. *Non lenitudine*) Lambinus invexerat, *non modo lenitudine*: quod & in MSo Turnebi; ſed cum abſit noſtris Pall. & Grut. item edd. aliis omnibus, gratioſius ſubaudiatur. GRUTER. Subaudiri non poteſt, ſed ex Cujaciano & Reg. iſta vox *modo* eſt reponenda cum Lambino, quam jamdudum hic excidiſſe ſine libris conjecerat Manutius. Nec dubito, quin Gruterus eam repoſiturus fuiſſet, ſi alius quam Lambinus id præcepiſſet. Huic enim quantum poteſt ſemper obloquitur. Præterea Tullium exiſtimo ſcripſiſſe, *nimia in iſtum lentitudine*. *Lentitudo* enim proprie dicitur de iis, qui ferunt, quæ ferenda non ſunt, in primis, qui uxorum licentiam non caſtigant; ſed æquiore, quam decet, animo tolerant. Cic. II. Tuſc. *Virum denique videri negant, qui iraſci neſciat, eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant*. Ovid. Am. II. & ult.

Lentus es, & pateris nulli patienda marito.

Et epiſtola Helenes:

Tu fore tam lentum juſta Menelaon in ira?

Vocabulum *lentitudo* non intellexerunt ſcioli, ideo perverterunt in ſibi notius *lenitudo*. GRÆV. Deeſt in vulgatis vox *modo*, quam Lambinus primum, ac deinde Grævius ex optimo ſuo cod. adjecit: hanc quoque ſervant quatuor noſtri codices. Pro vulgato *lentitudine* dedimus cum iiſdem, & Mureto *lentitudine*. LALLEM. Tamen Dukerus ad Flor. II. 2. 20. vocem *modo* ejicere cum Grutero malebat: vide ad III. Acc. 1. cujus loci ratio non admodum differt; cum ſatis codicum hic quoque ſit ad eam vocem, licet minime neceſſariam, addendam; in his optimi duo. Quod ex Verrinis citat Nonius in verbo *Lenitudine*, huc referebat Lambinus. Vide, quam corruptum id ſit: *quanta me ſua, non mea lenitudo*: quam diſtet ab his: *nimia in iſtum non modo lenitudine*: tamen ex *mea* etiam Hadr. Iunius eliciebat *modo*. Idem Lambinus inde firmabat, *lenitudine*: atque adeo nimium fuit audax Lallem. ſi contra MSos receperit *lentitudine*. Res erat ejuſmodi, ut illa ſermonis obſcuritas vitari ſtudioſe debuerit, qua nos incertos de MSis reliquit ſuis. Probat *lentitudine* V. C. P. Burmannus junior Anthol. Lat. T. II. p.565. neque parum Grævio favet, quod in Mediceo illius epigrammatis MSo ſit *lenitudinis*, ubi certa, & firma lectio eſt; *pigri ne lentitudinis?* Probat ſummus Erneſtus, & ego quoque maxime. Sed certius adhuc a MSis exſpecto ſuffragium: neque enim id quæro, quod Tullius potuerit ſcribere, aut etiam, ſi diis placet, debuerit; verum quod illum ſcripſiſſe conſtat, ubi non conſtat, ſcribere, ut editur, non potuiſſe. GAR.

Tabulas exquirebam) Veneti, & alii, *ſcribebam*: quod ſenſum minus commode abſolvere videtur. *Exſcribebam* quidem erat plane aptum. CAMERAR. *Scribebam* ante Nauger. dederat ed. MCDLXXXIII. quod puto ex illo ipſo *exſcribebam* derivaſſe, quod recepit P. Manutius, & Lambinus. Hic tamen notat in duobus ſuis MSis eſſe,

neque privatim exſpectabam: neque erat in animo poſtulare. Cum hæc agerem, repente ad me venit Heraclius is, qui tum magiſtratum Syracuſis habebat, homo nobilis, qui ſacerdos Iovis fuiſſet, qui honos apud Syracuſanos eſt ampliſsimus: agit mecum, & cum Q. Fratre meo, ut, ſi nobis videretur, adiremus ad eorum ſenatum: frequentes eſſe in curia: ſe juſſu ſenatus a nobis petere, ut veniremus. Primo nobis fuit dubium, quid ageremus: deinde cito venit in mentem, non eſſe vitandum nobis illum conventum & locum.

62. Itaque in curiam venimus. Honorifice ſane conſurgitur; nos rogatu magiſtratus aſſedimus. Incipit is loqui, qui & auctoritate, & ætate, &, ut mihi viſum eſt, uſu rerum antecedebat, Diodorus Timarchides: cujus omnis oratio hanc habuit primo ſententiam: ſenatum, populumque Syracuſanum moleſte, graviterque ferre, quod ego, cum in ceteris Siciliæ civitatibus ſenatum, populumque docuiſſem, quid eis utilitatis, quid ſalutis afferrem, & cum ab omnibus mandata, legatos, litteras, teſtimoniaque ſumſiſſem, in illa civitate nihil ejuſmodi facerem. Reſpondi, neque Romæ in conventu Siculorum, cum a me auxilium communi omnium legationum conſilio petebatur, cauſaque totius ad me Siciliæ deferebatur, legatos Syracuſanorum adfuiſſe:

ſe, *exquirebam*. Paria ſunt ſuffragia, & libera optio. IDEM.

Cum Q. fratre meo) Recte prænomen deerat in vet. Ven. Naug. Man. &c. quod ex Lambinianis hauſit Gruterus, ab eo alii omnes, uſque ad Lallem. qui dedit *L. fratre*: vidit enim ita eumdem vocari c. 65. & patruelem Tullii noſtri fuiſſe. Ibi edd. & codices omnes, & ipſe ex ſuis Lambinus, *Lucium* appellant. Hic tamen tutius mihi videtur hacteous edere, ut veteres, *cum fratre meo*. Mox autem cum Lamb. lego ex MSo, *qui honos eſt a. S. ampliſſimus*. IDEM.

Si nobis videretur) Comiter & honorifice hoc dicitur: ut in formula dimittendæ concionis: *Si vobis videtur, diſcedite Quirites*. Plinius lib. II. HOTTOM.

Primo nobis fuit dubium) Ne populi Romani ſenatores nimium de ſua dignitate & amplitudine decedere viderentur. IDEM.

Diodorus Timarchides) Membranæ Cujacii, *Timarchidi*, quod dignum animadverſione cenſebat Guilielmius: ideo forſan, tamquam ſit genitivus antiquus, ſubaudiaturque *filius*. GRUT. Sic & Reg. GRAV. Scitum hoc eſt, & plane Græcum. GAR.

Quid ſalutis) *Salus* erat provinciæ, qui eam iniquo & avaro imperio vexaſſet legibus damnari, ut qui poſtea ſuccederent exemplo edocti, moderati & continentes eſſe diſcerent. HOTT.

Totius ad me Siciliæ) Lamb. ex MSo, *totius provinciæ ad me*: quod verius videtur. GAR.

fuiſſe : neque me poſtulare, ut quidquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris ſtatuam viderem. Quod poſteaquam dixi, tantus eſt gemitus factus adſpectu ſtatuæ, & commemoratione, ut illud in curia poſitum monumentum ſcelerum, non beneficiorum videretur. Tum pro ſe quiſque, quantum dicendo adſequi poterat, docere me cœpit ea, quæ paullo ante commemoravi : ſpoliatam urbem, fana direpta : ex Heraclii hereditate, quam palæſtritis conceſsiſſet, multo maximam partem ipſum abſtuliſſe : neque poſtulandum fuiſſe, ut ille palæſtritas diligeret, qui etiam inventorem olei deum ſuſtuliſſet : neque illam ſtatuam eſſe ex pecunia publica, neque publice datam : ſed eos, qui hereditatis diripiendæ participes fuiſſent, faciendam, ſtatuendamque curaſſe : eoſdem Romæ fuiſſe legatos, illius adjutores improbitatis, ſocios furtorum, conſcios flagitiorum : eo minus mirari me oportere, ſi illi communi legatorum voluntati, & ſaluti Siciliæ defuiſſent.

63. Vbi eorum dolorem ex illius injuriis, non modo non minorem, ſed prope majorem, quam ceterorum Siculorum eſſe cognovi : tum ego meum animum in illos, tum mei conſilii, negotiique totius ſuſcepti cauſam, rationemque propoſui : tum eos hortatus ſum, ut cauſæ communi, ſalutique ne deeſſent : ut illam laudationem, quam ſe vi, ac metu coactos, paucis illis diebus, decreſſe dicebant, tollerent. Itaque, judices, Syracuſani hæc faciunt, iſtius clientes, atque amici primum

Inauratam ſtatuam) Hac de re dictum eſt Verr. IV. HOTTOM.

Quantum dicendo adſequi poterat) Vult intelligi latine Siculos loqui conatos : cum paulo poſt eidem ipſi, quod græce in eo Senatu loquutus eſſet, Metellus objecerit. IDEM.

Inventorem olei Deum) Ariſteum, de quo paullo antea. Et eſt argumentum ex repugnantibus. Non & ille palæſtram diligit, in qua oleum & unctiones neceſſariæ ſunt ; & olei inventorem Deum ſuſtulit. Sed reſpondere poterat, non olei ſe odio Ariſteum, ſed quo ipſe unctior eſſet, in ædes ſuas ſuſtuliſſe. IDEM.

Tum meum animum in illos) Multi alii : *Tum ego meum animum* ; & ſic emenda. HOTTOM.

Vt ei illam laudationem) Aut *ei* excidit ſuo loco, & Cicero ſcripſit : *ut illam laudationem, quam ei* (Verri) *ſe vi ac metu coactos paucis illis diebus decreſſe dicebant, tollerent* : Aut abundat *ei*, & reſcindendum eſt, ut recte reſcidit & delevit hanc voculam Roberti Stephani optima editio, quam ſequor : abeſt etiam a Reg. cod. GRÆV. Voculam *ei*, quæ abeſt a quatuor noſtris codicibus, cum Rob. Stephano, & Græ-

primum mihi litteras publicas, quas in ærario ſanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus oſtendunt omnia, quæ dixi ablata eſſe, perſcripta, & plura etiam, quam ego potui dicere: perſcripta autem hoc modo, *quod ex æde Minervæ hoc, & illud abeſſet: quod ex æde Iovis, quod ex æde Liberi*; ut quiſque eis rebus tuendis, conſervandiſque præfuerat, ita perſcriptum erat, cum rationem lege redderet, & quæ acceperat deberet tradere, petiſſe, ut ſibi, quod hæ res abeſſent, ignoſceretur: itaque omnes liberatos diſceſsiſſe, & eſſe ignotum omnibus: quas ego litteras obſignandas publico ſigno, deportandaſque curavi. De laudatione autem ratio ſic reddita eſt: primum cum a Verre litteræ aliquanto ante adventum meum de laudatione veniſſent, nihil eſſe decretum: deinde, cum quidam ex illius amicis commonerent, oportere decerni, maximo eſſe clamore, & convicio repudiatos: & poſteaquam meus adventus appropinquarit, imperaſſe eum, qui ſummam poteſtatem haberet, ut decernerent: decretum ita eſſe, ut multo plus illa laudatio mali, quam boni poſſet afferre. Id adeo, judices, ut mihi ab illis demonſtratum eſt, ſic vos ex me cognoſcite.

64.

& Grævio delevimus. LALL. Moneo, Grævium pro Carolo Steph. Robertum hic, & infra ſæpiuſcule nominaſſe. Robertus Naugerium plane ſequitur: ubi lectiones ſingulares vides, eas Caroli ſcito eſſe. GAR.

Quas in ærario ſanctiore conditas habebant) Romæ fuit *ærarium ſanctius*, quod fere numquam, nec niſi ſumma & prope extrema neceſſitate Reipubl. poſtulante aperiebant. Syracuſarum igitur *ærarium*, in quo quæ ſanctius adſervanda erant, recondebantur, *ſanctius* ad Romani ſimilitudinem appellat. Livius lib. VII ſecundi Belli Punici: *Cetera expedientibus, quæ ad bellum opus erant Coſſ. aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit*, HOTT. Franc. *Quas æraria ſecretiore conditas habebant*. GRÆV.

Conſervandiſque præfuerat) *Conſervandiſque*, abeſt ab uno cod. MSo. LAMB. Vt et Reg. qui ſtatim Latinius: *lege redderent, & quæ acceperat, deberent*. GRÆV. Locus dignus examine: confer quæ de talibus ad I. Act. 14. diſputavimus. Moneo, Lamb. *e lege*, reliquos omnes *ex lege* dediſſe. Regio tamen codici ſimilis favet locus III. Accuſ. 51. aliique multi. Etiam vide ad II. Accuſ. 13. GAR.

Eum qui ſummam poteſtatem haberet) L. Metellum, quem ſatis acriter hoc loco pungit. HOTTOM.

Id adeo judices) Sic Reg. Franc. & edd. vetuſtiores. Vulgatæ: *id ideo judices*, & paullo ante: *& poſteaquam*, item *poſſet* pro *poſſit* ex Reg. recepi. GRÆV. Ex Lambinianis Gruterus *poſteaquam*, abjecta copula, quam dederant jam inde a Veneta vetuſtiores, quam tamen abjiciunt adhuc recentiores omnes immerito. *Poſſet* Lamb.

 que-

64. Mos eſt Syracuſis, ut, ſi qua de re ad ſenatum referatur, dicat ſententiam, qui velit: nominatim nemo rogatur: & tamen, ut quiſque honore, & ætate antecedit, ita primus ſolet ſua ſponte dicere, idque a ceteris ei conceditur: ſin aliquando tacent omnes, tunc ſortito coguntur dicere. Cum hic mos eſſet, refertur ad ſenatum de laudatione Verris: in quo primum, ut aliquid eſſet moræ, multi interpellant: de Sex. Peducæo, qui de illa civitate, totaque provincia optime meritus eſſet, ſeſe antea, cum audiſſent ei negotium faceſsitum, cumque eum publice pro plurimis ejus, & maximis meritis laudare cuperent, a C. Verre prohibitos eſſe: iniquum eſſe, tametſi Peducæus eorum laudatione jam non uteretur, tamen non id prius decernere, quod aliquando voluiſſent, quam quod tum cogerentur. Conclamant omnes, & approbant, ita fieri oportere. Refertur de Peducæo: ut quiſque ætate, & honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine. Id adeo ex ipſo S. C. cognoſcite: nam principum ſententiæ perſcribi ſolent. Recita. QVOD. VERBA. FACTA. SVNT. DE. SEX. PE-

quoque ex MSo reſtituerat, uno hactenus adſtipulatore Grævio; cui lubens accedo. GAR.

Mos eſt Syracuſis, ut, ſi qua de re ad ſenatum referatur) Duo libri manuſcr. habent, *ad ſenatum referant, &c.* LAMBIN.

Dicat ſententiam qui velit) Hoc eo dicit, quia Romæ diſſimilis erat ratio ſententiarum in Senatu dicendarum. Nam poſt comitia Conſularia Conſules deſignati primi rogabantur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus eſſet Ante comitia is, qui a Cenſoribus princeps Senatus lectus erat: ii deinde quos Conſulibus videbatur, ita tamen ut ne Prætorium Conſulari, Ædilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio anteferrent: auctores Salluſtius. & Gellius. At in Augurum collegio Romæ, fere eadem quæ in Senatu Syracuſis. Sic enim Cicero in Catone: *In collegio noſtro ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet; neque ſolum honore antecedentibus, ſed iis etiam qui cum imperio ſunt, majores natu Augures anteponuntur.* HOTT.

Si quando taceant omnes, tunc ſortito coguntur dicere) Vetus liber: *Sin aliquando taceant omnes, tunc ſortitione coguntur dicere.* F. VRS. Sic & cod. Reg. niſi quod *ſortito* retineat. GRÆV. Si Regius ab Vrſini MSo non differt, Grævius edere voluit, *taceant*. GAR.

Vt aliquid eſſet moræ) Vt eum diem interpellatione eximerent. HOTT.

Se antea cum audiſſent ei negotium faceſſitum, cumque eum) Non ſunt in cod. Regio, & eſt ibi lacuna trium verſuum. GRÆV.

Principium ſententiæ præſcribi ſolet) Valde arridet, quod ab aliis adnotatum eſt, ex libro veteri; *principum*, id eſt primariorum. HOTTOM. *Nam principum ſententiæ perſcribi ſolent*) Sic habent libri duo manuſcr. vulgati autem, *nam principium ſententiæ perſcribi ſolet*, plane inepte. Hottomannus autem legendum exiſtimat, *principio ſententiæ perſcribi ſolent*: quod rejicio. Etiam hanc emen-

PEDVCÆO. Dicit: qui primi ſuaſerint: decernitur: refertur deinde de Verre: dic, quæſo, quomodo? QVOD. VERBA. FACTA. SVNT. DE. C. VERRE. Quid poſtea ſcriptum eſt? CVM. SVRGERET. NEMO. NEQVE. SENTENTIAM. DICERET. Quid hoc eſt? SORS. DVCITVR. Quamobrem? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ, defenſor periculorum tuorum, præſertim cum inire a Prætore gratiam poſſet? nemo: ipſi illi tui convivæ, conſiliarii, conſcii, ſocii, verbum facere non audebant: in qua curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filii, nemo fuit, quem ne nudus quidem filius in nuda provincia commoveret. Atque etiam hoc

emendationem Adr. Turnebus in Adverſaria ſua retulit aliquanto poſt quam ita edideram, ſane aliud agens, ſive feſtinans, ſive, quod mihi in mentem veniſſet, idem ſibi quoque veniſſe oſtendere, quamvis ſero, volens. LAMB. *Nam principum ſententiæ perſcribi ſolent*) Turnebo iſtud debemus: antea legebatur, *principium*, item *ſolet*. Pal. tamen ſec. *principium, ſententiæ preſcribi ſolent*, quod antique dictum videri poſſet, occaſionemque præbuiſſe loci corrumpendi. GRVT. Vulgatam tamen ſcripturam retinuit Gruterus. Sed recepi ex codicibus, quos Turnebus & Lambinus viderunt, certiſſimam emendationem. Nam quis umquam audivit principium tantum ſententiæ in publicas litteras referri? Nihil abſurdius. *Principum* firmat Reg. cod. GRÆVIVS. Optima eſt obſervatio Gruteri de genitivo *principium*. Res eſt frequens, ac nota; de qua vide Drak. ad Liv. II. 27. & quos ille citat. Meliores tamen hic codices tuto ſequi poſſumus, ut Olivet. quoque, ac Lallem. fecerunt. Neſcio enim, an ſæpius Librariis, quam ipſis auctoribus, hoc ſit tribuendum. Verburgium autem non vitupero, quod retinuerit *principium*, ſed quod peſſime, *ſolet*. GAR.

Dicit, qui primi ſuaſerint: decernitur) Hæc non ſunt in Regio, & commodius abeſſent. GRÆV. Ita etiam judicant Hortenſius, & Olivetus: niſi quod hic retinere vellet, *decernitur*; cetera pro interpretatione habet ſuperiorem, quaſi aliquis voci *principum* adſcripſerit, *dicit, qui primi ſuaſerint*. Acute: ſed me fateor quid hic abſurdi lateat, non perſpicere, ac MSos etiam optimos aliquando mutilos cognoviſſe. Vide Lamb. ad III. Act. 72. GARATON.

Cum ſurgeret nemo, neque ſententiam diceret) Ergo Syracuſis item ut Romæ, ſtantes Senatores ſententiam dicebant. Cicero ad Attic. lib. I. epiſt. *Vereor ne putidum, locutus ita eſt in Senatu, ut omnia illius ordinis conſulta γενικῶς laudaret, mihique ut aſſedit, dixit ſe putare ſatis ab ſe etiam de iſtis rebus reſponſum*. HOTT.

Inire a prætore gratiam) A L. Metello proprætore Siciliæ. Io. Detraxit venuſte modo *tuorum* Lamb. auctore MSo, ex quo addiderat *ſocii*, quod aberat a multis, erat tamen in Ven. MCDLXXXIII. GAR.

Ne nudus quidem filius) Allegorice, cum de nuda ſtatua intelligatur, *nudum filium* appellat, quaſi neceſſarii veſtitus indigentem & miſerandum. HOTT. Rectius Manutius, quem vide. Cod. Reg. *nudata provincia* pro vulgato, *in nuda provincia*; lege, *in nudata provincia*. GRÆV. Abeſt præp. *in* a Ven. quoque veteri, quæ dat præterea, *neo quem nudus quidem filius*. Lamb. *nuda filii, in ea nemo*, qui nullum allegat MSum: haud aliter tamen P. Manutius, & Hervagius, & optimum eſt, niſi forte vs *in ea* gloſſam putes, aut legas cum eadem Veneta, *in curia*, deleta vocula *qua*. Sed ex his omnibus verius fortaſſe legeretur: *In qua curia* ſta-

hoc me docent, ejuſmodi ſenatuſconſulto ſeſe feciſſe laudationem, ut omnes intelligere poſſent, non laudationem, ſed potius irriſionem eſſe illam, quæ commonefaceret iſtius turpem, calamitoſamque præturam. Etenim ſcriptum eſſe ita, *quod iſte virgis neminem cecidiſſet*: a quo cognoſcitis, nobiliſsimos homines, atque innocentiſsimos ſecuri eſſe percuſſos: *quod vigilanter provinciam adminiſtraſſet*: cujus omnes vigilias in ſtupris conſtat, adulteriiſque eſſe conſumtas; hoc autem ſcriptum etiam, quod proferre non auderet reus, accuſator recitare non deſineret, *quod prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet* Verres: quos etiam intra Syracuſanam inſulam recepiſſet. Quæ poſteaquam ex illis cognovi, diſceſsi cum fratre e curia, ut, nobis abſentibus ſi quid vellent, decernerent.

65. Decernunt ſtatim, ut cum L. fratre hoſpitium publice fieret, quod is eamdem voluntatem erga Syracuſanos ſuſce-

ſtatua tua ſtabat, & nuda filii, in ea nemo fuit, ne quem nudus quidem filius, nudata provincia, commoveret. Vix enim puto illa eſſe legitima, *in qua curia, in ea, in nuda prov.* Optime nobis poſtremum hoc *in* Regius, & Ven. ſuſtulere. Senſus eſt, fuiſſe neminem, qui non provinciæ potius nuditatem, quam filii, reſpiceret. Sic mihi videtur, nihil decernere tamen audenti. GARATON.

Ejuſmodi ſenatuſconſulto ſe ſe feciſſe laudationem) Reg. *Ejuſmodi ſenatuſconſulto feciſſe laudationes.* Franc. *Ejuſmodi in Sicilia feciſſe laudationem.* Eſt locus ὕπουλος. *Facere laudationem* non fert Latine loquentium conſuetudo. Puto Ciceronem ſcripſiſſe: *ejuſmodi ſenatuſconſulti fuiſſe laudationem.* GRÆV. Ven. S. C. *ſeſe feciſſe laudationes.* Lambinus conjiciebat egregie, *SCtum ... de laudatione.* Ego ſuſpicor, rejecta prorſus controverſia illa voce, atque ipſa ex varietate ſuſpecta, legi debere, *ejuſmodi SCtum ſeſe feciſſe, ut &c.* Eadem hic ſententia repetitur, quæ c. 63. fuit propoſita: *Decretum ita eſſe, ut multo plus illa laudatio mali, quam boni poſſet afferre.* Vides, quam verba ipſa conveniant. Primo adjecta vox *laudationis* ab eo, qui declarare voluit *SCtum*, qua de re fuerit: deinde cetera facile ſunt conſecuta: notis S.C. perperam, ut ſæpe, explicatis. Si cui placet *SCtum laudationis*, quod Reg. & Ven. ſuadent, dicet, opinor, ſubaudiri, *cauſa*: ut apud Cæſar. B. G. V. 8. *Quas ſui quiſque commodi fecerat.* Nihil hac ellipſi celebrius: & forte ita præſtaret edere, donec meliora doceamur. GARATON.

Commonefaceret) In memoriam revocaret, demonſtraret, commemoraret. HOTTOM.

A quo cognoſcitis) Cicero ſcripſit, puto: *a quo cognoſcetis.* Nam de his aget demum in oratione ſequente. GRÆVIUS.

Prohibuiſſet Verres) *Verris* nomen tollendum omnino, & pro eo vocem *vero* reponendam eſſe non dubito; quæ ad irriſionem pertinet: ut apud hunc noſtrum pro C. Rabirio: *Popularis vero Tribunus pl. cuſtos defenſorque juris & libertatis.* Et apud Virgil. *Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis.* HOTT.

Intra Syracuſanam inſulam) Vide lib. ſeq. IDEM.

Decernunt ſtatim primum ut L. fratri hoſpitium publice fieret) Ita omnes cuſi ante

ſuſcepiſſet, quam ego ſemper habuiſſem : id non modo tum ſcripſerunt, verum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt. Valde hercle te Syracuſani tui, quos crebro commemorare ſoles, diligunt : qui cum accuſatore tuo ſatis juſtam cauſam conjungendæ neceſsitudinis putant, quod te accuſaturus ſit, & quod ad inquirendum in te venerit : poſtea decernitur, ac non varie, ſed prope cunctis ſententiis, *ut laudatio, quæ C. Verri decreta eſſet, tolleretur.* At vero cum jam non ſolum diſceſsio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atque in tabulas relatum, Prætor appellatur.

ante Lambinum, qui ex Cujaciano protulit: *Dec. ſtatim, ut cum fratre L. hoſpitium publ.* neſcio an debeam probare : nimis enim conciſe dicuntur a Cicerone: aliud quid latet. GRUTER. Nihil latet. Sic non ſolum ex cod. Cujacii, ſed & Reg. Sic autem veteres loquebantur: *facere cum aliqua hoſpitium,* non *facere alicui hoſpitium*, hoc proprium in hac re loquendi genus. Tabula hoſpitalis in æs inciſa apud Octavium Rubeum in monumentis Brixienſibus: *M. Craſſo. Frugi. L. Colpurnio. Piſon. IIIII. Coss. III. Non. Febr. Civitas. Themetra. hoſpitium. fecit. cum. C. Silio. C. F. Fab. Aviola. IIIIII. M. Liberos. poſteroſque. ejus. ſibi. liberis poſteriſque. ſuis. patronum. cooptaverunt. C. Silius. C. F. Fab. Aviola. civitatem. Themetrenſem. liberos. poſteroſque. eorum. ſibi. liberis. poſteriſque. ſuis. in. fidem. clientelamque. ſuam. recepit.* Alia inſcriptio apud Thomaſſinum de teſſeris hoſpitalitatis: *Senatus. populuſque. Similigenſis. hoſpitium. fecerunt. cum. C. Silio. C. F. Aviola. &c. eumque. poſteroſque. ejus. ſibi. poſteriſque. ſuis. patronum. ceperunt.* In alia legitur: *teſſeram. hoſpitalem. cum. eo. fecerunt.* Et in alia: *Decuriones. & coloni. coloniæ. Æliæ.* &c. *cum. Quinto. Aradio.* &c. *hoſpitium. clientelamque. feciſſent. &. ſibi. liberiſque. ſuis. poſteriſque. eorum. cooptaſſent.* In æs vero inciſas fuiſſe has tabulas hoſpitales ex alia Fulvii Urſini, quæ apud Gruterum exſtat, patet: *Placere. conſcriptis. legatos. ex. hoc. ordine. mitti. ad. T. Pomponium. Baſſum. Clariſſimum. Virum. qui. ab. eo. impetrent. in. clientelam. ampliſſimæ. domus. ſuæ. municipium. noſtrum. recipere. dignetur. patronumque. ſe. cooptari. tabula. hoſpitali. inciſa. hoc. decreto. in. domo. ſua. poſita. permittat. cenſuere.* Vide alias hujus generis tabulas & teſſeras quoque hoſpitalitias apud Thomaſſinum cap. 2. de Teſſeris hoſpitalitatis, ex quibus vides, quid ſit *hoſpitium facere cum aliquo*. GRÆV.

In ære inciſum) Hoſpitii publici teſſeram ſignificat. HOTT.

Diſceſſio facta eſſet) Item ut Romæ, ſic in Sicilia Senatuſconſulta *per diſceſſionem* fiebant. ID.

Ad inquirendum in te) Reg. *inquiſitum in te*. Poſt idem cod. *prope cunctis ſententiis*. Quid *conjunctæ* ſententiæ ſint, aliis inquirendum relinquo. GRÆVIUS. *Inquiſitum in te*, MSo nullo citato, dederat Lambinus. *Conjunctis ſententiis*, omnes præter Grævium. GAR.

At vero cum jam) Sic Veneti ἀναστηματικῶς: Nos, *Atque adeo cum jam*. CAMER. Ed. MCDLXXXIII. *At eo*, cod. Lamb. *In eo*, ipſe Lamb. *Cum jam in id &c. ſed cum etiam id eſſet perſcriptum &c.* GAR.

Sed etiam perſcriptum) Non dubito, quin totum hoc deſit *Senatuſconſultum*; ſed uſitatis notis *S. C.* a librario non animadverſis, ut ſit: *Sed etiam perſcriptum S. C. atque in tabulas relatum*. HOTTOM.

Prætor appellatur) Ut Senatuſconſulto intercederet. Nam ſicuti Romæ Tribunos plebis, eodem modo in provinciis populi Romani magiſtratus appel-

latur. At quis appellat? magiſtratus aliquis? nemo: ſenator? ne id quidem: Syracuſanorum aliquis? minime. Quis igitur Prætorem appellat? qui Quæſtor iſtius fuerat, Cæcilius. O rem ridiculam! o deſertum hominem! o deſperatum, ac relictum a magiſtratu Siculo! ne S. C. Siculi homines facere poſſent, ne ſuum jus ſuis moribus, ſuis legibus obtinere poſſent, non amicus iſtius, non hoſpes, non denique aliquis Siculus, ſed Quæſtor Prætorem appellat. Quis hoc vidit? quis audivit? Prætor æquus, & ſapiens dimitti jubet ſenatum: concurrit ad me maxima multitudo: primum ſenatores clamare, eripi ſibi jus, eripi libertatem: populus ſenatum laudare, gratias agere: cives Romani a me nuſquam diſcedere: quo quidem die, nihil ægrius factum eſt, multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. Cum ad Prætorem in jus adiſſe-

pellari, ad eoſque provocari jus erat. IDEM.

Qui Quæſtor iſtius fuerat Cæcilius) Hic eſt Quæſtor Cæcilius, in quem facta eſt divinatio, uter potius accuſaret, ipſene, an Tullius. Fuiſſe autem Quæſtorem dixit; ſiquidem per ſingulos annos Verri Quæſtores mutati ſunt. ID. *Quæſtor iſtius fuerat Cæcilius*) Non ſit veriſimile factum a Cæcilio; alioqui clare hoc ei obieciſſet Cicero ſupra: itaque, cum reſtet in Pal. ſec. *Ceſellius*, in Grut. *Ceſelius*, quomodo & a manu ſecunda Pal. pr. cum prius habuiſſet, *Celius*, inclino legere cum Cujaciano, *Ceſetius*: qui claſſi Verrinæ præfuit, & videtur fuiſſe item quæſtor, ex iis, quæ occurrunt oratione ſequenti cap. 25. ſub finem; hæcque etiam fuit ſententia Guilielmii. GRUT. In Reg. eſt *G. Ceſetius*. GRÆV. *Ceſetius*: ita Cujacianus liber, ac tres e noſtris MSis. LALLEM. Optime ſic reſtitutum ab hoc fuit: non quia in eo judicio, quo Tullius cum Cæcilio contendit, hanc ei rem objicere potuerit; cum, victo demum Cæcilio, Tullius inquiſitum iverit in Siciliam, quo certe tempore hoc contigit: ſed quia Siculus Cæcilius fuit, ut in argum. Divin. tradit Aſconius, atque, ut ex Tullio ipſo Divin. 12. licet conjicere, Lilybætanus; hic autem dicitur, *non denique Siculus aliquis, ſed Quæſtor Prætorem appellat*: deinde quia Cæcilius, qui Verrem oppugnare voluerat, prævaricationis famam hoc facto augere noluiſſet: denique quia jampridem de provincia deceſſerat, ut ex Divin. 9. compertum eſt, in eaque Verrem reliquerat, cui tertio anno Quæſtor hic videtur fuiſſe Cæſetius, ex iiſque unus eſſe, qui II. Acc. 4. Tullio inquirenti obſtitiſſe narrantur. *Quæſtores utriuſque provinciæ, qui iſto Prætore fuerant, cum faſcibus mihi præſto fuerunt*. Hinc I. Acc. 39. lectio illa Aſconiana firmatur: *Quæſtores ſe in ſenatu exſpectare dixit*: alioquin de uno Cæſetio id eſſet dictum. Cod. Reg. addit prænomen, *Caius*: ſed vide ad V. Acc. 25. GARATON.

Quæſtor prætorem appellat) Reg. *Quæſtor P. R. prætorem appellat*. Sic & alibi Cicero. In ſequentibus: *quis hoc vidit? aut quis audivit?* Reg. non agnoſcit *aut*: merito. GRÆV. Deerat *aut* in Lambini quoque codice. GAR.

Senatum laudare, gratias agere) Suſcipio eſt Guilielmii deeſſe verbulum neceſſarium, *ſenatum laudare, mihi gratias agere &c.* GRUT.

Quod

adiſſemus, excogitat ſane diligenter, & caute, quid decernat: nam ante quam verbum facerem, de ſella ſurrexit, atque abiit. Itaque tum de foro, cum jam adveſperaſceret, diſceſsimus.

66. Poſtridie mane ab eo poſtulo, ut Syracuſanis liceret S. C. quod pridie feciſſent, mihi reddere. Ille enimvero negat: & ait, indignum facinus eſſe, quod ego in ſenatu Græco verba feciſſem: quod quidem apud Græcos Græce locutus eſſem, id ferri nullo modo poſſe. Reſpondi homini, ut potui, ut volui, ut debui: tum multa, tum etiam hoc me memini dicere, facile eſſe perſpicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum, verum, & germanum Metellum intereſſet: illum noluiſſe ſua laudatione juvare L. Lucullum, ſororis virum, quicum optime conveniſſet: hunc homini alienisſimo a civitatibus laudationes per vim, & metum comparare. Quod ubi intellexi, multum apud illum recen-

Quod ego in Senatu Græco verba feciſſem) Valerius Maximus lib. II. cap. de Inſtitutis antiquis: *Magiſtratus*, inquit, *priſci, quantopere ſuam populique Romani majeſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cetera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoque magna cum perſeverantia cuſtodiebant, ne Græcis umquam niſi Latine reſponſa darent: quin etiam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excuſſa, per interpretem loqui cogebant: non in urbe tantum noſtra, ſed etiam in Græcia & Aſia, quo ſcilicet Latinæ vocis honos, per omnes gentes venerabilior diffunderetur: nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed nulla in re pallium togæ ſubjici debere arbitrabantur: indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuavitati litterarum imperii pondus & auctoritatem donari*. Hæc ille. Ab eadem etiam, opinor, ratione falſam credidit Plutarchus, & adulterinam orationem quamdam Græcis litteris conſcriptam, quam Athenis pronunciaſſe Catonem nonnulli affirmabant: *Nam per interpretem*, inquit, *omnia loquutus eſt: quamquam ita Græce ſciret, ut interpretis opera minime indigeret*. Scribit tamen Fabius Quinctilianus libro XI. M. Craſſum, Dives qui dictus eſt, cum Aſiæ præeſſet, quinque Græci ſermonis differentias ſic tenuiſſe, ut qua quiſque apud eum lingua poſtulaſſet, eadem ſibi jus redditum ferret. HOTT.

Illum Numidicum verum) Q. Cæcilius Metellus Conſul, duobus præliis Iugurtham fudit, & univerſam Numidiam vaſtavit; inde *Numidicus* appellatus. Ejus ſororem habuit in matrimonio L. Lucullus, pater L. Luculli; cujus vitam ſcripſit Plutarchus: qua de cauſa idem Plutarchus ipſius avunculum appellat *Metellum Numidicum*; quo in loco eumdem Metelli ſororis virum L. Luculli patrem a Servilio augure furti convictum & damnatum ſcribit. De *Numidico vero*, & *germano Metello*, vide orat pro Balbo, Gellii lib. I. cap. 6. Salluſtium item in bello Iugurth. & Valerii librum III. cap. de Conſtantia. In. Lamb. mox, *quicum ei opt. conv.* Sed pronomen *ſibi*, *ei* h. e. Numidico, mehercule ſubaudiatur: ſiquidem *is*, aut *ille*, quod ſubaudire pronom. eſſet, non immerito diſplicuiſſe Lambino videbitur. Conſule Staverenium ad Nepot Ageſil. c. 2. & Burman. ad Ovid. Rem. Amor. 471. GAR.

Recentes munsios) Lætilium ſignificat, de

Digitized by Google

recentes nuntios, multum tabulas non commendatitias, ſed tributarias valuiſſe: admonitu ipſorum Syracuſanorum impetum in eas tabulas facio, in quibus ſingula perſcripta erant. Ecce autem nova turba, atque rixa: ne tamen iſtum omnino Syracuſis ſine amicis, ſine hoſpitibus, plane nudum eſſe, ac deſertum putetis: retinere cœpit tabulas Theomnaſtus quidam, homo ridicule inſanus, quem Syracuſani Theoractum vocant: qui illic ejuſmodi eſt, ut eum pueri ſectentur: ut omnes, cum loqui cœperit, irrideant. Hujus tamen inſania, quæ ridicula eſt aliis, mihi tum moleſta ſane fuit: nam cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi, voce maxima vim me ſibi afferre clamaret: copulati in jus pervenimus. Hic ego poſtulare cœpi, ut mihi tabulas obſignare, ac deportare liceret. Ille contra negare, eſſe illud S. C. in quo Prætor appellatus eſſet, negare id

de quo vide lib. Accuſat. II. Hott.

Non commendatitias, ſed tributarias) Solent provincialibus magiſtratibus mitti ab amicis commendatitiæ litteræ, eorum cauſa, quibus negotia ſunt in provincia, extantque Ciceronis ejus argumenti epiſtolæ complures: ſolent etiam a Senatu mitti, ſi quando provincialibus aliquod tributum ſit imperandum: quæ *tabulæ tributariæ* dicuntur. Dicit igitur tranſlata ſignificatione vocabuli non *commendatitias*, ſed *tributarias litteras ad Prætorem miſſas*, id eſt, quæ illi tribuerent, & promitterent. Id.

Singula perſcripta erant] Mendoſe profecto, & pejus Ven. *ſigilla*. Quouſque hoc perferemus? Iampridem egregie Lambinus, *SCta perſcripta erant*; notatque in uno ſuorum codicum eſſe; *S. C. perſcripſerant*, ut etiam ex reliquis edidiſſe videri poſſit, cum tamen utrumque ſit probum; alterum vero ſummus vir jure prætulit, ut, quam minimum poſſet, a vulgata diſcederet. Poſtulatur, firmaturque hæc a ſequentibus lectio, & a ſuperioribus: *Poſtulo, ut Syracuſanis liceret SCtum, quod pridie feciſſent, mihi reddere*: quod c. 65. dicitur *perſcriptum, atque in tabulas relatum*. Gar.

Quem Syracuſani Theoractum vocant) Per contumeliam; nam *Theomnaſtus*, qui dei memor eſt; *Theoractus*, a verbo ῥάσσω, quem Deus feriit, ac furore perculit. Hott.

Ille contra, &c.) Sic reſtitui ex codicibus antiquis: multa autem hoc loco deſiderabantur in libris vulgatis, a librariis, ut credibile eſt, prætermiſſa: quæ quis non videt eſſe Ciceronis, & huic loco maxime convenire? hæc dico. *Ille contra: negare illud S.C. in quo pr. appellatus eſſet, mihi tradi oportere: ego legem recitare: inſtare omnium mihi tab. pr. autem*, id eſt, *prætor*: unde tamen ſcriptores librarii fecerant, *populus Romanus*. Lamb. *Ille contra inſtare, &c.*] Lambinus heic aliquammulta interſeruit ex MSis ſuis, hoc eſt, ut ego interpretor, ex Cujaciano: quæ cum etiam legerit in eodem Guilielmius, heic ſubjicienda duxi: recepiſſem etiam in contextum, & uncis incluſa diſcreviſſem a ceteris certo legitimis, niſi quod ea ratione turbaretur omnino lector; ſunt autem iſthæc: *Ille contra dicere: negare eſſe illud S. C. in quo prætor appellatus eſſet, negare id mihi tradi oportere. Ego legem recitare, omnium mihi tabularum & litterarum fieri poteſtatem. Ille furioſus*

urge-

re id mihi tradi oportere. Ego legem recitare, omnium mihi tabularum, & litterarum fieri poteſtatem oportere. Contra, ille furioſus urgere, nihil ad ſe noſtras leges pertinere. Prætor intelligens, negare ſibi placere, quod S. C. ratum eſſe non deberet, id me Romam deportare. Quid multa? niſi vehementius homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnamque recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me vehementiſsime declamaſſet, poſtquam non impetravit, credo, ut in gratiam mecum rediret, libellum mihi dat, in quo iſtius furta Syracuſana perſcripta erant, quæ ego antea jam ab illis cognoram & acceperam.

67. Laudent te ſane jam Mamertini, qui ex tanta provincia ſoli ſunt, qui te ſalvum velint: ita tamen laudent, ut He-

urgere, nihil. Ita Cujacii liber, niſi quod pro voce *præter* ſervaret *pop. Rom.* Lambinus hæc produxit; ſed non nihil a ſe interpolata, uti ſolent propulæ. GRVT. Hic deſiderari, quid contra Theomneſtus dixerit, nemo non videt. In Francii libro legitur: *Ille contra. Recitare omnium* " (Sic etiam Veneta) " quæ lacunam apertius indicant. Nullus dubito, veram eſſe Cujaciani libri ſcripturam, quam & recepi, niſi quod *dicere*, quod a ſciolo, ut multis aliis in locis, perperam eſt adjectum. *Oportere, Contra* non leguntur in Reg. GRÆV. Ego Grævii exemplum ſecutus ſum. Grutcrus, credo, eodem modo ſe geſſiſſet, ſi Guilielmius, non Lambinus, fuiſſet monitor. VERBVRG. *Ille contradicere: negare &c.* Verba, quæ cum Lambino, & Grævio addidimus, ſervant Cujacianus liber, & quatuor e noſtris MSis. LALLEM. Recte hic ex MSis quinque recepit *contradicere*, quod conjunctim legendum eſt, unumque facit verbum. Præterea expungo infra vocem *contra*, quam Reg. Cujac. & Ven. ed. ignorant, alii etiam Lallem. ut videtur, licet ex vulgatis id ille retineat: lego itaque plane cum Veneta, *oportere. Ille furioſus &c.* GAR.

Omnium litterarum fieri poteſtatem) Lege Cornelia repetundarum, quæ jubebat accuſatori poteſtatem fieri, omnia quæ ad ipſius accuſationem inſtituendam pertinere poſſent, præter publicanorum litteras, Romam deportare vel exſcribere. HOTT. Et ſic plane Regius codex, niſi forte idem ſit, qui Cujacii olim fuit, & propter præſtantiam, ac vetuſtatem translatus eſt in bibliothecam Regiam. GRÆV. Videtur innuere, verba ex Cujac. reſtituta in Regio etiam exſtare: quod nota Lallem. ſuperiore firmatur. Ego autem, ut dixi, binos codices potius, quam unum, hos eſſe reor: cum præſertim, ſi diligens Lambinus, ut ſolebat, fuerit, ſæpe diſſideant: illius autem diligentiam ſane Guilielmius comprobavit. Vide diſſenſionis exemplum ad V. Acc. 4. GAR.

Quod S. C. ratum eſſe non deberet) Propter interceſſionem. HOTT.

Legum ſanctionem) *Legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus adverſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones vocamus*, inquit Iuſtin. lib. Inſtit. II t. 1. §. 8. In. Rectius cod. Lamb. *legis*, ut modo, *ego legem recitare*. GAR.

Antea jam ab illis) Ita vulgo. Tres e noſtris MSis habent, *ab aliis*, ut dedimus. LALLEM. Retineo, *ab illis*, h. e. Syracuſanis ex cap. 63. GAR.

Qui ex tanta provincia) Sunt qui ex antiquo libro ſic reſtituunt: *Quoniam ex to-*

ut Heius, qui ejus princeps legationis eſt, adſit: ita laudent, ut ad ea, quæ rogati erunt, mihi parati ſint reſpondere. Ac ne ſubito a me opprimantur, hæc ſum rogaturus: *navem populo Romano debeant ne?* fatebuntur: *præbuerint ne Prætore C. Verre?* negabunt: *ædificarint ne navem onerariam maximam publice, quam Verri dederunt?* negare non poterunt: *frumentum ne ab his ſumſerit Verres, quod populo Romano mitteret, ſicuti ſuperiores?* negabunt: *quid militum, aut nautarum per triennium dederint?* nullum datum dicent. Fuiſſe Meſſanam omnium iſtius furtorum, ac prædarum receptricem, negare non poterunt: permulta multis navibus illinc exportata: hanc navem denique maximam a Mamertinis datam, onuſtam cum iſto Prætore profectam fatebuntur. Quamobrem tibi habe ſane iſtam laudationem Mamertinam: Syracuſanam quidem civitatem, ut abs te affecta eſt, ita in te eſſe animatam videmus: apud quos etiam Verrea illa flagitioſa ſublata ſunt: etenim minime conveniebat, ei deorum honores haberi, qui ſimulacra

ex tota. Quod mihi non diſplicet. HOTT. *Qui ex tota provincia*) Sic ex antiquis cod. reſtituit Adr. Turnebus; nam vulgati mendoſe habent, *qui ex ſanta provincia, &c.* quos fateor me in priore editione ſecutum eſſe, neque hoc mendum ſuſtuliſſe. LAMBIN. *Ex ſanta provincia*) Turnebus & Lambinus ex eodem MSo præpoſuerunt *ex tota*, mihi alterum ſapidius videtur, ſuſtentarque ſe ſcriptura omnium Pall. Grut. editionumque olim cuſarum. GRÆV.

Ut ea quæ) Recte ex eodem libro, *ut ad ea*. HOTT. *Ut ad ea, quæ, &c.*) Sic ego jam olim edidi, omnium principes: cum vulgo legeretur, *ut ea, quæ*, &c. ſine præpoſitione, *ad*. LAMB. Sic quoque Roberti Stephani editio ex Hottomanni codice, cui adſtipulatur Regius, niſi quod pro *ea* corrupte ſcribat *eum*. Sed Francii MSus æque ut Victorii, Manutii, ceteræque omnes vetuſtiores, *ut ea* legunt. GRÆV.

Navem debeant ne) Vide librum ſeq. HOTT. MSus Francii, ut & Victorii, Manutii, Lambini, & vetuſtiores omnes *navem debeant ne?* Roberti autem Stephani editio: *Navem P. R. debeant ne*: quod procul dubio hauſtum fuit ex veteri codice. Sic ſane in Reg. eſt cod. Nam alium laudat Lambinus in margine, in quo legatur *navem prætori debeant ne*: quod ex notis illis natum eſt, ut apud Florum lib. I. cap. 2. legebatur in editionibus & libris priſcis: *Ceteraque Prætoris ſacerdotia* pro *ceteraque P. R. ſacerdotia*. GRÆV. Nonne autem ipſe Lambinus ita emendaverat? Idem mox *cum iſto profectam*, ut in Reg. GAR.

Cum iſto prætore profectam) Reg. *Cum iſto profectam*. GRÆV.

Apud quos) Cum tamen præceſſerit, *Syracuſanam civitatem*, quæ nimirum pro ipſis ponitur Syracuſanis. Nota forma loquendi eſt, de qua Gronov. II. de Pec. vet. 4. & ad Liv. XXXVIII. 29. ubi addit alia, pluresque citat Drakenb. Eadem uſi Græci quoque ſunt, ut critici jamdiu obſervarunt, quorum aliquos laudavit Staverenius ad Corn. Nep. Timoth. c. 2. GAR.

Verrea illa flagitioſa) Vide lib. Accuſat. II. HOTT.

Minime conveniebat) Subeſt vis argumenti ex repugnantibus. Non & Dii nulli

era deorum ſuſtuliſſet. Etiam mehercule illud in Syracuſanis merito reprehenderetur, ſi, cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent celeberrimum, & ſanctiſsimum, quod eo ipſo die Syracuſæ a Marcello captæ eſſe dicuntur, iidem diem feſtum Verris nomine agerent: cum iſte Syracuſanis, quæ ille calamitoſus dies reliquerit, ademiſſet. At videte hominis impudentiam, atque arrogantiam, judices, qui non ſolum Verrea hæc turpia, ac ridicula ex Heraclii pecunia conſtituerit, verum etiam Marcellea tolli imperarit, ut ei ſacra facerent quotannis, cujus opera omnium annorum ſacra, deoſque patrios amiſerant; ejus autem familiæ dies feſtos tollerent, per quam ceteros quoque feſtos dies recuperarant.

nulli ſunt, & honores divini cuiquam tribuendi ſunt. Primum autem ex eo confirmat, quod ſimulacra Deorum Verres tollens Deos ipſos, hoc eſt numen ac mentem divinam tollere videtur. IDEM.

Etiam mehercule) Dixit, pro quia etiam. ID.

Suſtuliſſent) Recte; cum in aliis quibuſdam *ſuſtuliſſet*, ſingulari numero legatur; nam ad vocem *iidem*, hoc refertur. Suſtulerant tamen Verris prætoris juſſu atque imperio. ID.

Dies reliquerit) Quaſi diem feſtum Marcelli nomine idcirco agerent, quod iis tam multa contra belli & victoriæ conſuetudinem reliquiſſet. ID. *Reliquerat*, Lamb. ex MSo: & ſupra ejuſdem cod. *laudationem Mamertinorum*. GAB.

AC-

ACCVSATIONIS IN C. VERREM

LIBER QVINTVS.

De Suppliciis.

ORATIO DECIMA.

ARGVMENTVM HOTTOMANNI.

HÆc *oratio tripartita eſt. Nam primo loco de bello fugitivorum tractat, ex Spartacì reliquiis conflato; tum de maritimo adverſus prædones & piratas, quorum latrociniis mare tum infeſtum habebat Sicilia; poſtremo de civium Rom. ſuppliciis. Ac primos quidem duos locos de bello ſuſcepiſſe ſe dicit, e re nata, adverſus defenſionem Hortenſii, qui omnia Verris crimina virtute ac laude rei militaris tegere atque obſcurare volebat. At de ſuppliciis, dicit ſe non cujuſquam rogatu, ſed ſua voluntate, reique indignitate adductum, ad accuſandum deſcendiſſe. Continet autem hic poſtremus locus minorem orationis partem, ex quo mirum alicui videri poſſit, quod cum ex majore parte res nominandæ ſint, tamen hunc poſtremum librum* De ſuppliciis *veteres nominarint: cum* de bello maritimo *ex majore parte inſcribendus eſſe videatur, niſi forte hæc cauſa eſt, quod maritimi belli tractatio non accuſandi cauſa inſtituta eſt, ut modo demonſtravimus: ſed querela de ſuppliciis ad crimen repetundarum quodammodo pertinet, propterea quod imperii crudeliter & contra leges adminiſtrati accuſationem continet.*

Ne-

NEmini video dubium eſſe , judices , quin apertiſsime C. Verres in Sicilia ſacra, profanaque omnia & privatim, & publice ſpoliarit, verſatuſque ſit ſine ulla non modo religione, verum etiam diſsimulatione in omni genere furandi, atque prædandi: ſed quædam mihi magnifica; & præclara ejus defenſio oſtenditur ; cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante , judices , providendum. Ita enim cauſa conſtituitur ; provinciam Siciliam virtute ejus, & vigilantia ſingulari, dubiis, formidoloſiſque temporibus, a fugitivis, atque a belli periculis tutam eſſe ſervatam. Quid agam , judices ? quo accuſationis meæ rationem conferam? quo me vertam? ad omnes enim meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. Novi locum: video, ubi ſe jactaturus ſit Hortenſius, belli pericula, tempora reipublicæ, imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro ſuo jure contendet , ne patiamini talem imperatorem populo Romano Siculorum teſtimoniis eripi : neve obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiæ velitis.

Non

ET privatim, & publice) Tum ut privatus furtim ; tum ut magiſtratus & pro imperio ac poteſtate , quam Prætor habuit palam. HOTT.

Religione) Nunc promiſcue tum Deorum, tum hominum merum ac pudorem ſignificat. IDEM.

Multo mihi ante , judices) Ita ex repetitione Lambiniana Grut. & poſt Græv. unus Verb. Nam ceteri , *ante eſt, judices*, tutiuſque ſic legetur cum Ven. Naug. Man. Lamb. &c. Supra cod. Lamb. *defenſio ejus oſtenditur*. GAR.

Cauſa conſtituitur) Ita parant , meditanturque defenſionem. *Cauſa* tamen *conſtitutionem*, ſive ſtatum ſignificat : cum ita confligitur : Verres pecunias contra leges cepit: ac provinciam virtute ſua ſervavit. Utrum æquius ſit Verrem propter repetundarum crimen damnari , quam propter provinciam conſervatam abſolvi. Diſceptatio eſt ex juris & æquitatis contentione. HOTT.

Atque a belli periculis tutam eſſe ſervatam) Magis placet ſi *totam*, pro *tutam* legatur, quomodo Faernus, conjectura ductus, legi debere exiſtimabat. F. URSIN.

Pro ſuo jure contendet) Vulgo dicimus , *Pro eo quod ſua intereſt*, *Pro ſua virili parte*, vel *Pro ea parte*, *quatenus ſua intereſt*, cum ſit civis Rom. & permagni ſua interſit , bonos eſſe imperatores in hac Rep. HOTT. Imo *pro ſuo jure* eſt , quod ei licitum & conceſſum eſt , & a nemine poteſt impediri. Sic ſæpe *ſuo jure* eſt, nemine impediente , aut cum nemo poſſet prohibere , ut alibi notamus ad Tullium. GRÆV. Ad II. Acc. 14.

Siculorum teſtimoniis) Contemtim , *Siculorum teſtimoniis*, utpote Græcorum , quorum levis auctoritas in teſtimoniis, ut in orat. pro Flacco copioſe. HOTT.

Non poſſum diſſimulare, judices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, impune fecerit: venit enim mihi in mentem, in judicio M' Aquillii quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonii habuiſſe exiſtimata ſit: qui, ut erat in dicendo non ſolum ſapiens, ſed etiam fortis, cauſa prope perorata, ipſe arripuit M' Aquillium, conſtituitque in conſpectu omnium, tunicamque ejus a pectore abſcidit, ut cicatrices populus Romanus judiceſque adſpicerent adverſo corpore exceptas: ſimul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat, multa dixit: eoque adduxit eos, qui erant judicaturi, vehementer ut vererentur, ne, quem virum fortuna ex hoſtium telis eripuiſſet, cum ſibi ipſe non peperciſſet, hic non ad populi Romani laudem, ſed ad judicum crudelitatem videretur eſſe ſervatus. Hæc eadem nunc ab illis defenſionis ratio, viaque tentatur: idem quæritur. Sit fur, ſit ſacrilegus, ſit flagitiorum omnium, vitiorumque princeps: at eſt bonus imperator, & felix, & ad dubia reip. tempora reſervandus.

2. Non

Virtutem eximiam) Feſtive. Poſterius enim oſtendit, neminem umquam ignaviorem fuiſſe. IDEM.

Oratio M. Antonii) Quidam legendum cenſent, *ratio M. Anton.* LAMBINUS.

Sed etiam fortis) Vehemens & qui in commovendis iudicibus iis ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere vellet, promoveretur. Qua de re hujus ipſius Antonii præcepta exſtant in II. de Oratore. HOTT.

Ipſe arripuit M' Aquilium) Scribit idem Cicero lib. de Orat. II. & Quinctilianus lib. II. Florus autem in Epitome, his verbis: *Marcus*, inquit, *Aquilius Conſul in Sicilia bellum ſervile comitatum confecit. Cum de pecuniis repetundis cauſam diceret, ipſe rogare judices noluit. M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam a pectore ejus diſcidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet, quibus conſpectis indubitanter abſolutus eſt.* In orat. pro Flacco: *M' Aquilium patres noſtri, multis avaritiæ criminibus teſtimoniis convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum geſſerat, judicio liberarunt.* IDEM.

A pectore abſcidit) Alibi: *Diloricavit, & judicibus cicatrices adverſas ſenis Imperatoris oſtendit.* IDEM.

Quod ille in capite) Auguſtinus inter Gram. Putſ. p. 2016. legit *in caput*, explicatque *directum in caput*: ſed nullum alibi hujus lectionis veſtigium inveni: quam, ſi MSi accedent, non improbabo. GAR.

Et ad dubia Repub. tempora reſervandus) Verba ſunt Quinctiliani in lib. XII. quæ quia ad hunc locum vehementer pertinere videntur, ſubjicere voluimus: *Ad hoc*, inquit, *nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut poſſe interdum conceditur, ſalvos eſſe eos magis e Repub. ſit, quam puniri. Si liqueat igitur Oratori, futurum bonum virum, cui verba objicientur, non id aget, ut ſal-*

2. Non agam ſummo jure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere: cum judicium certa lege ſit conſtitutum, non quid in re militari fortiter feceris, ſed, quemadmodum manus ab alienis pecuniis abſtinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, ſic agam, ſed ita quæram, quemadmodum te velle intelligo, quæ tua opera, & quanta fuerit in bello. Quid dices? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? magna laus, honeſta oratio: ſed tamen quo bello? nos enim poſt id bellum, quod M' Aquillius confecit, ſic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuiſſe. At in Italia fuit: fateor, & magnum qui-

ſalvus ſit? Da nunc ut crimine manifeſto prematur dux bonus, & ſine quo vincere honeſte civitas non poſſit: nonne ei communis utilitas Oratorem advocabit? Certe Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui & malum civem, & ſibi inimicum, tamen quia utilem ſciebat ducem, imminente bello palam Conſulem ſuffragio ſuo fecit: atque id mirantibus quibuſdam reſpondit, a cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire. Ita hic ſi fuiſſet Orator, non defendiſſet eumdem Rufinum vel manifeſti peculatus reum? Hæc Fabius. HOTT.

Non agam ſummo jure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere) Apud Quinctilianum lib. IX. cap. II. hunc locum ita ſcriptum reperio: *Non agam tecum jure ſummo: non dicam, quod forſitan obtinerem.* Nihil muto tamen, cum ſatis conſtet multa illum non accurate de libro ſumſiſſe: ſed ex memoria, quantum ad propoſitum ſatis eſſe putabat, promſiſſe. IDEM.

Certa lege conſtitutum) De pecuniis repetundis. IDEM. *Judicium certa lege ſit conſtitutum*) Liber Cujacii non agnoſcit *conſtitutum*; eaque propter omiſit Lambinus; non improbo: haud tamen nimium credo exemplari unico. GRVT.

Abſtinueris) Qua de re agitur: quod urgere accuſatoris officium eſt primum ac ſummum. HOTT.

An bello fugitivorum) In Triochalino primum excitatum eſt: ubi fugitivi, duce Euno, fractis ergaſtulis ad ſex millia conjuraverunt: Prætorum caſtra ſuperata, Manilii, Piſonis, Lentuli, Hypſei: M. Perpenna vicit & obſeſſos Ennæ fame conſumſit. Hic ovans urbem ingreſſus. Poſt paullo, idem incendium excitavit Athenio Cilix paſtor, qui interfecto domino ergaſtula aperuit, Prætoriana caſtra Servilii & Luculli ſuccubuere. M. Aquilius exemplo Perpennæ, & ferro & fame maceratos cepiſſet, niſi metus ſupplicii fuiſſet. Itaque magna ex parte mortem ſibi conſcivere, dux aufugit: hæc fere ad ſummam Florus lib. Hiſtoriar. III. Athenæus lib. *διπνοσοφ. β.* Servorum in bellis, quæ in Sicilia excitarant, ſcribit interfecta amplius decies centena millia. IDEM.

At bello fugitivorum) Secunda orationis pars, quæ refutationem continet. Nam Prætore in Sicilia Verre, fugitivi bellum in Italia excitarant; quos, cum in Sicilia tranſire conarentur, ut ſe cum Siculo ſervitio conjungerent, dicebat Hortenſius a Verre interclusos aditu fuiſſe. IDEM.

Magna laus, & honeſta oratio) In manuſcripto ſine conjunctione legitur, *Magna laus, honeſta oratio.* Terentius:

Quæ ſeſe voluit in ignem injicere, prohibui:
Servavi, honeſta oratio eſt.

Cicero in lib. de Offic. II. *Itaque, inquit, vulgo loquuntur, ſeſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi; honeſta oratio eſt.* IDEM.

At in Italia fuit) Duce Spartaco gladiatore nobili, qui cum aliis ſeptua-

quidem, ac vehemens: num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoriæ gloriam cum M. Craſſo, aut Cn. Pompeio communicandam putas? non arbitror hoc etiam deeſſe tuæ impudentiæ, ut quid-

ptuaginta, qui Capuæ in ludo Lentuli exercebantur, fugitivorum magna coacta manu, comparatiſque copiis, bellum adverſus Romanos magnum & periculoſum prope quadriennium geſſit: ſed a Craſſo poſtea & Pompeio confectum hoc bellum fuit. Appianus, Plutarchus. De Spartaco Athenæus lib. Δειπνοσοφ. ς. ſic ſcribit: Σπαρτακος ὁ μονομαχος εκ Καπυης πολεως Ιταλικης αποδρας κατα τα μεθορια Αττικα, πολυ πληθος αποστησας οικετων. ην δε και αυτος οικετης Θραξ γενος, κατεδραμε πασαν Ιταλιαν χρονον ουκ ολιγον, πολλων δουλων καθ' ἑκαστην ἡμεραν συρρεοντων ὡς αυτον και ει μη απεθανεν εν τη προς Λικινιον Κρασσον παραταξει, ου τον τυχοντα αν ιδρωτα τοις ἡμεδαποις παρεσχηκει, ὡς ὁ κατα την Σικελιαν Ευνους. Id eſt: *Spartacus gladiator ex Capua urbe Italiæ, cum in Athenienſium fines profugiſſet, magnum ſervorum numerum ſecum adſcivit. Erat autem ipſe quoque ſervus, Thrax genere, ac per univerſam Italiam brevi ſpatio pervagatus eſt, multique in dies ſervi ad eum confluebant. Quod niſi in bello, quod cum Licinio Craſſo geſſit, interfectus fuiſſet, non vulgare negotium noſtris hominibus præbuiſſet, quemadmodum in Sicilia Eunus fecerat.* Hott. In Athenæo legitur αποδρας κατα τα Μυθριτατικα, æque corrupte; ut hic κατα τα μεθορια Αττικα. Quomodo legendum ſit vide Brodæi Miſcell. v. 15. Graev.

Cum M. Craſſo, aut Cn. Pompeio) Quaſi pertineat ad utrumque belli hujus confecti gloria, quæ Craſſi tota eſt, niſi quod homines ad quinque millia elapſos de clade Pompeius oppreſſit. Sed hic, ut in illa pro L. Man. & amicitiæ Pompeii indulget orator, & levitati hominis, gloriæ etiam alienæ plus nimio appetentis; qui ex levi illo ſucceſſu occupaverat prior ad ſenatum ſcribere, *Craſſum quidem gladiatores acie fudiſſe, ſe vero bellum plane radicitus exſtirpaſſe*. Plutarch. in Pomp. Hortens.

Non arbitror hoc etiam deeſſe tuæ impudentiæ) Adeo ſcilicet eſt hoc abſurdum, ut, quamvis id non audeat Verres dicere, nihil tamen ſummæ illius impudentiæ deeſſe videatur. Ferrat. Quam vim h. l. habeat verbum *deeſſe*, perſpexit, meo judicio, vir quidam doctus apud Olivet. explicans *poſſe accedere*: quod enim deeſt, inquit, poteſt accedere. Dicit profecto Tullius, non arbitrari ſe ex ſumma illa, quam toties demonſtraverat, Verris impudentia id etiam reſtare, ut Craſſo, & Pompeio in opprimendis fugitivis, atque in ejus victoriæ gloria tertium velit ſeſe C. Verres adjungere. Hoc non putat illum eſſe dicturum, quod coram populo Romano ne confingi quidem poterat: illud tantum, quod longe minus erat, exſpectat, Verrem obſtitiſſe, ne Siciliam fugitivi pervaderent. Nihil eſt hoc ſenſu verius, ſi locum attente perpendas: ut mirum plane ſit, V. C. Oudendorpium ad Svet. Neron. XLV. hoc ita explicaſſe: *arbitror, te etiam eſſe tam impudentem*. Quod autem hic nihil mutandum pronunciat, alia de cauſa verum eſt. Modus eſt enim loquendi & Latinis olim, & nunc Italis familiaris, *hoc deerat*, cum ad res aliquas intolerandas cumulus etiam quidam accedit. Ita III. Acc. 85. *Hæc deerat injuria, & hæc calamitas aratoribus, te Prætore, qua reliquis fortunis omnibus everterentur*. Seneca Phœniſ. vſ. 369. *Deerat ærumnis meis, ut & hoſtem amarem*: item Med. vſ. 992. *Deerat hoc unum mihi, ſpectator ipſe.* In eadem re, cum de futuro, ut hic, ſermo eſt, dicimus, *hoc etiam deeſſet*, *hoc deeſt*, eodemque ſenſu, *hoc reſtat*: Tullius itaque dicere potuit: *hoc etiam deeſt tuæ impudentiæ* (ad tuam impudentiam, quæ maxima eſt, cumulandam) *ut aliquid ejuſmodi dicere audeas*. Verum, ut in eo mendacio, quod

quidquam ejuſmodi dicere audeas. Obſtitiſti videlicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitivorum copiæ poſſent: ubi? quando? qua ex parte? cum aut navibus, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil umquam prorſus audivimus: & illud audivimus, M. Craſsi, fortiſsimi viri virtute, conſilioque factum, ne ratibus conjunctis, freto fugitivi ad Meſſanam tranſire poſſent: a quo illi conatu non tantopere prohibendi fuiſſent, ſi ulla in Sicilia præſidia ad illorum adventum oppoſita putarentur. At cum eſſet in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervaſit.

3. Etenim propinquitas locorum ad utram partem hoc loco profertur? utrum aditum facilem hoſtibus, an contagionem imitandi ejus belli periculoſam fuiſſe? Aditus omnis hominibus ſine ulla facultate navium non modo disjunctus, ſed etiam clauſus eſt: ut illis, quibus Siciliam propinquam fuiſſe dicis, facilius fuerit ad Oceanum pervenire, quam ad Pelo-

quod ne a Verris quidem ore proferri poſſet, maluit dicere: *non arbitror hoc etiam deeſſe &c.* h. e. deeſſe nunc, dum hæc loquor, non puto me quidquam ejuſmodi in tua defenſione auditurum. Confer nunc ſummi viri Erneſti notam ad Sveton. l. e. Iam in MSis ipſius Svetonii omnibus hæc recte cenſeo ſeſe habere: *nihil contumeliarum defuit, quin ſubiret*: h. e. nihil reſtitit, quod poſſet accedere. Cod. Lamb. numeroſius, *tuæ deeſſe impudentiæ*. GAR.

Aut ratibus) *Rates*, inquit Feſtus, *vocant ligna colligata, quæ per aquam aguntur: quo vocabulo interdum etiam naves intelliguntur*. HOTT.

Ulla præſidia) Diligentia atque opera Verris comparata. IDEM.

At cum in Italia) *Tum in Italia*, Vetus codex; & ſic emenda. Objectio eſt Verris; quaſi bellum tam prope Siciliam eſſe non potuerit, quin ſimul in Siciliam pervaderet. IDEM. Sed Reg. & Franc. *cum*. Ille præterea addit *eſſet*, quod hic melius additur, quam omittitur. GRAV. Addiderat Lamb. & unus ita poſtea Lallem. GARATON.

Eodem intervallo) Pro eodem tempore. HOTT. Minime gentium, *eodem* intervallo nimirum locorum. Æque longe remota erat Italia a Sicilia, ac nunc Sicilia ab Italia. GRAV.

Propinquitas ad utram) Reg. *propinquitas locorum ad utram*. IDEM. Sic etiam Lamb. ex MSo, ut ſequuntur Oliv. & Lall. GAR.

Ad utram partem) Imo ad utramque: nam Itali ſuas cum Siculis copias conjungere conabantur. HOTT.

Hoſtibus) Servis fugitivis, qui ex Italia tranſire in Siciliam, ut ſe cum Siculis fugitivis conjungerent, conabantur. IDEM.

Sed etiam clauſus fuit) Reg. *ſed etiam clauſus eſt*. Procul dubio verius. Nam ait non tantum ſervis, ſed omnibus hominibus clauſam eſſe Siciliam, qui nullas naves habent. Mox ex eodem cod. recepi *iſta provincia*, pro *ipſa*; & inferius *ad laudem, atque ad premium*; in vulgatis deeſt *ad*. GRAV. Erat *τὸ ad* in ed. MCDLXXXIII.

Peloridem accedere. Contagio autem iſta ſervilis belli, cur abs te potius, quam ab iis omnibus, qui ceteras provincias obtinuerunt, prædicatur? an quod in Sicilia jam ante bella fugitivorum fuerunt? At ea ipſa cauſa eſt, cur iſta provincia minimo in periculo ſit, & fuerit. Nam poſteaquam illinc M' Aquillius deceſsit, omnium inſtituta, atque edicta Prætorum fuerunt ejuſmodi, ut ne quis cum telo ſervus eſſet. Vetus eſt quod dicam, & propter ſeveritatem exempli nemini fortaſſe veſtrum inauditum: L. Domitium Prætorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus eſſet, admiratum requiſiſſe, quis eum percuſsiſſet: cum audiſſet, paſtorem cujuſdam fuiſſe, eum ad ſe vocari juſsiſſe: illum cupide ad Prætorem, quaſi ad laudem, atque ad præmium accurriſſe: quæſiſſe Domitium, qui tantam beſtiam percuſsiſſet: illum reſpondiſſe, venabulo: ſtatim deinde juſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. Durum hoc fortaſſe videatur: neque ego ullam in partem diſputo: tantum intelligo, maluiſſe Domitium crudelem in animadvertendo, quam in prætermittendo diſſolutum videri.

4. Er-

Herv. Naug. Man. Lamb. hujuſque cod. GAR.

Quam ad Peloridem accedere) Pelori Siciliæ promontorium, verſus Italiam. HOTT.

Minimo in periculo ſit) A fugitivis. Nam quod infra ſcribit, *Tantum fuiſſe provinciæ periculum*: de prædonibus loquitur. Et hoc eſt quod dici ſolebat: *bonas leges ex malis moribus naſci*. IOAN.

Vetus eſt quod dicam, & propter ſeveritatem &c.) Mihi videtur in manuſcripto rectius eſſe: *Verum eſt quod dicam, ſed propter ſeveritatem &c.* FULV. URSIN.

Propter ſeveritatem exempli) Hoc eſt, quod Iuriſconſulti tradunt, nonnunquam evenire, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis graſſantibus exemplo opus ſit. HOTT.

Paſtorem cujuſdam fuiſſe) Legendum fortaſſe eſt, *paſtorem cujuſdam ſeciſſe*. LAMB.

Ad ſe vocari juſſiſſe) Hoc tenor orationis poſtulat: tametſi aliis in libris omnibus ſcriptum ita ſit, *vocari juſſit*. Valerius autem Maximus hanc cauſam affert, quod Domitius ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat. HOTT. *Iuſſiſſe* dederunt quidem Hervag. Man. & Lamb. & deinde omnes: ſed vereor vehementer, ne ex conjectura. Ne unus quidem citatur codex: eſtque forte tutius Venetam, & Naug ceteraſque veteres ſequi, ac *juſſit* reſtituere. Livius VIII. 28. jungit, *territare, admonere, jubet*. Ita ſolent hiſtorici, eoſque omnino non legit, qui hoc ignorat. Monuit Perizon. ad Sanctii Min. IV. 5. monuit ſæpe ad Salluſt. Cortius, ut Cat. XXI. 4. ſæpe ad Liv. Drakenborchius, ut ad V. 47. aliique complures. GAR.

Qui tantam beſtiam percuſſiſſent) Alii libri habent, *quo tantam beſtiam, &c.* LAMB.

Crudelem in animadvertendo) In cavendis, item ut in adeundis periculis;

4. Ergo his inſtitutis provinciæ, jam tum, cum bello fugitivorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortiſsimus C. Norbanus, in ſummo otio fuit: perfacile enim ſeſe Sicilia jam tuebatur, ut ne quod in ipſa bellum poſſet exſiſtere: etenim cum nihil tam conjunctum ſit, quam negotiatores noſtri cum Siculis, uſu, re, ratione, concordia: & cum ipſi Siculi res ſuas ita conſtitutas habeant, ut his pacem expediat eſſe: imperium autem populi Romani ſic diligant, ut id imminui, aut commutari minime velint: cumque hæc ab ſervorum bello pericula, & Prætorum inſtitutis, & dominorum diſciplina proviſa ſint: nullum eſt malum domeſticum, quod ex ipſa provincia naſci poſſit. Quid igitur? nulli ne motus in Sicilia ſervorum, Verre Prætore? nullæ ne conſenſiones factæ eſſe dicuntur? nihil ſane, quod ad S. P. Q. R. pervenerit: nihil, quod iſte Romam publice conſcripſerit: & tamen cœptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis ſervitium ſuſpicor: id adeo non tam ex re, quam ex iſtius factis decretiſque cognoſco. Ac videte, quam non inimico animo ſim acturus: ego ipſe hæc, quæ ille quærit, quæ adhuc numquam audiſtis, commemorabo & proferam. In Triocalino, quem locum fugitivi jam ante tenuerunt, Leonidæ cujuſdam Siculi familia

lis; conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leviter ægrotantes leviter curant; gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. HOTT.

Cn. Norbanus] Prætor in Sicilia. IDEM. *Caius* a Lamb. eſt, & ſic III. Acc. 49. ubi Vetinum vide. GAR.

Ne quod in ipſa bellum poſſ. ex.] Libri manuſcr. habent, *ut neque ex ipſa bell. poſſ. exſiſtere*; unde ſuſpicari poſſit aliquis, legendum eſſe, *ut ne quod*, *&c.* LAMBIN. Sic plane Regius cod. qui & *jam* addit: *Perfacile enim ſe ſe Sicilia jam turbatur*, *ut ne quod in ipſa bellum*. Deleverunt *ut*, qui neſcierunt non raro *ut ne* conjungi. GRAV.

Uſu) Conſuetudine, cum alii ad alios plerumque comment. HOTT.

Re, *ratione*) Sic & Plautus hæc conjungit in Amphitruonis Prologo, ubi Mercurius loquitur de negotiationibus:

Et ut res rationeſque veſtrorum omnium
Bene expedire vultis.

Superius III. in Verr. 9. *Iſtos inter ſe perbrevi non res, non ratio conjunxit*. GRAV.

Publice conſcripſerit) Qui cum imperio in provinciis erant, cum ad Senatum ſcribebant, publice ſcribere dicebantur. HOTT. Cur vero *conſcripſerit*, & non *ſcripſerit*, ut recte Reg. codex? GRAV. Cur non ita edidit Grævius, ut ex ſuo MSo fecerat jam Lambinus? GAR.

Triocalino] *Triochalino*, vetus codex manuſcriptus, & impreſſi Florentiæ vetuſtiſſimi. Et ita legit Volaterranus in libro VI. *Triochala*, inquit, *ubi ſer-*

milia in ſuſpicionem vocata eſt conjurationis: res delata ad iſtum: ſtatim, ut par fuit, juſſu ejus homines, qui nominati erant, comprehenſi ſunt, adductique Lilybæum: domino denuntiatum eſt, cauſa dicta damnati ſunt.

5. Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam exſpectatis aliquam. Nolite uſquequaque idem quærere. In metu belli furandi qui locus poteſt eſſe? etiam ſi qua fuit in hac re occaſio, prætermiſſa eſt. Tum potuit a Leonida

ſervile bellum concitatum eſt. Silius:

Et mox ſervili vaſtata Triochala bello.

Cicero in Verrem lib. VII. *In Triochalino, quem locum fugitivi ante tenuere*. Hæc ille. HOTT. P. Victor. R. Steph. Lamb. editi, *In Tricalino*. Certum eſt urbem mediterraneam in monte ſitam, dictam fuiſſe Τριοκαλα, a tribus pulcris, ſed pro hoc dixerunt vulgo Τρικαλα, ut patet non ſolum ex Stephano, ſed & ex nummis antiquis, & incolæ Τρικαλινοι. Reg. cod, & Franc. *Triochalina*. Sed adſpiratio perperam inſeritur. P. Francii liber *Tricola*, hodie dicitur *Troccoli*. Vid. Cluver. Sic. antiq. II. 12. & Holſteniom ad Stephanum in Τρικολα. GRÆV. *In Triocalino*. Hanc enunciationem, ut veritati tum originis, tum ſcripturæ Ciceronis congruentiorem, elegi, cum Lambinus edat *Tricalino*, & ſic citat quoque Cluverius, ut videtur, ex prioribus editis, at quidem Victorianis. Gruterus autem *Triochalino*, neſcio cur immixta illa adſpiratione, quomodo tamen & ad oram Lamb. & ed. Wechelina, unde colligo litteram *o* fuiſſe in MSis. Gronov. Veneta diſerte *Triocalino*. GAR.

Qui nominati erant) Sic dicebantur qui rei criminum poſtulati erant. Tranquill. Caligula: *Quæſtorem ſuum in conjuratione nominatum flagellant*. Plinius in ep. *Inductus eſt nominatus. Egit ipſe pro ſe*. Sic apud Iuriſconſultos, ut in Comment. de verbis juris expoſui. HOTT. Lamb. ex MSo, *qui fuerant nominati*. GAR.

Domino denunciatum eſt, ut adeſſet) In duobus libris manuſcr. deeſt hoc totum, *ut adeſſet*. LAMB. In duobus libris, quia non invenit Lambinos, *ut adeſſet*, ſicut nec inveniuntur in Regio codice, omnino habenda ſunt hæc verba pro interpretatione magiſtri, quæ margini eſt adſcripta, & poſt in contextum irrepſit, aut certe, pro ſcioli interpolatione, qui vim vocis *denunciare* non intellexit. Id enim eſt, quod arceſſere, jubere ad ſe venire. Cic. II. ad Attic. ep. 22. *Volitat, furit, nihil habet certi, multis denunciat, quod fors obtulit, id acturus videtur*. Lib. XIII. ad Fam. epiſt. 77. *Ut hoc tui neceſſarii ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos certiores, ut ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denunciare*. Paullo poſt addit Tullius *ut adeſſet*. Sed hic ſequimur antiquiſſimos codices. GRÆV. Has voces ignorant etiam tres e noſtris. LALLEM.

Damnati ſunt) Veteres codices non habent, *ſunt*. LAMB.

Quid deinde?) Codices Quinctiliani omnes I. O IX. 2. ed. Burm. p. 774. *Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam aliquam?* Deeſt vox *exſpectatis*, tamque eleganter deeſt; ut, niſi MSi Tulliani vetarent, hinc illam ejectam velim: quamvis illa ipſa Tullius utatur infra, unde huc dicerem immigraſſe. Interrogatio autem additur etiam in Ven. Naug. &c. GAR.

Nolite uſquequaque eadem quærere) Non diſplicet, quod eſt in Cujac. *idem quærere*; quoniam ei accedunt Pall & olim cuſi, in quibus, *quidem quærere*. GRÆV.

Tum potuit a Leonida) Quod conſcius fortaſſe conjurationis dominus fuiſſet. HOTT.

Fuit

Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adeſſet: fuit nundinatio aliqua, & iſti non nova, ne cauſam diceret: etiam alter locus, ut abſolverentur: damnatis quidem ſervis; quæ prædandi poteſt eſſe ratio? produci ad ſupplicium neceſſe eſt: teſtes enim ſunt, qui in conſilio fuerunt: teſtes publicæ tabulæ: teſtis ſplendidiſsima civitas Lilybætana: teſtis honeſtiſsimus maximuſque conventus civium Rom. nihil poteſt: producendi ſunt: itaque producuntur, & ad palum alligantur. Etiam nunc mihi exſpectare videmini, judices, quid deinde factum ſit: quod iſte nihil umquam fecit ſine aliquo quæſtu atque præda. Quid in ejuſmodi re fieri potuit? quod commodum eſt? exſpectate facinus, quam vultis improbum: vincam tamen exſpectationem omnium: nomine ſceleris conjurationiſque damnati, ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repente, multis millibus hominum inſpectantibus, ſoluti ſunt, & Leonidæ illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere, homo

Fuit nundinatio aliqua) Vſitata ratio quæſtus faciendi, qualis in nundinis eſſe ſolet. HOTT.

Ne cauſam diceret) Reg. *ne cauſam diceret*. Quod ſequitur, *ut abſolverentur*, hoc firmat. GRÆV.

Qui in conſilio fuerunt) Nimirum ipſi judices. HOTT.

Publicæ tabulæ) Acta magiſtratuum. IDEM.

Nihil poteſt) Reg. *fieri nihil poteſt*? GRÆV. *Fieri nihil poteſt*. Ita quidem vulgati nonnulli: ſed primam vocem reſpuunt ſcripti codices, & editi plerique. LALLEM. *Fieri* dedit ex MSo Lambinus, & recepit præter morem ſuum Olivetus: & mox, *quid in ejuſmodi re fieri potuit*? ut jam iſtud non repudiem. GAR.

Ad palum alligantur) Vt virgis cæſi cruri poſtea ſuffigerentur. HOTT.

Nomine ſceleris conjurationiſque damnati) Alii libri habent, *homines ſceleris, conjurationiſque damnati*; ego neutram vocem neque *nomine*, neque *homines*, huc recipio, utramque ſubditam exiſtimans; ſic autem legendum arbitror, *ſceleris, conjurationiſque damnati*, &c. ſic loquitur infra: *Cum viderent ea facilitate prætorem, ut ob eo ſervorum, ſceleris, conjurationiſque damnatorum*, &c. ubi vox, *ſervorum*, a quibuſdam libris abeſt, vox, *nomine*, certe non interponitur. LAMB. *Nomine ſceleris conjurationiſque damnati*) Lambinus ex Cujaciano forſan, *homines ſceleris*; quod etiam placuit Guilielmio: ſed vulgatum longe melius eſt; ut oſtendi in Suſpicionibus. GRVT. Vere Gruterus. Invitis libris *nomine* non eſt delendum. Non enim, quia alibi ellipſi utitur Cicero, non licuit ei alibi integra uti locutione. Nam *nomine ſceleris damnari* integra eſt locutio, aut potius *de nomine ſceleris damnari*; conciſa vero ellipſi, *ſceleris damnari*. In Reg. tamen eſt *homines*. GRÆV. Itane vero, libris invitis? Non damno vulgatam: veruntamen ex MSis longe optimis *homines* h. l. ferme præfero: quod verbum pro ſervis uſurpari facile dixerim: vide infra ad c. 7. & ſic bene Grævius c. 25. *ſymphoniacos homines*. GAR.

Leonidæ illi domino) Reg. *Tricholino illi redditi*. GRÆV. Cod. Lamb. *Triocholino illi redditi*. GAR.

Eſt-

homo amentiſsime? niſi id, quod ego non quæro: quod denique in re tam nefaria, tametſi dubitari non poteſt, tamen, ne ſi dubitetur quidem, quæri oporteat: quid, aut quantum, aut quomodo acceperis: remitto tibi hoc totum, atque iſta te cura libero: neque enim metuo, ne hoc cuiquam perſuadeatur, ut, ad quod facinus nemo præter te ulla pecunia adduci potuerit, id tu gratis ſuſcipere conatus ſis: verum de iſta furandi, prædandique ratione nihil dico: de hac imperatoria jam tua laude diſputo.

6. Quid ais, bone cuſtos, defenſorque provinciæ? tu, quos ſervos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluiſſe cognoras, & de conſilii ſententia judicaras: hos ad ſupplicium jam more majorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere, ac liberare auſus es? ut, quam damnatis ſervis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Romanis reſervares? Perditæ civitates, deſperatis omnibus rebus, hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum reſtituantur, vincti ſolvantur, exſules reducantur, res judicatæ reſcindantur: quæ cum accidunt, nemo eſt, quin intelligat ruere illam rempubl. hæc ubi eveniunt, nemo eſt, qui ullam ſpem ſalutis reliquam eſſe arbitretur: atque hæc ſicubi facta ſunt, facta ſunt, ut homines populares, aut nobiles ſupplicio, aut exſilio levarentur: at non ab his ipſis, qui judicaſſent: at non ſtatim; at non eorum faci-

Exitus exitiales] Sic in orat. contra Rullum ad Quir. *Neque vero illa popularia ſunt æſtimanda, judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſtitutio damnatorum, qui civitatum afflictarum perditis jam rebus extremi exitiorum ſolent eſſe exitus.* HOTT.

Hæc ubi veniunt] *Eveniunt*, poſtulare videtur. IDEM. Hanc conjecturam Hottomanni receperunt Rob. Stephanus & P. Manutius, quos & nos ſecuti ſumus, quia in Reg. cod. legitur *eveniant*: ut paullo ante: *hanc indemnatis videlicet civibus*; & *deſperatis jam omnibus rebus*. GRÆV. Hoc jam dedit ex MSo Lambinus: præclare autem in Regio, licet unico, eſt illud *videlicet*. Recte V. C. Burman. ad Anthol. Lat. T. II. p. 665. *indemnatis* explicat inauditis, non rite damnatis, non convictis. Confer, quæ diximus ad 1. Act. 4. Sic infra c. 8. GAR.

Ut non ab iis) Vetus codex, *at* pro *ut*, tribus in locis proximis, quod ſine dubio rectum eſt. Et ut quamlibet occaſionem arripiamus Ciceronis libros adjuvandi, idem prope mendum eſt in Partitionibus Oratoriis, eo loco ubi de inſitis commemorat. Nam pro, *Aut ea quæ ſunt quaſi conjuncta*, *Aut ea quæ ſunt quaſi pugnantia inter ſe*, *Aut earum rerum de quibus agitur, cauſæ*, *Aut cauſarum eventus*: Pro quatuor, inquam, illis particulis, *aut*, reponendum ſingulis in locis *ut*, facile demouſtraremus, niſi hoc

facinorum damnati, quæ ad vitam, & omnium fortunas pertinerent. Hoc vero novum, & ejuſmodi eſt, ut magis propter reum, quam propter rem ipſam, credibile videatur; ut homines ſervos; ut ipſe, qui judicarat; ut ſtatim e medio ſupplicio dimiſerit; ut ejus facinoris damnatos ſervos, quod ad omnium liberorum caput, & ſanguinem pertineret. O præclarum imperatorem, nec jam cum M' Aquillio, fortiſsimo viro, ſed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum! Tantum ne vidiſſe in metu, periculoque provinciæ? cum ſervitiorum animos in Sicilia ſuſpenſos propter bellum Italiæ fugitivorum videret, ne quis ſe commovere auderet, quantum terroris injecit? Comprehendi juſsit: quis non pertimeſcat? cauſam dicere dominos: quid ſervis tam formidoloſum? FECISSE VIDERI pronuntiavit: exor-

hoc breviter monuiſſe ſatis eſſe putaremus. In eadem pagina locum infimum ſic diſtinguo, & emendo: *Habeo communia præcepta fidem faciendi, & commovendi. Quoniam fides eſt f. a. m. a. a. i. a. a. v. a. a. m. a. a. m. a. a. cupiditatem* (tot enim ſ. m. g. p. p. g. ſingulorum) *omnem collocationem ad finem accommoda definitæ quæſtionis*. In impreſſis enim libris & prava interpunctione omnia perverſa ſunt, & vox *definitæ* deſideratur: nam cum duplex collocatio ſit, eorum ſcilicet quæ ad fidem, & eorum præterea quæ ad motum pertinent, non omnis ſane collocatio ad quæſtionem omnino accommodanda eſt, ſed ad finitam: nam ad infinitam fides tantum pertinet; ad finitam & fides, & motus: quare cum de finita dixero, inquit, de utraque dixero. HOTT. *At non ab iis ipſis, qui judic. &c.*] Secutus ſum codices manuſcr. qui habent hic tribus in locis proximis, *at*, pro, *ut*, quod eſt in vulgatis; neque dubium eſt, quin ita ſit legendum. LAMB.

Cum M. Aquilio) Hunc dicit, quod ejus exemplo, ſperabat Hortenſius Caium quoque Verrem ob laudem imperatoriam abſolutum iri. HOTT.

Cum Paullis] In *Paulla*, diſciplinam, in *ſuperiore Africano*, celeritatem; in altero, conſilium; in *Mario*, vim atque virtutem ſingulariter notat; ut aliquanto poſterius conſtabit. IDEM.

Tantum ne vidiſſe] Subaudi nonne mirandum eſt. Solent in admiratione ſic infinitivis uti. Iuſtin. lib. VIII. 2. *Tantum facinus admiſiſſe ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus inſtitutiſque formata, ut quid poſthac ſuccenſere jure barbaris poſſent, non haberent*. Exempla plura congeſſi ad ſimilem locum in notis ad epiſtolas ad Atticum. GRÆV.

In Sicilia ſuſpenſos] Excitatos, & in ſpem conjungendarum copiarum erectos. HOTT. Imo *ſuſpenſos* eſt dubios, arma ne caperent, nec ne, quia eventum exſpectabant belli fugitivorum in Italia. GRÆV.

Cauſam dicere dominos) Elatorie cum ſuperius tantum dixerit, iis denunciatum, ut cum cauſa diceretur, adeſſent. HOTT. *Cauſam dicere*] Vox, *dominos*, quæ eſt in codicibus vulg & quibuſdam manuſcr. videtur delenda; non enim domini cauſam dixerunt, ſed ſervi ſoli, ii, qui in ſuſpicionem conjurationis vocati eſſent. Sed reſponderim, dominos hic cauſam dicere pro ſervis, non pro ſe: ſervi enim cum jure civili ſint ignoti, neque ſint cives, cauſam neque pro ſe, neque pro altero dicere queunt. LAMB. Recte: ſupra, *ne cauſam diceret*, Leonidas

exortam videtur flammam paucorum dolore, ac morte reſtinxiſſe. Quid deinde ſequitur? verbera, atque ignes, & illa extrema ad ſupplicium damnatorum, metum ceterorum, cruciatus, & crux: hiſce omnibus ſuppliciis ſunt liberati. Quis dubitet, quin ſervorum animos ſumma formidine oppreſſerit, cum viderent ea facilitate prætorem, ut ab eo ſceleris, conjurationiſque damnatorum vita, vel ipſo carnifice internuntio, redimeretur? Quid? hoc in Appollonienſi Ariſtodamo? quid? in Leonte Megarenſi non idem feciſti?

7. Quid? iſte motus ſervorum, bellique ſubita ſuſpicio, utrum tibi tandem diligentiam cuſtodiendæ provinciæ, an novam rationem improbiſsimi quæſtus attulit? Halicyenſis Eumenidæ nobilis hominis, & honeſti, magnæ pecuniæ villicus, cum impulſu tuo inſimulatus eſſet, H-S. LX. a domino accepiſti: quod nuper ipſe juratus docuit, quemadmodum geſtum eſſet. Ab equite Romano C. Matrinio abſente, cum is eſſet Romæ, quod ejus villicos, paſtoreſque tibi in ſuſpi-

nidas ſcilicet pro ſervis ſuis: quod Grævius non attendit, neque hic Hottomannus. Utique denunciatum Leonidæ fuit, ut ad cauſam dicendam pro ſervis ſuis adeſſet. Gar.

Vt ab eo ſervorum ſceleris conjurationiſque damnatorum) Vox *ſervorum*, abeſt a libris veteribus etiam impreſſis; in queis Aldinum numeramus. Et recte abeſt, ut ex ſententia & loco perſpicitur. Hott. *Vt ab ea ſervorum ſceleris &c.*) Emphaſin haber dictio *ſervorum*, quæ in nuper vulgatis interpoſita; ſed tamen non agnoſcitur a Palatinis, aur olim editis: idemque de ſuis prædicavit Hottomannus. Gruterus. Nec in P. Francii exſtat libro. Retinuerunt tamen eam vocem *ſervorum* Victorius, & R. Stephanus. Grev.

Vel ipſo carnifice internuncio) Quia cum jam carnifici ad ſupplicium traditi fuiſſent, tranſigi de illorum miſſione ſine carnificis opera non potuit. Hott.

In Leonte Megerenſi) Libri manuſcr. habent, *in Leonide Asherenſi*, quos ſequor. Lamb. *In Leonte Magarenſi*) Puto melius eſſe in antiquo, *Leonide Imacharenſi*. F. Vrsin. *In Leonte Megarenſi*) Habent iſtud Palatini libri omnes, præter Cujacianum, in quo *Leonide Acharenſi*, quod Lambinus admiſit, tamquam inventum in libris ſuis; cum arbitrer intelligere ipſum tamen unicum illum Cujac. nam eo uſum pater ex nora 33. ad hanc orationem. Grut. P. Francii liber ut Victorii & R. Stephani editiones *Magarenſi* corrupte pro *Megarenſi*. Megara Siciliæ civitas, quæ aliter Hybla dicitur. Vid. Cluv. Sic. antiq. t. tt. Qui tamen, quod Fulvius in ſuo cod. reperit *Imacharenſi* præfert 11. 8. Grev. *In Leonida Imacharenſi*) Ita legit Cluverius ex pluribus MSis. Noſtri quidem ita in hoc nomine variant, ut tamen proxime accedant ad lectionem Cluverianam. Vulgatam *in Leonte Macharenſi*, nullus e noſtris MSis agnoſcit. Lallem. Ita hæc duo verba Librarii corruperunt, ut merito quivis hactenus dubius eſſe poſſit; Sed facem præfert mihi optimam Priſcia-

ſuſpicionem veniſſe dixeras, H-S. centum abſtuliſti: dixit hoc L. Flavius, qui tibi eam pecuniam numeravit, procurator C. Matrinii: dixit ipſe C. Matrinius: dicet vir clariſsimus Cn. Lentulus Cenſor, qui Matrinii honoris cauſa, recenti negotio ad te litteras miſit, mittendaſque curavit. Quid? de Apollonio, Diocli filio, Panormitano, cui Gemino cognomen eſt, præteriri poteſt? ecquid hoc tota Sicilia clarius? ecquid indignius? ecquid manifeſtius proferri poteſt? quem is, uti Panormum venit, ad ſe vocari, & de tribunali citari juſsit, concurſu magno, frequentiaque conventus. Homines ſtatim loqui, mirari, quod Apollonius, homo pecunioſus, tamdiu ab iſto maneret integer: excogitavit: neſcio quid attulit: profecto homo dives repente a Verre non ſine cauſa citatur: exſpectatio ſumma omnium, quidnam id eſſet: cum exanimatus ſubito ipſe accurrit cum adoleſcente filio: nam pater grandis natu jam diu lecto tenebatur: nominat iſte ſervum, quem magiſtrum pecoris eſſe diceret: eum dicit conjuraſſe, & alias familias con-

ſcianus, qui p. 690. Tullium ait hoc loco nomen proprium *Leon*, *Leontis*, declinaſſe, legitque *in Leonte Macharenſi*. Quid ergo tutius, quam cum MSis Pall. & vett. edd. legere, *in Leonte*? Tum etiam ex MSis Vrſini, & Iannoctii, aliorumque veſtigiis legendum videtur, *Imacharenſi*. Vide notas ad III. Accuſ. 18. 42. GAR.

H-S. LX.] Coronatos mille quingentos. HOTT.

Nuper ipſe juratus) In priore actione, cum teſtes producti ſunt. IDEM.

H-S. centum abſtuliſti) Coronatorum duo millia & quingentos. IDEM. In Reg. eſt H-S. DC. in Franc. H-S. *centies*. GRAV.

Apollonia Diocli filio) *Dioclis*, contra librorum omnium auctoritatem, corrigendum putarem. HOTT. *Apollonio Diocli filio*) Antique pro *Dioclis*; neque aliter MSi noſtri, niſi quod Pal. ſec. *Dioclii*. Meminit hujus loci Rivius, in Caſtigationibus ad Tullium. GRVT. Recte Gruterus. Sed cur ipſe admiſit *Dioclis*? Non antique, ſed pro conſuetudine illorum temporum dixit *Diocli* pro *Dioclis*, ut apud C. Nepotem *Neocli filius*, & alia ſexcenta exempla, quæ ex Tullio, C. Nepote, aliiſque ſcriptoribus ætatis optimæ cum alii, tum nos ipſi congeſſimus. GRÆV.

Ecquid manifeſtius proferri poteſt) Liber Cujac. *confeſtius*, unde facit Guilielmius *confeſſius*. GRVTER. Vide III. Acc. 56.

De tribunali citari) Vt cauſam diceret, conjurationis accuſatus. HOTTOMAN.

Homines ſtatim loqui, mirari) Cod. Reg. *homines ſtatim loqui: mirabar*; non ſane inepte. GRÆV. Imo, ſi quid video, longe melius, quam ceteri omnes. In vulgata pronomen *ſe*, ut ſæpe, ſubaudiri poteſt, ut ſit, *homines loqui*, h. e. dicere, *ſe mirari*. Ita III. Acc. 62. *Albam . . . loqui palam, viciſſe Verrem*. Sed prorſus Regio codici adhæreo. GAR.

Tam diu ab iſto maneret integer) Plagam aliquam pecuniariam non acciperet; non aliqua pecunia emungeretur. HOTT.

Magiſtrum pecoris) Varro: *Dictator, magiſter populi &c. magiſter pecoris, qui præeſt*

concitaſſe: is omnino ſervus in familia non erat: eum ſtatim exhibere jubet. Apollonius affirmare, ſervum ſe omnino illo nomine habere neminem. Iſte hominem abripi a tribunali, & in carcerem conjici jubet: clamare ille, cum raperetur, nihil ſe miſerum feciſſe, nihil commiſiſſe, pecuniam ſibi eſſe in nominibus, numeratam in præſentia non habere. Hæc cum maxime ſumma hominum frequentia teſtificaretur, ut quivis intelligere poſſet, eum, quod pecuniam non dediſſet, idcirco illa tam acerba injuria affici: cum maxime, ut dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla conjectus eſt.

8. Videte conſtantiam Prætoris, & ejus Prætoris, qui nunc reus non ita defendatur, ut mediocris prætor; ſed ita laudetur, ut optimus imperator. Cum ſervorum bellum metueretur, quo ſupplicio dominos indemnatos afficiebat, hoc ſervos damnatos liberabat. Apollonium, locupletiſsimum hominem, qui, ſi fugitivi bellum in Sicilia facerent, ampliſſimas fortunas amitteret, belli fugitivorum nomine, indicta cauſa,

præeſt ceteris paſtoribus. Alioqui nonniſi ipſe paſtor. Virgilius: *Idem amor exitio eſt pecori, pecoriſque magiſtro*. NANN. Servius ad Æn. VII. 485. ita h. l. profert: *nominat hominem, quem magiſtrum pecoris eſſe dicebat.* Ibi doctiſſimus Burmannus ſuſpicatur, Tullium ſcripſiſſe *hominem*, eiuſque verbi loco *ſervum*, quæ gloſſa fuerit, irrepſiſſe: nam ſæpe Tullius *hominem* pro ſervo ponit ut I. Acc. 36. pro Quint. 19. &c. eique accedunt veteres ICti. Ego nihil aliud dico, niſi, ut hic editur, in omnibus, quantum ſcio, Tullianis eſſe codicibus: unum tres varietates Servium proponere. Is autem illud Virgilii, *cui regia parent armenta*, de pecoris magiſtro accipit, *ad quem omnia pertinent animalia*, & ſic Tyrrhum vocat auctor de Orig. V. R. Sed apertius Varro de R. R. II. 10. *Qui paſcunt.... eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris*: talemque ſervum fuiſſe hunc merito Nannius cenſuit. Supra c. 3. *paſtorem cujuſdam* vidimus, ad quem Virgiliana illa periphraſis III. Ecl. tot. quæ poetam decet, non eſt trahenda. GARATON.

Exhibere jubet) Ita ex Grut. recentiores item omnes. At typis hoc Gruterianis puto tribuendum: nam Ven. Herv. Naug. Man. Lamb. &c. *exhiberi*, quod reſtituo. IDEM.

Abripi a tribunali) Sic legi debet, & ita ſcriptum eſt in libris manuſcr. in vulgatis, *arripi*, mendoſe. LAMB.

Pecuniam ſibi eſſe in nominibus) Id eſt deberi. Sic in Topic. *Non ſi uxori vir legavit omne argentum, quod ſuum eſſet; idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt: multum enim differt, in arcane poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur.* Quem in locum videtur vox *debeatur* e gloſſa interpretis obrepſiſſe. HOTT.

Videte conſtantiam prætoris) Nam quæ nunc commemorabit, ſummam in illius actis repugnantiam oſtendunt. HOTT.

Belli fugitivorum nomine) Quaſi conſcius ſervorum conſpirationis fuiſſet. IDEM.

Cum

cauſa, in vincla conjecit: ſervos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe judicavit, eos ſine conſilii ſententia, ſua ſponte omni ſupplicio liberavit. Quid ſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrem jure in eum animadverteretur, tamen ne hanc rem ſic agemus, ut crimini, aut invidiæ reo putemus eſſe oportere, ſiquo de homine ſeverius judicavit? Non agam tam acerbe: non utar iſta accuſatoria conſuetudine, ſiquid eſt factum clementer, ut diſſolute factum criminer: ſiquid vindicatum ſevere eſt, ut ex eo crudelitatis invidiam colligam: non agam iſta ratione: tua ſequar judicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles: ſimul ac tute cœperis tua judicia reſcindere, mihi ſuccenſere deſinito: meo enim jure contendam, eum, qui ſuo judicio condemnatus ſit, juratorum judicum ſententiis damnari oportere. Non defendam Apollonii cauſam, amici, atque hoſpitis mei, ne tuum judicium videar reſcindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia, dicam: prætermittam illud etiam, de quo antea dixi, fortunas ejus ita conſtitutas fuiſſe, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, ut nemini minus expediret, ullum in Sicilia tumultum, aut bellum commoveri: non dicam ne illud quidem, ſi maxime in culpa fuerit Apollonius, tamen in hominem honeſtiſsimum civitatis honeſtiſsimæ tam graviter animadverti, cauſa indicta, non oportuiſſe: nullam invidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, cum eſſet talis vir in carcere, in tenebris, in ſqualore, in ſordibus, tyrannicis interdictis tuis, patri exacta ætate, & adoleſcenti filio

Cum conſilio) Referendum ad verbum *judicavit*; ut ſit: *Cum conſilio judicum, qui reorum cauſas cognoverant*. IDEM. Vetus codex, *de conſilio*: forte, *de conſilii ſententia*. LAMB.

Quid ſi ab Apollonio) Objectio tacita Hortenſii; quaſi Cicero accuſatoria conſuetudine, ex eo quod ſeverius judicatum eſſet, invidiam in reum concitaret. HOTTOM. Interpungendum cum Naug. *Quid? ſi ab Apollonio &c.* vel interrogationis nota poſt v. *animadverteretur* ponenda. Mox Lamb. cod. *judicaverit*? GAR.

Factum clementer) In ſervis abſolutis. IDEM.

Judicia reſcindere) Mox docebit hunc ipſum anno & ſex menſibus poſt, accepta pecunia carcere dimiſſum & abſolutum. IDEM.

Qui ſuo judicio condemnatus ſit) Nam cujuſque judicium ſolet in re ſua eſſe graviſſimum. IDEM.

Ita conſtitutas) Quominus veriſimile eſt eum ſervorum conſpirationis conſcium aut participem fuiſſe. HOTT.

Salu-

filio adeundi ad illum miſerum poteſtatem numquam eſſe factam: etiam illud prætereo, quotieſcunque Panormum veneris illo anno, & ſex menſibus (nam tamdiu fuit in carcere Apollonius), toties ad te ſenatum Panormitanum adiſſe ſupplicem cum magiſtratibus, ſacerdotibuſque publicis, orantem, atque obſecrantem, ut aliquando ille miſer, atque innocens calamitate illa liberaretur. Relinquam hæc omnia, quæ ſi velim perſequi, facile oſtendam, tua crudelitate in alios omnes tibi aditus miſericordiæ judicum jampridem eſſe præcluſos.

9. Omnia igitur iſta concedam, & remittam: prævideo enim, quid ſit defenſurus Hortenſius: fatebitur, apud iſtum neque ſenectutem patris, neque adoleſcentiam filii, neque lacrymas utriuſque plus valuiſſe, quam utilitatem, ſalutemque provinciæ: dicet, rempublicam adminiſtrari ſine metu, ac ſeveritate non poſſe: quæret, quamobrem faſces Prætoribus præferantur, cur ſecures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot ſupplicia ſint in improbos more majorum conſtituta? Quæ cum omnia graviter, ſevereque dixerit: quæram, cur hunc eumdem Apollonium Verres idem repente, nulla nova re allata, nulla defenſione, ſine cauſa de carcere emitti juſſerit? tantumque in hoc crimine ſuſpicionis eſſe affirmabo, ut jam ipſis judicibus ſine mea argumentatione conjecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quam improbum, quam indignum, quamque ad magnitudinem quæſtus immenſum, infinitumque eſſe videatur. Nam quæ iſte in Apollonio fecit, ea primum breviter cognoſcite, quot, & quanta ſint: deinde hæc expendite, atque æſtimate pecunia: reperietis, idcirco hæc in uno homine pecunioſo tot conſtituta, ut ceteris formidines ſimilium incommodorum, atque exempla periculorum proponerentur. Primum inſimulatio eſt repentina capitalis, atque

Salutemque provinciæ) Vt ceteris formidines ſimilium periculorum proponerentur. IDEM.

Faſces Prætoribus) Proprætoribus in provincia lictores præferebant ſex faſces virgarum, quarum in ſummo ſecures erant. IDEM.

Vt ceteris) Pecunioſis hominibus. Itaque mirabantur homines hunc Apollonium tam diu a Verre integrum manſiſſe. IDEM.

Invi-

que invidioſi criminis. Statuite, quanti hoc putetis, & quam multos redemiſſe. Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. Æſtimate harum rerum omnium pretia, & cogitate, in his iniquitatibus unum hæſiſſe Apollonium; ceteros profecto multos ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe. Poſtremo tenebræ, vincula, carcer, incluſum ſupplicium, atque a conſpectu parentum, ac liberum, denique a libero ſpiritu, & communi luce ſecluſum. Hæc vero, quæ vel vita redimi recte poſſunt, æſtimare pecunia non queo: hæc omnia ſero redemit Apollonius, jam mœrore, ac miſeriis perditus: ſed tamen ceteros docuit, ante iſtius avaritiæ, ac ſceleri occurrere: niſi vero exiſtimatis, hominem pecunioſiſſimum ſine aliqua cauſa quæſtus electum ad tam incredibile crimen, aut ſine eadem

Invidioſi criminis) Quod cum ſervis conſpiraſſet. IDEM.

Multos redemiſſe) Periculum, ne in iſtiuſmodi calumniam raperentur: & ſic malo, quam *multo* in quibuſdam. IDEM. *Multo* eſt tamen in Reg. & Franc. poſſes ſubaudire *argento*. Sed vulgatam præfero. GRÆV.

Unum hæſiſſe Apollonium) Conciona translatio a feris, quæ decipulis & laqueis adhæreſcunt: quaſi hos laqueos Verres per totam provinciam pecunioſis hominibus poſuiſſet, in quos ſolus Apollonius incidiſſet: cum ceteri metu perterriti, periculum pecunia vitaſſent. HOTT.

Incluſum ſupplicium) Vellem quis mihi indicaret, quid nam iſthæc verba heic ſibi velint. GRUTER. Puto hæc verba delenda eſſe, quod ex ſequentibus patet, *a libero ſpiritu ſecluſum*. Hoc eſſe *incluſum ſupplicium* aliquis in margine notavit, inepte, quod poſtea tamen irrepſit in ipſum contextum Tullii. GRÆV. Hæc ſi demamus, quam belle porro cohærebit oratio! *Includere* verbum eſt ſollemne de carcere, quod infra c. 45. 55. & paſſim adhibetur. *Incluſum ſupplicium* eſt ſupplicium hominis in carcerem incluſi, quod ipſum latius, atque oratorie explicatur, rebus commemoratis, a quibus ille homo *ſecluſus* eſt. Imo pœna carceris duas habet partes: altera, qua hominem condit, includit, coarctat: altera, qua ipſum ſeparat, ſecludit ab uſura bonorum ſane complurium. Nihil abſurdi eſt in re ipſa: in verbis autem figuram video plane Tullianam. Ipſi enim ſupplicio tribuitur, quod eſt hominis ſupplicio affecti: ita Cicero, exempli cauſa, ſapientiæ tribuit, quod eſt hominis ſapientia præditi. Has aliquando formas damnabat acutiſſimus Daviſius, cum tamen plurimas perſimiles non attingeret, ut oſtendit Wopkenſius Lect. Tull. I. 11. Sic I. Act. 18. *oblivionem diuturnitatis*, ut vidimus, nemo fert, cum III. Tuſc. 22. *callum vetuſtatis* nemo reprehendat. Hic etiam figuram, licet paullo inſolentiorem, fruſtra, MSis invitis, conantur expellere. Mox Lamb. ex ſuis codd. *atque a communi luce*. GAR.

Vita redimi) Quæ tam gravia atque acerba ſunt, ut mori multo ſatius atque optabilius videatur. HOTT.

Occurrere) Pecunia ſe a tantis incommodis liberare. HOTTOM.

Injectum ad tam incredibile crimen) Mire dixit, pro *in crimen*: hoc eſt ſine ſpe quæſtus atque prædæ, tantum crimen tanto homini objectum. IDEM. *Injectum ad tam incredibile, &c.*) Cujacii codex *ejectum*: unde facile fiat cir-

dices, & in Sicilia maxime neceſſarius, accipite, quam facilem ſibi iſte, & jucundum ratione, conſilioque reddiderit. Primum temporibus hibernis, ad magnitudinem frigorum, & ad tempeſtatum vim, ac fluminum præclarum ſibi hoc remedium compararat: urbem Syracuſas elegerat: cujus hic ſitus, atque hæc natura eſſe loci, cælique dicitur, ut nullus umquam dies tam magna, turbulentaque tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem ejus diei homines viderent: hic ita vivebat iſte bonus imperator hibernis menſibus, ut eum non facile non modo extra tectum, ſed ne extra lectum quidem quiſquam videret: ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo ſtupris, & flagitiis conterebatur. Cum autem ver eſſe cœperat, cujus initium iſte non a Favonio, neque ab aliquo aſtro notabat: ſed, cum roſam vide-

ſpes in litteris ignorat. Pro Deiotaro 8. *Veteres, credo, Cæſar,* (ſc. equites) *nihil ad tuum equitatum*. II. de Orat. c. 12. *Quem cognovimus virum bonum, & non illitteratum, ſed nihil ad Perſium*. Plaut. *Ad ſapientiam hujus ille nimius nugator, fuit*. GRÆV. Vulgo: *ſed ad aliud genus imperatorum ſane &c.* Emendavit GræVius ex optimo ſuo codice, cui accedunt tres e noſtris. LALL.

Ad tempeſtatum vim ac fluminum) Vetus, *ac imbrium*: itaque legitur in quibuſdam impreſſis. HOTT. *Et ad tempeſtatum vim ac fluminum*) Hæc eſt ſcriptura editionum veterum, & Pall. ac Cujac. poſteriores ſubſtituerunt *atque imbrium*; quaſi non *flumina* invenirentur in Iure civili pro *imbribus*. GRVT. *Flumen* pro imbre poni apud Iuriſconſultos eſt falſiſſimum. Flumina hic ſunt amnes, qui tempore hiberno intumeſcunt, & majore cum periculo trajiciuntur. *Fluminum* ſane retinent editiones Victorii, R. Stephani, & omnes vetuſtiores, ut & Reg. ac P. Francii MSus. Sed *imbrium* legitur in Manutii & Lambini editionibus, ex conjectura doctorum hominum, non ex codicibus veteribus promtum: qui ſi eſſent, illico quoque reciperem ipſe. GRÆV. *Imbrium* dedit etiam Hervagius. GAR.

Comparat) Leg *compararet*. LAMB. Sic Franc. MSus, ſententia id poſtulante. GRÆVIVS.

Hæc natura loci, cælique dicitur) Sic Seneca in conſolat. ad Marciam: *Videbis tepidiſſima hiberna & nullum diem ſine interventu ſolis*: ubi de Syracuſis loquitur. Idem autem de Rhodo inſula tradunt Plinius & alii. HOTT.

Quin aliquo tempore, ejus diei) Hunc locum ordo vocum perturbatus corrumpebat: qua perturbatione ſublata, & vocibus in ſuum ordinem reſtitutis, in ſuam integritatem totus quoque locus reſtituitur. LAMB. Recte Gruterus, & recentiores Lambino paruerunt, qui MSo allegato dederat, *aliquo temp. ejus diei, ſolem &c.* GAR.

Non a Favonio) Nam is ventus plurimum flat veris initio. Horatius libro tertio Carm.

Quid fles Aſterie, quem tibi candidi
Primo reſtituent vere Favonii.

HOTTOM.

Aut ab aliquo aſtro) Aquario. *Aſtra* enim hæc appellantur. Varro libro de Re Ruſtica primo: *Dies primus eſt veris in Aquario: æſtatis, in Tauro: Autumni, in Leone: Hiemis, in Scorpione*. Et ibidem de Favonio. In. *Neque ab aliquo aſtro notabat*) In vetere libro poſt hæc verba additum eſt: *Nec enim egrediebatur tecto, ut vel ventos ſentire, vel cernere ſidera poſſet*: ſed puto gloſ-

viderat, tunc incipere ver arbitrabatur: dabat ſe labori, atque itineribus: in quibus uſque eo ſe præbebat patientem, atque impigrum, ut eum nemo umquam in equo ſedentem videret.

11. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur: in qua pulvinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus: ipſe autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares ſibi admovebat tenuiſsimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica uſque in cubiculum deferebatur: eo veniebant Siculorum magiſtratus, veniebant equites Romani, id quod ex multis juratis audiſtis: controverſiæ ſecreto deferebantur: paullo poſt palam decreta auferebantur: deinde, ubi paulliſper in cubi-

gloſſema alicujus eſſe. F. Vrsin. In Franc. & Reg. codd. *neque ab aliquo auſtro*. Graev. Ita etiam Veneta vetus, ſed, ut puto, mendoſe. Gar.

Lectica octophoro) Lectica, quæ ferebatur ab octo lecticariis: vide Lipſium I. elect. 29. Graev.

Melitenſi) Henricus Memmius vir clariſſimus, ex ingenio reponebat *Melitenſis* ſecundo caſu: Nam in deliciis Melitenſe linum fuit: de roſa Melitenſi nobis non conſtat. Hott. *Pulvinus erat pellucidus Melitenſis, roſa farctus*) Etiam hic locus vitioſa interpunctione, & unius litteræ jactura, corruptus erat. Ita enim legitur in libris vulgatis, *Melitenſi roſa fartus* e eam igitur ſic emendavit Memmius: *pellucidus, Melitenſis, roſa farctus*: non enim (inquit ille) roſa Melitenſis, ſed linum Melitenſe fuit in deliciis, utpote tenuiſſimum, & ſubtiliſſimum: atque ejus conjecturam libri veteres adjuvent. Lamb. *In qua pulvinus erat pellucidus Melitenſi roſa fartus*) Henrici Memmii clariſſimi viri conjecturæ de *Melitenſis*, ut Lambinus refert, voce ad *pulvinum* propter Melitenſe linum quod celebre tunc erat, referenda, non ad *roſam*, adverſatur Cornelii Frontonis auctoritas, qui *Melitenſi roſa*, perſpicue legit: (licet in uno manuſcripto ſit *Mileſia*, pro *Melitenſi*) ut credendum omnino ſit, Melitenſem quoque roſam in deliciis tunc fuiſſe, ut Pæſtena fuit. F. Vrs. *Melitenſis* ſane legitur in P. Francii libro, in quo ſcribitur: *in qua pulvinus erat pellucidus Melitenſis: roſa fartus*. In Reg. *Melitenſis roſa fartus*. Mirum equidem eſt Melitenſium roſarum, ſi tanto in pretio fuerunt, nuſquam fieri mentionem. Si vetuſtior fuit ille codex Urſini, in quo ſcribitur *Mileſia roſa*, facile hanc ſcripturam amplecterer. Nam & illa celebris fuit Plin. XXI. 4. *Genera ejus* (roſæ) *noſtri fecere celeberrima Prænestinam, & Campanam. Addidere alii Mileſiam, cui ſit ardentiſſimus color, & non excedenti duodena folia*. Graev. Nullus dubito, quin Memmius recte conjecerit, legendumque ſit *Melitenſis* ex Regio præſtantiſſimo, & Francii codice, Lambiniano etiam, ut ipſe innuit, aliquo accedente. Scribe cum viris doctis *fartus* ex MSis, & Veneta. Vide Burmann. ad Petron. LXIX. Sic etiam in Varrone de L. L. p. 28. Gar.

Reticulumque ad nares ſibi apponebat) Apud Nonium Marcellum, in dictione *minutum, ad nares admovebat*. Nihil muto; ſed tamen hoc modo locutum potius Ciceronem reperio: ut Tuſc. III. *Faſciculum ad nares admovebis? incendes odores?* Etiam aliud argumentum. Iterum idem Nonius in dictione *Reticulus*:

M. in-

cubiculo pretio, non æquitate jura deſcripſerat; Veneri jam, & Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. Quo loco mihi non prætermittenda videtur præclari imperatoris egregia, ac ſingularis diligentia. Nam ſcitote eſſe oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus conſiſtere Prætores, & conventum agere ſolent, quo in oppido non iſti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier eſſet. Itaque nonnullæ ex eo numero in convivium adhibebantur palam: ſi quæ caſtiores erant, ad tempus veniebant: lucem, conventumque vitabant. Erant autem convivia non illo ſilentio Prætorum, atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magiſtratuum conviviis verſari ſolet, ſed cum maximo clamore, atque convicio: nonnumquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. Iſte enim Prætor ſeve-

M. inquit, *Tullius in Verrinis: reticulumque ſibi ad nares admovebat.* Et rurſus in dictione *mamla*: poſtremo etiam in dictione *tenuis*. HOTT. *Ad nares ſibi admovebat*) Sic legit Nonius Marcell. & ita ſcriptum eſt in libris manuſcr. vulgati autem habent, *ad nares ſibi apponebat*, minus eleganter. LAMB.

Iura deſcripſerat) *Deſcribere* plerumque eſt diſtribuere ac diſpertiri. Ius igitur reddebat cuique pro rata pretii accepti: reddebat autem decretis interponendis. HOTT.

In quibus Prætores conſiſtere, & conventum agere ſolent. *Conventus* civium Rom. erat, qui in provinciis negotiabantur, & a Prætore, cum forum agere vellet, advocabantur. Ex quo quid ſit *conventum agere*, intelligitur. Lucas in Actis, cap. 19. Ει μεν ουν Δημητριος, και οι συν αυτῳ τεχνιται, προς τινα λογον εχουσιν, αγοραιοι αγονται, και ανθυπατοι εισιν. *Quod ſi Demetrius, & qui cum eo ſunt artifices, habent adverſus aliquem cauſam, conventus forenſes aguntur, & proconſules ſunt.* Ad illa autem oppida in quibus conventus agebantur, promitti vadimonia ſolebant: ut ex Verrina V. intellectum eſt. ID. Vide Gronov. lib. III. Obſerv. 22. Reg. *conventum agere ſoleant*; lege: *ſolebant*. GRÆV. Præſtat omnino vulgata: recte tamen Reg. & cod. Lamb. *ſoleant*, quod pervertere Grævius malebat. De conventibus vide ad II. Acc. 13. GAR.

Ex aliqua familia non ignobili Membranæ Cujacii, *ignorabili*: quod Ciceronianis non placet; mihi, qui multa illorum Ciceroni improbari ſcio, non diſplicet. Gloſſæ vett. Ignorabilis, αγνωστοτερος. GVIL.

Delecta ad libidinem mulier) Libri manuſcr. habent, *dilecta ad libidinem mulier*: neque vero dubium eſt, quin ita legendum ſit. *Dilecta* autem hic a verbo *dilego*, quod eſt, inter multos lego: unde *dilectus militum*. LAMB.

Prætorum) Codex Memmianus hoc amplius; *Prætorum populi Romani*. HOTTOM. Sic & Reg. *p. r. Præt.* GRÆV. Plane ſic etiam editio MCDLXXXIII. ut jam videatur mihi lectio illa Memmiana reſtituenda. GAR.

Verſari ſolet) Nihil muto: ſi quis tamen codex *ſervari* haberet, eam lectionem repudiarem. HOTT.

Clamore atque convicio) Hic quoque locus argumento eſſe poterit, *convicium* a multis vocibus dictum eſſe: quod Vlpiano Iuriſconſulto videbatur: & ex oratione pro Sextio, quodam inſigni loco intelligitur. HOTT. Sic millies *convicium* apud veteres. Phædrus t. 2. *Clamorem ranæ ſuſtulere ad ſidera. Convicio permotus quærit Iupiter.* Ovid. de ranis: *Raucæ convicia linguæ.* GRÆV.

ſeverus, ac diligens, qui populi Romani legibus numquam paruiſſet; illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Itaque erant exitus ejuſmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio, auferretur: alius tanquam occiſus relinqueretur: plerique ut fuſi ſine mente, ac ſine ullo ſenſu jacerent, quivis ut, cum adſpexiſſet, non ſe Prætoris convivium, ſed ut Cannenſem pugnam nequitiæ videre arbitraretur.

12. Cum vero æſtas ſumma eſſe jam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ ſemper Prætores in itineribus conſumere conſueverunt, propterea quod tum putant obeundam eſſe maxime provinciam, cum in areis frumenta ſunt, quod & familiæ congregantur, & magnitudo ſervitii perſpicitur, & labor operis maxime offenditur, & frumenti copia commonet,

Legibus quæ in poculis ponebantur) A magiſtro convivii, a quo magiſteria nominata ſunt: de quibus in Catone Majore. HOTT. Cap. 14. Sic Græci ſuos *Œnoptas* in conviviis habebant. Athenæus X. 7. Plutarch. Sympos. I. 4. Quod autem iſtis bibendi legibus diligenter obtemperabatur, erat iſtorum Verris conviviorum *exitus ejuſmodi, ut &c.* Notabis lepidam allegoriam, ductam de re militari, ideo, quia de imperatore narratur. HOTTAN.

Inter manus) *Inter manus auferri*, dicuntur, qui manibus hominum, quia ipſi incedere non poſſunt, deportantur. Phædrus lib. V.

Dum pegma rapitur, concidit caſu gravi,
Nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam, &c.
Inter manus ſublatus, & multum gemens
Domum fertur. GRÆV.

Plerique fuſi ſine mente) Cod. Reg. *plerique ut fuſi*: tamquam in prælio fuſi & cæſi. GRÆV. Nihil minus. Ebrios homines *humi fuſos* deſcribit Cicero. Si quis tamen volet, particulam *ut* retineat, tamquam eleganter repetitam & ſæpe alibi, & heic confeſtim, *quivis ut... ſed ut*. GAR.

Sed ut Cannenſem pugnam) Æmilio Paullo, & Terentio Varron. Coss. & ducibus, cum maxima clade adverſus Annibalem ad Cannas pugnatum eſt, cæſaque eo prælio Romanorum XLV. millia cum Paullo Cos. & Senatoribus LXXX. Conſularibus, atque Prætoriis, aut Ædilitiis XXX. Livius. HOTTOM. *Nequitia* opponitur *frugalitati* III. Tuſcul. 8. GAR.

Æſtas ſumma) Id eſt, extrema: de hac ipſa conſuetudine paullo infra. HOTTOM.

Et labor operis maxime offenditur) Senſus (niſi locus ſit corruptus) hic eſt: labores operariorum facillime perſpiciuntur: perſpicue deprehenditur quantum ſuo labore operarii perficere poſſint. Virgilius Æneidos I.

—— Dum quæ fortuna ſit urbi,
Artificumque manus inter ſe, operumque labores
Miratur. ID.

Et labor operis maxime offenditur) Libri veteres habent, *maxime offendit*: ego nihil muto, quamvis locus mihi ſuſpectus ſit: doctus quidam legendum putat, *oſtenditur*: ego, *offenditur*, interpretor, καταλαμβάνεται, deprehenditur, reperitur. LAMB. *Et labor operis maxime offenditur*) Editiones primæ *oſtenditur*. Cujacii lib. *maxime offendit*. Guilielmius legebat *effunditur* egregie. GRUT. Cujacii liber, & e noſtris quoque tres codices ſcribunt, *offendit*. Senſus

monet, tempus anni non impedit: tum, inquam, cum concurſant ceteri Prætores, iſte novo quodam genere imperator, pulcherrimo Syracuſarum luco ſtativa ſibi caſtra faciebat: nam in ipſo aditu, atque ore portus, ubi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat: huc ex illa domo prætoria, quæ regis Hieronis fuit, ſic emigrabat, ut per eos dies nemo iſtum extra illum lucum videre poſſet: in eum autem ipſum lucum aditus erat nemini, niſi qui aut ſocius, aut miniſter libidinis eſſe poſſet. Huc omnes mulieres, quibuſcum iſte conſueverat, conveniebant: quarum incredibile eſt, quanta multitudo fuerit Syracuſis: huc homines digni iſtius amicitia, digni vita illa, conviviiſque veniebant. Inter ejuſmodi viros, ac mulieres adulta ætate filius verſabatur: ut eum, etiamſi natura a parentis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamen, ac diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret. Huc Tertia illa perducta per dolum, atque inſidias ab Rhodio tibicine, maximas in iſtius caſtris effe-

ſus videtur eſſe, operoſo meſſis labore ſervos ad conjurationem incitari poſſe. Lallem. Nihil video recti in v. *offendit*, & binas illas poſtremas litteras, quæ paſſivum ea activo verbum faciunt, omitti ſæpe in MSis compertum eſt: quod parvulo ſolerent ſigno indicari magis, quam ſcribi. Contra *offenditur* facile capio de meſſe, quam *offendit*, in quam incidit æſtivus Prætoris adventus. Non male etiam *oſtenditur*, ſed ſolet iſta in vett. edd. fieri permutatio: vide ad I. Accuſ. 43. Adde Livii MSos IV. 43. apud Drakenb. Gar.

Novo quodam ex genere imperator] *Ex* delevi, codicem Regium ſecutus. Græv.

Pulcherrimo Syracuſarum loco) Alii nonnulli *luco*: & rectius; ut paullo infra, *lucum illum litoris percrepare totum*. Hæc autem infra fere totidem verbis inculcat. Hott. *Pulcherrimo Syracuſarum loco*) Alii legunt & hic, *luco*: & item infra, *extra illum lucum*; &c. & mox, *ipſum lucum aditus*, &c. ſed codices manuſcr. habent, *loco*, & *locum*: ſignificat autem eum litoris locum (opinor) quem Syracuſani *actam* appellabant. Lambin. *Pulcherrimo Syracuſarum luco ſtativa*) Vetuſte cuſis abeſt illud *pulcherrimo*, quod nec conſpicitur in Pall. quorum pr. habet *locum*: & vero videtur ſimpliciter legendum, *imperator*, *Syracuſarum lucum ſtativa*, aut adeo *luco*: quod eſt in MSo Hottomanni, repræſentavitque P. Manutius, & Aldus filius. Gavt.

Vbi primum qui ex alto) Libri veteres habent, *ut primum*, &c. quos ſequor, nam, *ut*, pro, *ubi*, ſæpe uſurpant boni ſcriptores. Lamb.

Carbaſeis intenta velis) Plinius libro XXX. cap. 1. *Hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem, & tenuitas mira, ubi primum carbaſis repertis*. Hott.

Extra illum locum) Libri fere omnes vulgari habent, *lucum*; ſed manuſcr. *locum*, ut diximus. Lamb.

Huc Tertia illa perducta) Conciſum loquendi genus, de quo vide Caſaubon. ad Suet. Caſ. XLIX. Tertiam enim *vi abductam ab Rhodio tibicine* dixit III.

 Acc.

eum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniæ: in foro ſilentium eſſe ſummum cauſarum, atque juris, non ferebant homines moleſte: non enim jus abeſſe videbatur a foro, neque judicia, ſed vis, & crudelitas, & bonorum acerba, atque indigna direptio. Hunc tu igitur imperatorem eſſe defendis, Hortenſi? hujus furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, ſuperbiam, ſcelus, audaciam rerum geſtarum magnitudine, atque imperatoriis laudibus tegere conaris? Hic ſcilicet eſt metuendum, ne ad exitum defenſionis tuæ, vetus illa Antoniana dicendi ratio, atque auctoritas proferatur: ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Romanus adſpiciat, ex mulierum morſu veſtigia libidinis, atque nequitiæ. Dii faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas: cognoſcentur enim omnia iſtius æra illa vetera, ut non ſolum in imperio, verum etiam in ſtipendiis qualis

Locum illum litoris) Libri vulg. habent, *lucum illum litoris*: manuſcr. *locum*: quos ſequor. LAMB. *Lucum illum litoris*) Faernus pro *lucum* emendavit *locum*; quam poſtea lectionem in veteribus quoque libris inveniri Lambinus indicavit. F. VRS. *Locum* ſane legitur ubique in hac περικοπῇ in Reg. & Franc. libris. GRAV. Veneta vetus, quæ hos codices, Lambinianoſque ſequitur in ſuperioribus, hic habet *lucum*: idemque plane in Naugeriana Hervag. Manutianaque, conſpicitur. Verum, ſi maxime utroque uti verbo Tullius voluiſſet, *lucum* priore potius loco, quam poſtremo collocaſſet. Vide Worſt. & Torren. ad Val. Max. I. 1. 19. Permutantur iſta quidem facile, & crebro, ut vel ſolius Livii MSi docere poſſunt, de quibus Drak. ad XXI. 48. ſed hic longe plurimi, atque optimi edere perpetuo jubent *locum*, & *loco*. Quod pro ſua religione Gruterus, credo, feciſſet, niſi antea fecerit Lambinus. Quod autem poſtea nemo ab Grutero diſceſſerit, tum hominis auctoritate factum eſt, tum probabili quadam ejus lectionis ſpecie. Sane *lucus litoris* ita hic diceretur, ut apud Liv. I. 31. *lucus ſummi cacuminis*. Supra cod. Iannoct. *pulcherrimo Syracuſanorum luco*, & Ven. quoque dat *Syracuſanorum*, ut ſilvam ejus populi publicam in litore intelliges. Sed ſi penitus introſpicias, vix dubites, quin eam Cicero *nemus* potius, quam *lucum* fuerit appellaturus. Infra c. 16. *cum eſſet in litore* c. 25. *in acta jacebat ebrius*: ſed confer potiſſimum, quæ c. 31. & 37. hac de re denuo dicuntur. Neque alium ibi locum demonſtrari puto: neque alibi eſt uſpiam *luci* mentio, ut nulla hic denique ab optimis MSis diſcedere cauſa cogat. GAR.

Percrepare totum mulierum vocibus) Apud Nonium Marcellum, in dictione *crepare*, ſcriptum reperio, *muliebribus vocibus*. Alii nunc antiquorum codicum auctoritate hanc lectionem aut tueri, aut refutare poterunt. HOTT.

Vetus Antoniana) De qua proxime locutus eſt. HOTTOM.

Omnia iſtius æra illa vetera) Adoleſcentibus Romanis moris fuit ad bellum una cum Imperatoribus proficiſci: & *æra*, id eſt, ſtipendia merere, quæ militibus ſemeſtria, aut annua dabantur. IDEM. Proprie eſt, quando & in cujus imperatoris caſtris meruerit æra, ſeu ſtipendia. GRÆV.

In ſtipendiis) Cum miles ſtipendia faceret. Imperatoribus enim Romanis nullum

unum illud, quod ita fuit illuſtre, notumque omnibus, ut nemo tam ruſticanus homo, L. Lucullo, M. Cotta Coss. Romam ex ullo municipio vadimonii cauſa venerit, quin ſciret jura omnia Prætoris urbani nutu, atque arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari: alterum, quod, cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique republica nuncupaſſet, noctu, ſtupri cauſa, lectica in urbem introferri ſolitus eſt ad mulierem, nuptam uni, propoſitam omnibus, contra fas, contra auſpicia, contra omnes divinas, atque humanas religiones.

14. O dii immortales! Quid intereſt inter mentes hominum, & cogitationes? Ita mihi meam voluntatem, ſpemque reliquæ vitæ veſtra, populique Romani exiſtimatio com-

L. Lucullo, M. Cotta Coss.) Quo anno Romæ Præturam geſſit. HOTTOM.

Vadimonii cauſa) Nam ex proximis municipiis vadimonium Romam promittebatur. IDEM.

Jura omnia populi Romani) Codex Memmianus, *Prætoris urbani*, quod ſine dubio rectum eſt. IDEM. *Jure omnia pretoris urbani*) Vel ſic legendum, quomodo reperi ſcriptum in duobus codicibus manuſcr. vel ſic, ut in alio, *jura omnia pretoris populi R.* licet & ita legere, *jura omnia pretoris R.* nam in vulg. mendoſe legitur, *jura omnia populi R.* non enim jura populi R. hoc loco ſignificat, quæ ſunt publica: ſed jura prætoria. Cui autem ſunt inaudita hæc vocabula, aut cui ignota earum differentia eſt, jus publicum, jus privatum, jus civile, jus prætorium? LAMBIN. *Jura omnia pratoria urbani*) Proba lectio fide MSi Cujac. nam vulgo, *jura omnia pop. Rom.* præter vetuſte cuſos, in quibus *P. R.* quod & in Pall. adeo ut forte delendum veniat illud *urbani*. Videatur Lambinus. GRUTER.

Chelidonia) De qua Verrina III. copioſe locutus eſt. HOTTOMAN.

Cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſua, communique populi Romani nuncupaſſet) *Paludamenta* (ut Varro in VI. de Lingua L. ſcribit) *ſunt inſignia & ornamenta militaria. Idea ad bellum cum exit Imperator, ac lictores mutant veſtem, & ſigna inciauerunt: paludatus dicitur proficiſci: quæ propterea quod conſpiciuntur, qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta.* Imperatoris autem ad bellum ituri cerenioniæ declarantur his Livii verbis, quæ ſubjiciam: *Per hos forte dies P. Licinius COS. votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus eſt. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac majeſtate geritur, præcipue convertit oculos animoſque, cum ad magnum nobilemque aut virtute aut fortuna hoſtem, euntem COS. proſequantur. Contrahit enim non officii modo cura, ſed etiam ſtudium ſpectaculi, ut videant ducem ſuum, cujus imperio conſilioque ſummam R. P. tuendam permiſerunt.* Et libro ejuſdem Decadis v. *Conſul proficiſcens Pretorve paludatis lictoribus in provinciam & ad bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor perpetrato eodem, in Capitolio triomphans, ad eoſdem deos, quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit.* Ex hoc autem Ciceronis loco intelligi poteſt, qua de cauſa *magiſtratus quidam* dicerentur. Nam ex urbe paludati exibant, ſed dum ad urbem eſſent, ita dicebantur: de quo latius diſputavi in Verrina oratione II. HOTT.

Votaque nuncupaſſet) *Vota nuncupata dicuntur*, inquit Feſtus, *quæ Conſules, Prætores cum in provinciam proficiſcuntur faciunt: ea in tabulas præſentibus multis referuntur*. IDEM.

Communique populi R.) Libri manuſcr. habent, *communique rep.* unde quidam

comprobet , ut ego , quos adhuc mihi magiſtratus populus Romanus mandavit , ſic eos accepi , ut me omnium officiorum obſtringi religione arbitrarer. Ita Quæſtor ſum factus, ut mihi honorem illum tum non ſolum datum , ſed etiam creditum, ac commiſſum putarem : ſic obtinui quæſturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer: ut me , quæſturamque meam quaſi in aliquo terrarum orbis theatro verſari exiſtimarem : ut omnia ſemper , quæ jucunda videntur eſſe , non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ, ac neceſsitati denegarem. Nunc ſum deſignatus Ædilis : habeo rationem, quid a populo Romano acceperim : mihi ludos ſanctiſsimos maxima cum cæremonia Cereri , Libero , Liberæ-

dam ſuſpicantur legendum , *communique rep.* LAMBINUS. Reg. *rep.* quod recepi. Vide Gronov. obſerv. I. 12. GRÆV. Certe ſolemnius eſt in hac loquutione, quod in MSis eſſe teſtabantur Lambinus, & probat pater I. Obſ 12. GRONOV.

Non ſolum datum , ſed etiam creditum) Placet mihi Memmii conjectura , ut legatur, *honorem illum non datum , quam creditum , &c.* LAMB.

Sed etiam creditum ac commiſſum) Quorum hæc differentia eſt , quod rebus datis abuti licet : commiſſis ac creditis non licet . HOTTOM.

Quaſi in aliquo orbis terræ theatro) Lege , ut habent libri manuſcr. *orbis terrarum* . LAMBIN. Sic & Reg. cod. GRÆV.

Ex his ordinariis cupiditatibus) *Extraordinariæ cupiditates* dicuntur , quæ contra atque modus & ordo vitæ flagitat , intemperanter & immoderate conquiruntur : ut cum quis rebus Venereis utitur , non ut naturæ neceſſitatique pareat , ſed voluptatem novam excogitet : ut Xerxes , qui præmium ei propoſuiſſe dicitur , qui novam voluptatem inveniſſet . HOTTOMAN.

Ipſi naturæ ac neceſſitati) Quidam legendum cenſent , *ipſi naturæ neceſſitati* , quorum conjecturam adjuvant harum duarum vocum ſic poſitarum , *naturæ neceſſitas* , exempla apud M. Tull. & alios bonos ſcriptores non pauca . LAMB. Nihil muta . *Neceſſitas* enim eſt illa vis , quæ ciet motus in corporibus neceſſarios . Vid. Gronovii obſerv. II. 2. GRÆV.

Nunc ſum deſignatus Ædilis) Prior , ut in orat. in Piſonem gloriatur . Erant enim duo Ædiles , Curules ex Curia dicti : quod hi ex Patribus , id eſt, Senatoribus erant ; de quibus in tertio de Legibus ſic ſcribit : *Suntoque Ædiles curatores urbis , annonæ , ludorumque ſolemnium : ollisque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto.* Hi juriſdictionem quidem habebant ; imperium vero non habebant ; ex minoribus enim magiſtratibus erant , ut ex Livio & Gellio intelligitur : quorum alter prehendi, ducique a majoribus magiſtratibus Ædilem ſcribit, alter a privato in jus vocari . Itaque Verrina II ſic ſcribit : *Erit tum Conſul Hortenſius cum ſummo imperio & poteſtate : ego autem Ædilis , hoc eſt paulo amplius , quam privatus* . HOTT. Ædiles curules non dicti ſunt a *curia* : a *curia* enim non eſt *curulis* , ſed a ſella curuli , in qua ſedendi jus habebant ; cum id non haberent ædiles plebeji . GRÆV. Ad illuſtrationem horum , & ſequentium verborum egregie faciunt , quæ habet Illuſtr. Spanhemius diſſ. X de Uſu , & Præſt. numiſm. p. 144. VERBURG.

Maxima cum ceremonia) Codex Memmia-

beræque faciundos: mihi Floram matrem populo, plebique Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione Iovi, Iunoni, Minervæque eſſe faciundos: mihi ſacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam: ob earum rerum laborem, & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam.

mianus, *Cum cura, tum ceremonia*, quod non diſplicet. HOTT. Ita etiam cod. Lamb. niſi quod paullo melius, *cum cura, & ceremonia*. Excidit. opinor, a reliquis vox *cura* ex ea, quam cum præcedente habet, ſimilitudine. GAR.

Qui primo Romani ſunt nominati) Hos L. Tarquinius inſtituit, primoſque in Circo, qui Maximus dicitur, dedit, bello cum Latinis feliciter geſto, & Appiolis captis. Solemnes deinde annui manſere ludi, primique Romani ſunt nominati: auctor Livius. HOTT.

Antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum) Non quo Ædiles ſententiam primi rogarentur: ſed *antiquiorem*, quam alii ſcilicet Senatores, privati homines: ita tamen privati, ut *pedarii* non eſſent, ſed curulem aliquem magiſtratum antea geſſiſſent; nam *pedarii* ſententiam in ſenatu verbis non dicebant, ſed in alienam ſententiam pedibus ibant. IDEM.

Sellam curulem) At *Ædiles* erant in minoribus magiſtratibus. Pedianus autem minores magiſtratus non e tribunali, ſed ex ſubſelliis jus dixiſſe ſcribit. Cogitandum igitur, an in ſenatu tantum curuli ſella uterentur: cum autem jus dicerent, in ſubſelliis conſiderent. HOTT. Curules ædiles ubique, cum in publico fungerentur provincia ſibi commiſſa, ſella curuli utebantur, non modo in foro. Itaque hanc ædilitatem *μείζονα* vocat *ἀγορανομίαν* Plutarchus in Mario: plebeji vero ædiles ſedebant in ſubſelliis. GRÆV.

Ius, imagines) Ius enim dicebant Ædiles de certis rebus. Sic enim legere malo, quam ut alii quidam, *Ius imaginis*. De imaginibus autem Polyb. libro VI. ſic ſcribit, *moris fuiſſe, ut cum aliquis e nobilibus eſſet mortuus, deferretur in roſtra, nonnumquam ſtans ante omnium oculos, raro autem recubans, dein oratione de ipſius laudibus pronunciata, eoque ſepulto & juſtis factis, mortui imago in clariſſimo aliquo domus loco poneretur in cellula lignea condita. Ἡ δὲ εἰκών πρόσωπόν ἐστιν εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον καὶ κατὰ τὴν πλάσιν καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφήν. Eſt autem imago perſona ad ſimilitudinem inſigniter & forma & lineamentis expreſſa. Eas autem imagines feſtis publicis aperiebant, ornabantque: cumque aliquis ex ea familia mortuus efferretur, imagines illæ ſimul efferebantur.* Hæc ille: quibus verba Plinii conſentanea ex lib. XXXV. cap. II. ſubſcribam: *Expreſſi*, inquit, *cera vultus, ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui umquam fuerat, populus*. Cicero initio Agrariæ ſecundæ: *Eſt hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoque majorum, ut ii qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii veſtri ſuorum laude conjungat*. HOTT. De hoc jure præter alios vide Emundum Figrellium de Statuis Romanorum cap. II. GRÆV.

Imagines, ad memoriam poſteritatemque prodendam) Dura oratio, *prodere poſteritatem*. Nonius Marcellus ſic interpretatur, ut ſit prætendere, propagare; citatque & hunc locum, & illud Virgilii Æneid. IV.

Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, HOTT.

ad

dam. Ex his ego rebus omnibus, judices, ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, ut, tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum ſollicitudinis, & laboris, ut hæc ipſa ædili-

Ad memoriam, poſteritatemque prodendam) Adprobata Memmii conjectura, ediderant olim, *ad memoriam poſteritati prodendam*: neque vero me movit, quod apud Nonium hic locus ita legitur, ut in libris vulgatis; mendoſus enim eſt illo loco Nonius, ut ex iis, quæ mox ſubjicit, intelligere licet. Sic Nonius, *prodere etiam protendere eſt, vel edere*. Virg. Æn. lib. IV.

> *Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri.*
> *Proderet.*

M. Tullius de Suppliciis in Verrem, *Jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam*; ubi legendum eſſe arbitrabar, *jus, imagines, ad memoriam poſteritati prodendam*; legendum autem eſſe, *poſteritati prodendam*, (nam de ſuperiore mendo non eſt dubium) apparet ex altero exemplo, quod ſubjungitur. Idem de Senectute: *Non accipere modo hæc a majoribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere*. Hactenus Nonius. Quis non videt, eamdem eſſe rationem hujus locutionis, *poſteris prodere*; atque illius *poſteritati prodendam*? Hæc igitur olim adnotaram. Nunc autem ſatius eſſe judicavi, ſcripturam receptam, præſertim auctoritate Nonii confirmatam, retinere, ita tamen, ut maneam in ſententia, & exiſtimem eſſe corruptam. LAMB. *Imagnis* eſt in Reg. Locus non eſt mendoſus, ut cenſuit Lambinus, nec *poſteritatem prodere* quiſquam dixit, ſed *prodere ad poſteritatem*. Eſt autem ὀν διὰ δυοῖν, *prodere ad memoriam poſteritatemque*, pro *prodere ad poſteritatis memoriam*. Sic enim in orat. pro Rab. Poſtumo: *Delectat imago ad poſteritatis memoriam prodita*. *Prodere* autem eſt proponere, in publico loco ponere, nimirum in atrio, ut omnium oculis pateat. Cenſet autem Gronov. obſerv. I 12. ſcribendum eſſe *prodende*, quem vide. GRÆV. Non poteſt dubium videri, quin legendum ſit *prodende*, ut l. c. monuit, docuitque pater. Quomodo quia poſt eum deprehendi hæc verba ab quibuſdam citari, ſuſtinui ad hanc formam reponere manum Tullii. GRONOV. *Prodende*) Grævius maluit *prodendam*, & ſic e noſtris MSis quatuor, qui tamen non *imaginis*, ſed *imagines* præferunt. LALLEM. *Imaginis* & neceſſarium eſt, & ab MSo Regio, cui Iannoctianus accedit, & ab Nonio ſatis defenſum. *Prodende* auſus jam fuerat cum Iac. Gronovio recipere Olivetus, ex conjectura I. F. Gronovii, cui Latinitas id poſtulare videbatur. Nunc tandem auctoritatis aliquid ei verbo accedere a Lallem. videtur, h. e. quinto ejus codice, & quidem ab illo ipſo, cujus habuit excerpta Grævius. At Wittius, quem diligenter conſtat in eo cod. conferendo verſatum, qui adnotat multo minora, qui hoc ipſo loco τὸ *imaginis* Grævio tranſmiſit, in tanta re, qua omnium ceterorum codd. & edd. & Nonii mendum tolleretur, repente cæcus eſt factus? Profecto huic cedit Lallemandi diligentia, qui Oliveto nimium ſæpe defert, & hic *prodende* in alio, quam quem Wittius conſuluerat, codice, ne quidem forte a manu prima, repeciſſe exiſtimari facile poteſt. Video conſuetæ hoc eſſe συνταξεως, neque certo, proboque codici fidem denego. Sed obſervandus eſt magnopere locus ſimillimus Divin. 3. *Me ſalutis omnium cauſa ad eam partem acceſſiſſe reipublicæ ſublevandæ, quæ maxime laboraret*. Ibi oſtendimus requiri omnino codicem, qui habeat, *ſublevandam*. Quid autem, ſi recte uterque procedat locus? Aut enim omnes ibi codices mendoſi ſunt, & unus hic, iſque incertus, eſt ſanus: aut Cicero utrobique gerundium remotiori verbo conveniens proximo accommodavit. GAR.

Digno

ædilitas, non quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, recte collocata, & judicio populi in loco poſita eſſe videatur.

15. Tu cum eſſes prætor renuntiatus quoquo modo; mitto enim, & prætereo, quid tum ſit actum: ſed cum eſſes renuntiatus, ut dixi, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te toties ſeniorum, juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit, ut hoc putares, aliquam reipublicæ partem tibi creditam? annum tibi illum unum domo carendum eſſe meretricis? Cum tibi ſorte obtigiſſet, ut jus diceres: quantum negotii, quid oneris haberes, numquam cogitaſti: neque illud rationis habuiſti, ſi forte expergefacere te poſſes, eam provinciam, quam tueri ſingulari ſapientia, atque integritate difficile eſſet, ad ſummam ſtultitiam, nequitiamque veniſſe. Itaque non modo domo tua Chelidonem

Digno in loco poſita) In lib. manuſcr. non eſt vox, *digno*. LAMB. *Judicio populi, in loco poſita eſſe videatur*) Vulgara; *judicio populi digno in loco*; ſed induxi illud *digno*, nuſquam in edd. veteribus aut membranis ſcriptum. Guilielmius adnotavit, translationem eſſe a pictura ductam, in qua ſingula loco ſuo poſita magis delectant. GRUT. Recte *loco poni*. Eſt enim *loco* ſæpius digno, commodo loco. Cic. pro Milon. *Quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non eſt auſus: hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitavit occidere*. Cornif. IV. ad Herenn. *Hac inclamatione ſi loco utemur, & raro*. GRAEV.

Toties ſeniorum, juniorumque centuriis) Nam quibus in comitiis Prætores & Conſules creabantur, in iis comitiis populus non per tribus, ſed ex cenſu, ordinibus, & ætate per centurias diviſus ſuffragium ferebat. Unde Centuriata comitia appellata ſunt. Locus autem notatione dignus eſt: ex quo intelligitur præconem in comitiis centuriatis non ſemel univerſæ claſſis, ſed ordine cujuſque centuriæ ſententiam pronunciare ſolitum fuiſſe. HOTT.

Cum tibi ſorte obtigiſſet, ut jus diceres) Creati a populo Prætores, provincias, id eſt procurationes inter ſe ſortiebantur: cui juriſdictio obvenerat, Prætor is urbanus appellabatur: ceteri *Quæſitores*. Eam procurationem paullo poſt *provinciam* translato verbo appellat. Nam provincias quoque Prætores olim inter ſe ſortiebantur, antequam magiſtratum inirent, ut alio loco declaravimus. Sic ſupra: *Nam ut Prætor factus eſt, qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt urbanæ provinciæ*. IDEM.

Quid oneris haberes) Legendum putabam olim, *quid oneris ſubires*, quaſi *haberes* natum eſſet ex peccato librarii, qui *oneris ubires*, ſcripſiſſet, omiſſo *s*, ſed nunc ſententiam muto, & vulgatam lectionem retineo. Poſt vocem, *negotii*, fortaſſe deeſt verbum, *ſuſciperes*, ſeu potius, *reciperes*. LAMBINUS.

Ad ſummam ſtultitiam nequitiamque veniſſe) Obſcurus mihi locus. Fortaſſe ſic ſcriptum erat: *Ad ſumma ſtultitia nequitiaque hominem veniſſe*. Cum autem vox *hominem*, omiſſa eſſet, ablativus in accuſandi caſum facile mutatus eſt. Sed nihil affirmo; videtur enim *ſtultitiæ ſapientiam nequitiæ integritatem* ſimpliciter opponere. HOTT.

Ad ſummam ſtultitiam) Verris ſcilicet; hoc

diſertus, & nobilis, M. Marius loqueretur, ut negotium ſuſciperes, ut, cùm penes te prætorium imperium, ac nomen eſſet, ad illam parvam manum extinguendam ducem te, principemque præberes: non modo id refugiſti, ſed eo ipſo tempore, cum eſſes in litore, Tertia illa tua, quam tu tecum deportaras, erat in omnium conſpectu: ipſis autem Valentinis, ex tam illuſtri, nobilique municipio, tantis de rebus reſponſum nullum dediſti, cum eſſes cum tunica pulla, & pallio. Quid hunc proficiſcentem, quid in ipſa provincia feciſſe exiſtimatis, qui cum jam ex provincia non ad triumphum, ſed ad judicium deccederet, ne illam quidem infamiam fugerit, quam ſine ulla voluptate capiebat? O divina ſenatus frequentis in æde Bellonæ admurmuratio! Memoria tenetis, judices, cum adveſperaſceret, & paullo ante eſſet de hoc Temſano incommodo nuntiatum, cum inveniretur nemo, qui in illa loca cum imperio mitteretur, dixiſſe quemdam; *Verrem eſſe non longe a Tem-*

bon, & *Vibo Valentia*, & ſimpliciter Valentia, & antea *Hippo*, & *Hipponium*. Oppidani *Hipponiatæ*, *Vibonenſes*, *Valentini*; hodie *M. Leon*. Cicero dicit h. l. municipium, ſed Livius & Paterculus coloniam tradunt fuiſſe. Vide Cluver. Ital. antiq. lib IV. cap. 15. GRÆV. De hac urbe multa dabit celeberr. Mazochius ad Kalend. p. 314. & ad tab. Heracl. p. 515. GAR.

M. Marius loqueretur) Reg. *M. Marius quereretur*. GRÆV.

Quam tecum deportabas) Recepi ex Reg. *quam tu tecum deportaras*. Idem Cod. Lamb. *quam tu tecum deportabas*: Vulgatam ægre delererem, quam ſervant recentiores. GAR.

Cum tunica pulla & pallio) Tunica ſolebant uti purpurea cum lato clavo. *Pullis* autem amictos *tunica*, Cicero in Vatiniana interrogatione *atratos* appellat. *Pallium* Græcorum hominum erat. HOTT. Nemo Romæ tunica purpurea fuit uſus, niſi triumphans. Illius enim tunica palmata erat purpurea, aureo lato clavo inſignis. Sed ceterorum Romanorum tunicæ erant albæ, æque ut togæ; ſenatorum vero tunicæ, erant purpureo clavo lato ornatæ, hinc dicebantur tunicæ laticlaviæ. Duo notat in veſtitu Verris, quod non fuerit indutus alba tunica, quæ erat propria Romanorum ingenuorum, ſed pulla, quæ erat ſervorum, & viliſſimæ plebis, unde *pullatus circulus*; & quod pallio veſtimento Græco fuerit amictus, cujus color itidem pullus erat, non toga Romanorum alba, aut paludamento imperatorio. GRÆV.

In æde Bellonæ) *Exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatus dabatur in æde Bellonæ*. Sex. Pompeius. Animadverti tamen etiam magiſtratibus, qui *ad urbem* dicebantur, datum in eo templo Senatum. Livius enim libro Decadis III. octavo, de P. Scipione loquens: *Ipſe*, inquit, *decem navibus Romam rediit. Et Senatu extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit*. Et libro IX. inſequentis Decadis: *Lucius*, inquit, *Manlius Proconſul ex Hiſpania redierat: cui poſtulanti ab Senatu in æde Bellonæ triumphum rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat*. HOTT.

. *a Temſa*: quam valde univerſi admurmurarint, quam palam principes contradixerint. Et is tot criminibus, teſtimoniiſque convictus, in eorum tabellis ſpem ſibi aliquam ponit, quorum omnium palam, cauſa incognita, voce damnatus eſt?

17. Eſto: nihil ex fugitivorum bello, aut ſuſpicione belli laudis adeptus eſt, quod neque bellum ejuſmodi, neque belli periculum fuit in Sicilia, neque ab iſto proviſum eſt, ne quod eſſet: at vero contra bellum prædonum claſſem habuit ornatam, diligentiamque in eo ſingularem: itaque iſto Prætore præclare defenſa provincia eſt. Sic de bello prædonum, ſic de claſſe Sicilienſi, judices, dicam, ut hoc jam ante confirmem, in hoc uno genere omnes ineſſe culpas iſtius maximas avaritiæ, majeſtatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. Hæc dum breviter expono, quæſo, ut ſe-

In eorum tabellis ſpem ſibi aliquam ponit) *Tabellas judiciales* dicit, quibus damnaturi erant Verrem, iidem ipſi qui eum voce tum damnabant. Iudicabant enim Senatores lege Cornelia L. Sullæ. HOTT.

Eſto nihil ex fugitivorum) Quarta pars orationis, quæ refutationem continet adverſus Hortenſium, qui navale bellum contra piratas ſumma virtute a Verre adminiſtratum, pirataſque complures, in his Archipiratam ipſum, captos ab eo defendebat. IDEM.

Diligentiamque in eo ſingularem) Subaudiendum verbum, *adhibuit*. Nam *habere diligentiam*, non memini me legiſſe. IDEM.

Avaritiæ, majeſtatis deminutæ) Sic emendavit Hottomannus; neque vero dubium eſt, quin ita legendum ſit, non, ut vulgo, *majeſtatis*, *dementiæ*, *&c.* ſupra autem paucis ante verſibus, verbum, *adhibuit*, quod deerat, ex uno libro manuſcr. reſtituimus; ibi, *diligentiamque adhibuit in eo ſingularem.* LAMB.

Majeſtatis, dementiæ) Corrigendum videtur *majeſtatis deminutæ*. HOTT Sic in editione priore, ſed in poſteriore hæc animadverſio eſt omiſſa. Non auſus ſum Lambinum hic ſequi cum Grutero, & ex unico MSo intrudere vocem *adhibuit*, ceteris omnibus etiam P Francii libro, ut & editionibus optimis Victorii, Roberti Stephanii, Manutiorum ignotam. Nec probo, conjecturam Hottumanni, invitis iisdem libris & editionibus omnibus ampleſti Lambinum, & in contextum recepiſſe nuperos editores Pariſienſes, cum videatur ipſe Hottomannus eam damnaſſe. Nam in editione poſteriore, quæ infinitis acceſſionibus eſt auctior priore, non habetur iſta nota, quam tamen propter Lambini animadverſionem hic repoſui. Non tamen Ciceronem ſcripſiſſe *deminutæ majeſtatis* credere poſſum; quia quod nos *crimen læſæ*, *violatæ*, *minutæ majeſtatis* dicimus, id Tullio, aliiſque ſimpliciter dicebatur *majeſtas*. Hinc *majeſtatis judicium*, *majeſtatis accuſari* ſexcenties occurrit. Dicebant quidem *minuere majeſtatem*, & ab hoc *minutam majeſtatem eſſe populi Romani*, ſed crimen ipſum appellabatur *majeſtas*. Itaque nihil muto, nec tamen *dementiæ* probo, ſed cum Manutio meliores libros exſpecto. GRÆV. Retinuerunt vocem *adhibuit* recentiores, quæ mihi quoque videtur neceſſaria: quod ſi ita eſt, jam unus, opinor, ſufficiet codex. GAR.

Iſto

ut feciſtis adhuc, diligenter attendite. Rem navalem primum ita dico eſſe adminiſtratam, non uti provincia defenderetur, ſed ut claſsis nomine pecunia quæreretur. Superiorum Prætorum conſuetudo cum hæc fuiſſet, ut naves civitatibus, certuſque numerus nautarum, militumque imperaretur, maximæ, & locupletiſsimæ civitati Mamertinæ nihil horum imperaviſti: ob quam rem quid tibi Mamertini clam dederint pecuniæ, poſt videbitur: ex ipſorum litteris, & teſtibus quæremus: navem vero Cybeam maximam, triremis inſtar, pulcherrimam atque ornatiſsimam, palam ædificatam ſumtu publico, ſciente tota Sicilia, per magiſtratus, ſenatumque Mamertinum tibi datam, donatamque eſſe dico: hæc navis onuſta præda Sicilienſi, cum ipſa quoque eſſet ex præda, ſimul, cum iſte decederet, appulſa

Iſto pretore defenſa provincia eſt) Reg. *Ab iſto defenſa provincia eſt*. GRÆV. Cod. Lamb. *ab iſto Prætore*. GAR.

Majeſtatis, dementiæ) Non modo hic nihil emendo, ſed etiam recte dico eas *culpas* objici, quæ a *dementia* ortæ videbantur, non ſecus ac illas, quæ ab avaritia, a libidine, a crudelitate. Sic in Piſon. 20. *Mihi enim non venerat in mentem, furorem, & inſaniam optare vobis, in quam incidiſtis*: fuſeque ibi oſtenditur, quam dementer multa fecerint Piſo, & Gabinius. Talia & in Antonium jaciuntur a Tullio: cur non etiam in Verrem? Sed hoc maxime notandum eſt, rem hic proponi amplificandam poſtea, & per partes probandam, ut hæ in Verre *culpæ* omnes appareant. De ceteris Tullium infra dicere, nemo negabit. At vide porro c. 29. 30. de Archipirata, num Cicero in Verre dementiam quoque coarguat. Confer etiam cap. 39. 40. 44. 46. FERRAT.

Poſt videbitur) Senſus concinnior videretur, ſi ſic legeremus: *Poſt, ſi videatur, & ipſum litteris & teſtibus quæremus*. Codex Memmianus meam hanc ſententiam confirmat. HOTTOM. Rob. Stepb. editio: *Poſt, ſi videbitur, ex illorum litteris & teſtimoniis quæremus*. Sed Victorii, Manutii cum MSis ſtant pro vulgata, quæ non eſt rejicienda. Quid enim in illa incommodi? Poſt videbitur, id oſtendemus illorum litteris & teſtimoniis. GRÆV.

Cybeam maximam) Navem onerariam fuiſſe ſuperius in Act. IV. ex Turnebo didicimus: P. Francii liber *cymbeam maximam*. In Reg. repetitur *Cybeam* non ſine vi & venuſtate: *pulcherrimam atque ornatiſſimam Cybeam*. GRÆV. Vide ad IV. Acc. 8.

Sumtu publico) In manuſcripto additum eſt, *tuo nomine publice ſciente tota Sicilia*. F. URSIN. Sic & Reg. admiſit *tota*. GRÆV. Ita Grævii, & noſtri codices vulgati omittunt vocem *tota*. LALLEM. Ita ediderat jampridem Lambinus. GAR.

Per magiſtratum ſenatumque) Franc. *per magiſtratus ſenatumque*, recte. Vide quæ notavi ad Iuſtinum. A Reg. abeſt *ſenatumque*. GRÆV. Iudicium viri ſummi probare nun poſſum, qui ex uno MSo lectionem immutat ceterorum omnium, Cujac. præſertim, & Regii longe meliorum: quam ipſam quidem c. 62. reliquit intactam. Neque erat, cur ſuæ opinioni quidquam metueret, de qua ad IV. Acc. 24. Cur enim unus homo ſummus eſſe *magiſtratus* Meſſanæ non poterat? Vide ad III. Acc: 28. ubi hunc locis ſimilibus jure ſummo conjunximus. GAR.

Simul cum iſte decederet) Legendum fortaſſe, *Et ſimul cum iſto decederet*.

pulſa Veliam eſt, cum plurimis rebus, & iis, quas ante Romam mittere cum ceteris furtis noluit, quod erant cariſsimæ, maximeque eum delectabant. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ, multique alii viderunt, pulcherrimam, atque ornatiſsimam, judices: quæ quidem omnibus, qui eam adſpexerant, proſpectare jam exſilium, atque explorare fugam domini videbatur.

18. Quid mihi hoc loco reſpondebis? niſi forte id, quod tametſi probari nullo modo poteſt, tamen dici quidem in judicio de pecuniis repetundis neceſſe eſt, de tua pecunia ædificatam eſſe eam navem. Aude hoc ſaltem dicere, quod neceſſe eſt: noli metuere, Hortenſi, ne quæram, qui licuerit ædificare navem ſenatori: antiquæ ſunt iſtæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu ſoles dicere, quæ vetant. Fuit iſta reſpublica quondam, fuit iſta ſeveritas in judiciis, ut iſtam rem accuſator in magnis criminibus objiciendam

Vt particula *&* quæ mox ſequitur *rebus*, *& iis* hunc in locum transferre tur, nihil tamen affirmo. HOTTOM. Lamb. *rebus*, *iis*. De Velia vide Mazoch. ad tab. Heracl. p. 516. GAR.

De tua pecunia conſtare ædificatam) Lambinus in margine adnotat vocem *conſtare*, abeſſe omnibus libris vett neſcio. Cujacianus non habet; exſtat tamen in Pall. & olim edd. Guilielmius etiam delevit, ego nihil adhuc decerno. GRUT. In Roberti Stephani editione non habetur, nec in manu ſcripto Reg. & P. Francii, quamvis eam vocem agnoſcant P. Victor. & Manutii editiones, delendam tamen cenſeo, & quia meliores codices illam damnant, & quia ſententia eſt rotundior, ſi deleatur. Sed Franc. addit *ſenatori*, nimirum *eam navim ſenatori*. GRÆV.

Antiquæ ſunt iſtæ leges) Legem Claudiam intelligit; de qua Livius lib. XXI. ſic ſcribit: *Invitus etiam Senatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius Tribunus pl. uno patrum adjuvante C. Flaminio tulerat: ne quis Senator, quive Senatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet: id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos. Quæſtus omnes indecorus patribus viſus eſt.* HOTTOMAN.

Fuit iſta reprehenſio quondam) Libri manuſcr duo ſic habent, *fuit iſta rea p rentio quondam*; unde ſuſpicatur Memmius legendum, *fuit iſta reip. religio*, vel, *reip. ratio quondam*; ego ex ſimili quodam loco, qui eſt infra, legendum putarim, *Fuit iſta reip. dignitas quondam*, omiſſa eſt ſcilicet vox, *dignitas*, ab aliud agente librario. Codex Cujacianus tamen habet, *fuit iſta reſp. quondam*. LAMBIN. *Fuit iſta reſpublica quondam*, *&c.*) Iſtud malui, quam vulgatum, *reprehenſio quondam*, nuper admodum natum; quippe tempoſtius cuſi *reſponſio*; quod & in Pall. noſtris, etiam minus abſurdum. Lambinus monuit in Memmianis fuiſſe *reſp. rentio*; unde format Guilielmius, *res premio*; mea ſcriptura confirmatur illo infra: *Valeret hoc crimen in illa veteri ſeveritate ac dignitate reip.* GRUT. Sane P. Francii MSus quoque: *fuit iſta reſponſio quondam*. Recte procul dubio Cujacianus, cum Reg. cum in libro vetuſtiore ſcriptum eſſet, *fuit reſp. quondam*, a ſciolo aut oſcitante fuit adjectum illud *rentio*. GRÆV. Iampridem dede-

dam putaret. Quid enim tibi nave opus fuit? qui ſiquo publice proficiſcereris, & præſidii, & vecturæ cauſa ſumtu publico navigia præberentur: privatim autem nec proficiſci quoquam potes, nec arceſſere res tranſmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Deinde cur quidquam contra leges paraſti? Valeret hoc crimen in illa veteri ſeveritate, ac dignitate reipublicæ. Nunc non modo te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo: poſtremo tu tibi hoc numquam turpe, numquam criminoſum, numquam invidioſum fore putaſti, celeberrimo loco palam tibi ædificari onerariam navem in ea provincia, quam tu cum imperio obtinebas? Quid eos loqui, qui videbant: quid exiſtimare eo, qui audiebant, arbitrabare? inanem te navem eſſe in Italiam deductu-

dederat Hervagius, *fuit iſta reſp.* recte probante, ac præferente Camerario. GAR.

Quid enim tibi nave opus fuit?) Cujacianus brevius: *Quid enim tibi navim?* & profecto fere perplacet. GRUTER. Cicero forte ſcripſit, *quo enim tibi navim?* Hanc enim vim iſta habent potius, quam illa quæ ſuppoſuerunt. Horat.

Quo mihi divitias, ſi non conceditur uti?

Cic. VII. ad Fam. 23. *Quo mihi ſignum Martis?* Seneca de Tranquillitate animi c. 9. *Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quorum dominus vix tota vita indices legit?* Multa hujus locutionis exempla paſſim obvia. GRÆV.

Mercari nihil) Lex enim fuit, de qua ſuperiore oratione dictum eſt, ut qui cum imperio ac poteſtate in provinciis eſſent, ne quid emere eis liceret. HOTT. *In quibus tibi mercari nihil licet*) Libri vulg. habent, *in quibus tibi habere, mercari nihil licet*, mendoſe opinor; libri manuſcr. mendoſius, *in quibus te habere nihil licet, &c.* Quid ſi ex hac tamen ſcriptura, quantumvis mendoſa, faciamus, *in quibus te emere nihil licet?* fortaſſis enim ſcripſit errans ſcriptor librarius, *ebere*, pro, *emere*, *b.* pro, *m.* in quo ſæpe peccabant ſcriptores illi: deinde poſtea fecerunt alii, *habere*, ex, *ebere*. Iudicet Lector eruditus, & ingenioſus. LAMB. *Habere* certe mendoſum eſt. Nam habebant, & licebat habere ſenatoribus in Sicilia, Africa, Aſia, aliiſque provinciis latifundia; non improbo conjecturam Lambini. GRÆV. Ven. *tibi habere nihil licet*. GAR.

Poſtremo tu tibi hoc numquam turpe) Pall. duobus non adeſt, *numquam turpe*, rejecitque etiam editio Victorii; exſtat tamen in prioribus euſis, ſed ii non agnoſcunt, *poſtremo*, neque habet Cujacianus; & ſane aut ejici debet, aut potius addi ſententiæ prioris fini: *reprehendo poſtremo*; *Tu tibi &c.* GRUT. Non a Cujac. ſolum, verum ab altero quoque Lambini abeſt *poſtremo*: a duobus enim MSis abeſſe notat illius margo: ſed Regii auctoritate deterreor, de quo nihil Græv. & Lall. hanc vocem retinentes. Eamdem vim habeat, quam ſæpe habet in concluſionibus: ut apud Terent. II. Phorm. I. 71. de argento ſumendo, *Poſtremo, ſi nullo alio pacto, fœnore*. Ita hic poſtremo, ſi nihil aliud, hoc tibi numquam turpe &c. GAR.

Te navem eſſe) Lamb. *te navem illam eſſe*, quod addidit ex duobus MSis, ſed loco mutato: illi enim, *navem eſſe illam*: quod cum ita plane ſit etiam

ductum? naviculariam te, cum Romam veniſſes, eſſe facturum? Ne illud quidem quiſquam poterat ſuſpicari, te habere in Italia maritimum fundum, & ad fructus deportandos onerariam navem comparare. Ejuſmodi de te voluiſti ſermonem eſſe omnium, palam ut loquerentur, te illam navem parare, quæ prædam ex Sicilia deportaret: & quæ ad ea furta, quæ reliquiſſes, commearet? Verum hæc omnia, ſi doces, navem de tua pecunia ædificatam, remitto atque concedo: ſed hoc, homo amentiſſime, non intelligis priore actione ab ipſis iſtis tuis Mamertinis laudatoribus eſſe ſublatum? Nam dixit Heius, princeps civitatis, princeps iſtius legationis, quæ ad tuam laudationem miſſa eſt, navem tibi operis publicis Mamertinorum eſſe ædificatam, eique faciendæ ſenatorem Mamertinum publice præfuiſſe. Reliqua eſt materies: hanc Rheginis, ut ipſi dicunt, tametſi tu negare non potes, publice, quod Mamertini materiem non habent, imperaviſti.

19. Si & ex quo fit navis, & qui faciunt, imperio tibi tuo, non pretio præſto fuerunt; ubi tandem iſtuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impenſum? At Mamertini in tabulis nihil habent. Primum video potuiſſe fieri, ut ex ærario nihil darent: etenim vel Capitolium, ſicut apud majores noſtros factum eſt, publice coactis fabris, operiſque imperatis, gratis exædificari, atque effici potuit: deinde id quod perſpicio, quod & oſtendam, cum iſtos produxero, ipſo-

iam in ed. MCDLXXXIII. recipiendum cenſeo, ut Car. quoque Stephanus fecir. IDEM.

Navicularium te eſſe facturum) *Facere naviculariam*: ut alibi, *Facere mercaturam*, *facere argentariam*: pro quæſtum ex arte nautica facere, artem nauticam exercere. HOTTOM. Non eſt *naviculariam facere* rem nauticam, ſed navibus aut ædificandis, aut vendendis quæſtum facere; *pecuariam facere* Suet Caſ. 42. pecudes alere & vendere; *argentariam facere*, nummos permutare, & fenori date & ſumere, & mille talia. GRAV.

Tuis Mamertinis laudatoribus) Scriptum opinor, *Mamertinis tuis laudatoribus*. De Mamertinorum legatione, quæ Verrem laudabat, priore actione dictum eſt. HOTT.

In tabulis nihil habent) Scriptum non habent, ſe tibi in ſumtum pecunias dediſſe. IDEM.

Etenim vel Capitolium) In hanc ſententiam Livius libro primo his verbis: *Tarquinius*, inquit, *intentus perficiendo templo*, *fabris undique ex Etruria accitis*, *non pecunia ſolum ad id publica eſt uſus*, *ſed operis etiam ex plebe*; *qui cum haud parvus & ipſe militiæ adderetur labor*, *minus tamen plebs gravabatur*, *ſe templa Deum exædificare manibus ſuis*. IDEM.

Deinde id quod perſpicio & quod oſtendam)

ipſorum ex litteris, multas pecunias iſti erogatas, in operum locationes falſas, atque inanes eſſe perſcriptas. Iam illud minime mirum eſt, Mamertinos, a quo ſummum beneficium acceperant, quem ſibi amiciorem, quam populo Romano eſſe cognoverant, ejus capiti litteris ſuis pepercisse: ſed ſi argumento eſt, Mamertinos pecunias tibi non dediſſe, quia ſcriptum non habent, ſit argumento, tibi gratis conſtare navem, quia quid emeris, aut quid locaveris, ſcriptum proferre non potes. At enim idcirco navem Mamertinis non imperaſti, quod ſunt fœderati. Dii approbent: habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum, præter ceteros, in publicis religionibus fœderum ſan-

dam) Vetus: *Deinde id quoque perſpicio, quod & oſtendam*; itaque arbitror emendandum. Idem. Recepit hoc Lamb. citato MSo, qui tamen hic idem eſſe potuit; retinuit Oliv. & Lallem. Planius mehercule. Qui Grævianam mavult, firmam certe jam inde a vet. Veneta, ſubaudiat oportet verbum aliquod, a quo pendeat infinitivus *eſſe*: non equidem illud *video*, quod ſupra eſt, ſed potius *dico*, aut ſimile quidpiam. Certe non mihi arridet, *video id, quod perſpicio*: & magis placet, *video &c. id quoque perſpicio*, quod firmatur etiam a MSo Ianuoctii. Garaton.

Pecunias eſſe perſcriptas) *Perſcribi ei pecuniæ* dicuntur, cui expenſæ latæ ſunt; id eſt, cui ſcriptum eſt in tabulis. eas pecunias expenſas, ſive adnumeratas fuiſſe. Scriptum igitur fuerat in Mamertinorum tabulis publicis Verris in falſas quaſdam & ementitas operum locationes erogatas fuiſſe, quas in illam triremem ædificandam impenderat. Hott. *Perſcribi pecuniæ* dicuntur proprie, quæ jubebantur per menſæ ſcripturam ſolvi, ſive ab argentario pendi, apud quem pecuniam depoſitam habebant ſive publice, ſive privatim. Liv. XXIV. 18. *Inde ſi quid emtum paratumque pupillis foret, a quæſtore perſcribebatur*; quæſtor jubebatur pendere. Terent. Phorm. V. 7. *Quod ne ego perſcripſi porro illis* (argentum) *quibus debui*, hoc eſt juſſi trapezitæ ſolvere. Cic. XVI. ad Attic. epiſt. 2. *De Publiola quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam*; ſolvi a menſa. Sic & *reſcribere nummos* eſt reddere per ſcripturam menſæ. Poteſt tamen hic *perſcribi* ſimpliciter eſſe, referri in accepti & expenſi tabulas. Græv.

Nam illud minime mirum eſt) Libri manuſcr. habent, *Iam illud, &c.* Lamb. Sic & Reg. *Iam* ſæpe connectendi ſequentia cum præcedentibus vim habet. Græv.

Tibi gratis conſtare navem) Reg. *tibi gratis ſtare navem*. Idem.

Quid emeris, aut quid locaveris) Attingit differentiam apud Iuriſconſultos nobilem emtionem eſſe, cum artifex & rem & operas præbet: locationem, cum ei materia ſubminiſtratur, ipſe ſolum ſuas operas præbet. Hott.

Scriptum proferre non potes) Nam moris erat, ut ſinguli patresfam. omnia & expenſa & accepta in tabulas referrent; atque ex iis fidem expenſarum ſuarum facerent, ut dictum eſt in ea pro Comœdo. Idem.

In fecialium manibus educatum) *Fecialium collegium* a Numa Pompilio inſtitutum eſt, qui de belli paciſque & fœderum jure conſulerentur. itaque & ad eos de bello indicendo referebatur, & bellum ipſi pium verbis conceptis indicebant: fœderaque etiam ſanciebant, in quibus ſi quid, de quo ambigeretur, ortum eſſet, refer-

ſanctum & diligentem : omnes, qui ante te Prætores fuerunt, dedantur Mamertinis, quod iis navem contra pactionem fœderis imperarint. Sed tamen, tu ſancte homo, ac religioſe, cur Taurominitanis item fœderatis navem imperaſti? an hoc probabis, in æqua cauſa populorum ſine pretio varium jus, & diſparem conditionem fuiſſe? Quid, ſi ejuſmodi eſſe hæc duo fœdera duorum populorum, judices, doceo, ut Taurominitanis nominatim cautum, & exceptum ſit fœdere, *ne navem dare debeant*: Mamertinis in ipſo fœdere ſanctum, atque perſcriptum ſit, *uti navem dare neceſſe ſit*: iſtum autem contra fœdus & Taurominitanis imperaſſe, & Mamertinis remiſiſſe? num cui dubium poterit eſſe, quin, Verre Prætore, plus Mamertinis Cybea, quam Taurominitanis fœdus opitulatum ſit? Recitentur fœdera.

20. Iſto igitur tuo, quemadmodum ipſe prædicas, beneficio, ut res indicat, pretio, atque mercede minuiſti majeſtatem reipublicæ, minuiſti auxilia populi Romani, minuiſti copias, majorum virtute, ac ſapientia comparatas: ſuſtuliſti jus imperii, conditionem ſociorum, memoriam fœderis. Qui ex fœdere ipſo navem vel uſque ad Oceanum, ſi imperaſſemus, ſumtu, periculoque ſuo armatam, atque ornatam mittere debuerunt: hi, ne in freto ante ſua

referri ad eos conſueverat. Varro de vita populi Romani: *Itaque bella & tarde, & nulla licentia ſuſcipiebant: quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere: & prius, quam indicerent bellum iis, a quibus injurias factas ſciebant, Feciales legatos res repetitum mittebant, quatuor, quos oratores vocabant*, IDEM. *In fecialium manibus educatum*) Quidam legi putant oportere, *in fecialium moribus*, a quibus diſſentio. LAMB.

Dedantur Mamertinis) Appoſite *dedantur*: verbo *fecialibus* uſitato. Nam qui fœdus violarant, ii ut populo, cujus fœdus violarant, dederentur, *feciales* poſtulabant. Varro de vita P. R. *Si cujus legati violati eſſent, qui feciſſent, quamvis nobiles eſſent, ut dederentur civitati ſtatuerunt: Fecialeſque* XX. *qui de his rebus cognoſcerent, judicarent & ſtatuerent, conſtituerunt*. HOTTOMAN.

Plus Mamertinis Cybea) Id eſt, quadrata; vide ſupra. HOTT. P. Franc. MSus ubique *Cymbea*. GRÆV.

MAMERTINORVM ET TAVROMINITANORVM CVM POPVLO ROMANO FOEDERA) Hanc laciniam ſuis editionibus intexuerunt Lambinus, & Gruterus, nulla ullius libri facta mentione, cum nec in Regio, nec P. Francii libro, nec in Victorii, nec R. Stephani, nec P. Manutii, nec Hottomanni, nec ulla vetuſtiore ed. conſpiciatur. Exſcindenda igitur. GRÆV.

Armatam, atque ornatam) Vide ad I. Accuſ. 34. Præclarus in hanc rem locus eſt infra c. 51. *Ea enim eſt ratio inſtructarum, ornatarumque navium, ut non modo plures* (milites, & nautæ), *ſed ne ſinguli quidem poſſint accedere*. GAR.

Pre-

te ſua tecta, & domos navigarent, ne ſua mœnia, portuſque defenderent, pretio abs te jus fœderis, & imperii conditionem emerunt. Quid cenſetis in hoc fœdere faciundo voluiſſe Mamertinos impendere laboris, operæ, pecuniæ, ne hæc biremis adſcriberetur, ſi id ullo modo poſſent a noſtris majoribus impetrare? nam, cum hoc munus imperaretur tam grave civitati, inerat neſcio quo modo in illo fœdere ſocietatis quaſi quædam nota ſervitutis. Quod tum recentibus ſuis officiis, integra re, nullis populi Romani difficultatibus, a majoribus noſtris fœdere adſequi non potuerunt, id nunc nullo novo officio ſuo, tot annis poſt, jure imperii noſtri quotannis uſurpatum, ac ſemper retentum, ſumma in difficultate navium, a C. Verre pretio adſecuti ſunt. At non hoc ſolum ſunt adſecuti, ne navem darent. Ecquem nautam, ecquem militem, qui aut in claſſe, aut in præſidio eſſet, te prætore, per triennium Mamertini dederunt?

21. Denique cum ex ſenatuſconſulto, itemque ex lege Terentia, & Caſsia frumentum æquabiliter emi ab omnibus Siciliæ civitatibus oporteret: id quoque munus leve, atque commune Mamertinis remiſiſti. Dices, frumentum Mamertinos non debere. Quomodo non debere? an, ut ne venderent?

Pretio abs te jus fœderis) Legendum putarem *contra jus fœderis*: non enim jus fœderis emerunt, ſed ne in naves ſumtus facerent pretium dederunt. Hott. Muretus, ut eſt in cod. Regio cenſuit legendum: *Pretio abs te jus fœderis, & imperii conditionem redemerunt*. Grav. Cur tandem non recepit vir magnus lectionem hanc præſtantiſſimam? cum præſertim antea Lamb. ex ſuo cod. dediſſet, *redemerunt*: cui ne Mureti quidem divinatio præclara opem ferre potuit, ne ab omnibus contemneretur. Gar.

Nam cum hoc munus imponebatur) Sic habent libri manuſcr. duo vulgati, *imperabatur*. Lamb. Sed Franc. MSus, P. Victorii, & P. Manut. edd. quas Gruterus ſequitur, legit *imperaretur*: Regius vero *imponebatur*. Grav.

Id nunc nullo novo officio ſuo, tot annis poſt, jure imperii noſtri quotannis uſurpatum) Cod. Reg. *Id nunc nullo officio ſuo, quotannis uſurpatum*. Grav. Vetus Veneta, *uſurpato, ac ſemper retento*, quod Naugerius ſecutus eſt, P. Manut. atque adeo Lambinus, ex ſuis etiam fortaſſe codicibus. Pro vulgata ſtat Hervagius. Gar.

At hic ſolum ſunt adſecuti) Regius: *At non hoc ſolum ſunt adſecuti*. Franc. *Et non hoc ſolum* &c. leg. ſententia id exigente, cum Victorio: *At non hoc ſolum ſunt adſecuti*, &c. Sed adſecuti ſunt etiam, ut ne nautam, ne militem darent. *Non* male Lambinus expunxit. Grav.

Ex lege Terentia & Caſsia) De ea libro III. copioſe dictum eſt. Hott.

derent? non enim erat hoc genus frumenti ex eo genere, quod exigeretur, ſed ex eo, quod emeretur. Te igitur auctore, & interprete, ne foro quidem, & commeatu Mamertini populum Romanum juvare debuerunt. Quæ tandem civitas fuit, quæ deberet? Qui publicos agros arant, certum eſt quid ex lege cenſoria dare debeant: cur iis quidquam præterea ex alio genere imperaviſti? Quid? decumani num quid præter ſingulas decumas ex lege Hieronica debent? cur iis quoque ſtatuiſti, quantum ex hoc genere frumenti emti darent? Qui ſunt immunes, ii certe nihil debent: at his non modo imperaſti; verum etiam, quo plus darent, quam poterant, hæc ſexagena millia modium, quæ Mamertinis remiſeras, addidiſti. Neque hoc dico, ceteris non recte imperatum eſſe. Mamertinis, qui erant

Ex eo genere) Ex genere decumani, quod ab aratoribus ſine pretio exigebatur. IDEM.

Quod emeretur) Siciliæ civitates ea conditione in fœdus receptæ fuerant, ut eum uſus ferret, frumentum populo Romano certo pretio darent; quod genus *emtum* vocabatur, pro quo ex S. C. pecunia ſolvebatur. IDEM.

Qui publicos agros arant) Septemdecim Siciliæ civitatum, quæ bellum cum populo Romano geſſerunt, agri publicati ſunt, iiſque tamen redditi. Hi a Cenſoribus locari ſolebant aratoribus, tum Siculis, tum civibus Rom. qui certum frumenti numerum quotannis populo Romano ſolverent; reliquum ſibi haberent: id eſt, ſuis civitatibus colerent. IDEM. Vide Ferrat. ad III. Acc. 6.

Quid ex lege Cenſoria dare debeant) Reg. *quid lege Cenſoria debeant*. GRAEV: Cod Lamb. *e lege*: ſequitur ſine varietate *ex lege Hieronica*. Confer locum, lectioneſque ſimiles IV. Acc. 63. GAR.

Quid? decumani) *Decumanos* appellat, non ipſos publicanos qui decumas emebant, ſed aratores, qui debebant HOTT.

Cur iis quoque ſtatuiſti) Hoc eſt, decumanis autem æque, ac bello ſubactis, de quibus modo dixi, præſcripſiſti, quantum quæque civitas daret frumenti imperati. Manutius male huc advocat ſecundas decumas: cum enim emti frumenti duo ſint genera, *decumanum*, & *imperatum*, de hoc ſermo eſt, non de illo. Nam decumanum ab iis tantum exigebatur, qui decumas primas dederant, non ab immunibus, & fœderatis; imperatum promiſcue ab omnibus; quamvis utrumque pretio perſoluto. Quod & alia ex III. libro, & hoc maxime Tullii argumentum oſtendit, quo ad illa Verris verba, *Mamertinos frumentum non debere*, reſpondit. non magis hoc genus frumenti reliquos omnes Siculos debere, quibus ille imperavit, quam Mamertinos, quibus remiſit; concluditque, *neque hoc dico*, *&c.* FERRAT.

Qui ſunt immunes, ii certe) Reg. *quid immune: hi certe*; lege: *Quid immunes? Hi certe*, ut paullo ante, *Quid? decumani*. GRAEV. Antea Lamb. MSo citato, diſerte: *quid immunes? hi certe*: idemque receſſit ab interpunctione Venetæ, Naug &c. *quid decumani?* quæ tamen apprime ſuæ lectioni conveniebat. GAR.

Mamertinis, qui erant) In antiquo legitur: *ſed Mamertinis &c.* F. VRSIN. Ita etiam cod Lamb. ipſo, neque adeo improbante. GAR.

Qui-

erant in eadem cauſa, quibus ſuperiores omnes Prætores item ut ceteris imperarant, pecuniamque ex S. C. & ex lege diſſolverant, his dico non recte remiſſum. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret, cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilii ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronuntiat. Audite decretum mercenarii Prætoris ex ipſius commentario, & cognoſcite, quanta in ſcribendo gravitas, quanta in conſtituendo jure ſit auctoritas. Recita commentarium. *Libenter* ait *ſe facere*: itaque perſcribit. Quid, ſi hoc verbo non eſſes uſus, *libenter*? Nos videlicet invitum te quæſtum facere putaremus? *ac de conſilii ſententia*: præclarum recitari conſilium, judices, audiſtis: utrum vobis conſilium recitari tandem Prætoris videbatur, cum audiebatis nomina, an prædonis improbiſsimi ſocietas, atque comitatus? En fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores: numquam in Sicilia frumentum publice eſt emtum, quin Mamertinis pro portione imperaretur; ante quam hoc delectum præclarumque conſilium iſte dedit, ut ab his nummos acciperet, ac ſui ſimilis eſſet. Itaque tantum valuit iſtius decreti auctoritas, quantum debuit ejus hominis, qui, a quibus frumentum emere debuiſſet, iis decretum vendidiſſet. Nam ſtatim L. Metellus, ut iſti ſuccesſit, ex C. Sacerdotis, & Sex. Peducæi inſtituto, ac litteris frumentum Mamertinis imperavit.

22. Tum

Quibus ſuperiores omnes prætores, item ut ceteris imperarant, pecuniamque ex S.C.) Reg. *quibus ſuperiores omnes item ut ceteris imperarent pecuniam, qui ex S.C.* lege: *q. ſ. o. p. i. u. c. imperarant pecuniam quam ex S.C.* GRAV. Cui probare hoc vult? Non ei certe, qui ſciat frumentum civitatibus imperari, & pro illo diſſolvi a Prætore pecuniam publice attributam. Ne ad III. Accuſ. librum remittamus, vide modo illa: *Non erat hoc genus frumenti ex eo genere, quod exigeretur, ſed ex eo, quod emeretur*. GAR.

Et ut hoc beneficium) Vetus codex: *At ut hoc*, *&c.* HOTTOM. Lamb. *Atque ut*. GAR.

Trabali clavo figeret) Ingenti & valido, quales ſunt, quibus trabes conjunguntur. Nam per ridiculum transfertur ad ea, quæ vehementer firmantur ac ſtabiliuntur. Horatius Carminum I.

Te ſemper anteit ſæva neceſſitas,
Clavos trabales & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeverus
Uncus abeſt, liquidumque plumbum.

HOTT.

DECRETVM EX COMMENTARIO) Hæc quoque non ex libris ſunt adſuta a Lambino & Grutero, ceteris omnibus editoribus inviſa, & ignota. GRAV. In Veneta, RECITA COMMENTARIVM, R. C. Puto legi debere, *comm. rerum decre-*

22. Tum illi intellexerunt, ſe id, quod a malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. Age porro, tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum, cur Taurominitanis frumentum, cur Netinis imperaſti? quarum civitatum utraque fœderata eſt. Ac Netini quidem ſibi non defuerunt: nam ſimul ac pronuntiaſti, libenter te Mamertinis quiddam remittere, te adierunt, & eamdem ſuam cauſam fœderis eſſe docuerunt: tu aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti. Pronuntias, *Netinos frumentum dare non oportere*: & ab his tamen exigis. Cedo mihi ejuſdem Prætoris litteras, & rerum decretarum, & frumenti imperati, & tritici emti. Quid potius in hac tanta, & tam

decretarum: idem eſt enim, ac illud infra, *litteras rerum decretarum*. Imo diſerte, atque optime video Hervagium repoſuiſſe, a. n. qui MSis ſeſe non caruiſſe teſtabatur. GAR.

A malo auctore emiſſent) *Auctor* dicitur is, a quo quis jus in rem quampiam titulo aliquo nactus eſt, ut pro emto, pro donato, & ſi qui ſunt generis ejuſdem. Quod nomen *ab auctionibus* deductum opinor, in quibus is rem aufert, qui maxime pretium auxit; unde & *auctoritas* verbum declinatum eſt, de quo in Orat. pro Cæcina explicavimus. Nam quod utrumque verbum ſine *c* plerique ſcribunt, id eos præter veterem conſuetudinem facere tum ex antiquis monumentis intelligitur, in quibus *c* littera ſemper adjecta eſt: tum ex Valerii Probi notis antiquis, qui *AVC.* pro *Auctor* notari ſolitum teſtatur. Hoc igitur Orator dixit ἀλληγορικῶς. Quæ res a malo auctore accepta eſt, ex jure civili per verum dominum nullo negotio aufertur. HOTT. Auctor proprie dicebatur, qui aliquid nexu mancupioque vendebat, periculumque evictionis in ſe recipiebat; ſi & fidejuſſor addebatur, is dicebatur auctor ſecundus, ut ex l. 4. D. de evictionibus patet, quod alibi ad has orationes pluribus notamus. Hinc vides, cur hic Verres *malus auctor* appelletur, quia præſtare non poterat, quod jus Mamertinis, accepto pretio, vendiderat. GRÆV.

Taurominitanis) Tauromenium & Taurominium civitas Siciliæ, quæ etiam nunc dicitur *Taormina*. IDEM. Vide ad II. Acc. 66.

Netini) In Act. II. dixit Netinenſes, ubi vide quæ notantur. GRÆV.

Decretarum & frumenti) Codex Memmianus, *decretarum frumenti*: quod ſine dubio verum eſt. HOTT. *Et frumenti imperati, & tritici emti*) Vulgati olim & *fr. imp. & rerum decretarum tritici emti*: neque aliter Pal. pr. ſed is punctis ſubduxit, illud, *& rer. decr.* priore loco poſitum; at ſec. ſolummodo habet: *literas & rerum decretarum tritici emti*, omiſſo altero membro, quod veroſimile eſt factum negligentia librarii ob ſimilitudinem vocum. Ceterum ea, quæ poſtea in noſtris libris ſequuntur, LITTERÆ PRÆTORIS &c. non habentur in ullis MSis: idem dictum eſto de huiuſmodi titulis infra ſequentibus poſitiſque ſupra; nolui tamen expungere, quod facerent ad lucem ſententiæ: quæ æque nihilominus pateret, ſi illud *Recita* exprimeretur majuſculo charactere. GRUTER. Imo delenda ſunt omnia, quæ contra libros ſunt inſerta & aſſuta. Nec illa habentur in Reg. & Franc. Non male Lambinus in margine ſuadet legendum eſſe: *Litteras & rerum decretarum & frumenti imperati, & tritici emti*. Sic ſane Reg. niſi quod in illo abeſſent *& tritici emti*. GRÆV.

Lam-

tam turpi inconſtantia ſuſpicari poſſumus, judices, quam id, quod neceſſe eſt, aut iſti a Netinis pecuniam, cum poſceret, non datam: aut id eſſe actum, ut intelligerent Mamertini, bene ſe apud iſtum tam multa pretia, ac munera collocaſſe, cum idem alii juris ex eadem cauſa non obtinerent? Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis? in qua quam multa ſint vulnera, quis eſt veſtrum, judices, quin intelligat? Primum, ut in judiciis, qui decem laudatores dare non poteſt, honeſtius eſt ei

Lambin. & Græv. lectionem veteris Ven. Naug. &c. exhibuerunt, deleta illa repetitione verborum *rerum decretarum*, quam recte cod. Pal. ſed non ſuo loco, ſuſtulerat. Tamen vera mihi unice Regii videtur lectio. Litteræ rerum decretarum poſtulantur, ut quid de Netinis Verres pronunciaverit, ex commentario diſcatur. Litteræ frumenti imperati, ut Netinis contra decretum imperatum eſſe frumentum conſtet. Quid præterea deſideratur ad probationem? Deinde eum dixit *imperati*, dixit *emti*, quod latius patet ex III. Acc. 70. Itaque c. 21. frumentum, *quod emeretur* idem eſt, quod ibidem toties *imperatum* dicitur. Hic itaque certum fit, alterutrum expungendum eſſe: plana eſt origo gloſſarum. Cur itaque illud potius non ejiciamus, quod abeſt ab optimo, & vetuſtiſſimo codice? Video de fœderatis, qui *decumanum* non dabant, quod eſt alterum genus *emti*, ambigue dici non poſſe, *tritici emti*, quod eſt neceſſario interpretandum de imperato. Sic tamen adhuc vox *imperati* propius, & nominatim rem ipſam attingit, atque ex hoc ipſo elucet clarius, bis in vulgatis eamdem plane rem perabſurde nos legere. Tuto igitur edi poſſe, ac debere cenſeo, *litteras & rerum decretarum*, *& frumenti imperati*, ceteris expunctis. GAR.

Tam multa pretia ac munera) Eſt per ἓν διὰ δυοῖν tam multa pretioſa munera. GRAV.

Primum ut in judiciis) *Ut*, particula meo judicio vacat. HOTT. *Primum ut in judiciis, &c.*) Priſcianus lib. XVIII. hunc locum profert: & quod ad ejus principium attinet, ait, *ut*, poſitum eſſe pro, ὅτι: reliquam partem longe aliter legit, quam vulgo legitur: niſi ibi mendoſus eſt; ſic enim ille: *Primum ut in judiciis, qui d. l. d. n. p. honeſtius nullum daret, quam ill. q. l. n. conſ. non expleret*. Ego aſſentior Hottomanno, judicanti, *ut*, particulam eſſe ſupervacaneam; alioqui putarim, hic aliquid deſiderari, & ſic eſſe legendum: *Primum quod una totius Siciliæ civitas iſtum laudet: ut in judiciis, &c.* LAMB. *Primum, in judiciis*) Ita P. Manutius, ſed a conjectura Hottomanni, contra libros, & Grammaticos, quibus integra ſyllaba, *primum ut in judiciis*. GRUTER. Eſt ſane *ut* in Reg. & Franc. GRÆV. Eſt etiam in reliquis Lallem. codd. quibus invitis hanc particulam peſſime ille delevit. Recte hoc Priſcianus explicavit, quem legiſſe cum omnibus MSſis, quos novimus, ex eo conjicio, quod in ed. Putſ. p. 1195. ſervet voculam *ei*. Puni autem *ut* pro *quod*, vel oratione infinita, notum eſt: vide Drak. ad Liv. V. 55. & ita ipſe Cicero pro Amer. 41. & in Philoſophicis, unde plures locos collegit Wopkenſ. Lect. Tull. III. 12. Hoc fateor, me indicativum in exemplo ejuſmodi nullo vidiſſe: & forte ita eſt locus explicandus: ut fit in judiciis, pro judiciorum conditione. GAR.

Qui decem laudatores dare non poteſt) Rei ſolebant laudari in judiciis a viris gravibus & nobilibus. Cic. IX. ad Fam. 1. *Cum Pomponius, ut laudaret P. Sextium, introiſſet in urbem*. Idem ibid.

eſt ei nullum dare, quam illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere: tot in Sicilia civitates ſunt, quibus tu per triennium præfuiſti; arguunt ceteræ: paucæ, & parvæ metu repreſſæ ſilent: una laudat. Hoc quid eſt, niſi intelligere, quid habeat utilitatis vera laudatio? ſed tamen ita provinciæ præfuiſſe, ut hac utilitate neceſſario ſit carendum? Deinde, id quod alio loco ante dixi, quæ eſt iſta tandem laudatio, cujus laudationis legati principes & publice tibi navem ædificatam, & privatim ſe ipſos abs te ſpoliatos, expilatoſque eſſe dixerunt? Poſtremo quid aliud iſti faciunt, cum te ſoli ex Sicilia laudant, niſi teſtimonio nobis ſunt, te omnia ſibi eſſe largitum, quæ tu de repub. noſtra detraxeris? Quæ colonia eſt in Italia tam bono jure, quod tam immune municipium, quod per hoſce annos tam commoda vacatione ſit uſum omnium rerum, quam Mamertina civitas per triennium? ſoli, ex fœdere quod debuerunt, non dederunt: ſoli, iſto Prætore, omnium rerum immunes fuerunt: ſoli in iſtius imperio ea conditione vitæ fuerunt, ut populo Romano nihil darent, Verri nihil denegarent,

23. Ve-

ibid. *Cur autem laudarim*, (Vatinium) *peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras*. Statim: *Recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miſeris*. GRÆV.

Legitimum numerum) Hoc loco intelligimus uſitatum numerum non *legatorum*, ſed *legationum*, quæ ex provincia mitterentur, ad ejus laudationem, qui cum imperio in ea fuerat, fuiſſe decem. Vide quæ diximus Verr. II. HOTTOM. Minime gentium. Intelligit laudatores in judiciis, ſive ex provinciis mittantur legati, ut reos repetundarum laudent & defendant, ſive alius criminis reos homines urbici laudent. GRÆV.

Sed tamen ita provinciæ præfuiſſe, &c.) Sic habent omnes libri MSi, non, ut vulgati, *præfuiſti*. Itaque interrogationis nota deleri debet poſt, *laudatio*, & collocari poſt, *ſit carendum?* LAMBIN. *Sed tamen ita provinciæ præfuiſſe, &c.*) Obſecutus ſum Cujaciano, tanto facilius, quod aſſeveraret Lambinus ſic legi in omnibus libris ſuis: qui tamen male retinet *tibi*, quod non adeſt Cujaciano, imo, ne Pall. quidem aut edd. priſcis: vulgata ſatis frigide: *Laudatio? ſed tamen ita Verres prov. præfuiſti, ut hac util. neceſſ. tibi ſit carendum*. GRVTER. Pro vulgatis tamen ſtat P.Francii liber, ſed pro illis Reg. GRÆV.

Spoliatos, exſpoliatoſque) *Exſpilatoſque* legendum, ut in aliis omnibus. HOTT.

Omnia eſſe largitum) Nam & biremem, quam debebant, & frumenti numerum, quod pro ſua portione dare debebant, eis remiſerat. IDEM.

De rep. noſtra detraxeris) *De* abeſt a Reg. & Franc. GRÆV.

Ea conditione vitæ fuerunt) Cujacii lib. *vixerunt*: forſan illud *vitæ* eſt a gloſſa; indeque natum illud alterum, tamquam interpretamentum *fuerunt*. GRVTER. In Reg. eſt etiam *vixerunt*. GRÆV.

23. Verum, ut ad claſſem, quo ex loco ſum digreſſus, revertar: accepiſti a Mamertinis navem contra leges: remiſiſti contra fœdera: ita in una civitate bis improbus fuiſti: cum & remiſiſti, quod non oportebat, & accepiſti, quod non licebat. Exigere te oportuit, navem, quæ contra prædones, non quæ cum præda navigaret; quæ defenderet, ne provincia ſpoliaretur, non quæ provinciæ ſpolia portaret. Mamertini tibi & urbem, quo furta undique deportares, & navem, qua exportares, præbuerunt: illud tibi oppidum, receptaculum prædæ fuit: illi homines teſtes, cuſtodeſque furtorum: illi tibi & locum furtis, & furtorum vehiculum comparaverunt. Itaque ne tum quidem, cum claſſem avaritia, ac nequitia tua perdidiſti, navem Mamertinis imperaſſe auſus es: quo tempore in tanta inopia navium, tantaque calamitate provinciæ, etiam ſi precario eſſent rogandi, tamen ab his impetraretur: reprimebat

GRAV. Lamb. *ea cond. vixerunt*, adſcribitque alios legere, *ea cond. uſi fuerunt*: quos ignoro. GAR.

Contra leg es) *Claudiam*, de qua ex Livio ſuperius diximus. Memmianus eodem *leges*, quod a conſuetudine Ciceronis non abhorret. HOTT. Sic & Regius: ſic *legibus ſolvi* dicebatur, qui una lege ſolvebatur. GRAV.

Quæ nova provinciæ ſpolia) Cur *nova*? quænam *antiqua*? Merito hæc vox abeſt in Regio, cujus auctoritate illam delevi. GRAV. Eam vocem "(a Verb & Oliv. reductam)", volentibus tribus MSis, delevimus. LALLEM. Aberat jampridem ab Hervag. & Lambin. GAR.

Quo furta undique partares) Idem codex, *deportares*, quo ipſo opponeretur magis illi *exportares*, quod ſequitur. GRVTERVS. Firmat Regius. GRAV.

Avaritia, & nequitia tua) Mire duo contraria conjunxit. *Nequitia* enim eorum eſt, qui tum nepotes, cum diſſoluti appellantur, qui rem ſuam diſperdunt. Itaque prætor prodigo rerum ſuarum commercio his verbis interdicebat: *Quando tu bona patria, avitaque nequitia tua diſperdis*. Sed *avaritiam* notavit, ut militum remigumque pecuniam, propter quam ea navis amiſſa eſt, judicibus renovaret. *Nequitiam* autem, ut Verris in populi Romani rebus adminiſtrandis negligentiam oſtenderet. Ergo *avaritiam* in re ſua, *nequitiam* in publica. Et vide infra, prædonum dux Heracleo non ſua virtute, ſed iſtius avaritia nequitiaque victor, quod infra ſic interpretatur: *Miſſione remigum, fame reliquorum*. HOTT.

Imperaſſe) Error typogr. Gent quem Gron. & Verb. quoque reliquerunt. Lege cum ceteris omnibus, *imperare* GAR.

Precario eſſent rogandi) Inſolens locutio: *Rogare aliquem precario*: videndum igitur an *eſſet roganda*, potius legendum ſit: ut ad navem referretur. Quaſi dictum eſſet, ut etiamſi non pro jure fœderis, ac pro imperio poſceretur, ſed precario rogaretur. HOTT. Mihi videtur *precario* excidiſſe ſuo loco, & ſic Ciceronem ſcripſiſſe: *Etiamſi eſſent rogandi, precario tamen ab iis impetraretur*. GRAV. Noſtri codices nihil variant. LALL. *Precario rogare* eſt rogare, ut precario aliquid detur. Sic l. 21. §. 3. D. de

bat enim tibi & imperandi vim, & rogandi conatum præclara illa, non populo Romano reddita biremis, ſed Prætori donata Cybea: ea fuit merces imperii, auxilii, juris, conſuetudinis, fœderis. Habetis unius civitatis firmum auxilium amiſſum, ac venditum pretio: cognoſcite nunc novam prædandi rationem, ab hoc primum excogitatam.

24. Sumtum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, ceteriſque rebus navarcho ſuo quæque civitas ſemper dare ſolebat: is neque, ut accuſaretur a nautis, committere audebat, & civibus ſuis rationem referre debebat: in illo omni negotio, non modo labore, ſed etiam periculo ſuo verſabatur. Erat hoc, ut dico, factitatum ſemper, nec ſolum in Sicilia, ſed in omnibus provinciis; etiam in ſociorum, & Latinorum ſtipendio, ac ſumtu; tum cum illorum auxiliis uti ſolebamus. Verres poſt imperium conſtitutum primus imperavit, ut ea pecunia omnis a civitatibus ſibi adnumeraretur, ut is pecuniam tractaret, quem ipſe præfeciſſet: cui poteſt eſſe dubium, quamobrem & omnium conſuetudinem veterem primus immutaris., & tantam utilitatem

de adq. poſſ. *Qui alienam rem precario rogavit*. Adde l.36. D. eod. Quis porro non videt, in hac locutione ſubaudiri perſonam, quæ rogetur de re, a qua res poſtulatur? Quis hanc perſonam neſcit ita exprimi poſſe: *Verres navim precario rogat Mamertinos?* Cur igitur paſſive dici non poterit: *Precario navem eſſent rogandi Memertini?* GAR.

Merces imperii auxilium juris) Vetus, *auxilii*, *juris*: & ſic puto legendum; nam per irriſionem loquitur cum indignatione, quaſi diceret, Mamertini hanc tibi Cybeam perſolverunt, quaſi mercedem imperii populi Romani & auxilii, quod ei ex fœdere præſtare debent: hoc apparet infra, unde etiam intelligitur *tui merces*, ut in aliis: ſed *fuit merces*, ut in hoc noſtro corrigendum eſſe. HOTT.

Auxilii, juris, conſuetudinis, &c.) Sic eſt ſcriptum in cod. MSo, & ita legendum; non, ut vulgo, *auxilium juris, conſ.* LAMBIN.

Navarcho ſuo) Lamb. ex MSo numeroſius, *ſuo quæque navarcho civitas*. GAR.

Rationem referre) Reg. *rationes ferre*; lege: *rationes referre*. Sic alibi ſæpe loquitur. GRAV.

Etiam in ſociorum, & Latinorum ſtipendio ac ſumtu) De Latinarum civitatum jure ac conditione, quo tempore Latium in populi Romani ditionem ſubactum eſt, quoniam nonniſi pluribus verbis explicari poteſt, melius eſt ex Livio cognoſcere, eo loco quem indicabo, libro ſcilicet Decadis, I. octavo: paucis paginis poſt libri initium. HOTT. De Latii jure Caroli Sigonii exſtat pereruditus commentarius, qui eſt conſulendus. GRAV.

Poſt imperium conſtitutum) Eodem modo dicitur, ut, *poſt urbem conditam*. HOTT.

Ut is pecuniam) Ita ex repetit. Lamb. Gruterus, & recentiores: at ipſe Lamb. ex MSis, & cum edd. Ven. Naug. Man. &c. *ut is eam pecuniam*. Itaque ſic puto legendum. GAR.

De-

tem per alios tractandæ pecuniæ neglexeris, & tantam difficultatem cum crimine, moleſtiam cum ſuſpicione ſuſceperis? Deinde alii quæſtus inſtituuntur, ex uno genere navali, videte quam multi: accipere a civitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo miſſos facere nautas: miſſorum omne ſtipendium lucrari: reliquis, quod deberet, non dare. Hæc omnia ex civitatum teſtimoniis cognoſcite. Recita teſtimonia civitatum.

25. Huncine hominem? hancine impudentiam, judices? hancine audaciam? civitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere? certum pretium, ſexcentenos nummos nautarum miſsioni conſtituere? quos qui dederat, commeatum totius æſtatis abſtulerat: iſte, quod ejus nautæ nomine pro ſtipendio, frumentoque acceperat, lucrabatur: ita quæſtus duplex unius miſsione fiebat. Atque hæc homo amentiſsimus in tanto prædonum impetu, tantoque periculo provinciæ, ſic palam faciebat, ut & ipſi prædones ſcirent,

Deſcribere) Poſteriores dixerunt *taxare*. HOTT.

Certo pretio ſexcentenos nummos, nautarum miſſione conſtituere) Apertius ita legeretur, & (ut opinio mea fert) rectius, *certum pretium, ſexcentenos nummos, nautarum miſſioni conſtituere*. IDEM. *Certum pretium, ſexcentenos nummos*) Ita P. Manutius de conjectura Hottomanni, quam modo firmat codex Cujac. in quo præterea *ſeſ.enos*: non male; prius editi: *certo pretio ſexcentos*. GRVTER. Ita ex eod. Cujac. aliiſque fortaſſe Lambinus. Vide Manut. GAR.

Quos qui dederat) Si quis nimirum nauta miſſionem impetraſſet, dato pretio, neceſſe erat civitatem, quæ nautam illum dediſſet, ſublevari commeatu ſex menſium; nam totidem militia navalis durabat menſibus. At Verres præter miſſionis pretium, commeatum quoque lucrabatur in ſex menſes, h. e. ſtipendium, & frumentum pro illius nautæ victu. Ita uno miſſo nauta duplex fiebat quæſtus: dabantur enim Verri ſexceni nummi, pretium miſſionis, & alia inſuper pecunia ſtipendii, & frumenti nomine pro eodem nauta. Hæc minus accurate Manutius. FERRATIVS. De v. *commeatus* vide GRÆV. ad c. 43. GAR.

Quod & nautæ) Codex Memmianus, *Quod ejus nautæ*. Placet. HOTTOM. *Iſte, quod militis, & nautæ nomine*) Cum in libris MSis ſcriptum reperiſſem, *quod ejus nautæ nomine*: in vulgatis autem legeretur, *quod & nautæ nomine*, ſæpeque me in hoc loco hærere meminiſſem, ego ſic reſpoſui, *iſte quod militis & nautæ nomine, &c.* Erant enim alii remiges a militibus; infra: *remigibus, militibuſque dimiſſis*; ſupra non longe: *civitatibus pro numero militum pecun. ſumm. deſcrib.* LAMB. *Quod & nautæ nomine*) Dictiuncula &, non eſt in Cujac. Lambinus conjecturam ſuam nobis obtruſerat: *quod militis & nautæ nomine*; malim, ut invenerat in ſcriptis ſuis, *quod ejus nautæ nomine*: qui videlicet ſexcentos nummos dederat, ut interpretatur Guiliſlmius. GRVTER.

Itaque quæſtus duplex) Reſcripſi ex Reg. & Franc. *Ita quæſtus duplex* GRÆV. Accedit cod. Lamb.

rent, & tota provincia teſtis eſſet. Cum propter iſtius hanc tantam avaritiam, nomine claſsis eſſet in Sicilia, re quidem vera naves inanes, quæ prædam Prætori, non quæ prædonibus metum afferrent: tamen, cum P. Cæſetius, & P. Tadius decem navibus his ſemiplenis navigarent, navem quamdam piratarum præda refertam, non ceperunt: ſed abduxerunt, onere ſuo plane captam, atque depreſſam. Erat ea navis plena juventutis formoſiſsimæ, plena argenti facti, atque ſignati, multa cum ſtragula veſte. Hæc una navis a claſſe noſtra non capta eſt, ſed inventa ad Megaridem: qui locus eſt non longe a Syracuſis: quod ubi iſti nunciatum eſt; tametſi in acta cum mulierculis jacebat ebrius,

Nomine claſſis, eſſent in Sicilia re quidem vera naves inanes) Confuſa locutio: concinnior erit ſententia, ſi ſic legamus, & verba interpungamus: *Nomine, claſſis eſſet in Sicilia: re quidem vera, &c.*, ut ſit, verbo & ſimulatione claſſis erat in Sicilia: at revera, &c. Hottom. *Nomine, claſſis eſſet in Sicilia, re quidem, &c.*) Sic habent libri MSi, & ita tamen emendaverat Hottomannus, conjectura ductus: idemque mihi, nondum conſultis veteribus libris, venerat in mentem. Lamb.

P. Ceſetius, & P. Tadius) Verris legati, ut conſtat ex ſuperioribus. Hottom. Infra c. 31. *Naves, quibus Legatus præfuerat, Cleomeni tradit*: & hic paullo poſt: *Quæſtori, Legatoque ſuo cuſtodes miſit complures*. Vide Hott. ad c. 52. Cum itaque conſtet ex II. Acc. 20. Legatum Verris P. Tadium fuiſſe, neceſſe omnino eſt, Quæſtorem fuiſſe Cæſetium, ut vidit Manutius. Confer notas ad IV. Acc. 65. ubi hic idem in cod. Reg *Caius*, qui h. l. ſummo conſenſu *Publius* eſt: quod videtur hactenus prænomen relinquendum. Gar.

Non ceperunt, ſed abduxerunt) Profert hunc locum Nonius in verbo, *capere*. Lambin. Reg. *adduxerunt*. Græv.

Ex claſſe noſtra) *A claſſe*, antiquus liber: quod perſpicue verum eſt. Hott.

Ad Megaridem) Megaris, quæ & Megara, olim Hybla dicta, vicina eſt Syracuſis civitas, cujus portus Megarenſis, de qua vide Cluv. Sicil. antiq. I. 11. Græv.

Tametſi noctu) Memmianus codex, *in acta*, quod valde arridet. Hott. *Tametſi in acta cum mulierculis, &c.*) Sic reſtitui ex auctoritate codicum MSorum: *in acta* autem, id eſt, in litore Syracuſano: in loco litoris Syracuſani, qui hoc nomine communi appellabatur veluti proprio; ſic infra: *Uxorem ejus parum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere*. Et inferius: *Tum iſtius acta commemorabitur*; ubi vulgo legitur, *commemorabantur*, plane mendoſe, ut ſuo loco oſtendemus. Quamvis autem, *in acta*, repoſuerim, libros MSos ſecutus, tamen vocem, *noctu*, quæ eſt in vulgatis, retinendam putaverit aliquis alius: nam ex iis, quæ poſt ſequuntur, apparet navim illam noctu appulſam eſſe Syracuſas. Neque incredibile eſt, librarium ſcriptorem, cum, *in acta*, ſcripſiſſet, vocem, *noctu*, per imprudentiam prætermiſiſſe; ſed hac de re judicet lector: nos libros veteres ſecuti ſumus: hoc tantum: ſi quis tamen ſententiam meam exquirat, eam vocem delendam exiſtimo Lamb. *Tametſi in acta*) Non auſus ſum abire a libris Lambini; utique cum eis reſponderet Cujacianus: vulgata *tametſi noctu*: illepide, meo qui-

ebrius, erexit ſe tamen, & ſtatim Quæſtori, Legatoque ſuo cuſtodes miſit complures, ut omnia ſibi integra quam primum exhiberentur. Appellitur navis Syracuſas, exſpectatur ab omnibus, ſupplicium ſumi de captivis putatur: iſte, quaſi præda ſibi advecta, non prædonibus captis, ſi qui ſenes, aut deformes erant, eos in hoſtium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiique habebant, abducit omnes, nonnullos ſcribis ſuis, filio, cohortique diſtribuit: ſymphoniacos homines ſex cuidam amico ſuo Romam muneri miſit: nox illa tota exinaniunda navi conſumitur. Archipiratam ipſum videt nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit: hodieque omnes ſic habent (quid ejus ſit, vos con-

quidem judicio. GRVTER. Reg. recte *in actis*. In actis enim ſolebant genio indulgere. Hinc ακτιζειν Græci dicunt, ut alibi oſtenſum. GRÆV.

Cuſtodes miſit) Id eſt, obſervatores, & exploratores: qui ſi rationes quoque perſcriberent, atque conficerent, αντιγραφεις a Græcis appellabantur. HOTT.

Exſpectatur ab omnibus, &c.) Hic locus ſine dubio corruptus eſt: nam primum, *ſupplicium de captivis ſumi putatur*, genus loquendi duriuſculum eſt, & prope inſolens: deinde hoc totum, *ſumi de captivis putatur*: abeſt a libris manuſcriptis. Memmius putat legendum, *ſpectatur ab omnibus*: nempe *navis*, cui difficile eſt non aſſentiri: reſtat vox, *ſupplicium*, ſola, ſi libris manuſcriptis fidem habeas. Quid ſi dicamus ita legendum: *ſpectatur ab omnibus: exſpectatur ſupplicium de captivis?* quid ſi ſic? *exſpectatur ab omnibus ſupplicium de captivis*: conſideret lector. LAMB. *Supplicium ſumi de captivis putatur*) Lambinus varie heic hariolatur: mihi omnia ſana ſunt: opinio hæc Syracuſanorum erat, cum moras duceret Verres in ſuo loco, punire ipſum captivos ultimo ſupplicio &c. forſan tamen planior eſſet ſenſus, ſi diſtingueremus: *Appellitur navis: Syracuſas exſpectatur ab omnibus: ſupplicium &c.* quomodo eſt in Pal. ſec. GRVTER. Infauſta hæc ambiguitas. Sententia clara eſt, non aliud notans, quam ſumtum iri creditur, vel ut ſumatur exſpectatur: vide Paterna ad Livium II. 5. IACOB. GRONOVIVS. In cod. Reg. non ſunt *ſumi putatur*. GRÆV.

Cohortique) *Cohorti* Prætoriæ, qua pro præſidio Prætores utebantur. HOTTOM.

Symphoniacos ſex) Omnes & MSi, & impreſſi veteres, *Symphoniacos homines ſex*, a quorum auctoritate ſine cauſa diſcedere non auſim. HOTTOM. *Homines* cod. Reg. & Victorii editio quoque agnoſcit. Cur deleverit Robertus Stephanus, P. Manutius, & recentiores editores, quidem ignoro. Nam & ſuperius dixit *ſymphoniacus ſervus*; & pro Milone, *ſymphoniaci uxoris pueri*. *Homo* vero ſæpe, quod notum, ponitur pro ſervo. GRÆV.

Sic habent perſuaſum) Libri veteres non habent vocem, *perſuaſum*: ea vero fortaſſe delenda eſt; ſic enim loquuntur Latini, *ſic habeto*, *ſic habetote*. LAMBIN. *Sic habent perſuaſum &c.*) Accedit Guilielmius Lambinianis, qui non exhibent illud *perſuaſum*, vultque *habere*, eſſe putare, exiſtimare. Terentius Adelphis: *Eduxi a parvulo, habui, amavi, pro meo*, ubi videndus Donatus. GRVTER. In Reg. & melioribus libris, quos Lambinus, & Gruterus evolverunt, non invenitur, *perſuaſum*, merito id cum Roberto Stephano, damnamus & expungimus. Inculcata fuit hæc vox *perſuaſum* ab im-

conjectura quoque adſequi debetis) iſtum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe.

26. Conjectura bona eſt: judex eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non movetur: hominem noſtis: conſuetudinem omnium tenetis: qui ducem prædonum, aut hoſtium ceperit, quam libenter eum palam ante oculos omnium eſſe patiatur. Hominem in tanto conventu Syracuſis vidi neminem, judices, qui archipiratam captum vidiſſe ſe diceret; cum omnes, ut mos eſt, ut ſolet fieri, concurrerent, quærerent, videre cuperent. Quid accidit, cur tantopere iſte homo occultaretur, ut eum ne caſu quidem quiſquam adſpicere poſſet? Homines maritimi Syracuſis, qui

imperitis ſciolis, qui neſcierunt Ciceronis frequentiſſimum loquendi genus, *ſic habeo*, *ſic habebant omnes*. Orat. pro Cœlio: *Sic habebant*, *quæcumque in equite Romano dignitas eſſe poteſt*, *eam ſemper in M. Cœlio habitam eſſe ſummam*. *hodieque haberi ab omnibus*. Sed pudet exempla congerere. Quis enim tam hoſpes eſt in Tullio, qui non facile ſexcenta poſſit afferre? Idem autem eſt, ut recte Guilielmius, *habeo*, quod exiſtimo, perſuaſum habeo. Sed exemplum, quod ex Terentio ſive Guilielmius, ſive Gruterus attulit, plane *ἀπροσδιόνυσον*. GRAV. Hanc vocem Lallem. quoque, ſuis MSis omnibus jubentibus, expunxit. Lamb. omiſit vocem *quoque*, MSo auctore. GAR.

Conjectura bona eſt) Sic omnes antiqui: nunc ſunt qui reponant, *conjectura eſt*, quod antiquandum puto. Nam *conjecturam bonam* dixiſſe videtur: pro bona copia æſtimandi datur: bona facultas eſt conjecturæ faciendæ. HOTTOM. Non eſt tamen in Reg. *bona*, & poteſt abeſſe. GRÆV.

Ut mos eſt, *ut ſolet fieri*) Poſtremum e margine ſumtum videtur, & ab indoctis librariis cum veris, germaniſque verbis contextum. IDEM. Supereſt tamen recte (neque hic exiſtimo exempla repetitionum ejuſmodi congerenda) in omnibus, opinor, MSis, certe in præſtantioribus. Supra omnes ex Lamb. *conſuetudinem omnium*: antea, *conſuetudinemque*. GAR.

Homines maritimi Syracuſis) Alii, opinor, omnes, *homines Mamertini*: quod perſpicue falſum eſt: cum de Mamertinis numquam niſi invidioſe & maledice loquatur. Nam Mamertini legationem, quemadmodum ſæpe antea dictum eſt, laudandi Verris cauſa miſerant. HOTTOM. *Homines maritimi Syracuſis*, *&c.*) Hic eſt *ἀνακόλουθον*, nam quo pertineat caſus hic rectus, *homines*, non apparet: niſi forte aliquis dicat, ſubintelligendum verbum ſubſtantivum, *ſunt*. At ego malim intereſſe, quam abeſſe: ut ita legamus: *Homines ſunt maritimi Syracuſis*. In quibuſdam libris vulg. impreſſum eſt: *Erant homines maritimi*, *&c.* LAMBIN. *Homines maritimi Syracuſis*) In vetere libro ſcriptum eſt, *erant homines Mamertini Syracuſis*: quæ lectio placet. F. URSIN. *Homines maritimi Syracuſis &c.*) In Pall. & olim impreſſis inveni, *Homines Mamertini Syracuſis*; & profecto videtur veroſimile, ſi non verum. GRUTER. Sic ſane & P. Francii liber, ſed Reg. cod. & edd. poſt Victorianam omnes, *homines maritimi Syracuſis*. Sed ſive *maritimi* legas, ſive *Mamertini*, eſt tamen *ἀνανταπόδοτον*: qualia plura in Cicerone MSo, & ceteris optimæ notæ ſcriptoribus inveniri dudum viri docti obſervarunt. Divinat. in Cœlium: *Putas ne te poſſe de maximis acerbiſſimiſque rebus*, *cum cauſam ſociorum*, *fortunaſque pro-*

Digitized by Google

qui ſæpe iſtius ducis nomen audiſſent, cum eum ſæpe timuiſſent, cum ejus cruciatu, atque ſupplicio paſcere oculos, animumque exſaturare vellent: poteſtas adſpiciendi nemini facta eſt. Vnus plures prædonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea. Ecquando igitur iſto fructu quiſquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? At contra, quacumque iter fecit, hoc jucundiſsimum ſpectaculum omnibus vinctorum, captorumque hoſtium præbebat. Itaque ei concurſus undique fiebant, ut non modo ex his oppidis, qua ducebantur, ſed etiam ex finitimis viſendi cauſa convenirent. Ipſe autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratiſsimus populo Romano fuit, atque jucundiſsimus? quia nihil eſt victoria dulcius: nullum eſt autem teſtimonium victoriæ certius, quam, quos ſæpe metueris, eos te vinctos ad ſupplicium duci videre. Hoc tu quamobrem non feciſti? quamobrem ita iſte pirata celatus eſt, quaſi eum adſpicere nefas eſſet? quamobrem ſupplicium non ſumſiſti? quam ob cauſam hominem reſervaſti?

provinciæ, jus populi Romani, gravitatem judicii legumque ſuſceperis, tot res tam graves, tam varias, voce, memoria, conſilio, ingenio, ſuſtinere? Liv. lib. II. 12. *Cum C. Mucius adoleſcens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum ſervientem, cum ſub Regibus eſſet, nullo bello, nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe, liberum eumdem populum ab iiſdem Etruſcis obſideri, quorum ſæpe exercitus fuderit: itaque magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus primo ſua ſponte penetrare in hoſtium caſtra conſtituit.* Vbi eadem ratione, ut hic Lambinus, queritur Sigonius de ἀνακολούθῳ. Nihil enim eſſe quod reſpondeat recte illi *C. Mucius*, itaque legendum eſſe, *C. Mucio adoleſcenti nobili indignum videbatur*. Sed merito fuit exploſa iſta emendatio a Gronovio, quem ibi vide, ut & ad Senecam de Ira, lib. III. *Mamertini* vero jure damnavit Hottomannus & alii. Cur enim Mamertini ſoli, qui Syracuſis erant, tanta flagraſſent cupiditate videndi archipiratam? Imo *maritimi* omnes, quicumque Syracuſis erant, ſive Mamertini, ſive Syracuſani, ſive Megarenſes, quicumque tandem, quos miſere vexarat, hoc videre cupiebant; & clariſſime caput ſequens oſtendit, *maritimos* legendum. Sic enim de hoc ipſo pirata: *Amandat hominem; quo? Lilybæum fortaſſe. Video: tamen homines maritimos non plane reformidat*, ſi ſcilicet in urbem maritimam ablegaſſet. GRÆV.

P. Servilius) Iſauricus: de quo Verrina III. dictum eſt: qui Phaſelin, Olympum, & Iſauricum Ciliciæ urbes, quibus ſe piratæ tuebantur cepit. Cicero poſtea Niconem nobiliſſimum piratam nominat a Servilio captum, & cum fugiſſet, recuperatum. HOTT.

Non liceret? At contra, &c.) Subintelligenda eſt reſponſio negans ad hoc, *non liceret?* hoc modo: *Ecquando igitur iſto fr. quiſq. car. ut vid. pir. capt. non liceret?* Numquam. At contra, &c. *Ecquando enim*, idem valet, quod aliquando, ut *ecquis*, idem quod num quis. LAMBIN. V. C. Burmannus Tom. II. Anthol. p. 495. notat hic *& quando* legi in cod. Huydecoper. ita

ſti? ecquem audiſti in Sicilia antea captum archipiratam, qui non ſecuri percuſſus ſit? unum cedo auctorem tui facti: unius profer exemplum. Vivum tu archipiratam ſervabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres. Neque enim quidquam erat jam reliquum, niſi ut, claſſe populi Romani pulcherrima amiſſa, provinciaque lacerata triumphus navalis tibi decerneretur.

27. Age porro, cuſtodiri ducem prædonum novo more, quam ſecuri feriri omnium exemplo magis placuit: quæ ſunt iſtæ cuſtodiæ? apud quos homines? quemadmodum eſt aſſervatus? Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis: plerique noſtis: opus eſt ingens, magnificum, regum, ac tyrannorum:

Venera ferme perpetuo. Ipſe tamen vulgatam præfert, quem vide, & quæ diximus ad II. Acc. 4. IV. 8. GAR.

Ecquem audiſti in Sicilia) Reg. cod. *ecquem ſ.is in Sicilia*. GRAV. Et cod. Lamb.

Quem ante currum tuum duceres) Nam moris fuit, ut qui triumphantes urbem inirent, vinctos hoſtium duces ante currum ſuum ducerent, eoſque cum de foro in Capitolium currum flectere inciperent, duci in carcerem ſecurique feriri juberent. HOTT.

Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis) *Latomias*, legendum potius exiſtimarem, παρα το λαε και τεμνειν: unde *latomi* etiam nominati, qui lapides excidunt. Et ſic apud Varronem ſcriptum reperio, libro de Lingua IV. *Quod*, inquit, *Syracuſis vocantur Latomiæ, & de Latomis translatum, quod hic quoque in eo loca lapidicinæ fuerunt*. Et apud Sex. Pompeium: *Latumias*, inquit, *ex Græca, & maxime a Syracuſanis, qui Latomias & appellant, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis excisi ſunt lapides ad exſtruendam urbem*. Itaque λιθοτομιας Thucydides appellat, libro VII. extremo, ſic ſcribens: Και τους μεν αλλους Αθηναιων, και των ξυμμαχων όποσους ελαβον, κατεβιβασαν ες τας λιθοτομιας, ασφαλεστατην ειναι νομισαντες την τηρησιν. *Et ceteros quidem Athenienſium ac ſociorum; quoſcunque ceperant, in lapicidinas demiſerunt, eam cuſtodiam tutiſſimam eſſe ducentes*. Paucis autem poſt verſibus locum deſcribit his verbis, quæ non inutile fuerit ſubjicere: Τους δ' εν ταις λιθοτομιαις οἱ Συρακουσιοι χαλεπως τους πρωτους χρονους μετεχειρισαν· εν γαρ κοιλῳ χωριῳ οντας πολλους οἵτε ἡλιοι το πρωτον και το πνιγος ετι ελυπει, δια το αστεγαστον. και αἱ νυκτες επιγιγνομεναι τουναντιον μετοπωριναι, και ψυχραι, τῃ μεταβολῃ ες ασθενειαν ενεωτεριζον. παντα τε ποιουντων αυτων δια στενοχωριαν εν τῳ αυτῳ, και προσετι των νεκρων ὁμου επ' αλληλοις ξυννενημενων, οἵ εκ τε των τραυματων, και δια την μεταβολην, και το τοιουτον, απεθνησκον. και οσμαι ησαν, ουκ ανεκτοι. Quem locum ſic convertimus: *Eos vero qui in Latomiis erant, Syracuſani primum duriter & acerbe tractabant. Cum enim illo in loca concavo frequentes eſſent, primum quidem ſol & æſtus eos offendebant, quod locus apertus eſſet, ac ſine tecto. Noctes autem inſequentes, quæ Autumnales erant & frigidæ, nova & contraria ratione propter mutationem morbos inducebant. Eo accedebat, quod propter loci anguſtias ibidem omnia facere, & naturæ neceſſitati parere cogebantur: quia etiam cadavera eorum, qui aut ex vulneribus, aut propter illam aeris mutationem, aut ſimili quapiam de cauſa mortem obierant, ſimul congeſta & coacervata erant. Ex quo quidem odoris intolerabilis fœditas conſequebatur*. HOTTOM.

Latomias Syracuſanas, &c.) Non uno modo ſcribitur hoc nomen. Nam apud Feſtum, *latumiæ*, apud nonnullos

Digitized by Google

rum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo: nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum undique, nihil tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt. In has lautumias, ſi qui publice cuſtodiendi ſunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. Eo quod multos captivos cives Romanos conjecerat, & quod eodem ceteros piratas contrudi imperarat; intellexit, ſi hunc ſubdititium archiparatam in eamdem cuſtodiam dediſſet, fore, ut a multis illis in lautumiis verus ille dux quæreretur. Itaque hominem huic optimæ, tutiſſimæque cuſtodiæ non audet committere: denique Syracuſas totas timet: amandat hominem: quo? Lilybæum fortaſſe? Video: tamen homines maritimos non plane reformidat. Minime, judices. Panormum igitur? Audio: quamquam Syracuſis, quoniam in Syracuſano captus erat, maxime, ſi minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. Ne Panormum quidem. Quo igitur? quo putatis? Ad homines a piratarum metu, & ſuſpicione alieniſſimos, a navigando, rebuſque maritimis remotiſſimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, ſummos aratores: qui nomen numquam tenuiſſent maritimi prædonis, unum, te Prætore, horruiſſent Apronium, terreſtrem archipiratam. Et, ut qui-

los *latomæ*, apud alios, *lautumiæ*, ſcriptum reperio: Omnino *latomiæ* efferebant Syracuſani: a quibus Latini mutuati ſunt. Verumtamen, cum *latomiæ* dictum ſit pro *lactomiæ*, & *o*, ſæpe vertant Latini in *u*, credibile eſt, eos *lautumiæ* dixiſſe. Ego tamen libros vulgatos ſequutus ſum, non pugnaturus, ſi quis, *lautumias*, ſeu *lautomias* malit. LAMBINVS. Omnino recte Reg. & libri *lautumiæ* pro lautomiæ: ſic apud Iuſtin. *Laudice* pro Laodice, apud Plin *Laudicea* pro Laodicea, alibi *Laumedon* pro Laomedon. GRAV. Eadem antea notaverat hic Camerarius, & ipſe Græv. ad I. Accul. 5. Firmant hanc ſcripturam Liviani codices XXVI. 27. XXXVII. 3. &c. & Senecæ locus apud Gronov. ad ſecundum illum Livii locum. GAR.

A multis illis in lautumiis verus ille dux) Reg. *A multis ille dux*, reliquis omiſſis, quæ videntur inculcata eſſe ab interprete: paullo ante idem cod. *ſubditivum* ſcribit. GRAV. Suſpicionem gloſſæ auget Veneta, quæ habet mendoſe, *ille in laut. verus ille dux*. Subditivum autem hominem dixit Plautus Amphitr. I. 2. 35. II. 2. 198. idemque hominem ſubdititium Pſeud. II. 4. 62. Eadem varietas eſt in Suetonii Nerone VII. ubi vide Burm. & Oudend. qui cum Caſaubono prætulit *ſubditivum* (agitur de Britannico) ex multis, & optimis MSis. Hoc loco ſtat optimus contra pleroſque, & nihil admodum intereſt. Quin etiam Regio Cujacianus opponi poteſt. GARATON.

Quo igitur? quo putatis?) Sic longe verius codex Reg quam vulgati, *quid igitur?* In cod. Reg. *putaſtis*. GRAV.

Terreſtrem Archipiratam) Hanc eſſe ali-

ut quivis facile perſpiceret, id ab iſto actum eſſe, ut ille ſuppoſitus facile, & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet, imperat Centuripinis, ut is victu, ceteriſque rebus quam liberaliſsime, commodiſsimeque habeatur.

28. Interea Syracuſani, homines periti, & humani, qui non modo ea, quæ perſpicua eſſent, videre, verum etiam occulta ſuſpicari poſſent, habebant rationem omnes quotidie piratarum, qui ſecuri ferirentur: quam multos eſſe oporteret, ex ipſo navigio, quod erat captum, & ex remorum numero conjiciebant. Iſte, quod omnes, qui artificii aliquid habuerant, aut formæ, removerat, atque abduxerat, reliquos ſi, ut conſuetudo eſt, univerſos ad palum alligaſſet, clamorem populi fore ſuſpicabatur, cum tanto plures abducti eſſent, quam relicti: propter hanc cauſam cum inſtituiſſet alios alio tempore producere, tamen in tanto conventu nemo erat, quin rationem, numerumque haberet, & reli-

aliqui clauſulam putant, de qua Quinctilianus I. O. IX. 4 Confer ed. Burm. p. 850. 860 utrobique legitur, *Archipiratæ*: quam quidem clauſulam pro nimis molli habet Quinctilianus. Qui ſane corruptus p. 850. mihi videtur: neque huc reſpexiſſe. GAR.

Commodiſſimeque habeatur) Libri veteres habent partim, *adhibeatur*, partim, *adhiberetur*. LAMB.

Homines periti & humani) Animadvertendum, *humanos* dici pro acutis & ingenioſis: quales ſunt Siculi; quod Gellius lib. XIII. hujus verbi vim exquirens, prætermiſiſſe videtur. HOTT. Vide Manut. GRAV.

Ex navigio quod erat factum ſex remorum numero) Pagina inſequenti *myoparonem pyraticum* appellat. Itaque non dubium eſt, quin Memmiani codicis ſcriptura melior ſit, *quod erat captum, & ex remorum, &c.* puto tamen etiam particulam & ſuperius deeſſe, ut ſit: *Oporteret & ex ipſo*. IDEM. *Quod erat factum ſex remorum numero*) Vix me abſtineo ab Cujaciani cod. ſcriptura, quam admiſit Lambinus, *quod erat captum, & ex remorum numero*; licet eadem ſententia reſultet ex vulgata. GRUTER. Miror hic Gruterum, qui ex vulgata ſententiam poteſt elicere, quam ne Argo oculatior poſſet ibi perſpicere. Primo Latinis nihil eſt *navigium factum ſex remorum numero*. Dein, ſi latinæ linguæ ratio ferret, ut ſignificare poſſet, fuiſſe navigium, in quo fuerint ſex remiges, quis poſſet credere, tantam navem tam paucis remigibus inſtructam eſſe, & inſtrui potuiſſe? Nugæ meræ ſunt. Optime & certiſſime Memmii, ut & Cujacii & Reg. libri: *quod erat captum, & ex remorum numero*; & hoc olim recepit Robertus, ut mirer, cum nihil ſit clarius, nihil altero ineptius, ſequentes editores eum non ſecutum fuiſſe. GRÆV. Maluit in hac luce tamen Grutero adhærere Verburgius. GAR.

Cum tanto plures) Obſcura mihi locutio: quod ſi quis liber *altero tanto* ſcriptum haberet, eam lectionem non gravate cum hac noſtra commutarem. HOTTOM. *Cum tanto plures adducti eſſent*) *Cum altero tanto plures adducti eſſent*, vetus liber. F. URSIN. *Cum tanto plures abducti eſſent &c.*) Fulviani libri lectionem ſequitur Guilielmius, *cum altero tanto plures*. GRUTER. Mihi recte optimos, & pleroſque codices

reliquos non deſideraret ſolum, ſed etiam poſceret, & flagitaret. Cum maximus numerus deeſſet, tum iſte homo nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere, & ſupponere cœpit cives Romanos, quos in carcerem antea conjecerat: quorum alios, Sertorianos milites fuiſſe inſimulabat, & ex Hiſpania fugientes ad Siciliam appulſos eſſe dicebat: alios, qui a prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent, aut aliquam ob cauſam navigarent, ſua voluntate cum piratis fuiſſe arguebat. Itaque alii cives Romani ne cognoſcerentur, capitibus obvolutis e carcere ad palum, atque ad necem rapiebantur: alii cum a multis civibus Romanis recognoſcerentur, ab omnibus defenderentur, ſecuri feriebantur. Quorum ego de acerbiſsima morte, crudeliſsimoque cruciatu dicam, cum eum locum tractare cœpero: & ita dicam, ut, ſi me in ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de civium Romanorum indigniſsima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat, id mihi præclarum, & jucundum putem.

29. Hæc igitur eſt geſta res; hæc victoria præclara: myoparone piratico capto dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſsi: formoſi homines, & adoleſcentes, & artifices domum abducti: in eorum locum, & ad eorum numerum cives Romani hoſtilem in modum cruciati, & necati: omnis

dices dediſſe recte videntur, *tanto plures*, h. e. multo plures. Exempla vide apud Drak ad Liv. II. 20. Mox Lamb. ex MSo: *Cum magnus numerus deeſſet*. Gar.

Alios Sertorianos milites) Q. Sertorius a Sulla proſcriptus in Vlteriore Hiſpania bellum ingens excitavit, plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Metellum & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit, tandem octavo ducatus ſui anno a M. Antonio, & M. Perpenna, aliiſque conjuratis in convivio interfectus eſt, magnus dux, & adverſus duos Imperatores ſæpe par. Livius, Plutarchus, Appianus. Hott.

Aut aliquam ob cauſam navigarent) Vetus: *Aliquam aliam ob cauſam*; & puto rectius. Idem. *Aut aliquam aliam ob cauſam*) Eſt a veteri libro Hottomanoi. Vox enim *aliam* prius deerat. Gruter. Non tamen unius libri auctoritate hanc vocem ſuſtinui verbis Tullii inſerere, cum nec in Reg. Franc. & aliis libris exſtet, nec requiratur neceſſario. Qui aliquam ob cauſam, non mercaturæ cauſa, navigabant. Grev. Lambinus Hottomannum ſequitur, Cujaciano invito, ſi recte id ex Guilielmii ſilentio conjicitur. Erat tamen *aliam* in MSo etiam Iannoctii. Gar.

Recognoſcerentur) Ed. MCDLXXXIII. & Lamb. ex MSo, *cognoſcerentur*, recepitque Car. Stephanus. Certe infra c. 52.

omnis veſtis ablata: omne aurum, & argentum ablatum, & averſum. At quemadmodum ipſe ſeſe induit priore actione? qui tot dies tacuiſſet, repente in M. Annii, hominis ſplendidiſsimi teſtimonio, cum is civem Romanum dixiſſet, archipiratam negaſſet ſecuri eſſe percuſſum, exſiluit, conſcientia ſceleris, & furore ex maleficiis concepto excitatus: dixit, ſe, quod ſciret ſibi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, neque de vero archipirata ſumſiſſe ſupplicium, ideo ſecuri non percuſsiſſe: domi eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos. O clementiam populi Romani, ſeu potius patientiam miram, ac ſingularem! Civem Romanum ſecuri eſſe percuſſum Annius, eques Romanus dicit: taces: archipiratam negat: fateris: fit gemitus omnium, & clamor, cum tamen a præſenti ſupplicio tuo ſe continuit populus Romanus, & repreſsit, & ſalutis ſuæ rationem judicum ſeveritati reſervavit. Qui ſciebas tibi crimini datum iri? quamobrem ſciebas? quamobrem etiam ſuſpicabare? inimicum habebas neminem: ſi haberes, tamen non ita vixeras, ut me-

c. 52. de hac eadem re: *qui a multis cognoſcerentur*. Idem.

Quemadmodum ipſe ſeſe induit) Irretivit, illaqueavit. Similiter libro Accuſat. II. *Videte porro aliam dementiam: videte, ut, dum expedire ſeſe vult, induat*. Locutio a feris translata eſt, quæ plagis ſibi a venatoribus poſitis quo magis expedire ſe conantur, eo magis impediunt. Hott.

Cum is civem Romanum) Liber Cujac. *civem Rom.* quod ſe tuetur illo infra mox, *civem Rom. ſecuri eſſe percuſſum.* Gruter. Sic & Reg. ille delet quoque copulam. Græv. Recte: mendi origo in notis eſt, quibus codices iſta exhibent. In Veneta etiamnum ſupereſt, *C. Ro.* Copulam omiſerat etiam Lambinus. Gar.

Securi non percuſſiſſe) Sed domi ad judicium ſuum conſervaſſe, quo facilius crimen inimicorum diluere poſſet. Hott.

Fit in eo gemitus omnium) *In eo* non agnoſcit Reg. & merito reſpuitur. Græv.

Salutis tuæ rationem) An populus ſalutis Verris rationem ſervavit judicibus? Olim in hoc loco hæſi. Sed expediit me Regius codex, qui ſcribit: *Salutis ſuæ rationem*. Continuit ſe populus Romanus, & te non puniit, qui civem Romanum pro Archipirata percuſſiſti ſecuri, in quo ſua ſalus agitur, quam commiſit judicibus vindicandam. Nihil certius. Idem. *Suæ*, Græv. ex optimo ſuo cod. & ſic habent tres e noſtris; quartus cum vulgatis, *tuæ*, quæ lectio ferri non poteſt. Lallem.

Non ita vixeras) Hæc quaſi ironice dicta accipienda ſunt: cum toties in ſuperioribus orationibus docuerit, eum multa in ſe ſcelera admiſiſſe, propter quæ aliquando in judicium vocandus eſſet. Hotom. Ego vero nullam hic ironiam agnoſco. Nam ex duobus, quæ in eadem re verſantur, membris, alterum ſerio, alterum ironice ſtare non poteſt. Serio enim dicitur: *inimicum habebas neminem*, qui nempe, licet nihil commiſiſſes, in ſuſpicione, ut mos erat, latrare poſſet. Deinde ironiam ſententia repudiat. Fac enim illam adeſſe: jam cum ea ſit ironiæ vis, ut, quod negat, affirmet, neceſſe eſt

Digitized by Google

ut metum judicii propoſitum habere deberes. An te, id quod fieri ſolet, conſcientia timidum, ſuſpicioſumque faciebat? Qui igitur, cum eſſes in imperio, jam tum judicium, & crimen horrebas: reus, cum tot teſtibus coarguare, potes de damnatione dubitare? Verum, ſi crimen hoc metuebas, ne quis abs te ſuppoſitum eſſe diceret, qui pro archipirata ſecuri feriretur, utrum tandem tibi ad defenſionem firmius fore putaſti, in judicio, coactu, atque efflagitatu meo, producere ad ignotos tanto poſt eum, quem archipiratam eſſe diceres: an recenti re, Syracuſis apud notos, inſpectante Sicilia pæne tota, ſecuri ferire? vide quid

eſt Tullium ſignificaſſe, Verrem in vita nefaria judicium pertimuiſſe. Atqui huoc Verres ipſe metum ſuum fatebatur, eoque ſe defendebat, quod piratas conſervaſſet. Cicero autem ſi verum timorem hunc putat, cur illum tam multis elevat, falſoque opponi demonſtrat? Si falſum, cur Verrem illo perculſum ipſe facit? Nulla igitur eſt ironia: ſed ſenſus eſt implicitus evolvendus. Da virum innocentem, & alterum flagitioſum: da P. Africanum, & C Verrem: utrum judicii metu commoveri putas? Tullius quidem II Acc. 11. dum præcepta dat, quibus Prætores ad Africani, & Scævolæ continentiam accedant, *ſemper*, ait, *ita vivamus*, *ut rationem reddendam nobis arbitremur*. Idem III. 57. multa Verrem turpiter dicit feciſſe, *quod magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinem*, *pluſque aliquanto apud eum pecuniæ cupiditas*, *quam judicii metus poſſet*. Oſtendit hic profecto Cicero, Verrem ita flagitioſe vixiſſe, ut hunc exiſtimationis, & judicii metum, quem obtendebat, ejus omnino vita non admitteret. Tum pergit acriter: an tu is homo es, quem conſcientia in hunc metum injiciat? FERRAT. Tu inimicum non habebas: ſi habuiſſes, nihil tamen cautim egeras, occulte, mediocriter: nedum ita continenter, ut ſuſpiciones ipſas tam ſtudioſe vitandas exiſtimares. An itaque, ut *fieri ſolet*, mala conſcientia timidus eras, & ſuſpicioſus? Quod ſi judicium, ut ipſe ais, jam tum metuebas, idque acceptæ pecuniæ conſcientia; nunc, eo crimine tot teſtibus comprobato, patefactoque, de tua damnatione dubitare non potes. Verum non metuebas: Archipiratas enim numquam in hoc metu ſervaſſes. GAR.

Quid igitur cum eſſes in imperio) *Qui igitur cum eſſes in imperio*: alii, opinor, omnes. In imperio autem, ut *cum imperio* latine dicimus: Cicero de Fin. II. *Virginem filiam ſua manu occidit*, *potius quam ea P. Clodii libidini*, *qui tum erat ſummo in imperio*, *dederetur*. IDEM. *Qui igitur cum eſſes*, *&c.*) Mendoſe legitur in quibuſdam libris vulgatis: *Quid igitur*, *&c.* Ego lib manuſcriptos, quibuſcum congruunt nonnulla exempla impreſſa emendatiora, ſecutus: *Qui igitur*, *&c.* repoſui; ſententia autem hujus loci nunc eſt apertiſſima, quæ antea nulla erat: *Tu igitur*, *qui cum eſſes*, &c. *potes de damnatione dubitare?* Ne hoc quidem lectorem celabo, nonnullos codices MSos non habere vocem, *tu*. LAMBIN. *Cum imperio* eſt in Reg. & Franc. GRÆV. Sic Lamb.

In judicio coactus) Vetus liber, *in judicium*. F. URSIN.

Producere ad ignotos) De utriſque dici, & qui norunt, & qui noti ſunt: qui ignorant, & qui ignorantur. HOTTOM. *Producere ad ignotos*) *Ignotos* ἐνεργητικῶς accipiendum, ut & alibi; quod ſupra notavimus: id eſt, qui eum non cognoſcebant. Sic infra eod. libro, ſub extr. *Si ſibi ignotus*, *apud* igno-

Digitized by Google

quid interſit, utrum faciendum fuerit. In illo reprehenſio nulla eſſe potuit: hic defenſio nulla eſt. Itaque illud ſemper omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis præter te fecerit, quæro. Piratam vivum tenuiſti. Quem ad finem? dum cum imperio fuiſti: quamobrem? quam ob cauſam? quo exemplo? cur tamdiu? cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſsis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Verum eſto: ſit tibi illud liberum omne tempus, quoad cum imperio fuiſti: etiam ne privatus? etiam ne reus? etiam ne pæne damnatus, hoſtium duces privata in domo retinuiſti? unum, alterum menſem, prope annum denique, domi tuæ piratæ, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt: hoc eſt, quoad per M' Acilium Glabrionem licitum eſt: qui, poſtulante me, produci, atque in carcerem condi imperavit.

30. Quod eſt hujuſce rei jus? quæ conſuetudo? quod exemplum? Hoſtem acerrimum, atque infeſtiſsimum populi Romani, ſeu potius communem hoſtem gentium, nationumque omnium, quiſquam omnium mortalium privatus intra mœnia domi ſuæ retinere poterit? Quid ſi pridie, quam a me tu coactus es confiteri, civibus Romanis ſecuri percuſsis, prædonum ducem vivere, apud te habitare: ſi, inquam, pridie domo tua profugiſſet, ſi aliquam manum contra populum Romanum facere potuiſſet, quid diceres?

ignotos, apud barbaros, &c. Quamquam de illo loco fortaſſe aliter ſentiendum. LAMBIN.

Quis ante te, quis præter te fecerit) Cujac. non habet illud *quis*: unde putabat Guilielmius reſcribi poſſe *quis ante te prætorem fecerit*; verum alterum videtur argutius. GRUTER.

Quam ob rem?) Non eſt in Reg. cod. GRÆV.

Quod cum imperio fuiſti) *Quo cum imperio*, legendum puto; & ſic conſuetudo poſtulat. Locus autem oſtendit, *privatum*, & *cum imperio eſſe*, ab antiquis opponi: de quo tamen a quibuſdam reprehendi me temere animadverti. Memmianus Codex *quoad*. HOTT. Sic & Regius cod. quod omnino eſt recipiendum: *quoad fuiſti* eſt, quam diu fuiſti. GRÆV.

M' Acilium) Hujus judicii Prætorem, penes quem ea poteſtas erat. HOTTOM.

Seu potius communem) Nam *hoſtes proprie ſunt, qui nobis, aut quibus nos bellum decrevimus: ceteri latrones, vel prædones ſunt*: l. 118. D. de verb. ſignif. l. 24. D. de Captiv. ID.

Quiſquam omnium mortalium privatus) In Cod. Reg. *quiſquam omnium* non legitur. *Omnium mortalium* poterat ſine incommodo abeſſe. Forte Cicero ſcripſit: *quiſquam privatus*. GRÆV.

Contra populum Romanum) Cod. Lamb.

Digitized by Google

ceres ? Apud me habitavit: mecum fuit: ego illum ad iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere poſſem, vivum, atque incolumem reſervavi. Ita ne vero? tu tua pericula communi periculo defendes? tu ſupplicia, quæ debentur hoſtibus victis, ad tuum, non ad populi Romani tempus conferes? populi Romani hoſtis privatis cuſtodiis aſſervabitur? At etiam qui triumphant, eo diutius vivos hoſtium duces reſervant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum, fructumque victoriæ populus Romanus percipere poſſit: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit. Et nunc cuiquam credo eſſe dubium, quin tu id commiſſurus non fueris, præſertim cum ſtatuiſſes,

Lamb. *contra rempublicam*, quod mihi magis placet. Ven. P. R. potuit eſſe R. P. inverti enim hæ notæ perſæpe ſolent. GAR.

Privatis cuſtodiis) Libri quidam veteres habent, *privati hominis cuſtodiis*. LAMBIN.

Eoque diutius vivos hoſtium duces) Libri manuſcr. duo habent, *eo quod diutius vivos hoſtium duces reſervant*: quos in eo ſecuti ſumus, quod, *reſervant*, pro quo vulgati habent, *ſervant*, edendum curavimus: in ceteris improbavimus. LAMB. Nec connexio *que* hic locum habet, quæ in editis eſt; nec *quod* in MSis Lambino inventum: utraque vox delenda eſt. Scripſit Cicero: *eo diutius vivos hoſtium duces ſervans*. Sic olim conjeceram. Sed cum in P. Francii libro ſic reperiſſem, nullus dubitavi hanc lectionem recipere. *Eo diutius* eſt ideo diutius, ut ſexcenties accipitur. *Reſervans* vero, quia & Reg. id præ ſe fert, cum Lambino repoſui. GRÆV. Ex *quod*, & *que* Veneta vetus formavit, *eo quoque diutius*. ſed præceſſit, *etiam*, & omnino edendum puto cum Naug. & vulgatis, *eoque diutius*, ne uni codici nimium deferamus. Nam ſenſus, & oratio eſt certe commoda; *etiam qui triumphant, & ideo diutius &c. tamen &c.* Hoc miror Grævio tantopere diſplicuiſſe. GAR.

Duci in carcerem) Idem ſcribit Zonaras lib. XI. moris fuiſſe ut triumphans in forum Rom. curru inſigni devectus captivos in carcerem duci, ac necari juberet, ac tum in Capitolium aſcenderet, ibique ſacrificium quoddam faceret. HOTT.

Eſt nunc, credo, cuiquam dubium) Omnes libri veteres, *Et nunc credo eſſe dubium*: quod ſi ſine antiqui auctoritate codicis immutandum putarem, impudens viderer. ID. In Rob. tamen Stephani, Paulli Manutii, Lamb. edd. *Eſt nunc, credo, cuiquam dubium*. P. Franc. codex, & antiquior ed. Iuntæ, *& non credo eſſe dubium*. Reg. *Et nunc cuiquam credo eſſe dubium*, quem ſequor. GRÆV. Ven. *Et non credo eſſe dubium*: Naugerius *non* tantummodo convertit in *nunc*: neque aliter Hervag. probatque Hottom. Cum Regio plane facit codex ad marg. Lamb. imo ita jam Gruterus ediderat, quem recte ſequuntur omnes recentiores, & ipſe procul dubio Grævius. Perperam enim viro ſummo hanc lectionem adſcribit Verburgius: *eſt nunc cuiquam, credo, dubium*. Vidit nimirum omitti in eius ed. verbum *eſſe*, & calumniari maluit, quaſi *eſt* retinuerit, quam illam omiſſionem typographis tribuere, quemadmodum vero tribuit Cl. Erneſtus, nihil ad Gruterianam varietatis e Græ-
vio

Digitized by Google

quid interſit, utrum faciendum fuerit. In illo reprehenſio nulla eſſe potuit: hic defenſio nulla eſt. Itaque illud ſemper omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis præter te fecerit, quæro. Piratam vivum tenuiſti. Quem ad finem? dum eum imperio fuiſti: quamobrem? quam ob cauſam? quo exemplo? cur tamdiu? cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſsis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Verum eſto: ſit tibi illud liberum omne tempus, quoad cum imperio fuiſti: etiam ne privatus? etiam ne reus? etiam ne pæne damnatus, hoſtium duces privata in domo retinuiſti? unum, alterum menſem, prope annum denique, domi tuæ piratæ, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt: hoc eſt, quoad per M' Acilium Glabrionem licitum eſt: qui, poſtulante me, produci, atque in carcerem condi imperavit.

30. Quod eſt hujuſce rei jus? quæ conſuetudo? quod exemplum? Hoſtem acerrimum, atque infeſtiſsimum populi Romani, ſeu potius communem hoſtem gentium, nationumque omnium, quiſquam omnium mortalium privatus intra mœnia domi ſuæ retinere poterit? Quid ſi pridie, quam a me tu coactus es confiteri, civibus Romanis ſecuri percuſsis, prædonum ducem vivere, apud te habitare: ſi, inquam, pridie domo tua profugiſſet, ſi aliquam manum contra populum Romanum facere potuiſſet, quid diceres?

ignotos, apud barbaros, &c. Quamquam de illo loco fortaſſe aliter ſentiendum. LAMBIN.

Quis ante te, quis præter te fecerit) Cujac. non habet illud *quis*: unde putabat Guilielmius reſcribi poſſe *quis ante te prætorem fecerit*; verum alterum videtur argutius. GRUTER.

Quam ob rem?) Non eſt in Reg. cod. GRÆV.

Quod cum imperio fuiſti) *Quo cum imperio*, legendum puto; & ſic conſuetudo poſtulat. Locus autem oſtendit, *privatum*, & *cum imperio eſſe*, ab antiquis opponi: de quo tamen a quibuſdam reprehendi me temere animadverti. Memmianus Codex *quoad*. HOTT. Sic & Regius cod. quod omnino eſt recipiendum: *quoad fuiſti* eſt, quam diu fuiſti. GRÆV.

M' Acilium) Hujus judicii Prætorem, penes quem ea poteſtas erat. HOTTOM.

Seu potius communem) Nam *hoſtes proprie ſunt, qui nobis, aut quibus nos bellum decrevimus: ceteri latrones, vel prædones ſunt*: l. 118. D. de verb. ſignif. l. 24. D. de Captiv. ID.

Quiſquam omnium mortalium privatus) In Cod. Reg. *quiſquam omnium* non legitur. *Omnium mortalium* poterat ſine incommodo abeſſe. Forte Cicero ſcripſit: *quiſquam privatus*. GRÆV.

Contra populum Romanum) Cod. Lamb.

ceres? Apud me habitavit: mecum fuit: ego illum ad iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere poſſem, vivum, atque incolumem reſervavi. Ita ne vero? tu tua pericula communi periculo defendes? tu ſupplicia, quæ debentur hoſtibus victis, ad tuum, non ad populi Romani tempus conferes? populi Romani hoſtis privatis cuſtodiis aſſervabitur? At etiam qui triumphant, eo diutius vivos hoſtium duces reſervant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum, fructumque victoriæ populus Romanus percipere poſſit: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit. Et nunc cuiquam credo eſſe dubium, quin tu id commiſſurus non fueris, præſertim cum ſtatuiſſes,

Lamb. *contra rempublicam*, quod mihi magis placet. Ven. P. R. potuit eſſe R. P. inverti enim hæ notæ perſæpe ſolent. GAR.

Privatis cuſtodiis) Libri quidam veteres habent, *privati hominis cuſtodiis*. LAMBIN.

Eoque diutius vivos hoſtium duces) Libri manuſcr. duo habent, *eo quod diutius vivos hoſtium duces reſervant*: quos in eo ſecuti ſumus, quod, *reſervant*, pro quo vulgati habent, *ſervant*, edendum curavimus: in ceteris improbavimus. LAMB. Nec connexio *que* hic locum habet, quæ in editis eſt; nec *quod* in MSis Lambino inventum: utraque vox delenda eſt. Scripſit Cicero: *eo diutius vivos hoſtium duces ſervant*. Sic olim conjeceram. Sed cum in P. Francii libro ſic reperiſſem, nullus dubitavi hanc lectionem recipere. *Eo diutius* eſt ideo diutius, ut ſexcenties accipitur. *Reſervant* vero, quia & Reg. id præ ſe fert, cum Lambino repoſui. GRÆV. Ex *quod*, & *que* Venera vetus formavit, *eo quoque diutius*. ſed præceſſit, *etiam*, & omnino edendum puto cum Naug. & vulgatis, *eoque diutius*, ne uni codici nimium deferamus. Nam ſenſus, & oratio eſt certe commoda; *etiam qui triumphant, & ideo diutius &c. tamen &c.* Hoc miror Grævio tantopere diſplicuiſſe. GAR.

Duci in carcerem) Idem ſcribit Zonaras lib. XI. moris fuiſſe ut triumphans in forum Rom. curru inſigni devectus captivos in carcerem duci, ac necari juberet, ac tum in Capitolium aſcenderet, ibique ſacrificium quoddam faceret. HOTT.

Eſt nunc, credo, cuiquam dubium) Omnes libri veteres, *Et nunc credo eſſe dubium*: quod ſi ſine antiqui auctoritate codicis immutandum putarem, impudens viderer. ID. In Rob. tamen Stephani, Paulli Manutii, Lamb. edd. *Eſt nunc, credo, cuiquam dubium*. P. Franc. codex, & antiquior ed. Iuntæ, *& non credo eſſe dubium*. Reg. *Et nunc cuiquam credo eſſe dubium*, quem ſequor. GRÆV. Ven. *Et non credo eſſe dubium*: Naugerius *non* tantummodo convertit in *nunc*: neque aliter Hervag. probatque Hottom. Cum Regio plane facit codex ad marg. Lamb. imo ita jam Gruterus ediderat, quem recte ſequuntur omnes recentiores, & ipſe procul dubio Grævius. Perperam enim viro ſummo hanc lectionem adſcribit Verburgius: *eſt nunc cuiquam, credo, dubium*. Vidit nimirum omitti in eius ed. verbum *eſſe*, & calumniari maluit, quaſi *eſt* retinuerit, quam illam omiſſionem typographis tribuere, quemadmodum vere tribuit Cl. Erneſtus, nihil ad Gruterianam varietatis e Grævio

ſes, ut ais, tibi cauſam eſſe dicendam, ut ille archipirata non potius ſecuri feriretur, quam, quod erat ante oculos poſitum, tuo periculo viveret. Si enim eſſet mortuus, tu, qui crimen ais te metuiſſe, quæro, cui probares? cum conſtaret, iſtum Syracuſis ab nullo viſum eſſe archipiratam, ab omnibus deſideratum: cum dubitaret nemo, quin abs te pecunia liberatus eſſet, cum vulgo loquerentur, ſuppoſitum in ejus locum, quem pro illo probare velles: cum tute faſſus eſſes, te id crimen tanto ante metuiſſe: ſi eum diceres eſſe mortuum, quis te audiret? nunc, cum vivum iſtum neſcio quem producis, tamen te derideri vides. Quid ſi aufugiſſet? ſi vincla rupiſſet, ita, ut Nico ille, nobiliſſimus pirata fecit, quem P. Servilius, qua felicitate ceperat, eadem recuperavit? quid diceres? Verum hoc erat: ſi ille ſemel verus archipirata ſecuri percuſſus eſſet, pecuniam illam non haberes: ſi hic falſus eſſet mortuus, aut profugiſſet, non eſſet difficile alium in ſuppoſiti locum ſupponere. Plura dixi, quam volui, de illo archipirata: & tamen ea, quæ certiſſima ſunt hujus criminis argumenta, prætermiſi. Volo enim mihi totum eſſe crimen hoc integrum: eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc reſervetur.

31. Hac

vio notans, ut ſolet diligentiſſime. Quis porro dubitet, qui legerit cod. Regium ſeſe profitentem *ſequi* Grævium? Hæc prolixius; ut omnes animadvertant, me verbum *eſſe* non ex MSis, plurimiſque ſolum edd. verum etiam ex ipſius Grævii mente reſtituendum curaſſe. Gar.

Quæro cui probares) Ita placet. Sed ſi quo in libro veteri legeretur, *quæſo*, magis aliquanto placeret. Hottom P. Franc. MSus: *quæ cui probares*. Græv.

Tamen ne id credi voles?) Hanc ſcripturam quamvis nullius, quem quidem viderim, codicis auctoritate confirmatam, ſententia tamen aperte comprobat: cum in aliis libris vitioſe ſic legatur: *Tamen te derideri vides?* quo nihil abſurdius dici poteſt. Hott. *Neſcio quem produces, tamen ne, &c.*) Libri veteres duo habent *producis*, *tamen te derideri vides*. Lambin. Hæc verba *tamen ne id credi voles* receperunt P. Manutius, Stephanus, Lambinus, Gruterus ex ſola conjectura Hottomanni contra libros omnes antiquos, qui conſtanter, *tamen te derideri vides*; quod non auſim rejicere, præſertim ſi ex Lambini libris *producis* ſcribas, pro *produces*: quo modo & Reg. cod. Merito quoque MSorum librorum lectionem retinuerunt Michael Brutus & P. Victorius. Græv. Sic habent, ut Grævius dedit, quatuor noſtri codices, quos ſequimur. Lall. Optime Verburgius uni Grævio lectionem hanc tribuit, Olivetus Victorio, ideſt, Naugerio præterea, qui tamen, ſi diligens eſſe vellet, ſi Tullium edere, non Tullio ſuppoſita, ſatis pro ſuo inſtituto illi dabat auctoritatis ad recipiendam lectionem omnium codd. & edd.

31. Hac tanta præda auctus, mancipiis, argento, veſte locupletatus, nihilo diligentior ad claſſem ornandam, milites revocandos, alendoſque eſſe cœpit: cum ea res non ſolum provinciæ ſaluti, verum etiam ipſi prædæ eſſe poſſet. Nam æſtate ſumma, quo tempore ceteri Prætores obire provinciam, & concurſare conſuerunt, aut etiam in tanto prædonum metu, & periculo ipſi navigare: eo tempore ad luxuriem, libidineſque ſuas domo ſua regia, quæ regis Hieronis fuit, qua Prætores uti ſolent, contentus non fuit: tabernacula, quemadmodum conſuerat temporibus æſtivis, quod antea jam demonſtravi, carbaſeis intenta velis, collocari juſsit in litore: quod eſt litus in inſula Syracuſis poſt Arethuſæ fontem, propter ipſum introitum, atque oſtium portus, amœno ſane, & ab arbitris remoto loco: hic dies æſtivos ſexaginta Prætor populi Romani, cuſtos, defenſorque provinciæ, ſic vixit, ut muliebria quotidie convivia eſſent, vir accumberet nemo, præter ipſum, & prætextatum filium: tametſi recte ſine exceptione dixeram, virum, cum iſti eſſent, neminem fuiſſe. Nonnumquam etiam libertus Timarchides adhibebatur: mulieres autem nuptæ nobiles, præter unam mimi Iſidori filiam, quam iſte propter amorem ab Rhodio tibicine abduxerat, Pippa quædam, uxor Æſchrionis Syracuſani: de qua muliere plurimi verſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur. Erat & Nice, facie eximia, ut prædicatur, uxor Cleomenis Syracuſani: hanc Cleomenes vir amabat: verum-

edd. veterum. GAR.

Hac tanta præda) Quinta pars orationis, in qua de Siculorum claſſe, cui Verres Syracuſanum hominem Cleomenem præfecerat ab Heraclione archipirata fugata atque inflammata exponit. HOTT.

Æſtate ſumma) Id eſt extrema, ut apparet ex inferioribus: ubi hanc orator conſuetudinem exponit. ID.

Et concurſare) Lambini editio, *circumcurſare*, ſed alterum habuimus ſupra cap. 12. pr. GRUTER. *Concurſare* & *concurſatio* Ciceroni ſæpe de uno homine, qui negotiorum ſuorum aut alterius cauſa multos inviſit, ſalutat, & modo huc, modo illuc currit: pro quo & dixit *concurrere* in orat. pro Quint. c. 16. ubi vide quæ notavi. GRÆV.

Quod antea jam demonſtravi) Hac ipſa oratione infra. HOTT.

Carbaſeis velis) Eſt lineis velis, cum alii uterentur laneis. GRÆV.

In litore) *Hoc litus* & vulgo Syracuſis *ἀκτὴ* dicebatur, & ita Cicero paucis poſt verſibus illud appellat. HOTT.

Dies æſtivos LX.) Veteres codices duo non habent, *ſexaginta*. LAMB.

Erat & Nice, facie) Quidam legi volunt, *Berenice*. LAMB.

Mu-

verumtamen hujus libidini adverſari nec poterat, nec audebat: & ſimul ab iſto donis, beneficiiſque plurimis devinciebatur. Illo autem tempore iſte, tametſi ea eſt hominis impudentia, quam noſtis, ipſe tamen, cum vir eſſet Syracuſis, uxorem ejus parum poterat animo ſoluto, ac libero tot in acta dies ſecum habere. Itaque excogitat rem ſingularem: naves, quibus Legatus præfuerat, Cleomeni tradit: claſsi populi Romani Cleomenem Syracuſanum præeſſe jubet, atque imperare. Hoc eo facit, ut ille non ſolum abeſſet a domo tum, cum navigaret: ſed etiam libenter cum magno honore, beneficioque abeſſet: ipſe autem, remoto, atque ablegato viro, non liberius, quam ante, quis enim umquam iſtius libidini obſtitit? ſed paullo ſolutiore tamen animo ſecum illam haberet, ſi non tamquam virum, at tamquam æmulum removiſſet. Accipit navem ſociorum, atque amicorum Cleomenes Syracuſanus.

32. Quid

Mulieres autem nuptæ nobiles) Intelligere, ſi lubet, poſſumus mulieres *nuptas* omnes, etiam illam Tertiam Iſidori filiam, *nobiles* autem, una excepta Tertia. Confer quæ diximus ad c. 12. & ad III. Acc. 34. Gar.

Tot in acta dies) Id eſt, in litore: ut apud Virg. libr. Æneid. V.

At procul in ſola ſecreta Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant.

Alii reponunt *tot noctes ac dies*, quod non opinor ex antiquo libro ſumtum: præſertim cum ſexaginta dies Cicero modo nominarit. *Actam* autem vulgo Syracuſani litus illud appellabant. Vide Servium in V. Æneid. Strabo lib. IX dictum putat; ἀπὸ τοῦ ἄγνυμι. Hott.

Tot in acta dies) In acta, ἐν ἀκτῇ, id eſt, in litore: falluntur autem, qui hic quidquam mutandum putant. Atqui etiam Virgilius hac voce uſus eſt lib. V. Æneid.

At procul in ſola ſecreta Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant, &c.

Lamb. Hunc locum primus recte expoſuit Muret. Var. Lect. I. 3. cum ante ipſum non eſſet intellectus. Solebant autem actam, hoc eſt locum late maris arbitrum eligere veteres, cum vellent indulgere genio. Vnde proverbium apud Plut. σήμερον ἀκτάζομεν, *hodie in litore verſamur*, h. e. epulamur, indulgemus genio, ut ſupra quoque notavi. Graev.

Secum habere) Gulielmio ſupervacua viſa vox *ſecum*. etiam minus venuſte, mea quidem opinione. Id.

Atque imperat) Memmianus codex, *imperare*: quod valde placet. Hott.

Præeſſe jubet, atque imperat) Duo libri manuſcripti habent, *præeſſe jubet, atque imperare*: quod probo: ſic enim infra: *Quid ſi harum ipſarum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracuſanus Cleomenes juſſus eſt imperare?* ſcripturam igitur vulgatam, ut mendoſam, rejiciendam cenſeo, *præeſſe jubet, atque imperat*. Lamb. Miror certiſſimam emendationem, quam olim receperat Robertus Stephanus, repudiatam aut neglectam eſſe a Grutero, cum vulgata ſit inſulſa ſatis. Graev. Quam unus poſtea delexit Verburgius. Gar.

Lega-

32. Quid primum aut accuſem, aut querar, judices? Siculo ne homini, Legati, Quæſtoris, Prætoris denique poteſtatem, honorem, auctoritatem dari? Si te impediebat iſta conviviorum, mulierumque occupatio, ubi Quæſtores? ubi Legati? ubi ternis denariis æſtimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot, tantaque ornamenta magiſtratibus, & Legatis a ſenatu, populoque Romano permiſſa, & data? denique ubi Præfecti, ubi Tribuni tui? Si civis Romanus dignus iſto negotio nemo fuit, quid civitates, quæ in amicitia, fideque populi Romani perpetuo manſerant? ubi Segeſtana? ubi Centuripina civitas, quæ tum officiis, fide, vetuſtate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt? O dii immortales! quid, ſi harum ipſarum civitatum militibus, navibus, navarchis, Syracuſanus Cleomenes juſſus eſt imperare? non omnis honos ab iſto dignitatis, æquitatis, officiique ſublatus eſt? Ecquod in Sicilia bellum geſſimus, quin Centuripinis ſociis, Syracuſanis hoſtibus uteremur? atque hæc omnia ad memo-

Legati poteſtatem) Dixi jam ſemel ac ſæpius, legatos cum poteſtate eos eſſe, qui ab Imperatore cum poteſtate imperatoria alicui provinciæ ac negotio præfecti ſunt. HOTT. Hi dicebantur *legati Cæſaris pro Prætore*, & *legati Cæſaris Conſulares*: ſed hi nihil ad hunc locum. Hic enim legati ſunt Pro Conſulum Optiones, quaſi & Conſiliarii. GRAV. Vide ad I. Accuſ. 22.

Prætoris denique poteſtatem) Ita probo: cum in aliis corrupte ſcriptum ſit, *populi Romani*. Error autem ex notæ ignorantia natus eſt: cum *P. R.* pro utroque vocabulo ſcriberentur. Idem apud Cæſarem libro de Bello civili I. acciderat: ut diximus infra. HOTTOM.

Ternis denariis) Inſignis locus, ex quo intelligitur, frumentum illud, quod legatis & Quæſtoribus in cella dabatur, tribus tantum denariis æſtimatum fuiſſe. ID. Sed vide Manut. GRAV.

Vbi muli? ubi tabernacula?) Livius lib. III. *Ante L. Poſtumium Coſ. nemo unquam ſociis in ulla re ſumtui aut oneri fuit: ideo magiſtratus multis tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis: privata hoſpitia habebant, ea benigne comiterque colebant: domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet.* HOTTOM.

Vbi præfecti, ubi tribuni) Sic Reg. cod. ut paullo ante. GRÆV. Sic jampridem ex ſuo cod. Lambinus: ceteri omnes *& Tribuni*. GAR.

Quid civitates, quæ in amicitia fideque populi Romani perpetua manſerant) His ſimilia ſunt, quæ in vetere ſenatuſconſulto apud me Græce ſcripto in ænea tabella inciſa ſunt: Εαν τε ειτ πολεως ελευθερας των δια τελους εν τῃ φιλιᾳ τυ δημυ των Ρ'ωμαιων μεμενηκυιων. *Sive de civitate libera inter eas, quæ perpetua in amicitia populi Romani manſerunt*. FVLV. VRSIN.

Tum etiam cognatione) De hoc ſuperiore libro dictum eſt infra. HOTT.

Atque hæc omnia) A Reg. abeſt *omnia* non ſine ratione, & pro illo legitur *ego*: quod probo. Mox idem *quem vel pauci poſſent defendere*, vulgati *poſſunt*. GRÆV. Omnino recipiendum eſt cum Lamb. ex ejus cod. & Regio, *atque hæc ego ad &c.* Vnam rem, non plures,

moriam vetuſtatis, non ad contumeliam civitatis referri volo. Itaque ille vir clariſsimus, ſummuſque imperator, M. Marcellus, cujus virtute captæ, miſericordia conſervatæ ſunt Syracuſæ, habitare in ea parte urbis, quæ inſula eſt, Syracuſanum neminem voluit. Hodie, inquam, Syracuſanum in ea parte habitare non licet: eſt enim locus, quem vel pauci poſſent defendere. Committere igitur eum non fidelifsimis hominibus noluit: ſimul quod ab illa parte urbis navibus aditus ex alto eſt. Quamobrem qui noſtros exercitus ſæpe excluſerant, iis clauſtra loci committenda non exiſtimavit. Vide quid interſit inter tuam libidinem, majorumque auctoritatem: inter amorem, furoremque tuum, & illorum conſilium, atque prudentiam. Illi aditum litoris Syracuſanis ademerunt: tu maritimum imperium conceſsiſti. Illi habitare in eo loco Syracuſanum, quo naves accedere poſſent, noluerunt: tu claſsi, & navibus Syracuſanum præeſſe voluiſti: quibus illi urbis ſuæ partem ademerunt, iis tu noſtri imperii partem dediſti: &, quorum ſociorum opera Syracuſani nobis dicto audientes ſunt, eos Syracuſanis dicto audientes eſſe juſsiſti.

33. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu: ſequitur Segeſtana navis, Tyndaritana, Herbitenſis, Heracleenſis, Apollonienſis, Haluntina, præclara claſsis in ſpeciem: ſed inops, & infirma, propter dimiſsionem propugnatorum, atque remigum. Tamdiu in imperio ſuo claſſem iſte Prætor diligens vidit, quamdiu convivium ejus flagitioſiſsimum prætervecta eſt: ipſe autem, qui viſus multis diebus non eſſet, tum ſe tamen in conſpectum nautis

xes, iſta reſpiciunt, ideſt omnia bella, quæ uno genere continentur, unam Syracuſanorum in omnibus bellis voluntatem. GAR.

Habitare in ea parte) Quod, ut infra dicet, qui illam partem urbis tenerent, in eorum poteſtatem urbem futuram intelligebant. HOTT.

Simul quod) Vide Cortium ad Salluſt. Iug. IV. n.2. GAR.

Habitari in eo loco Syracuſanum) Vetus, *habitare*: & ſic puto corrigendum ut infra. HOTT.

Qua naves accedere poſſent) Mendoſe habent lib. vulgati, *quo naves*, &c. Infra proximo verſu, ibi, *urbis ſuæ partem ademerunt*, quidam legendum putant, *urbis ſuæ portam*, ſeu, *portum*: ego nihil muto. LAMB.

Egreditur Centuripina quadriremi) Cujac. *Egr. in Centurip.* forſan non inepte. GRUT.

Ste-

tis paulliſper dedit. Stetit ſoleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore. Iam hoc ipſo iſtum veſtitu Siculi, civeſque Romani permulti ſæpe viderunt. Poſteaquam paullum provecta claſsis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt: nautæ fame coacti radices palmarum agreſtium, quarum erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant, & his miſeri, perditique alebantur. Cleomenes autem, qui alterum ſe Verrem cum luxuria, atque nequitia, tum etiam imperio, putaret: ſimiliter totos dies, in litore tabernaculo poſito, perpotabat.

34. Ecce autem repente, ebrio Cleomene, eſurientibus ceteris, nuntiatur piratarum naves eſſe in portu Odyſſeæ; nam ita is locus nominatur: noſtra autem claſsis erat in portu

Stetit ſoleatus prætor populi Romani) *Soleæ*, crepidæ ſunt muliebres, quibus plantarum tantum infima teguntur, ceteris prope nudis & teretibus habenis vinctis. Gerebantur in ipſo fervore æſtatis: at viros, præſertim belli duces atque Imperatores tales mulierum deliciæ minus decere exiſtimabantur. Vide Gellium libro XIII. cap. 20. De pallio & tunica paullo ante explicatum eſt. Plutarchus in Antonio φαικασια ſoleas videtur appellare: Επι τυτοις ειςια τους Ελληνας, εγυμνασιαρχει δε Αθηναιοις, και τα της ηγεμονιας παρασημα καταλιπων οικοι, μετα των γυμνασιαρχων ῥαβδων, εν ἱματιῳ και φαικασιοις προηιει. Id eſt: *Ob eas cauſas Græcos convivio excepit, & Athenis gymnaſii magiſtrum egit: relictiſque domi magiſtratus inſignibus & acceptis gymnaſiarchatum virgis, cum pallio & ſoleis in publicum prodiit*. HOTT. Ven. *innixus*. Ita Livius non ſemel: vide Drak. ad IV. 19. qui etiam ad Silium II. 123. *niſus* cum derivatis mavult ſcribi, quam *nixus*. Sed hoc ex Servio, & Grammaticis ſatis hic tutum puto. *Nixus* legit etiam Quinctil. I. O. IX. 4. p. 826. GAR.

In portu Ediſſæ) Hujus portus & loci nemo veterum facit mentionem, præter Tullium. Cluverius Sic. antiq. I. 14. exiſtimat Græcis Οδυσσειας λιμενα dictum eſſe, portum Odyſſeæ ſc. κρηνης, quæ fuerit prope *Vlyſſeum promontorium*, quod hodie dicatur *Capo di Caſtelluccio*. Huic, ait, ad occidentem adjacere portum, navium capaciſſimum, qui dicatur *Porta di Caſtelluccio*. Οδυσσειας λιμενα vocatum fuiſſe illum portum ſollerter conjecit Cluverius, & vere. Sed corrupte in Tullianis libris dicitur *Ediſſe portus* pro *Odyſſeæ portus*. Id docet P. Francii liber, in quo ſcribitur: *in portu Odyſee (nam ita is locus nominatur.)* In Reg. eſt *in portu Odyſſæ*, una littera omiſſa. GRÆV. *Odyſſea*. Ita ex emendatione Cluverii edidit Grævius: & ſic habet codex unus e noſtris: alii cum vulgatis ſcribunt *Ediſſe*, aut *Odyſſæ*. LALL. Vide indicem Geogr. Cl. Erneſti. Exſtat diſerte quoque *Odyſſea* in cod. Huydecoper. teſte V. C. Burmanno juniore in mantiſſa ad T. I. Anthol. Lat. quæ cuditur T. II. vide ibi p. 711. Quo in codice cum pro *nam ita* vir doctiſſimus inveniſſet mendoſe, *nargitas*, inde neſcio quibus veſtigiis, legendum conjiciebat, *fanum Hecubæ is locus nominatur*. Notum eſt enim, Hecubæ cenotaphium ab Vlyſſe prope Pachynum conſtitutum fuiſſe. Sed ego nihil aliud, quam quod vulgatum eſt, ex illo mendo conficio. GAR.

portu Pachyni. Cleomenes autem, quod erat terreſtre præſidium non re, ſed nomine, ſperabat, iis militibus, quos ex eo loco deduxiſſet, explere ſe numerum nautarum, & remigum poſſe. Reperta eſt eadem iſtius hominis avariſsimi ratio in præſidiis, quæ in claſsibus: nam erant perpauci reliqui, ceterique dimiſsi. Princeps Gleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi ancoras imperavit: & ſimul, ut ſe ceteri ſequerentur, ſignum dari juſsit. Hæc Centuripina navis erat incredibili celeritate velis: nam ſcire iſto Prætore nemo poterat, quid quæque navis remis facere poſſet: etſi in hac quadriremi propter honorem, & gratiam Cleomenis minime multi remiges, & milites deerant. Evolarat jam e conſpectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tunc ceteræ naves ſuo in loco moliebantur. Erat animus in reliquis: quamquam erant pauci, quoquo modo ſeſe res habebat, pugnare tamen ſe velle clamabant: &, quod reliquum vitæ, viriumque fames fecerat, id ferro potiſsimum reddere volebant. Quod ſi Cleomenes non tanto ante fugiſſet, aliqua ad reſiſtendum ratio fuiſſet: erat enim ſola illa navis conſtrata, & ita

Quod erat terreſtre præſidium) Sententia poſtulare videtur: *Quod ibi erat.* Hott. *Quod erat ibi terr. præſid.*) Particulam, *ibi*, quæ aberat a libris vulgatis, repertam in MSo reſtitui: quam etiam Hottomannus deeſſe ſenſerat. Lambin.

Præcidi ancoras imperavit) *Ancoræ*, inquit Nonius, *vincula quibus antennæ tenentur*: quod ex Lucilio comprobat. Hott. Sed locum hunc eſſe corruptum, & pro *ancora* legendum *anquina*, legibus metrorum jubentibus, dudum lumen olim Bataviæ Hadrianus Iunius monuit, & poſt eum Turnebus, ex Iſidoro, qui Cinnæ auctoritate muniti ſic emendant:

Atque anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

Sic autem dicitur funis, quo antenna ad malum adſtringitur. Funes, quibus ancoræ alligantur, dicuntur *ancoralia*. Sed præciſis funibus, præciditur etiam ancora. Grav.

Facere poſſit) Dele *facere*, quia olet gloſſam. Lamb. Lambino olet gloſſam vocabulum *facere*: mihi nihil minus, item Guilielmio. Grut.

Moliebantur) Propter remigum paucitatem; nam *moliri* proprie dicimur in re difficili & laborioſa, quaſi molem movere. Hott.

Quod reliquum vitæ viriumque fames fecerat) Omnes alii, *viriumque*: & ſic emenda. Id.

Erat enim ſola illa navis conſtrata) Id eſt, tecta: quod infra intelligitur his verbis: *Poteris ne in eos eſſe vehemens, qui naves inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas? In eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam navem, & minus exinanitam?* Sic Hirtius de bello Alexandrino: *Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratæ naves, & complures apertæ contenderunt, cui coactus eſt Cæſar ferre ſubſidium.* Id. Græcis dicuntur καταφρακτα. Grav. In Ven. eſt, *roſtrata*. Supra Lamb. ex MSo. *Quod niſi Cleom.*

ita magna, ut propugnaculo ceteris poſſet eſſe: quæ, ſi in prædonum pugna verſaretur, urbis inſtar habere inter illos piraticos myoparones videretur: ſed tunc inopes relicti a duce, præfectoque claſsis, eumdem neceſſario curſum tenere cœperunt. Pelorum verſus, ut ipſe Cleomenes, ita ceteri navigabant: neque hi tamen tam prædonum fugiebant impetum, quam imperatorem ſequebantur. Tum ut quiſque in fuga poſtremus, ita periculo princeps erat: poſtremam enim quamque navem piratæ primam adoriebantur: ita prima Haluntinorum navis capitur, cui præerat Haluntinus, homo nobilis, Philarchus: quem ab illis prædonibus Locrenſes poſtea publice redemerunt: ex quo vos priore actione jurato rem omnem, cauſamque cognoſtis: deinde Apollonienſis navis capitur, & ejus præfectus Anthròpinus occiditur.

35. Hæc dum aguntur, interea Cleomenes jam ad Pelori litus pervenerat: jam ſeſe in terram e navi ejecerat, quadriremem que in ſalo fluctuàntem reliquerat. Reliqui præfecti navium, cum in terram imperator exiſſet, cum ipſi neque repugnare; neque mari effugere ullo modo poſſent, appulſis ad Pelorum navibus, Cleomenem perſecuti ſunt. Tunc prædonum dux Heracleo, repente, præter ſpem, non ſua virtute, ſed iſtius avaritia, nequitiaque victor, claſſem pulcherrimam populi Romani in litus expulſam, & ejectam, cum primum adveſperaſceret, inflammari,

Cleom. tanto ante: mox ejuſdem codex, *urbis inſtar haberi:* ſed vide ind. Erneſti v. *inſtar*, & Burmannum non ad Ovid. ſolum, ſed ad Servium etiam in XII. Æn. 923. ubi alios dabit. GAR.

Pelorum verſus, ut ipſe Cleomenes, ita ceteri navigant) Et poſt: *Interea Cleomenes jam ad Pelori litus pervenerat.* Item: *Appulſis ad Pelorum navibus Cleomenem perſecuti ſunt.* Et paullo poſt: *Unam illam ſolam noctem prædones ad Pelorum commorati, accedere incipiunt ad Syracuſas.* Super horum locorum emendatione, ita olim ſcripſit ad me Ant. Auguſtinus: *Cum in Sicilia eſſem, turpiter erratum eſſe in hoc Pelori nomine didici; nam cum ad Pachynum eſſet Cleomenes, & Syracuſas prædones fugiens veniret, non potuit eadem nocte terra Syracuſas pervenire: ſed ſcribendum eſt, Elorum, pro Peloro, quod eſt oppidum in eo litore, quod eſt inter Syracuſas, & Pachynum.* F. VRS. Veriſſima hæc eſt emendatio Urſini, ſic & ſuperius Act. IV. 26. idem Urſinus pro *Pelori* reſtituit *Elori*. Scribitur autem ab aliis cum adſpiratione *Helorus*, & *Helorum*: vid. Cluv. Sic. antiqu. GRAV. Receperunt hanc emendationem omnes recentiores. GAR.

Iſtius avaritia nequitiaque) Vide, quæ diximus paullo ſupra hac ipſa oratione. HOTTOM.

Cum primum adveſperaſceret) Cujac. co-

mari, incendique juſsit. O tempus miſerum, atque acerbum provinciæ Siciliæ! o caſum illum multis innocentibus calamitoſum, atque funeſtum! o iſtius nequitiam, ac turpitudinem ſingularem! Vna, atque eadem nox erat. qua Prætor amoris turpiſsimi flamma, ac claſsis populi Romani prædonum incendio conflagrabat. Affertur nocte intempeſta gravis hujuſce mali nuncius Syracuſas: curritur ad prætorium, quo iſtum e convivio illo præclaro reduxerant paullo ante mulieres cum cantu, atque ſymphonia. Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico eſſe non audet: includit ſe domi: neque aderat uxor, quæ conſolari hominem in malis poſſet. Hujus autem præclari imperatoris ita erat ſevera domi diſciplina, ut in re tanta, in tam gravi nuncio nemo admitteretur: nemo eſſet, qui auderet aut dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Iam vero, re ab omnibus cognita, concurſabat urbe tota maxima multitudo: non enim, ſicut antea conſuetudo erat, prædonum adventum ſignificabat ignis e ſpecula ſublatus, aut tumulo, ſed flamma ex ipſo incendio navium & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nunciabat.

36. Cum Prætor quæreretur, & conſtaret, ei neminem nunciaſſe: fit ad domum ejus cum clamore concurſus, atque impetus. Tum iſte excitatus audit rem omnem ex Timarchide: ſagum ſumit. Lucebat jam fere: procedit in medium vini, ſomni, ſtupri plenus. Excipitur ab omnibus ejuſmodi clamore, ut ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſa-

codex *inveſperaſceret*: probumque videtur. GRUT.

Ad Prætorium) Domum regiam, quæ regis Hieronis fuerat, qua Prætores uti ſolebant. HOTT.

Ignis e ſpecula ſublatus) Φρυκτωρία, quæ Græci appellant, ſignificat, faces quæ prædonibus adventantibus, ab iis, qui in ſpecula & cuſtodia collocati erant accendebantur. HOTT. Φρυκτωρίον eſt ſpecula, φρυκτωρία ſunt excubiæ in ſpeculis ad ſignum dandum facibus accenſis; φρυκτοὶ ſunt faces, quibus ſignum datur. GRÆV. Cod. Lamb. *ſicut erat ſuper conſuetudo*. GAR.

Tum iſte excitatus exit) *Exit* nondum poteſt hic locum habere. Nam excitatus ex ſomno primo intelligit, dein ſago ſumto exit. Itaque cum ea vox in Reg. non reperiatur, jure deletur. GRÆV. addunt vulgati, *exit*, cui voci nondum locus eſt: eam igitur abjecit Grævius, volente optimo ſuo codice, cui accedunt tres e noſtris. LALL.

Ex Timarchide) Liberto ſuo & accenſo: cujus opera Verres familiarius utebatur: in eum locum aditus erat nemini, niſi qui aut ſocius, aut miniſter libidinis eſſe poſſet. HOTT.

Lampſaceni periculi ſimilitudo) Vide librum

verſaretur ante oculos : hoc etiam majus hoc videbatur, quod in odio ſimili multitudo hominum hæc erat maxima. Tum iſtius acta commemorabantur : tum flagitioſa illa convivia : tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim : tum quærebatur ex ipſo palam, tot dies continuos, per quos numquam viſus eſſet, ubi fuiſſet, quid egiſſet? tum imperator ab iſto præpoſitus Cleomenes flagitabatur : neque quidquam propius eſt factum, quam ut illud Vticenſe exemplum de Hadriano transferretur Syracuſas, ut duo ſepulcra duorum Prætorum improborum, duabuſque in provinciis conſtituerentur : verum habita eſt a multitudine ratio temporis, habita eſt tumultus, habita etiam dignitatis, exiſtimationiſque communis, quod is eſt conventus Syracuſis civium Romanorum, ut non modo illa provincia, verum etiam hac republica digniſsimus exiſtimetur. Confirmant ipſi ſe; cum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet, arma

librum Accuſat. I. ubi & illud de Adriano dictum eſt. Id.

Tum iſtius acta commemorabentur] Ita placet; neque mutandum quidquam cenſeo. Tantum hoc modeſte adſcribo, conſiderari poſſe, ecquid de *acta* illa, de qua ſuperius toties commemoravit, hoc loco ſignificet. Vt ſit ſenſus: Tum iſtius acta illa, in qua iſte dies ſexaginta commorabatur, in qua convivia mulierum agitabat, in qua tabernacula collocarat, quæ cantu & ſymphonia percrepabat, ab omnibus probri cauſa commemorabatur. Id. *Tum iſtius acta commemorabatur*) Sic legendum, quamvis *commemorabantur* ſcriptum ſit in libris manuſcriptis. Atque hujus loci reſtitutio debetur Enrico Memmio, viro clariſſimo, omnique laude digniſſimo, qui non ſolum libris ſuis impreſſis, ad quorum oras erant adſcriptæ multorum librorum manuſcriptorum ſcripturæ variæ, hoc negotium, quod ipſo hortatore atque impulſore ſuſcepimus, verum etiam ingenio & doctrina ſua adjuvit : ſignificatur autem hic locus ille in litore, ubi Verres cum mulierculis æſtatem tabernaculis poſitis conterebat; *acta* enim nomen Græcum eſt. LAMBIN. *Tum iſtius acta commemorabantur*] Memmius Enricus conjiciebat *commemorabatur*: ut loquatur de amœno illo litore : probo. In proxime tamen ſequentibus vereor ne aliquot lateant ulcera occulta : diſplicet enim ita quater repeti voces eadem terminatione; quæ ſuavius exprimerentur per infinitivum. GRVTER. Nihil conjectura Memmii eſt certius GRÆVIVS.

Duo ſepulcra) Animadvertendum *ſepulcra* dici hoc loco, pro *buſtis*: cum in lib. de Legibus II. notet ex duodecim tabulis *non qui uratur, ſepeliri : ſed qui humetur*. Tametſi Plinius *ſepultos* quoquomodo *conditos* dici teſtetur. HOTT.

Habita eſt tumultus) Id eſt, ejus terroris, quem prædonum adventus & victoria Syracuſanis attulerat. IDEM.

Civium Romanorum] Qui in Sicilia negotiabantur: qua de cauſa dixit *exiſtimationem communem*: quia eum Verres civis Rom. eſſet, communis exiſtimatio agebatur. IDEM. Vide Gronov. libro III. Obſerv. 22. GRÆV.

Cum is etiam tum ſemiſ.) Legendum fortaſſe eſt, *cum iſte etiam tum ſemiſomn.* LAMB. Hujus cod. *hic*. GAB.

ma capiunt, totum forum, atque inſulam, quæ eſt urbis magna pars, complent. Vnam illam ſolam noctem prædones ad Pelorum commorati, cum fumantes etiam noſtras naves reliquiſſent, accedere incipiunt ad Syracuſas. Qui videlicet ſæpe audiſſent, nihil eſſe pulcrius, quam Syracuſarum mœnia, ac portus, ſtatuerant ſeſe, ſi ea Verre Prætore non vidiſſent, numquam eſſe viſuros.

37. Ac primo ad illa æſtiva Prætoris accedunt, ipſam illam ad partem litoris, ubi iſte per eos dies, tabernaculis poſitis, caſtra luxuriæ collocarat: quem poſtea quam inanem locum offenderunt, & Prætorem commoviſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt: ſtatim ſine ullo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Cum in portum dico, judices, explanandum eſt enim diligentius, eorum cauſa, qui locum ignorant, in urbem dico, atque in urbis intimam partem veniſſe piratas: non enim portu illud oppidum clauditur, ſed urbe portus ipſe cingitur, & concluditur: non ut alluan-

Ad Syracuſas) Abeſt τo *ad* a MSo Lamb. ſed urbium nominibus ſæpiſſime additur præpoſitio: vide Sanct Minerv. IV. 6. ibique Perizon. de Suetonii tamen loco, quem hic adfert, Aug. LXXXVI. conſule Burm. & Oudend. GAR.

Ad illa æſtiva) Nam cum æſtas ſumma eſſe jam cœperat, ibi tabernacula collocabat. Sic enim ſupra: *Tabernacula quemadmodum conſueverat, temporibus æſtivis collocari juſſit.* HOTT.

Commoviſſe caſtra) Ironia eſt; quaſi propter militiam illam muliebrem prædones ab aditu territi fuiſſent. Io

Non enim portu illud oppidum clauditur) Miratur vir doctus & quærit, quomodo oppidum claudi poſſit portu. Nimirum ignoravit vim minus tritam vocis *claudere*. Homines & loca dicuntur *claudi*, illi cum pervenerunt, hæc cum ſita ſunt ad littora maris aut alia invia, unde non licet ulterius progredi: ultimi quoque limites, ad quos patet gens aliqua, dicuntur illam claudere. De hominibus Tac II. Annal.20. *Hoſtem a tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant*, Liv. XLII. 52. *Majores eorum, qui Europa omni domita, transgreſſi in Aſiam, incognitum tum famæ aperuerint armis orbem terrarum: nec ante vincere deſierint, quam rubro mari incluſis, quod vincerent, defuerit.* Ovid. VIII. Metam. 183.

Dædalus interea Creten longumque peroſus
Exſilium, tactusque ſoli natalis amore,
Clauſus erat pelago.

Id. VI. Metam. 571.

Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit.

Cuſtodes obſiſtunt, & impediunt inſtar maris, ne poſſit fugere. Hinc emendandus Seneca in conſolat. ad Helviam, ubi recenſet varias cauſas, quæ gentes impulerunt ad ſedes mutandas, & in longinquis locis figendas, hoc eſt ad ſpontaneum exſilium, ut oſtendat, exſilium non tam grave & intolerabile ſupplicium eſſe, quam multis videbatur: *Alii armis ſibi jus in aliena terra fecerunt; quaſdam gentes cum ignota peterent, mare hauſit. quædam ibi conſederant, ubi illas rerum inopia depoſuit.* Gentibus, quas mare hauſit, ſive quæ in

alluantur a mari mœnia extrema, ſed influat in urbis ſinum portus. Hic, te Prætore, Heracleo archipirata cum quatuor myoparonibus parvis ad arbitrium ſuum navigavit. Pro, dii immortales! piraticus myoparo, cum imperium populi Romani, nomen, ac faſces eſſent Syracuſis, uſque ad forum, & ad omnes urbis crepidines acceſsit: quo neque Carthaginenſium glorioſiſsimæ claſſes, cum mari plurimum poterant, multis bellis ſæpe conatæ, umquam adſpirare

in mari ſubmerſæ perierunt, quis locus eſt inter illas, quæ ſedes poſuerunt in exteris reginnibus, voluntarii extules? Scripſit ſine dubio Seneca, ut olim probavi viris doctis, *quaſdam gentes, cum ignoto peterent, mare clauſit*. Alii populi, cum ignotas terras peterent, uſque ad mare delati cum ulterius progredi nnn poſſent, in maritimis locis conſederunt, ut Thraces apud Florum III. 4. cum veniſſent ad mare Hadriaticum, quamvis ibi non permanſerint. Virgil. X. Æneid.

Ecce maris magno claudit nos obice pontus.

De locis Liv. 21. 43. *Dextes levaque duo maria clauduat*. Virg. VIII. Æn.

Nobis, ad belli auxilium pro nomine tanto,
Exiguæ vires; hinc Tuſco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circumſonat armis.

Ovid. VI. Metam. v. 419.

Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo.

Quæ ſunt in Peloponneſo, quarum finis eſt Iſthmus. GRAV.

Non ut alluantur a mari, &c.) Vel legendum, *ut non alluantur a mari mœnia extrema, ſed influat, &c.* ut olim edidimus: vel ſic, *non ut alluantur a mari mœnia extrema, ſed ut influat, &c.* quomodo nunc maluimus. LAMB. Recte Manutius *mœnia* interpretatur, domos, ædificia. Iuſtin 11. 12. *Patriam municipes eſſe, non mœnia*. Auſon. Moſella:

Mœniaque antiquis te proſpectantia muris
Addam præſidiis dubiorum condita rerum,
Sed modo ſecuris non caſtra, ſed horrea Belgis.

Mœnia ſunt caſtella ad Moſellam ſita. Florus I. 4. *His igitur & mœnia muro amplexus eſt*. Hoc eſt ædes Romæ urbis cinxit muro, cum ante tantum vallo eſſent cincta. Statim *ipſe* in cod. Reg. non ſine emphaſi addit: *ſed ipſe influat in urbis ſinum portus*. GRAEVIVS.

Sed ipſe influat) Mediam vocem e noſtris MSis addidimus. LALL. Ita ex MSis Lambinus, & recte addi hoc exiſtimo. GARAT.

Heracleo archipirata) Hunc Pergamenonem Oroſius nominat: niſi forte Pergamenus *Heracleo* fuerit, & *Pergameno*, corrigendum ſit: *Metellus*, inquit, *prætor Siciliæ, cum ſeviſſima illa C. Verris prætura Siciliam afflictam inveniſſet, maxime Pergamenone Archipirata, nefariis prædis ac cædibus dilacerantur, qui pulſa claſſe Romanorum, Syracuſanorum portum obtinuerat: mox eum navali terreſtrique prælio convictum Sicilia decedere coegit*. HOT. Reg. *Heracleo pirata*. GRAV. Editur in Oroſin II. 3. a Fabricio, & Haverc. *Pyrganion*. Sed hujus piratæ nomen nptime compertum Ciceroni eſſe debuit, cujus MSos nihil variare rognovi GAR.

Quatuor myoparonibus) Paucis post verſibus, *prædonum naviculas* appellat. HOTTOMANN.

Cum imperium populi Romani nomen ac faſces) Cod. Regius, *imperii populi Romani nomen*. GRAV. Et cod. Lamb.

Vrbis crepidines) Sunt quaſi aggeres, quibus fluctus coercentur: ita dicti quod fluctus illas alluens aſſidue crepitare videntur. HOTT.

Carthaginenſium) Imperium Siciliæ etiam Carthaginenſes tentavere: diuque

rare potuerunt: neque populi Romani invicta ante te Prætorem gloria illa navalis, umquam tot Punicis, Sicilienſibuſque bellis penetrare potuit: qui locus ejuſmodi eſt, ut ante Syracuſani in mœnibus ſuis, in urbe, in foro hoſtem armatum, ac victorem, quam in portu ullam hoſtium navem viderent: hic, te Prætore, prædonum naviculæ pervagatæ ſunt, quo Athenienſium claſsis ſola poſt hominum memoriam CCC. navibus vi, ac multitudine invaſit: quæ in eo ipſo portu, loci ipſius, portuſque natura, victa, atque ſuperata eſt: hic primum opes illius civitatis victæ, comminutæ, depreſſæque ſunt: in hoc portu Athenienſium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum exiſtimatur.

35. Eo ne pirata penetravit, quo ſimul atque adiſſet, non modo a latere, ſed etiam a tergo magnam partem urbis

que varia victoria cum tyrannis dimicatum, ad poſtremum amiſſo Hamilcare Imp. eum exercitu aliquantiſper quievere victi. Iuſtinus. Id.

Quo Athenienſium claſſis ſola poſt hominum memoriam CCC. *navibus vi ac multitudine invaſit*) Athenienſium cum Syracuſanis bellum ſcribit Thucydides libro VI. & VII. Sed Cicero navium numerum oratorie protulit: cum Thucydides lib. VII. extremo, ubi navale prælium deſcribit, quod extremum in portu Syracuſarum commiſſum eſt, & quo Athenienſium claſſis victa ac ſuperata eſt, utriuſque claſſis numerum paullo minus ducentarum navium fuiſſe affirmet. Id.

Loci ipſius portuſque natura) *Portuſque* non agnoſcit Reg. Nemo illam deſiderabit vocem, cum ille ipſe locus ſit portus. GRÆV.

Opes ipſius civitatis victæ) *Illius civitatis*, vetus, & quidam impreſſi, quod valde probo, ut civitatem Athenienſium demonſtret. Lubet autem hoc loco verba Senecæ ex lib. de Conſolatione ad Marciam adſcribere, quæ magnopere huc pertinent: *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam nitidiſſimi & perlucidiſſimi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem: ſive illas ibi primum naſcens invenit, ſive immerſum terris flumen integrum ſubter tot maria, & a confuſione pejoris undæ ſervatum reddidit. Videbis portum quietiſſimum omnium, quos aut natura poſuit in tutelam claſſium, aut adjuvit manus, ſic tutum, ut ne maximarum quidem tempeſtatum furori ſit locus. Videbis ubi Athenarum potentia fracta, ubi tot millia captivorum ille excisis in infinitam altitudinem ſaxis Lautumiis carcer incluſerat, & ipſam ingentem civitatem, & latius territorium, quam multarum urbium fines ſint: tepidiſſima hyberna, & nullum diem ſine interventu ſolis: ſed cum omnia iſta cognoveris, gravis & inſalubris æſtas hyberni cœli beneficia corrumpit.* HOT. *Victæ* non eſt in Reg. præſtat illam abeſſe. GRÆV. Sane Lamb. ex MSo, *opes illius civitatis comminutæ &c.* nec placet mihi admodum hoc ſenſu, *opes vincere*, cum præſertim vox *victæ* gloſſam redoleat. Probarem *fractæ*, ſi quis codex haberet, ſed præſtat totam vocem expungere, optimorum codicum auctoritate. Lallemandus, a Grævio monitus, tamen ſuos codices non conſuluit, aut vulgatæ faventes invenit, excepto illo præclaro, quem ſæpe numerat extra ſuos. GAR.

Quo

bis relinqueret? Inſulam totam prætervectus eſt, quæ eſt urbs Syracuſis ſuo nomine, ac mœnibus: quo in loco majores, ut ante dixi, Syracuſanum quemquam habitare vetuerunt: quod, qui illam partem urbis tenerent, in eorum poteſtatem portum futurum intelligebant. At quemadmodum eſt pervagatus? radices palmarum agreſtium, quas in noſtris navibus invenerant, jaciebant, ut omnes iſtius improbitatem, & calamitatem Siciliæ poſſent cognoſcere. Siculos ne milites? aratorum ne liberos? quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, ut populo Romano, totique Italiæ ſuppeditare poſſent, eos ne in inſula Cereris natos, ubi primum fruges inventæ eſſe dicuntur, eo cibo eſſe uſos, a quo majores eorum ceteros quoque, frugibus inventis, removerunt? Te Prætore Siculi milites palmarum ſtirpibus, prædones Siculo frumento alebantur. O ſpectaculum miſerum, atque acerbum! ludibrio eſſe urbis gloriam, & populi Romani nomen, hominum conventu, atque multitudine: piratico myoparone in portu Syracuſano

de

Quæ eſt urbis magna pars Syracuſis ſuo nomine ac mœnibus) Lambinus in margine notat ex veteri libro legendum eſſe, *quæ eſt urbs Syracuſis ſuo nomine & mœnibus*. Sic ſane Reg. cod. ſententia eſt, quæ eſt urbs, quæ ſuum habet nomen, & ſua peculiaria mœnia. Nomen eſt Νῆσος, inſula. Equidem hæc verba, quæ non agnoſcit Regius, ſpuria ſunt & delenda, *urbis magna pars*. Cur enim Cicero repetat, quod paucis ante dixerat Inſulam eſſe magnam partem urbis? Sic enim paullo ſuperius: *Arma capiunt, totum forum atque inſulam, quæ eſt urbis magna pars, complent*. Non eſt Tullianæ copiæ ſine neceſſitate verba eadem repetere. Poſſet quoque deleri *Syracuſis*, ſi MSi annuerent. GRÆV. *Quæ eſt urbs Syracuſis*) Ita Grævii codex optimus, ita quoque tres e noſtris, haud paullo melius, quam lectio vulgata. LALL.

Radices jaciebant) Ludibrii atque inediæ exprobrandæ cauſa. HOT. Reg *iactabant*. GRÆV. Et ita Lamb.

Tantum exarabat) *Exarare* pro ſata colligere. HOT.

Suppeditare poſſent) Legendum opinor *poſſet*, numero ſingulari: ut ſit ſufficere & ſatis eſſe poſſet. Idem lib. I. Offic. *Ob eaſque cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad victum*. HOT. Vere Hottomannus. Vulgata triviale ſapit. Cic. III. Philipp. *Si vita ſuppeditaſſet*. In 2. Catil. *Sed ſi omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamus, egit ille*. In libro VII. ad Fam. epiſt. 18. *An hoc ſignificas, nihil fieri: frigere te: ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* Tac. IV. Hiſt. 40. *Publio neque animus in periculis, neque oratio ſuppeditavit*. Hæc non adnotaſſem, cum hæc notio τῷ *ſuppeditare* jam ſatis nota ſit, niſi vidiſſem ab omnibus editoribus & interpretibus contemtam fuiſſe Hottomanni auctoritatem. GRÆV. Nihil tamen variant codices noſtri. LALL. Videtur cum Hottom. ſenſiſſe Nannius, illam ipſam notionem adferens hujus verbi in notula a Verburgio cum paucis ad hanc orat. ejus viri aliis edita ex marg. editionis Salleniana, unde aliquas retulimus. GAR.

Hominum conventu atque multitudine)

Meo

de claſſe populi Romani triumphum agere piratam; cum Prætoris nequiſsimi, inertiſsimique oculos prædonum remi reſpergerent? Poſtea quam e portu piratæ non metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierant, tum cœperunt quærere homines cauſam illius tantæ calamitatis: dicere omnes, & palam diſputare, minime eſſe mirandum, ſi, militibus, remigibuſque dimiſsis, reliquis egeſtate, & fame perditis, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante, tanta ignominia, & calamitas eſſet accepta. Hæc autem iſtius vituperatio, atque infamia confirmabatur eorum ſermone, qui a ſuis civitatibus illis navibus præpoſiti fuerant: qui ex illo numero reliqui Syracuſas, claſſe amiſſa, refugerant. Dicebant, quos ex ſua quiſque navi miſſos ſciret eſſe. Res erat clara: neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius avaritia tenebatur.

39. Ho-

Meo judicio alterutrum deeſt, vel *tanto* vel *in*, ut ſit, tanto hominum conventu, quod auribus ſuaviſſimum, & ſententiæ accommodatiſſimum videtur. Hot. *Hominum conventum, atque multitudinem, &c.*) Sic hunc locum emendavimus, codicum manuſcr. auctoritate freti. Lamb. *Hominum conventum atque multitudinem, &c.*) Secutus ſum fidem codicis Cujacii, expreſſique id quod & antea Lambinus; nam vulgata lectio, *hom. conventu atque multitudine*: inficete. Grut. Non ex uno codice refingenda eſt ſcriptura tot optimorum librorum, quos conſuluerunt editores ante Lambinum. Sane P. Francii liber vulgatam quoque tuetur. Quin & Cujaciani libri lectio videtur oratorum præceptis, ſive potius bonæ menti adverſari. Nam Cicero cum dixiſſet, ludibrio habitam eſſe Romæ gloriam, & populi Romani nomen, quis credat illum his addidiſſe: ludibrio habitum eſſe conventum & multitudinem hominum Syracuſis agentium? Quid miri conventum ludibrio haberi, cum ludibrio habeatur ipſe gentium terrarumque dominus populus Romanus? Hæc ſunt inepta & indigna imæ fæcis magiſtro, nedum parente Latinæ eloquentiæ. Legendum omnino, aut ut conjecit Hottomannus, *tanto hominum conventu*, aut *in hoc hominum conventu ac multitudine*: quod idem eſt, ac in tanto hominum conventu ac multitudine. Nimirum hoc dicit ludibrio habitam eſſe & gloriam urbis, & populum Romanum, Syracuſis, in tam frequenti oppido, ubi tanta & civium Romanorum & Siculorum verſetur multitudo. *Conventus* enim non ſolum dici oppida, in quibus conventus agantur, ſed & hominum in primis civium Romanorum turbam, quæ in oppidis illis verſabatur, ſæpe fuit adnotatum. Græv. Naug., & Car. Stephanus ita interpunxit, *nomen: hominum conventu &c.* Ita lis omnis præciditur, ſi nempe intelligamus piratam myoparone triumphaſſe in portu Syracuſano, dum ibi eſſet hominum conventus, & multitudo. Sed nihil affirmo. Gar.

Prædonum remi reſpergerent) Elatories pro, in Prætoris conſpectu atque oculis, ſic ut ſpectare eas prætor poſſit. Hottom.

Remigibus dimiſſis) Qua de re ſuperius dictum eſt. Idem.

Navibus præpoſiti) Hos *navarchos* identidem appellat. Idem.

Iſtius audacia) An non potius nequitia, aut inertia, aut tale quidpiam? Sed *audaciam* dixit pro temeritate

39. Homo certior fit, agi nihil in foro, & conventu tota die, niſi hoc quæri a navarchis, quemadmodum claſſis ſit amiſſa: illos docere, & reſpondere unumquemque, miſsione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore, & fuga. Quod poſteaquam iſte cognovit, hanc rationem habere cœpit: cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat jam ante, quam hoc uſu veniret, ita ut ipſum priore actione dicere audiſtis: videbat, illis navarchis teſtibus, tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe: conſilium capit primo ſtultum, verumtamen clemens. Cleomenem, & navarchos ad ſe vocari jubet, veniunt: accuſat eos, quod hujuſmodi de ſe ſermones habuerint: rogat, ut id facere deſiſtant, & in ſua quiſque navi dicat ſe tantum habuiſſe nautarum, quantum oportuerit, neque quemquam eſſe dimiſſum: illi enimvero ſe oſtendunt, quod vellet, eſſe facturos. Iſte non procraſtinat: advocat amicos ſtatim: quærit ex his ſingillatim, quot quiſque nautas habuerit: reſpondit unuſquiſque, ut erat præceptum. Iſte in tabulas refert: obſignat ſignis amicorum, providens homo: ut contra hoc crimen, ſi quando opus eſſet, hac videlicet teſtificatione uteretur. Deriſum credo eſſe hominem amentem a ſuis conſiliariis,

ritate & amentia; quod nullo legum metu afficiebatur. IDEM. Certo locum hic non habet *audacia*. Reg. recte *avaritia*, quod ſententia poſtulat. Cur enim remiges erant dimiſſi, cur reliqui, quos non dimiſerant, enecabantur fame? vitio Verris avaritiæ. Inf. cap. 41. *Vt aliis cauſam calamitatis attribueret, quæ omnis propter avaritiam ipſius accidiſſet*. Ibid. *Iſtius avaritia navibus exinanitis*. GRÆV.

Hanc rationem habere cœpit) Hoc conſilii capere: ita ſuæ cauſæ defenſionem meditari. HOTT.

Quam hoc uſu veniret) *Veniret*, ſententia poſtulat. Hoc autem Aſconius Verrina quarta interpretatur, *contingeret*. IDEM. *Venerit* eſt in Ven. Naug. Man. &c. quod non video, cur fuerit repudiandum. Sed melius fortaſſe Lamb. ex MSo *uſu venit*: ut etiam ſupra, *quæri ex Navarchis*. GAR.

Cleomenem & navarchos) In Reg. non eſt *Cleomenem &*: dein in eod. cod. non habentur *id facere deſiſtant &*; ſed, *ut in ſua quiſque navi*. GRÆV. Vix dubito, quin Cleomenis nomen ſit ejiciendum: neque enim ad illum hic ſermo pertinet. GAR.

Illi enimvero) Significationem habet promti & parati animi. Itaque ſæpe iratis accommodatur. HOTT.

Teſtificatione uteretur) Obſervanda conſuetudo, cujus ſimile exemplum exſtat in Quintiana ſupra, unde intelligitur, *teſtificationem* ſcripturam fuiſſe illius rei, propter quam advocati teſtes eſſent, ipſorum teſtium annulis obſignatam. Quam conſuetudinem Venuleius ſignificans in L. *curent*, 22. D. de teſtibus: *Curent*, inquit, *magiſtratus cujuſque loci teſtari volentibus & ſe ipſos & alios teſtes vel ſignatores præbere: quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalva ſit*. IDEM.

Deriſum credo) Quia ſtatim conſilium

ſiliariis, & admonitum, haſce ei tabulas nihil profuturas : etiam plus ex nimia Prætoris diligentia ſuſpicionis in eo crimine futurum. Iam iſte erat hac ſtultitia multis in rebus uſus, ut publice quoque, quæ vellet, in civitatum litteris & tolli, & referri juberet : quæ omnia nunc intelligit ſibi nihil prodeſſe, poſtea quam certis litteris, teſtibus, auctoritatibuſque convincitur.

40. Vbi hoc videt, illorum confeſsionem, teſtificationem ſuam, tabulas ſibi nullo adjumento futuras, init conſilium, non improbi Prætoris, nam id quidem eſſet ferendum,

lium mutavit, & aliam defenſionis rationem inſtituit. Idem.

A ſuis conſiliariis) Non qui ſuperius illud conſilium ei dederant ; ipſe enim Verres ſua ſponte illud ceperat. Sic aliis locis ſæpe oſtendit, eum nullius neque ingenii eſſe, neque conſilii. Idem.

Nimia pretoris diligentia) Non eſt otioſum verbum *Pretoris*; nam eorum, qui in ſummo imperio ſunt, acta omnia publica ſunt, neque teſtificatione ulla privata juvari poſſunt. *Hæc* igitur *nimia diligentia*, ſuſpicionem potius, quam defenſionis facultatem prætori afferebat. Idem.

Iam iſte erat) Id eſt, non modo falſas illas teſtificationes privatas confingebat ; verum etiam publicas ipſas civitatum litteras corrumpebat. Id quod Verrina IV. dictum eſt. Idem.

In civitatum litteris) Cod. Lamb. *litteras*, ipſe emendabat audacius, *e civis litteris tolli, & in eas referri*. Sed proba, & firmiſſima lectio convelli nequit. Gar.

Vbi hoc vides) Non incommode fortaſſe ſexta hæc orationis pars numerari poterit, in qua de crudelitate Verris exponit, qui Sicularum civitatum navarchos falſo proditionis crimine damnatos, acerbiſſimis ſuppliciis affecit. Hott.

Vbi hoc videt, illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabulas ſibi nullo adjumento futuras) Multis laciniis, quæ profectæ ſunt aut a magiſtris ſcriptores antiquos diſcipulis exponentibus, & ab his marginibus adſcriptæ ſunt, onerati ſunt non Tullius ſolus, ſed plerique veteres, ut dudum conqueſti ſunt viri eruditi, præcipue Victorius in animadverſionibus in noſtrum Ciceronem. Puto hujus rei hic quoque manifeſtiſſimum exemplum eſſe. Nam hæc verba *illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam*, fuiſſe explicationem margini adlitam, qua ſignificaretur, quid velit verbum *tabulas*, nimirum in quibus ſcripta ſit illorum confeſſio, quæ eadem eſſet ſua teſtificatio. Nam primo vides alterutrum abundare, *illorum confeſſionem*, &c. *tabulas*. Cur enim addidiſſet *tabulas*, ſi jam meminiſſet *confeſſionis*, & *teſtificationis*? Dein cur diceret *teſtificationem ſuam*, quæ a navarchis data erat de illius actis ; potius dicendum fuiſſet, *teſtificationem illorum*. Nam *teſtificatio mea* non eſt teſtimonium, quod de rebus meis ab aliis mihi datur, ſed qua ego teſtatum facio, quid norim, aut quæ mea ſit de alterius negotio ſententia. Cic. I. ad Fam. 1. Pompeius *egit tuam cauſam*, &c. *cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum, & amoris erga te ſui*. Hæc non poteſt Lentuli teſtificatio dici, ſed Pompeii. Nullus plane dubito Tullium ſcripſiſſe : *Vbi hoc videt, tabulas ſibi nullo adjumento futuras*. Graev. Lallemandus, invitis libris omnibus, ea delevit, quæ merito fuerant Grævio ſuſpecta. Sed ſuſpicari ſat eſt : neque ſane repugnarem admodum, ſi quis legeret, *illorum confeſſionem, teſtificationem, tabulas*. Ven. & Herv. & C. Steph. &c. *tabellas*. Gar.

Im-

ſtum, ſed importuni atque amentis tyranni: ſtatuit, ſi hoc crimen extenuare vellet, nam omnino tolli poſſe non arbitrabatur, navarchos omnes, teſtes ſui ſceleris, vita eſſe privandos. Occurrebat illa ratio: quid Cleomene fiet? potero ne animadvertere in eos, quos dicto audientes eſſe juſſi? miſſum facere eum, cui imperium, poteſtatemque permiſi? potero ne eos afficere ſupplicio, qui Cleomenem ſecuti ſunt: ignoſcere Cleomeni, qui ſecum fugere, & ſe conſequi juſsit? potero ne in eos eſſe vehemens, qui naves inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas: in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam navem, & minus exinanitam? pereat Cleomenes una. Vbi fides? ubi exſecrationes? ubi dextræ, complexuſque? ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſsimo litore? fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Cleomenem vocat: dicit ei, ſe ſtatuiſſe animadvertere in omnes navarchos: ita ſui periculi rationes ferre, ac poſtulare. Tibi uni parcam, & totius iſtius culpæ crimen, vituperationemque inconſtantiæ potius ſuſcipiam, quam ut in te ſim crudelis, aut tot, tam graves teſtes vivos, incolumeſque eſſe patiar. Agit gratias Cleomenes, adprobat conſilium, dicit, ita fieri oportere. Admonet tamen illud, quod iſtum fugerat, in Phalargum Centuripinum navarchum non poſſe animadverti, propterea quod ſecum fuiſſet una

Importuni, atque amentis tyranni) Pro Cluent. *Quem propter importunitatem animi nemo recipere tecto vellet*. In Piſon. *Animal ex omnium ſcelerum importunitate . . . . . concretum*. Virgil. Georg. I. *Obſcœnique canes, importunæque volucres*. NANNIVS.

Verum etiam apertas) *Conſtratas naves* (ut ſuperius docui) *apertis* opponit: quæ cum tectæ non eſſent, hoſtium telis patebant: quo minus prædonibus reſiſtere potuerint. HOTT.

Vbi exſecrationes) Pactiones jurejurando, & devotione capitis ſancitæ, atque confirmatæ. IDEM.

Vbi illud contubernium) Qui in militia ſub iiſdem tabernaculis ſunt, *contubernales* appellantur. Irridet illa Verris caſtra æſtiva Veneria. IDEM.

Inconſtantiæ) Quod in pari cauſa diſſimilia jura conſtituam. IDEM.

Quam ut in te ſim crudelis) Sic reſcripſi ex Reg. Vulgo *aut*. GRÆV. Præclare: cum præſertim in MSis ſoleant iſta permutari: vide Drak. ad Liv. IV. 12. Cod. Lamb. *quam in te*. Vtriuſque formæ dabit exempla Dukerus ad eumdem Liv. XXXVII. 37. ſuntque obvia permulta: ſed ex ipſa vulgata Regio facile aſſentior, licet illum contemſerint recentiores. Idem cod. *gravis teſtis*, ut ſæpe videmus talia in ipſo proferri ad veteris ſcripturæ fidem. GAR.

In Phalargum Centuripinum) Reg. *In Phalacum Centuripinum*. GRÆV. Lamb.

Pha-

una in Centuripina quadriremi. Quid ergo? iſte homo ex ejuſmodi civitate, adoleſcens nobiliſsimus, teſtis relinquetur? In præſentia, inquit Cleomenes, quoniam ita neceſſe eſt: ſed poſt aliquid videbimus, ne iſte nobis obſtare poſsit.

41. Hæc poſtea quam acta, & conſtituta ſunt, procedit iſte repente e prætorio, inflammatus ſcelere, furore, crudelitate: in forum venit: navarchos vocari jubet. Qui nihil metuerent, nihil ſuſpicarentur, ſtatim accurrunt. Iſte hominibus miſeris, innocentibuſque injici catenas imperat. Implorare illi fidem populi Romani, & quare id faceret, rogare. Tunc iſte hoc cauſæ dicit, quod claſſem prædonibus prodidiſſent. Fit clamor, & admiratio populi, tantam eſſe in homine impudentiam, atque audaciam, ut aliis cauſam calamitatis attribueret, quæ omnis propter avaritiam ipſius accidiſſet: aut, cum ipſe prædonum ſocius putare-

Pherarchum, qui alios notat habere *Philargum*. Neſcio, an legi debeat *Philarchum*, de quo III. Acc. 12. aut illius fortaſſe filium. Gar.

Secum fuiſſet una) Poſterius dicit, propterea quod in ejus quadriremi Cleomenes vectus eſſet. Hott.

In præſentia, inquit Cleom.) Legendum fortaſſe eſt, *in præſenti*, inquit Cleom, Lamb. Cave hic audias Lambinum. Nam ſic ſæpe veteres: Terent. Phorm. *Proviſum eſt, ne in præſentia hæc hinc abeat*. Liv. XLIX. *Occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia inviſum quidem, & ſuſpectum Eumenem Romanis falſis gravioribus criminibus onerarunt*. Grav.

E prætorio) Non e loco, quo jus reddebatur, ut nonnulli verbum hoc interpretantur, ſed e domo prætoria, in qua re cum Cleomene deliberata, conſilium de navarchis necandis inierat. Hott.

Injici catenas) *Collo & cervicibus*, ut poſterius dicet. Idem.

Implorare fidem populi Romani) Ut ſocii & fœderati, cum a Verre pro hoſtibus ac prædonibus haberentur. Idem. *Implorare illi fidem populi Romani*) Placet Guilielmio, quod erat in Cujacii *fidem prætoris*; ſic & cap. 42. Pr. *fidem tuam quæ nuſquam erat, implorans*; & vero editio prima, item Pal. ſec. expreſſerunt iſtud per *pop. Roman.* hæreo tamen, hæreo. Grut. Reg. quoque *Prætoris*, & ſic ſcripſit Cicero. Grav. *Fidem Prætoris*) Ita Cujacianus liber, & quatuor noſtri codices. Lallem. Veneta P. R. ſolita unius puncti adjectione. Grævium miror, quod probabat, ex MSis optimis non recepiſſe. Gar.

Fit clamor, & admiratio populi) Docti quidam legendum putant, *& admurmuratio populi*. Lambin. Stulte: *murmur* ibi ſupervacuum, ubi *clamor*. Gruter. Solent iſta commutari, ut IV. Acc. 12. ſed hic ratio, & codices Grutero favent. Gar.

Prædonum ſocius) Quaſi cum prædonibus colluſiſſet, & claſſem illis per illam apparatus, & pugnæ ſpeciem prodidiſſet. Hott. *Cum ipſe prædonum ſocius putaretur*) Libri MSi habent, *ſocius arbitraretur*; quod ſi probabimus, *arbitraretur* accipiendum erit παθητικῶς: quod neque novum, neque mirum, neque in hoc verbo, neque in ſimilibus, videri debet. Lambinus. *Prædonum ſocius putaretur*) Malebat Gui-

Digitized by Google

taretur, aliis proditionis crimen inferret: deinde hoc quintodecimo die crimen eſſe natum, poſtquam claſsis eſſet amiſſa. Cum hæc fierent, quærebatur, ubi eſſet Cleomenes; non quo illum ipſum, cujuſmodi eſſet, quiſquam ſupplicio propter illud incommodum dignum putaret: nam quid Cleomenes facere potuit? non enim poſſum quemquam inſimulare falſo, quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit, iſtius avaritia navibus exinanitis? atque eum vident ſedere ad latus Prætoris, & ad aurem familiariter, ut ſolitus erat, inſuſurrare. Tum vero omnibus indigniſsimum viſum eſt, homines honeſtiſsimos, electos ex ſuis civitatibus, in ferrum, atque in vincla conjectos, Cleomenem, propter flagitiorum, ac turpitudinis ſocietatem, familia-

Guilielmius e MSis Lamb. & Cujac. *ſocius arbitraretur*, παθητικῶς. Sic infra pro Murena: *denique bellum confectum arbitraretur*: ubi male Lambinus *arbitrantur*. GRUT.

Cum hæc fierent) Vetus liber, *cum hæc ita fierent*. F. URSIN.

Cujuſmodi eſſet) *Cujuſmodi*, pro *cujuſcumque modi*: ut in epiſt. ad Marcellum: *Cogitandum tibi tamen eſſet, Romæ ne an domi tuæ, cujuſmodi res eſſet, an Mitylenis aut Rhodi malles vivere*. HOTT. *Cujuſmodi eſſet*) Pro *cujuſcumque modi*, ut alibi aliquoties; malebat tamen P. Manutius *cujuſcujuſmodi*. Lambinus edidit, *cuicuimodi*, ſed non adprobantibus MSis. GRUT. Imo Lambinum eſt veriſimile non ſine aliquo MSo dediſſe, *cuicuimodi*. Vidit Manutius, vulgatos libros hic eſſe corruptos, ut erat vir Latine doctiſſimus; neque h. l. ferri admodum poſſe, *cujuſmodi*, docebit præterea viri ſummi I. F. Gronovii ad Gellium II. 8. adnotatio; quem ſequitur merito Cortius ad illam quam Hott. laudat, epiſtolam IV. 7. licet ibi malit *cujuſquemodi*, quod hic etiam locum haberet. Sed ibidem Gronovius legebat *cuicuimodi*. Profecto etiam pro Amer. 34. hoc abierat in *cujuſmodi*: ubi Lambinus *cujuſcujuſmodi* præferebat in marg. certæ Priſciani lectioni, *cuicuimodi*; ita ut huic ſecundum locum daret: eademque in cauſa III. de Finib. 9. iterum maluit *cujuſcujuſmodi*. An igitur aliter emendaturum hic fuiſſe illum credemus, niſi ex MSis? *Cuicuimodi eſt*: citat etiam, tamquam ex *frumentaria* in Verrem, Cledonius ed. Putſ. p. 1908. GAR.

Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere) Quid potuit dici concinnius? At ſi Quinctiliani verba ſpectemus, alium ordinem conſervavit. Sic enim libro Inſtit. IX. ſcribit: *Interim ſententia quidem repetitur, ſed eodem verborum ordine. Quid Cleomenes facere potuit, (non enim poſſum q. i. f.) quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit?* HOTT. *Quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit?*) Ita tres codices veteres: alii, ut libri vulgati. LAMBIN. Vere igitur Quinctilianus: ab cujus loco IX. 3. abeſt vox *magnopere* in multis codd. quos recenſet Burmannus in not. p. 811. iiſque eſt Barberinus addendus: quod moneo, ut integrum eſſe intelligatur, eam vocem ex vett. edd. ita collocare, ut Grut. & Græv. fecerunt. GAR.

Atque eum vident ſedere ad latus) Dictum videtur pro ſtatim: ut in illo Virgilii: *Atque illum in præceps prono rapit alveus amni*; de quo Gell. lib. X. cap. ult. HOTTOM.

Electos ex ſuis civitatibus) Qui navibus præponerentur. IDEM.

Propter flagitiorum ac turpitudinis ſocie-

miliariſsimum eſſe Prætori. Apponitur his tamen accuſator Nævius Turpio quidam, qui, C. Sacerdote Prætore, injuriarum damnatus eſt, homo bene appoſitus ad iſtius audaciam: quem iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia, præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium.

42. Veniunt Syracuſas parentes, propinquique miſerorum adoleſcentium, hoc repentino calamitatis ſuæ commoti nuncio: vinctos adſpiciunt catenis liberos ſuos, cum iſtius avaritiæ pœnam collo, & cervicibus ſuis ſuſtinerent: adſunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quæ nuſquam erat, nec umquam fuit, implorant. Pater aderat Dexio Tyndaritanus, homo nobiliſsimus, hoſpes tuus, cujus tu domi fueras, quem hoſpitem appellaras: eum cum illa auctoritate, & miſeria videres præditum, non te ejus lacrymæ, non ſenectus, non hoſpitii jus, atque nomen a ſcelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit. Sed quid ego hoſpitii jura in hac tam immani bellua commemoro?

cietatem] Quod ſuperius militiæ muliebris contubernium appellavit. Iosm. Reg *turpitudinum*; ſtatim idem: *familiariſſimum prætori*. Grev. *Turpitudinum*, etiam codex Lamb. Gar.

Injuriarum damnatus] Significat illum infamem fuiſſe, ac propterea ad accuſationem non admittendum. Hott.

In decumis] In decumanis territandis, ut ſe calumniæ metu certa pecunia liberarent. Idem.

Proclamant) Teſtantur ſe paratos eſſe judicio ſuos liberos & propinquos defendere. Iosm.

Dexio) Priſcianus p. 690. legit *Dexo*, idque confirmat verus Lambini codex, qui etiam infra conſtanter exhibet, *Dexonis filius*, ex quo ipſe Lambinus c. 49. *Dexo hic, quem videtis*. Gar.

Quem hoſpitem appellaras] Videtur ſignificare jus hoſpitii non ſolo facto, id eſt, diverſando contrahi ſolitum, ſed certis quibuſdam, & ſolemnibus verbis uti ſolitos fuiſſe. Hott.

Eum cum illa auctoritate, ætate, miſeria vid. præd.) Sic repoſui, conjectura ductus: nam cum viderem, in vulgatis libris, & nonnullis MSis ita legi, *auctoritate, & miſeria, &c.* in aliis non eſſe copulationem, *&*, facile ſuſpicatus ſum, *ætate*, omiſſum eſſe ab aliquo librario, propter ſimilium ſyllabarum vicinitatem, *tate* ab alio, *&*, dumtaxat, ex voce, *ætate*, propter eamdem cauſam eſſe ſcriptum. Quin, ſi mihi, quod ſentio, dicere licet, ſuſpicor, vocem *auctoritate*, eſſe alienam, ac ſubditam: & ita legendum, *eum cum illa ætate, & miſeria videres præditum, &c.* Verum tamen judicet lector eruditus. Lamb. *Cum illa auctoritate, & miſeria videres præditum*) Lambinus neſcio quæ interponit: ſimplicius Guilielmius, qui quod Cujacianus non haberet copulam, divinat: *cum illa auctoritate, miſeria videres perditum*; tu, inquit, Verres, cum hoſpitem tuum videres, & auctoritate Prætoris eſſes, videres, inquam, hoſpitem tuum miſeria perditum. Grut.

Per

moro? qui Sthenium Thermitanum, hoſpitem ſuum, cujus domum per hoſpitium exhauſit, & exinanivit, abſentem in reos retulerit, cauſa indicta, capite damnarit, ab eo nunc hoſpitiorum jura, atque officia quæramus? cum homine enim crudeli nobis res eſt, an cum fera, atque immani bellua? te lacrymæ patris de innocentis filii periculo non movebant, cum patrem domi reliquiſſes, filium tecum haberes? te neque præſens filius de liberorum caritate, neque abſens pater de indulgentia patria commonebat? Catenas habebat hoſpes tuus Ariſteus, Dexionis filius: quid ita? prodiderat claſſem: quod ob præmium? deſeruerat exercitum: quid Cleomenes? ignavus fuerat: at eum tu ob virtutem corona aurea donaras. Dimiſerat nautas: tu ab omnibus mercedem miſsionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitenſis Eubulida, homo domi ſuæ clarus, & nobilis: qui, quia Cleomenem in defendendo filio læſerat, nudus pæne eſt deſtitutus. Quid erat autem, quod quiſ-

Per hoſpitium) Per cauſam hoſpitii. De Sthenio Thermitano dictum eſt Verr. IV. HOTTOM.

Cum patrem domi reliquiſſes) Nam patre vivo ſeniore Verres in Siciliam profectus erat. IDEM.

Quod ob premium? deſeruerat exercitum, &c.) Cujacii liber non admiſit vocem *exercitus*, quod rejicit quidem Lambinus, ſed non Guilielmius, ut ſubintelligatur *claſſem*. GRVTER. Atqui Lambinus in marg. mendoſam illam Cujaciani lectionem eſſe pronunciat: tantum quod eum non nominat. Ipſe hunc ordinem mavult: *prod. claſſem, deſ. exercitum: quod ob premium? quid Cleomenes?* Non dubito, quin ea MSo, ſed non eſt neceſſe. GAR.

Corona aurea donaras) Color Verris talis fuit: quia a ceteris deſertus navim Centuripinam ſolus ſervaſti, virtutis ergo te aurea corona dono. Sed hoc Cicero tacuit. Plinius XXXIII 2. *A. Poſtumius Dictator apud lacum Regillum caſtris Latinorum expugnatis ei, cujus maxime opera capta eſſent, coronam auream ex præda dedit.* NANNIVS. Non eſt veriſimile, Ariſteo, & Navarchis, quorum fuerant incenſæ naves, coronam fuiſſe datam. Veruntamen difficile eſt, ut nunc Tullii verba leguntur, non ita intelligere. *Ariſteus* enim *catenas habebat*, quod *prodiderat claſſem, deſeruerat exercitum, ignavus fuerat, dimiſerat nautas*: quibus ſingulis reſponſiones illæ ſubjiciuntur. At Cleomenis fuit illa omnino corona. Neſcio hercle, an huic incommodo ſatis mederi poſſim, ita legens: *Quid Cleomenes? ignavus fuerat? at eum &c.* Hoc ſenſu: Ariſteus pœnam deſerti exercitus luebat maximam: quid porro dux ipſe fecerat Cleomenes? an Cleomenem ipſum ignavum dices, ne hoc Ariſteus utatur exemplo? non potes, quod eum virtutis ergo corona donaſti. Sed hoc aliis relinquo. Mox Naug. Man. &c. ante Lamb. qui mutavit, profecto melius dederunt: *at ab omnibus tu mercedem m. acceperas*. Ed. MCDLXXXIII. *ut ab omnibus tu m. m. acciperes*. GAR.

Cleomenem læſerat) In eum enim culpam fugæ contulerat. HOTTOM.

Nudus pene eſt deſtitutus) Dixi ſuperius de hoc verbo, & exemplis docui, uſurpari ſolitum pro *conſtitutus*. IDEM. Vid. illius notas in Act. III. 26.

quiſquam diceret, aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At cauſa cogit. Moriere, ſi appellaris: numquam enim iſte cuiquam eſt mediocriter minatus. At remiges non erant. Prætorem tu accuſas? frange cervices. Si neque Prætorem, neque Prætoris æmulum appellare licebit, cum in his duobus tota cauſa ſit: quid futurum eſt?

43. Dicit etiam cauſam Heraclius Segeſtanus, homo domi ſuæ ſummo loco natus. Audite, ut veſtra humanitas poſtulat, judices: audietis enim de magnis incommodis, injuriiſque ſociorum. Hunc ſcitote fuiſſe Heraclium in ea cauſa, qui propter gravem morbum oculorum tum non navigarit, & juſſu ejus, qui poteſtatem habuit, cum commeatu Syracuſis remanſerit: iſte certe neque prodidit claſſem, neque metu perterritus fugit, neque exercitum deſeruit. Etenim tunc eſſet hoc animadverſum, cum claſsis Syracuſis proficiſcebatur. Is tamen in eadem cauſa fuit, quaſi eſſet in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus, in quem ne

Cleomenem nominare) Qui cum eſſet Imperator a Verre præpoſitus, ſecum omnes fugere & ſe conſequi juſſerat. Idem.

Prætoris æmulum) Videtur jam imitatorem ſignificare, hoc eſt, qui poteſtate atque imperio Verrem referret. Superius tamen de eo ipſo ſic locutus eſt: *Si eum non tamquam virum, at tamquam æmulum removiſſet*. Idem.

In ea cauſa) Paullo poſt dicet: *In eadem cauſa*, id eſt, iiſdem criminibus appetitum. Idem. Miror hunc, & Manutium non obſervaſſe, res hic ejuſmodi proferri, quæ probant, Heraclium disjungendum a ceteris Navarchis fuiſſe, quod ejus cauſa eſſet longe diverſa: itaque exponi, qua in cauſa eſſet Heraclius: poſtremo ſubjici in eadem tamen cum ceteris cauſa, in qua eſſe non debuerit, per ſummam iniquitatem Prætoris fuiſſe. Nunc *in ea cauſa* refertur ad diverſam illam, quæ ſtatim commemoratur; poſtea *in eadem cauſa* Heraclium ſignificat æque, ac ceteros, fuiſſe punitum criminis ejuſdem nomine. Gar.

Ejus qui poteſtatem habuit) Cleomenis, Imperatoris a Verre præpoſiti. Hottom.

In commeatu) Vetus liber, *cum commeatu*: quod probabilius videtur. Idem. *Cum commeatu Syracuſis manſerit*) Eſt a veteri libro Hottomanni: nam noſtri ſane & Cujac. item antiquitus typis formati, *in commeatu*. Gruter. Recepi *cum commeatu* etiam Lambinus, & Michael Brutus: *cum commeatu* eſt impetrato commeatu, ſeu poteſtate domi manendi. Suet. Tib. LXXII. *Quod commeatu abfuturus e convivio egrediens manum ſibi oſculandi cauſa apprehendiſſet*. Grav.

Iſte certe) Lamb. ex MSo, *is certe*. Gar.

Etenim tunc eſſet hoc animadverſum) Mire addidit pronomen *hoc*, quod nullo pacto huic loco congruit. Longius ergo κατ' ἔννοιαν refertur: nimirum, utrum in navi aliqua eſſet, an non. Hottom.

Homo,

ne falſo quidem cauſa conferri criminis potuit. Fuit in illis navarchis Heraclienſis quidam Furius, nam habent illi nonnulla hujuſcemodi Latina nomina, homo, quamdiu vixit, domi ſuæ non ſolum, poſt mortem tota Sicilia clarus, & nobilis: in quo homine tantum animi fuit, non ſolum ut iſtum libere læderet; nam id quidem, quoniam moriendum videbat, ſine periculo ſe facere intelligebat: verum, morte propoſita, cum lacrymans in carcere mater noctes dieſque aſſideret, defenſionem cauſæ ſuæ ſcripſit: quam nunc nemo eſt in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui ſceleris, & crudelitatis ex illa oratione commonefiat: in qua docet, quot a civitate ſua nautas acceperit: quot, & quanti quemque dimiſerit, quot ſecum habuerit: item de ceteris navibus dicit: quæ cum apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille morte propoſita, facile dolorem corporis patiebatur: clamabat, id quod ſcriptum reliquit, *facinus eſſe indignum, plus impudiciſſimæ mulieris* apud

Homo, quamdiu vixit, domi ſuæ, non ſolum poſt mortem) Quamvis hic locus videatur integer & emendatus, neque quidquam varietatis in codicibus MSis repererim, præterquam quod vox, *tota*, ab eis abeſt, &, *Siciliam*, in eiſdem legatur: non prætermittenda tamen, neque diſſimulanda eſt ingenioſa Memmii conjectura. Sic igitur conjiciebat ille eſſe potius legendum: *Homo quamdiu vixit, non ſolum domi ſuæ, ſed per omnem Siciliam clarus & nobilis*; qua lectione nihil excogitari poteſt concinnius, nihil rotundius. LAMBIN. Mihi videntur hæc verba *non ſolum* neſcio unde irrepſiſſe. Vide quam omnia ſint plana, ſi ſcribas: *Homo, quamdiu vixit, domi ſuæ, poſt mortem tota Sicilia clarus, & nobilis*. In patria ſua fuit clarus, & æſtimatus, quamdiu ſuperſtes fuit; poſt mortem totam Siciliam ejus nomen eſt pervagatum cum magna illius laude, propter illam defenſionem, quam in carcere ſcripſit. Manutius delet *non*; quem vide. Videtur irrepſiſſe ex ſequente verſu, *non ſolum ut iſtum libere læderet*. GRÆV. *Non domi ſuæ ſolum*) Ita codices noſtri: vulgati alio verborum ordine, *domi ſuæ non ſolum*, unde Grævius delebat, *non ſolum*. LALLEM. Lambinus hæc verba, ut dedit Lallem. ita invenit in ſuo MSo diſpoſita: notavit in marg. adſcripſitque, ſibi non placere. Ipſe autem cum Naug. Herv. Man. ſic interpunxit: *homo, q. v. domi ſuæ, non ſolum poſt mortem &c.* Mihi adhuc ſupereſt de gloſſa ſcrupulus. GAR.

Domi ſuæ) In civitate ſua, in patria. Vivus notus erat in patria; mortuus tota Sicilia. HOTTOM.

Defenſionem cauſæ ſuæ) Sic Latine ἀπολογίαν interpretatur. IDEM. *Defenſionem cauſæ ſuæ ſcripſit*) Niſi eſt ἀνακόλουθον, legendum videtur, *ſcripſerit*. Nam niſi propter parentheſin, mutavit orationis formam, pendet hoc verbum ab illo loco, *non ſolum ut illum libere læderet, &c.* ſequi debet nunc, *verum, morte propoſita, &c. defenſionem cauſæ ſuæ ſcripſerit*. Sed dicamus, eſſe ἀνακόλουθον propter hyperbaton. LAMBIN.

Quanti) Quo pretio a Verre definito & conſtituto. HOTTOM.

 Jam

apud te de Cleomenis ſalute , quam de ſua vita lacrymas matris valere. Deinde etiam illud video eſſe dictum , quod, ſi recte vos populus Romanus cognovit, non falſo ille jam in ipſa morte de vobis prædicavit: *non poſſe Verrem teſtes interficiendo crimina ſua extinguere : graviorem apud ſapientes judices ſe fore ab inferis teſtem , quam ſi vivus in judicium produceretur: tum avaritiæ ſolum, ſi viveret: nunc, cum ita eſſet necatus , ſceleris , audaciæ , crudelitatis teſtem fore*. Iam illa præclara: *non teſtium modo catervas , cum tua res ageretur , ſed a diis manibus innocentium pœnas , ſceleratorumque furias in tuum judicium eſſe venturas : ſeſe ideo leviorem caſum ſuum fingere , quod jam ante aciem ſecurium tuarum, Seſtiique, tui carnificis, vultum & manum vidiſſet , cum in conventu civium Romanorum juſſu tuo ſecuri cives Romani ferirentur*. Ne multa , judices; libertate , quam vos ſociis dediſtis , hac ille in acerbiſsimo ſupplicio miſerrimæ ſervitutis abuſus eſt.

44. Con-

Iam illa præclara) Subandi , quæ in eadem apologia conſequebantur . IDEM.

Sceleratorumque furias) Quibus Verres pepercerat , niſi forte *ſcelerum* potius legendum ſit , quod conſuetudo poſtulat. IDEM. *Sceleratorumque furias*) Legendum fortaſſe eſt ; *ſcelerumque tuorum furias* ; doctus quidam totum hunc locum ſic legendum putat : *Sed etiam a diis manibus innocentium , pœnas ſcelerum tuorum , atque furias , in tuum judicium eſſe venturas* . LAMBIN. *Sceleratorumque furias*) Liber Cujacii , *ſcelere quemque furias* . Lambinus heic varie ſe torquet : ſed res clara eſt ; vocat *furias ſceleratorum* , quia deſtinatæ ſunt ideo , ut crucient *ſceleratos* . GRUT.

Seſtiique tui carnificis) Obſervandum, unum aliquem de lictoribus carnificis munus præcipue obiiſſe : nam in ſequenti pagina hunc *lictorem* appellat. HOTTOM.

Hac ille in acerbiſſimo) Libri veteres habent , *hanc* , *ille* , *&c.* fortaſſe non male , ut intelligamus , verbum, *abutor* , junctum eſſe cum accuſandi caſu : quod Plauto , & Terentio eſt magis uſitatum . Præterea liber unus MSus habet , *libertatem quam* : quod eadem ratione tueri poſſumus . Licet etiam dicere , *libertatem quam* , poſitum eſſe , comicorum more , pro , *quam libertatem* . LAMBINUS . *Libertate quam vos &c. hac ille*) Cujatii liber , *libertatem quam vos &c. hanc ille* ; quod placet Guilielmio , nec diſplicebat etiam Lambino . *Abuti* heic eſt largius *uti* . GRUTER. Vetus Veneta , & Hervag vulgatam ſervant : ſed non eſt contemnenda certe Naug. & P.Manutii lectio , *libertatem , quam &c. hac ille &c.* quæ in MSo Palatino quoque fuit inventa : vide V. L. An huic faveat Cujacianus , an vero hæc illi potius , non facile dixerim . Certe alii codices illi Lamb. qui habent , *libertate , quam . . . . hanc* , mendoſi mihi videntur , vulgatæque , aut Cujaciano adjungendi : utramvis enim lectionem corruperunt . GAR.

Hac ille eſt abuſus) *Abuſus* ad extremum uſus , ut nihil reliqui fecerit; quaſi diceret, univerſam illam libertatem conſumſit , ea quoad licuit eſt uſus , nihil prætermiſit . Similiter Verr. III. *Niſi omni tempore , quod mihi*

lege

44. Condemnat omnes de conſilii ſententia : tamen neque iſte in tanta re, tot hominum, totque civium cauſa, P. Vettium ad ſe arceſsit, Quæſtorem ſuum, cujus conſilio uteretur: neque P. Cervium, talem virum, Legatum, qui, quia Legatus, iſto Prætore, in Sicilia fuit, primus ab iſto judex rejectus eſt : ſed de latronum, hoc eſt, de comitum ſuorum ſententia condemnat omnes. Hic cuncti Siculi, fideliſsimi, atque antiquiſsimi ſocii, plurimis affecti beneficiis a majoribus noſtris, graviter commoventur, & de ſuis periculis, fortuniſque omnibus pertimeſcunt. Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe converſam? condemnari tot homines uno tempore nullo crimine? defenſionem ſuorum furtorum Prætorem improbum ex indigniſsima morte innocentium quærere? Nihil addi jam videtur, judices, ad hanc improbitatem, amentiam, crudelitatemque poſſe : & recte nihil videtur: nam ſi cum illorum improbita-

lege conceſſum eſt, abuſus ero, quærere. HOTTOM.

Et de ſuis periculis, fortuniſque omnibus, &c.) Quidam legendum putant, *& de ſuis pecuniis, &c.* LAMBIN. *Fortuniſque omnibus pertimeſcunt*) Mallet Guilielmius, *fort. communibus*; ſicque fere loquitur noſter, infra c. 46. pr. Ceterum inepte illi, qui heic tentant illud *periculis* mutare in *pecuniis*: pertimeſcebant enim Siculi magis de vita, & ſanguine, quam de pecuniis. GRVTER.

In tantam crudelitatem, inhumanitatemque) *Inhumanitas* nimis hic leve eſt, poſt *crudelitatem*. Nec ſatis latine, credo, dicitur, *inhumanitas*, aut *humanitas imperii*. Scripſit, credo, Tullius : *Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperii in se tam crudelitatem, immanitatemque eſſe converſam*. Opponitur clementiæ crudelitas, manſuetudini immanitas. Inferius c. 47. *Qui a parentibus ſpe noſtri imperii, noſtræque æquitatis ſuſcepti educatique ſunt, ad C. Verris neſ eiam immanitatem, & ad ejus ſecurem ſuaeſtam eſſe ſervatos?* Firmat emendationem meam Reg. cod. e cujus excerpto biennio poſtquam hæc ſcripſeram, accepi, in quo legitur *umanitatem* : pro vulgato *inhumanitatem*. Inferius tamen c. 46. recte *inhumanus*. Sic enim ibi dicitur qui omnem humanitatem exuit, & nullius hominis rationem habet. GRAV. Mallet Grævius, *immanitatemque*, ut habent codex ejus optimus, & unus e noſtris : alii vitioſe ſcribunt, *humanitatemque*. LALLEM. An non hic duos codices ex uno facit? Habebat certe illum Regium : in quo tamen Wittius legerat *umanitatem* : ſed fortaſſe hanc lectionem ad illam reterorum mendoſam retulit, legitque in alio codice diſerte, *immanitatemque*, quod certius reſcire magnopere intereſſet. Non ſemel hæc nos ex Lallemando tenet incertitudo. GAR.

Et recte videtur] Sic edendum curavi, deleta voce, *nihil*, ſupervacanea. Quin Memmius hoc totum, *nihil videtur*, delendum putat, ut ex adnotatione natum. Ego, *videtur*, ſtetineo. LAMBIN.

Cum illorum) Error ex Lambinianis ad Gruter. Græv. Gron. Verb. pro-

bitate certet, longe omnes, multumque ſuperabit: ſed ſecum ipſe certat: id agit, ut ſemper ſuperius ſuum facinus novo ſcelere vincat. Phalargum Centuripinum dixeram exceptum eſſe a Cleomene, quod in ejus quadriremi Cleomenes vectus eſſet: tamen quia pertimuerat adoleſcens, quod eamdem ſuam cauſam videbat eſſe, quam illorum, qui innocentes peribant: ad hominem accedit Timarchides: a ſecuri negat ei eſſe periculum: virgis ne cæderetur, monet ut caveat. Ne multa, ipſum dicere adoleſcentem audiſtis, ſe ob hunc virgarum metum pecuniam Timarchidi numeraſſe. Levia ſunt hæc in hoc reo crimina: metum virgarum navarchus nobiliſsimæ civitatis pretio redemit: humanum eſt: alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: uſitatum eſt: non vult populus Romanus obſoletis criminibus accuſari Verrem: nova poſtulat, inaudita deſiderat: non de Prætore Siciliæ, ſed de crudeliſsimo tyranno fieri judicium arbitratur.

45. In-

propagatus.„ Reſtitue cum ceteris omnibus jam inde a XV. ſeculo, *aliorum*. GAR.

Sed ſecum ipſe certat: id agit] Videtur rectius ut eſt in antiquo, *ſed cum ſecum ipſe certet, id &c.* F. URSIN.

In ejus quadriremi) Ei enim Phalargus præpoſitus a ſua civitate fuerat. Summum tamen in ea imperium Cleomenes obtinebat. HOTTOM.

Homo nobiliſſimus ſuæ civitatis] Sic reſtitui adprobata Memmii conjectura, nam lectio vulgata, *navarchus nobiliſſimæ civitatis*, inepta eſt. Neque vero hujus ampliſſimi, & doctiſſimi viri conjectura, librorum veterum auctoritate caret: ſic enim in eis legitur, *navarchus, homo nobiliſſ. ſummæ civitatis*. LAMBIN. Recte; ſed vulgatam tuetur Quinctilianus I. O. VIII. 4. IX. 2. GAR.

Humanum: alius, ne condemnaretur] Apud Quinctilianum lib. IX. *Humanum eſt*. HOTTOM. Sic & Reg. cod GRÆV. Sic etiam cod. Lamb. & altero loco VIII. 4. Quinctil. ut nihil certius videatur. Eſt tamen alter Lamb. cod. in quo, *humanum . . . uſitatum*, demto utrobique τῷ *eſt* legebatur. Sed Regio propter præſtantiam, cum præterea in edd. omnibus ſequatur, *uſitatum eſt*, aſſentior, & Quinctiliano: quem cum videam in MSis, & edd. varie corruptum, & in aliquibus edd. ex Tullii editis libris ſanatum putari, operæ pretium erit, quomodo ille in ſuo Tullii codice legerit, ex MSo Barberino potiſſimum docere: *Levia ſunt hæc in hoc reo, metum virgarum Navarchus nobiliſſimæ civitatis pretio redemit: humanum eſt: alius, ne ſecuri feriretur, pecuniam dedit; uſitatum eſt*. Primum deleo hic vocem *crimina*, quæ abeſt a cod. Lamb. Tulliano, & ab aliis pluribus Quinctil. teſte Burmanno p. 715. imo, ut puto, omnibus: nam inveris eam Regius, & alii ex Tulliana veteri gloſſa. Deinde fides Rhetoris, quæ in ceteris apparet maxima, illud etiam tueri videtur, in quo ſolus, quantum ſcio, relinquitur, *ne ſecuri feriretur*: optime, ac ſummo Fabii MSorum conſenſu: ſed Tullianos exſpecto. GAR.

Obſoletis] Tritis & uſitatis, quorum alii ante ipſum accuſati, condemnatique fuerant. HOTTOM. Pro

non

45. Includuntur in carcerem condemnati, ſupplicium conſtituitur in illos: ſumitur de miſeris parentibus navarchorum, prohibentur adire ad filios, prohibentur liberis ſuis cibum, veſtitumque ferre. Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matreſque miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberum excluſæ: quæ nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum ſpiritum ore excipere ſibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris,

non vult Reg. cod. *non volet*. GRÆV.

Sumitur de miſeris parentibus) Vehemens amplificatio, ſupplicium in liberos conſtituitur, de parentibus ſumitur. Parentum enim dolor & cruciatus, quem ex eo ſuſcipiebant, quod adire ad ſuos filios prohiberentur, mortis illis inſtar erat. HOTTOM. *Sumitur de miſeris parentibus*] Aſſenſus ſum Memmio, qui putat vocem, *navarchorum*, quæ in libris vulgatis ſequitur deinceps vocem, *parentibus*, eſſe ſupervacaneam, & ex adnotatione natam. LAMBIN. Statim Reg. *de nefario tyranno*. Vulgg. *crudeliſſimo*. GRÆV.

Prohibentur adire filios) Sic Reg. cod. omiſſo *ſuos*. IDEM. Et cod. Lamb. in quo etiam, *nefario*. GAR.

Veſtitumque ferre) Alii libri, *inferre*. Verumtamen apud Nonium Marcellum in dictione *ferre*, hanc lectionem offendimus. HOTTOM. Cum Nonio Naug. Man. Lamb. &c. *inferre*, vetus Veneta. GAR.

Niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere liceret) Quinct. lib. IX. cap. extremo: *Sicut illud: Ore ſpiritum excipere liceret, ſi jungas, laſcivi carminis eſt: ſed interpunctis quibuſdam, & tribus quaſi initiis fit plenum auctoritatis*. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, ita illum hunc locum legiſſe, ut vocem *ore*, interponeret, quo in loco diu multumque addubitavimus, donec apud Nonium Marcellum in dictione *excipere*, ſic ſcriptum offendimus: *Filiorum extremum ſpiritum ore excipere liceret*; & poſtea apud Servium in quartum Æneid. Significat autem Fabius laſcivum carmen hoc futurum ſine illis interpunctis fuiſſe: quod ſpiritus alterius ore oſculando excipitur. HOTTOM. *Niſi ut filiorum extremum ſpiritum ſibi ore excipere liceret*) Sic legit Quinctil. ſic eſt ſcriptum in lib. MSis. Paullo tamen aliter profertur apud Nonium Marcellum in verbo, *excipere*: nempe ſic, *niſi, ut filiorum ſuorum poſtremum ſpiritum ore excipere liceret*. LAMBIN. Si *ore* meliores libri habent, ut habet Regius codex, in quo eſt quoque *poſtremum*, ut in Nonio; non repudio. Virg IV. Æn. 684.

... *Extremus ſi quis ſuper halitus errat*
Ore legam.

Sin in illis deſideratur, ſicut non exſtat in Victorii, R. Steph. Lamb. Manut. edd. nec in Francii MSo, non requirerem. Iuſtin. XXIII. 2. *Nec invitam periculo ſpiritus ſui emturam, ut extremos viri ſpiritus exciperet*. GRÆV. *Ore*, MSi Quinctil. omnes, Nonius, & Servius ad Æn. IV. 685. ipſiuſque Tullii cod. Reg. & Lamb. Nonne iſta ſufficiunt? Nonne mulieribus hoc plane convenit, ut ille Virgilii locus, & ad eum Servius oſtendit? Qui etiam ſervat *extremum* cum edd. Tullii, & MSis Lamb. Ab eodem Servio abeſt *ſuorum*, quod erat in uno Lambini codice, habetque Nonius. Quod vero mirum eſt, Quinct. Non. Serv. quaſi ex compacto *eo ſibi* omiſerunt: id poteſt abeſſe, ſed non puto debere. GAR.

Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris) In eodem libro, apud Quinctil. eodem cap. legitur cum conjunctione, *& carnifex*; ſed hoc cum ad rem nihil pertineret, negligentius ex memoria depromſit. In lib. vero VIII. cap. 4. hunc locum integrum ita deſcri-

toris, mors, terrorque ſociorum, & civium, lictor Seſtius: cui ex omni gemitu, doloreque certa merces comparabatur: ut adeas, tantum dabis: ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum: nemo recuſabat: quid, ut uno ictu ſecuris afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne ſæpius feriatur? ne cum ſenſu doloris aliquo, aut cruciatu ſpiritus auferatur? Etiam ob hanc cauſam pecunia lictori dabatur. O magnum, atque intolerandum dolorem! o gravem, acerbamque fortunam! non vitam liberum, ſed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Atque ipſi etiam adoleſcentes cum Seſtio de eadem plaga, & de uno illo ictu loquebantur: idque poſtremum parentes ſuos liberi orabant, ut levandi cruciatus ſui gratia lictori pecunia daretur. Multi, & graves dolores inventi parentibus, & propinquis; multi: verumtamen mors ſit extrema: non erit. Eſt ne aliquid ultra, quo progredi crudelitas poſſit? reperietur: nam, illorum liberi cum erunt ſecuri percuſſi, ac necati, corpora feris objicientur: hoc ſi luctuoſum eſt parenti, redimat pretio ſepeliendi poteſtatem. Onaſum Segeſtanum, hominem nobilem, dicere audiſtis, ſe ob ſepulturam Heraclii navarchi pecuniam Timarchidi dinumeraſſe. Hoc (ne poſſis dicere: *patres enim veniunt, amiſſis filiis, irati*,) vir primarius, homo nobiliſ-

ſcripſit, ut cum recepta lectione conſentiat. Hottom. Niſi quod ibi perperam, etiam in MSo Barber. *civium Romanorum*. Gar.

Ex omni gemitu) Ed. Ven. & cod. Lamb. *omnium*. Idem.

Ut cibum tibi introferre liceat, tantum: nemo recuſabat) Apud Quinctilianum hoc modo: *Ut cibum veſtitumque introferre liceat, tantum: recuſabit nemo*: Et ſane ſic antea locutus eſt, ut de veſtitu etiam mentionem faceret. Hottom. Summus eſt MSorum Quinctil. in hac additione conſenſus: quam probavit Lambinus, ut ſic legeret, *cibum tibi, veſtitumque*: Adſcripſit, *& ita q. v. c.* ſed fortaſſe codicem voluit dicere, quo Fabius eſt uſus. Neque dubium eſt, quin legerit Quinctilianus, *nemo recuſabat*: ita in MSo reperit Burmannus p.852. a Barber. & aliis abeſt, *nemo*. Gar.

Mortis celeritatem) Sine diuturno cruciatu & ſenſu doloris. Hott.

Cum Seſtio de eadem plaga &c.) Cujac. addidit *ſuo*: quod blandientis videtur, ut videlicet dixerit, *noſter Sexti*. Gulielm.

Cruciatus ſui gratia &c.) Malebat deleri *gratia* Guilielmius. Gruter.

Redimat pretio) Ita ex hoc quoque parentum gemitu & dolore certa merces comparabatur. Hottom.

Heraclii navarchi) Quem ſuperius *Furium* Latino nomine appellari dixit. Idem.

Patres enim veniunt) Senſus eſt. Dico de eo, qui non filii, ſed alieni corporis ſepeliendi poteſtatem redemit pretio: præciſa tibi cavillandi occa-

biliſsimus, dicit: neque de filio dicit. Iam hoc quis tum fuit Syracuſis, quin audierit, quin ſciat, has per Timarchidem pactiones ſepulturæ cum vivis etiam illis eſſe factas? non palam cum Timarchide loquebantur? non omnes omnium propinqui adhibebantur? non palam vivorum funera locabantur? Quibus rebus omnibus actis, atque deciſis, producuntur e carcere, & deligantur ad palum.

46. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miſeria commoveretur? ecquis fuit, quin lacrymaretur? quin ita calamitatem putaret illorum, ut fortunam tamen non alienam, periculum autem commune agi arbitraretur? Feriuntur ſecuri: lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas: teſtes avaritiæ tuæ gaudes eſſe ſublatos. Errabas, Verres, & vehementer errabas, cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te exiſtimares avaritiæ vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare. Etenim quamquam illi ſunt mortui ſceleris tui teſtes, tamen eorum propinqui neque tibi, neque illis deſunt: tamen ex illo ipſo numero navarchorum aliqui vivunt, & adſunt: quos, ut mihi videtur, ab illorum inno-

occaſione, ac dicendi: credendum patribus non eſſe, quaſi huc teſtes veniant irati propter amiſſos filios. Itaque totum hoc (*ne poſſ. d. p. e. v. l. a. irati*) parentheſi includenda ſunt. IDEM. Et ſic cum Paullo Manutio interpunxi: *enim* hic poſitum pro *at enim*, *vero*, ut ſæpe apud veteres poni multis docuerunt exemplis ad Plautum, & Livium viri docti. GRAV.

Quis tum fuit Syracuſis, quin audierit) Sic Reg. cod. Vulgg. *qui non audierit*. GRAV. Ita jam e MSo Lamb. GAR.

Vivorum funera locabantur) *Locari funus* proprie dicitur cum de funeris ſumtibus tranſigitur: itaque tranſlato hoc verbo uſus eſt, pro ſepeliendi poteſtatem redimere. HOTTOM.

Producuntur e carcere & deligantur ad palum) Reg. cod. *producuntur e carcere, deligantur*. Mox idem: *Quis tam illo tempore ferreus*, ſine *durus &*. GRAV. *Durus* aberat a cod. Lamb. quoque, ſed recte adeſt. GAR.

Periculum autem commune) Nam cum ſemel fœderum & ſocietatis jura violata eſſent, idem poſtea ſociis omnibus accidere poſſe cogitabant. HOTT.

Avaritiæ vulnera) Quia propter Verris avaritiam, calamitas illa navalis accepta erat: cum neque militum, neque remigum in navibus ſatis eſſet; certum enim pretium ob cujuſque miſſionem acceperat. IDEM.

Neque tibi, neque illis deſunt) Qui te non avaritiæ, ſed crudelitatis arguant, & propinquorum ſuorum necem ulciſcantur. IDEM.

For-

innocentium pœna fortuna ad hanc cauſam reſervavit. Adeſt Philargus Haluntinus, qui, quia cum Cleomene non fugit, oppreſſus a prædonibus, & captus eſt: cui calamitas ſaluti fuit: qui, niſi captus a piratis eſſet, in hunc prædonem ſociorum incidiſſet; dicit is pro teſtimonio de miſsione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adeſt Centuripinus Phalargus, in ampliſsima civitate ampliſsimo loco natus; eadem dicit, nulla in re diſcrepat. Per deos immortales, judices, quo tandem animo ſedetis? aut hæc quemadmodum auditis? Vtrum ego deſipio, & plus, quam ſatis eſt, doleo in tanta calamitate, miſeriaque ſociorum? an vos quoque hic acerbiſsimus innocentium cruciatus, & mœror pari ſenſu doloris afficit? Ego enim cum Herbitenſem, cum Heracleinſem ſecuri eſſe percuſſum dico, verſatur mihi ante oculos indignitas calamitatis.

47. Eorum ne populorum cives, eorum ne agrorum alumnos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanæ illorum operis, ac laboribus quæritur, qui a parentibus, ſpe

Fortunā reſervavit) Sæpe uſurpatur pro *Dei providentia*, ut apud Virg.

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Locus hic perſpicue pro *providentia* dici oſtendit, ut ea quam Græci *Nemeſim* appellant. IDEM.

Philargus Haluntinus) Hic ſupra c. 34. *Philarchus* eſt appellatus; neque hic aliter edd. ante Gruterum, a quo error typographicus religioſe acceptus haſtenus fuit, atque ſervatus. Lambinus h. l. tam hunc, quam alterum Centuripinum *Phararchum* vocari mavult, & ita c. 40. 44. Ego utrumque *Philarchum*, ut dixi ad c. 40. GAR.

Phalargus Centuripinus) Quem ſuperius dixit pecuniam Timarchidi ob virgarum metum dinumeraſſe. HOTT.

Plus quam ſatis opus eſt) Non memini me conjunctim utrumque alibi legiſſe. Veteres tamen omnes libri etiam impreſſi conſentiunt. IDEM. *Et plus quam ſatis eſt*) Sic habent libri omnes, *& plus quam ſatis opus eſt, &c.* quæ ferri non poteſt: nam alterutrum horum duorum, *ſatis*, *opus*, redundat; ego, *opus*, rejeci; licet tamen retinere, &, *ſatis*, rejicere: ut ſic legatur, *plus, quam opus eſt, &c.* LAMBIN. *Et plus quam ſatis opus eſt*) Ita omnes edd. & Pall. reperitque item in ſuis Lambinus; ſed tamen expunxit illud *opus*, neque admiſit Paullus Manutius: abeſt Cujaciano. GRVTER. Cum in Cujaciano libro optimo & Regio non reperiatur, & ſententia id reſpuat, cur non cum Manutio & Lambino id nos quoque repudiemus? GRAEVIVS. Repudiaverat etiam Hervag. & C.Stephan. GAR.

Dolro in tanta calamitate) Cujac. non habet præpoſitionem *in*, & poterat abeſſe. GRVTER.

Eorum ne agrorum alumnos) Primum hæc vox viſitur hoc loco; haſtenus enim editi, *agr. colonos*, ſatis ruſtice: noſtrum illud nititur fide Palatinorum duorum; ſed & alluſit Cujacianus, in quo *alumnus*. IDEM. *Alumnos* habetur etiam in Regio, & Francii libro. GARV.

Spe

ſpe noſtri imperii, noſtræque æquitatis, ſuſcepti, educatique ſunt, ad C. Verris nefariam immanitatem, & ad ejus ſecurem funeſtam eſſe ſervatos? Cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem, cum Segeſtani, tum jura ſimul civitatum, atque officia conſidero, quas urbes P. Africanus etiam ornandas eſſe ſpoliis hoſtium arbitratus eſt, eas C. Verres non ſolum illis ornamentis, ſed etiam viris nobiliſsimis nefario ſcelere privavit. En quod Tyndaritani libenter prædicent: *Nos in ſeptemdecim populis Siciliæ numeramur; nos ſemper in omnibus Punicis, Sicilienſibuſque bellis amicitiam, fidemque populi Romani ſecuti ſumus: a nobis omnia populo Romano ſemper & belli adjumenta, & pacis ornamenta miniſtrata ſunt.* Multum vero hæc his jura pro-

Spe noſtri imperii) Sperantibus fore ut libertatem innatam ſub imperio veſtro retinerent. HOTTOM. Bonis reip. temporibus, homines uxores ducebant & operam dabant liberis, at malis temporibus, cum aut tyranni rerum potirentur, aut bellis civilibus reſpublica agitaretur, alieni erant a coniugiis, aut ab uxorum complexu abſtinebant, ne liberos tollerent, ſi quos tulerant, exponebant, ne in ſpem eſuritionis aliorumque graviorum malorum adoleſcerent. De felicibus temporibus Senec. I. de Clem. 15. *Tollere filios cupiunt, & publici mali indicta ſterilitas reſtuditur.* Exemplo ſui temporis idem declarat Plinius in Panegyrico, ubi agit de communi omnium hominum gaudio tempore Trajani: *Feminas etiam tunc fœcunditatis ſuæ maxima voluptas ſubiit, cum cernerent, cui principi cives, cui Imperatori milites pepercisſent.* Contrarium de malis temporibus aut metu malorum temporum eſt apud Sueton. in Caligula, ubi agit de morte Germanici, & magno omnium mærore: *Lapidata ſunt templa, ſubverſæ Deum aræ, lares a quibuſdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti.* GRÆV.

Spoliis hoſtium) Qua de re ſuperiore oratione dictum eſt. HOTTOM.

In ſeptemdecim populis Siciliæ) Qui a fide atque amicitia populi Romani defecerunt, & arma pro Carthaginienſibus tulerunt. IDEM. *Numeramur*) Victorius edidit, *non eramus*: neque aliter legit Sigonius de Iure Prov I. 3. & recte quidem. Dixit enim Cicero III. Acc. 6. *perpaucas*, h. e. XVII. fuiſſe civitates bello ſubactas, & durius habitas, quod opem Carthaginienſibus contra Romanos tuliſſent, Si ergo in illis ſeptemdecim Tyndaritani numerantur, ut h. l. ipſi de ſe confitentur, quomodo prædicare poſſunt, ſe in omnibus bellis amicitiam, fidemque populi Romani ſecutos fuiſſe? Hæc inter ſe pugnant; ſed omnia recte procedent, ſi legas, ut neceſſe eſt, *non eramus*. HORTENS. Vulgati vitioſe, *numeramur*, quod tamen ſervant noſtri codices. Nos Victorium ſecuti ſumus. LALLEM. Neſcio, cur notam Hortenſii referens, hoc non receperit Olivetus. Reſtituo cum Lallem. & Hortenſio neceſſariam lectionem, *non eramus*, quam non ſolum Naugerius conſervavit, verum etiam antea ed. Ven. MCDLXXXIII. retinuitque optime Hervag. & P. Manutius, antequam Lambinianæ errorem illum MSorum propagarent. GARATON.

Pacis ornamenta adminiſtrata) Rectius cod. Regius: *pacis ornamenta miniſtrata*; hoc eſt, data, ſubminiſtrata. In Piſon. *Cum ardentes faces furiis Clodianis pene ipſe Conſul miniſtrabas.* GRÆV.

profuerunt in iſtius imperio , ac poteſtate . Veſtros quondam nautas contra Cartaginem Scipio duxit : at nunc naves contra prædones pæne inanes Cleomenes ducit . Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia , & præmia laudis communicavit ; at nunc per me ſpoliati , nave a prædonibus abducta , ipſi in hoſtium numero , locoque ducemini . Quid vero ? illa Segeſtanorum non ſolum litteris tradita , neque commemorata verbis , ſed multis officiis illorum uſurpata , & comprobata cognatio , quos tandem fructus hujuſce neceſsitudinis in iſtius imperio tulit ? Nempe hoc fuit jure , judices, ut ex ſinu patris nobiliſsimus adoleſcens , & e complexu matris ereptus innocens filius iſtius carnifici Seſtio dederetur . Cui civitati majores noſtri maximos agros , atque optimos conceſſerunt , quam immunem eſſe voluerunt , hæc tanta apud te cognationis , fidelitatis , vetuſtatis auctoritate , ne hoc quidem juris obtinuit , ut unius honeſtiſsimi , atque innocentiſsimi civis mortem , & ſanguinem deprecaretur .

48. Quo confugient ſocii ? quem implorabunt ? qua ſpe denique , ut vivere velint , tenebuntur , ſi vos eos deſeretis ? ad ſenatum venient , qui de Verre ſupplicium ſumat ? non

Grev. Dedimus *miniſtrata* cum Grævio ex optimo ejus cod. & tribus e noſtris . Lallem. Sic olim Lamb. ex ſuo . Gar.

Veſtros quondam nautas) Verba ſunt Verris , Siculorum orationem irridentis, unde deeſſe quiddam ſuſpicari licet , in quibus Verrem hoc modo reſpondere orator admonebat . Hott.

Naves contra prædones inanes) Reg. cod. *navem inanem* . Mox idem : *in hoſtium loco numeroque ducimini* . Grev. Prius illud erat in Lamb. marg. ex MSo , & melius profecto eſt : ſiquidem de una hic agitur navi Tyndaritana, ſtatimque ſubjungitur, *nave a prædonibus abducta* . Nullo autem citato MSo Lamb. dedit , *ducimini* . Gar.

Nave a prædonibus abducta) Non igitur Haluntinorum tantum & Apollonianſium , ſed etiam Tyndaritanorum navis capta eſt . Hotrom.

Cognatio) Propter ſuam , eamdem cum Romanis , ab Ænea ductam originem, de qua IV. Acc. 33. Hortens.

Ut ex ſinu patris nobiliſſimus) Cod. Reg. *ut ex ſinu patriæ nobiliſſimus adoleſcens iſtius carnificis exitio traderetur* , reliquis omiſſis . Grev.

Maximos agros , atque optimos) Quidam legi volunt , *max. agr. atque optimos* . Lamb.

Apud te) Hoc mire implicatum eſt & ad illud inſequens referendum . Nec hoc quidem juris apud te obtinuit . Hotrom.

Ne hoc quidem juris obtinuit) Vocula *juris* abeſt Cujaciano ; neque ſane requiritur . Gruter.

Qua ſpe denique ut vivere velint tenebuntur &c.) Cujac. *Quas denique preces ut viv. vel. tenebunt* : Fuit forte : *Qua ſe denique ſpe ut viv. vel tenebunt.* Guilielm.

Ad Senatum devenient &c.) Emendat Lambinus, *venient* : Guilielmius littera

non eſt uſitatum, non ſenatorium. Ad populum Romanum confugient? facilis eſt cauſa populi: legem enim ſe ſociorum cauſa juſsiſſe, & vos ei legi cuſtodes, ac vindices præpoſuiſſe dicet. Hic locus eſt igitur unus, quo perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, ut antea in ſuis repetendis rebus ſolebant; non argentum, non aurum, non veſtem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quæ ex urbibus, faniſque erepta ſunt; metuunt homines imperiti, ne jam hæc populus Romanus concedat, & jam fieri velit. Patimur enim jam multos annos, & ſilemus, cum videamus, ad paucos homines omnes omnium nationum pecu-

ra mutata, *ad Senatum ne venient?* Sic pro Murena: *Quo ſe miſer vertet? domum ne*. Pro Flacco: *Quem implorem? Senatum ne?* GRUT. *Venient* eſt in Regio cod. ſed & in præced. *deſeretis*, melius, quam vulgatum *deſeritis*. Statim idem codex: *quid ut de Verre ſupplicium ſumant*. Totus locus ſic eſt ſcribendus: *Ad ſenatum venient? quid? ut de Verre ſupplicium ſumat? non eſt uſitatum, non eſt ſenatorum*: ſic enim idem pro communi *ſenatorium*. GRÆV.

Non eſt uſitatum, non Senatorium) Non enim in curia, ſed in foro judicia exercebantur: quippe quæ non S.C. ſed populi lege conſtituta eſſent. HOTT.

Facilis eſt cauſa populi) *Populus* enim nullis aliis de criminibus, niſi de perduellione judicabat. Ceterarum quæſtionum lege certa judicia conſtituerat. IDEM.

Legem enim ſociorum cauſa juſſiſſe) Legem de pecuniis repetundis, totam eſſe *ſociorum cauſa* conſtitutam, etiam in Divinatione docuit. Nam civibus cum ſint ereptæ pecuniæ, civili fere actione, & privato jure eas repeti. In. Reg. cod. melius *legem enim ſe ſociorum cauſa*. GRÆV. Sic Lamb. & præterea ex MSo, *& vos ejus legis cuſtodes*. Adſtipulatur Veneta, in qua, *eis legis*. GAR.

Hæc arx ſociorum) In qua præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrantur. HOTTOM. Hæc verba non ſunt in Reg. cod. GRÆV.

Ne jam hæc populus Romanus concedat) Cum furandi conſuetudinem ita vulgarem & communem & ab omnibus populi R. magiſtratibus uſurpatam animadvertant, putant id lege aliqua populi R. permiſſum & conceſſum eſſe. HOTTOM.

Patimur enim jam multos annos, & ſilemus) Abeſt a veteribus aliquot libris vox *annos*, unde conjiciebat Ant. Auguſtinus legendum eſſe, *inultos*, pro *multos*: quæ mihi lectio argutior ſane videtur, quam ea, quæ in vulgatis libris invenitur: utri tamen accedam, hæreo. F. URS. *Annos* omiſit Lambinus, & Gruterus. Sed Reg. cod. Victorii, Rob. Stephani, Manutii, & edd. vett. *annos* retinent. In P. Francii libro non reperitur. Utraque ſcriptura poteſt ferri. Patimur multos annos ſc. tales fures, & provinciarum prædones. *Patimur multos* nimirum tales proconſules, & proprætores, qui nudarunt provincias, ut ſuas ditarent domos. GRÆV. Non eſt itidem in ed. MCDLXXXIII. vox *annos*, quam tamen adeſſe puto debere, eamque certe Lambinus adſcripſerat, & probarat. GAR.

Ad paucos homines omnes) Hoc eſt quod dicebatur Romam eſſe *επιτομην της οικουμενης*. HOTT. *Omnes* non eſt in Reg cod. GRÆV. Contra in Manutiana MDXL. non eſt *homines*: quod MSo Regio favere puto. GAR.

Nemo

pecunias perveniſſe : quod eo magis ferre æquo animo ; atque concedere videmur , quia nemo iſtorum diſsimulat , nemo laborat , ut obſcura ſua cupiditas eſſe videatur . In urbe noſtra pulcherrima , atque ornatiſsima quod ſignum , quæ tabula picta eſt , quæ non ab hoſtibus victis capta , atque apportata ſit ? At iſtorum villæ , ſociorum fideliſsimorum & plurimis , & pulcherrimis ſpoliis ornatæ , refertæque ſunt . Vbi pecunias exterarum nationum eſſe arbitramini , quibus nunc omnes egent , cum Athenas , Pergamum , Cyzicum , Miletum , Chium , Samum , totam denique Aſiam , Achaiam , Græciam , Siciliam jam in paucis villis incluſas eſſe videatis ? Sed hæc , ut dico , omnia jam ſocii veſtri relinquunt , & negligunt , judices . Ne publice a populo Romano ſpoliarentur , officiis , ac fidé providerunt . Paucorum cupiditati tum , cum obſiſtere non poterant , tamen ſufficere aliquo modo poterant ; nunc vero jam ademta eſt non modo reſiſtendi , verum etiam ſuppeditandi facultas : itaque res ſuas negligunt : pecunias , quo nomine judicium hoc appellatur , non repetunt : relinquunt , & negligunt : hoc jam ornatu ad vos confugiunt ; adſpicite , adſpicite , judices , ſqualorem , ſordeſque ſociorum .

49. Sthe-

Nemo iſtorum) Qui cum imperio aut poteſtate in provincias mittuntur . Hottom.

Vt obſcura ſua cupiditas) Ita ſine ulla non modo religione , verum etiam diſſimulatione in omni genere ſurandi ac prædandi verſantur . Id.

Chium , Samum) Ven. Naug. Man. Herv. *Chion , Samon.* Gar.

Iam in paucis villis) Sic Franc. MSus ſic Vict. & al. edd. Cur Gruterus & Lamb. *jam* omiſerunt ? Reg. *tam* corrupte . Graev.

Ne publice ſpoliarentur) Quaſi pro hoſtibus habiti & prædæ objecti. Hott.

Tamen ſufficere aliquo modo) Materiam tuis direptionibus ſuppeditare : cum haberent quod diriperes , quod auferres , quod nunc ſpoliati & exinaniti non habent . Id.

Quo nomine judicium) Locus hic oſtendit repetundarum judicium inde dictum eſſe , quod eo judicio ſocii pecunias ſibi contra leges ereptas repetebant , quas ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportarent. Id.

Relinquunt & negligunt: hoc jam) Tres voces , *relinquunt & negligunt* videntur repetitæ ex lineis præcedentibus : certe ſi abjiciantur , nihil defuerit ſententiæ , quæ redderur aſperior , ſi repetatur , *hoc* , *hoc jam &c.* Gruter. In cod. Reg. *& negligunt* non exſtat. Graev.

Hoc jam ornatu) Moris fuit in epilogo vel miſericordiæ captandæ cauſa , vel indignationis commovendæ producere ſordidatos , qui ſe ſupplices ad judicum pedes abjicerent . Hottom.

Cum hoc capillo) Sordidati enim & barbam & capillos ſubmittebant , ut corpore inculto atque horrido miſericordiam moverent . Idem.

Sthe-

49. Sthenius hic Thermitanus cum hoc capillo, atque veſte, domo ſua tota expilata, mentionem tuorum furtorum non facit: ſeſe ipſum abs te repetit, nihil amplius; totum enim tua libidine, & ſcelere ex ſua patria, in qua multis virtutibus, & beneficiis floruit princeps, ſuſtuliſti. Dexio hic, quem videtis, non quæ publice Tyndari, non quæ privatim ſibi eripuiſti, ſed unicum miſer abs te filium optimum, atque innocentiſsimum flagitat; non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri, atque oſsibus filii ſui ſolatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantum, exacta ætate, laboris, itineriſque ſuſcepit, non ut aliquid ex ſuis bonis recuperaret; ſed ut, quibus oculis cruentas cervi-

Sthenius hic) Eædem illæ edd. *Eſt Sthenius ... atque veſte: domo &c.* Quod non præfero, ſed moneo in Lambinianis mutatum eſſe, ac tutius videri poſſe. GAR.

Domo ſua) Reg. *domu ſua*. Sic contra in Lal. *ſenata* pro *ſenatu* poſuit Cicero. GRÆV.

Princeps fuit) Omnes alii, *princeps floruit*: a quibus cur diſſentiam, cauſa nulla eſt. HOTT. *In qua multis virtutibus & beneficiis princeps fuit*) Alii libri habent, *princeps floruit*. LAMB. *Floruit* Ven. & Naug. & Herv. *Fuit* Man. & Car. Stephanus: utrumque rectum. GARATON.

Non ex litibus æſtimatis) Inter *litem* & *rem* quantum intereſſet, fere non videbant. Itaque *lites æſtimare* Pedianus interpretatur, res ſive pecunias, propter quas damnatus quis fuit, in ſummam redigere: quæ ſumma de ipſius bonis exigeretur: *Duæ res enim*, inquit, *damnationem conſequebantur: altera redditio pecuniæ iis, ad quos pertinebat, altera exſilium*. HOTT. *Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum*) Ant. Auguſtinus legit *ex litibus æſtimatis tuis non pecuniam domum*, felici, ut mihi videtur, conjectura. F. URS.

Cineri atque oſsibus) Poſteaquam combuſtum cadaver erat, *oſſa* legebantur, & *in urnam* condebantur: exiſtimabant autem ſenſum aliquem iis ineſſe: quapropter ſolatium ſe dicit iis oſſibus quærere. HOTT.

Hoc tantum itineris) Cum huc ex Sicilia ad judicium Verris venit. ID. *Tantum* ex margine irrepſit, qua voce exponebatur *hoc itineris*; id enim eſt *tantum itineris*; tam longum iter. Plaut. Amphit. I. 1.

—— *qui me confidentior*
Iuventutis more qui ſciam, qui hoc noctis ſolus ambulem?

Ibid.

Quis hic eſt homo, quem ante ædes video hoc noctis?

Tam ſero. Sic etiam *id* accipitur. Plaut. Aſin. I. 54. *Nec puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere*: i. in tanta ætate, cum eſſet tam grandis natu. Nec tamen pugnabo, ſi quis præferat vulgatum. GRÆV.

Non ut aliquid ex hujus bonis) *Ex ſuis bonis*, multi veteres impreſſi; & ſic emenda. HOTT. *Non ut aliquid de ſuis bon. rec.*) Hæc eſt integra, & vera ſcriptura: ceteræ autem, & illa, *non ut aliquid ex hujus bonis recuperaret*, &c. & illa, *non ut aliquid ex hujus bonis uſurparet*, mendoſæ ſunt. LAMBIN. Lectio, quam dedit Grævius, eſt Naugeriana, in qua nihil aliud Lambini codices immutabant, niſi præpoſitionem. Ceteræ vetuſtiores mendoſæ, ut vidit Lambinus. GAR.

Quibus oculis cruentas, &c.) Nam, ut ait Publius: *Læſo doloris remedium inimici dolor*. LAMB.

cervices filii ſui viderat, iiſdem te condemnatum videret. Si per L. Metellum licitum eſſet, judices, matres illorum, uxores, ſororeſque veniebant: quarum una, cum ego ad Heracliam noctu accederem, cum omnibus matronis ejus civitatis, & cum multis facibus mihi obviam venit, & ita, me ſuam ſalutem appellans, te ſuum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes miſera jacuit, quaſi ego excitare filium ejus ab inferis poſſem. Faciebant hoc idem in ceteris civitatibus grandes natu matres, & item parvuli liberi miſerorum: quorum utrorumque ætas laborem, & induſtriam meam, fidem, & miſericordiam veſtram requirebat. Itaque ad me, judices, præter ceteras hanc querimoniam Sicilia detulit: lacrymis ego ad hoc, non gloria inductus acceſsi: ne falſa damnatio, ne carcer, ne catenæ, ne verbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, ne ſanguis innocentium, ne denique etiam exſanguium corpora mortuorum, ne mœror parentum, ac propinquorum magiſtratibus noſtris quæſtui poſſet eſſe. Hunc

Iiſdem te) Reg. *is te* leg. *iis te*. GRÆV.

Si per L. Metellum) Hac ipſa de re quarta oratione queſtus eſt, quod aliquot teſtes Romam venire prohibuerit. HOTTOM.

Sororesque veniebant) Hoc eſt, venturæ erant. Solebant veteres uti hoc tempore de re, quæ certo futura erat, fierique debebat, quaſi jam facta. Tacit. VI. an. 43. *Ac ſi ſtatim interiora ceteroſque nationes petiviſſet, oppreſſa cunctantium dubitatio, & omnes in unum cedebant*. Pro omnes ei cedere volebant, acceſſuri erant. Iuſtin. xxxv. 1. *Orofernes ingrato animo, inita cum Antiochenſibus pactione, offenſis tunc Demetrio, pellere ipſum regno, a quo reſtituebatur, conſilium cepit*: qui eum reſtituere volebat. Exempla hujus locutionis, quæ & in ſacris litteris, præſertim in divinorum vatum voluminibus, occurrunt non infrequenter, alibi attulimus plura. GRÆV.

Laborem & induſtriam) In agendo & exponendis criminibus. HOTT.

Hanc querimoniam) De crudelitate Verris & ſuppliciis in miſeros & innocentes conſtitutis. ID. *Hanc querimoniam Sicilia detulit lacrymans*) Hanc ab Enrico Memmio non dicam conjecturam, ſed veram & germanam Ciceronis ſcripturam, ſingulari ſagacitate judicioque prolatam, ſi non probaſſem, quis mediocriter eruditus mihi judicium defuiſſe non dixiſſet? quis enim non videt, lectionem vulgatam, *detulit lacrymis*, eſſe ineptam, atque adeo vix Latinam? LAMB. *Detulit: lacrimis ego ad hoc, non gloria inductus acceſſi: ne falſa*) Interpunctio ſolum a me eſt: nam illud *ſed*, quod viſitur in recepta lectione, abeſt libro Cujacii: nec aliter voluit Brutus. Lambinus Memmii conjecturam admiſit. Guilielmius ita diſtinguebat legebatque; *requirebat: totaque ad me &c. detulit: lacrymis ego huc, non gloria inductus acceſſi: ſed &c.* & vero Cujac. non habet illud *ad hoc*, ſed ejus loco *huc*. GRUT.

Exſanguium corpora mortuorum) Quorum ob ſepulturam merces dabatur. HOTTOM.

Satis

Hunc ego ſi metum Siciliæ , damnatione iſtius , per veſtram fidem , & ſeveritatem dejecero , judices , ſatis officio meo , ſatis illorum voluntati , qui a me hoc petiverunt , factum eſſe arbitrabor.

50. Quapropter ſi quem forte inveneris , qui hoc navale crimen conetur defendere , is ita defendat : illa communia , quæ ad cauſam nihil pertinent , prætermittat ; me culpam fortunæ aſsignare , calamitatem crimini dare : me amiſsionem claſsis objicere ; cum multi viri fortes in communi , incertoque periculo belli & terra , & mari ſæpe offenderint . Nullam tibi objicio fortunam : nihil eſt , quod ceterorum res minus commode geſtas proferas : nihil eſt , quod multorum naufragia fortunæ colligas : ego naves inanes fuiſſe dico : remiges , nautaſque dimiſſos : reliquos ſtirpibus vixiſſe palmarum : præfuiſſe claſsi populi Romani Siculum,

Satis officio meo) Qui totius Siciliæ rogatu hanc accuſandi provinciam ſuſcepi . HOTT.

Quapropter) Concuſſio eſt hujus criminis de claſſe amiſſa & a prædonibus capta atque incenſa. ID.

Iſta defendat : illa communia) Nonnulli libri *is ita defendat*. Ego ſic probarem: *Is ita defendat, ut illa communia . &c.* ID. Vetus liber : *Is ita defendat , illa crimina* . MVRET. Ex duabus lectionibus , quæ facile inter ſe commutantur, hanc video jam inde a Lambinianis eſſe prælatam, quam tamen Hott. vere damnarat : niſi enim ſimul adſit , *ut illa &c.* quod ille volebat , nec uſpiam reperitur , neſcio , quid in ea boni perſpectum ſit . Lego itaque cum Ven. Naug. &c. *iſta defendat* , quod retinet , explicatque Manutius . GAR.

Me culpam fortunæ aſſignare) Videtur legendum , *Culpam fortunæ homini aſſignare* . Itaque mox ita loquitur , *Nullam tibi objicio cauſam* . HOTT. *Me culpam fortunæ tibi aſſ.*) Libris omnibus invitis , in quibus ita legitur, *me culpam fortunæ aſſignare* , reponendum cenſeo , addito provocabulo , *tibi* , vulgatæ lectioni , *me culpam fortunæ tibi aſſignare , calamitatem crimini dare* : quomodo olim edendum curavi , LAMBIN. Hottomannus princeps vidit vocem deſiderari . Cujus vero conjectura probabilior ſit, Hottomanni, an Lambini, ſine libris emendatioribus decidi non poteſt . In Regio quoque vox , quæ excidit , deſideratur . Aliquid vero inſerere contextui ſine libris religioni mihi fuit. Nam talia multa poſſunt fingi , quæ appoſite potuit dicere Cicero : ut *me culpam fortunæ Verri , aut reo aſſignare* . GRÆV.

Cum multi viri fortes) Guilielmius ex Cujaciano reponendum putabat, *multa* : non prohibuerim . GRÆV.

Sæpe offenderint) Hoc eſt clade afficerentur : vide quæ notavi ad lib. I. ad Fam. ep. 7. Sic Græcis , προσπταιειν . Herod. I. 65. Επι γαρ Λεοντος βασιλευοντος και Ηγησικλεος εν Σπαρτῃ τους αλλους πολεμους ευτυχεοντες οἱ Λακεδαιμονιοι, προς Τεγεητας μουνους προσεπταιον. *Leonte & Hegeſicle Spartæ regnantibus Lacedæmonii in aliis bellis gerendis felices erant , adverſus ſolos Tegeatas offendebant* . Lib. XI. 161. Αποπεμψας γαρ στρατευμα ὁ Απριης μεγα επι Κυρηναιους μεγαλως προσεπταισε . *Miſſo magno exercitu adverſus Cyrenæos Apries valde offendit* , magnam accepit cladem . GRÆVIUS .

culum, perpetuo ſociis, atque amicis Syracuſanum: te illo tempore ipſo, ſuperioribuſque diebus omnibus in litore cum mulierculis perpotaſſe dico: harum rerum omnium auctores, teſteſque produco. Num tibi inſultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, num caſus bellicos exprobrare, aut objicere videor? tametſi ſolent hi fortunam ſibi objici nolle, qui ſe fortunæ commiſerunt, qui in ejus periculis ſunt, ac varietate verſati: iſtius quidem calamitatis tuæ fortuna particeps non fuit: homines enim in præliis, non in conviviis belli fortunam tentare, periclitari ſolent: in illa autem calamitate non Martem fuiſſe communem, ſed Venerem poſſumus dicere. Quod ſi fortunam objici tibi non oportet, cur tu fortunæ illorum innocentium veniam ac locum non dediſti? Etiam illud præcidas licet, te, quod ſupplicium more majorum ſumſeris, ſecurique percuſſeris, idcirco a me in crimen, & invidiam vocari. Non in ſupplicio crimen meum vertitur: non ego ſecuri nego quemquam feriri debere: non ego metum ex re militari, non ſeveritatem imperii, non pœnam flagitii tolli

Perpetuò ſociis atque amicis Syracuſanum) Vetus liber *præfectum ſociis atque amicis Syracuſanum*, & infra habet, *quod de his ſupplicium &c.* F. VRS.

Intercludere perfugium fortunæ) Defenſionis ex fortuna petendæ facultatem præcidere. HOTT.

Non Martem fuiſſe communem) Sic Philipp. XI. *Sed ut concedam incertos exitus eſſe belli, Martem communem, tamen pro libertate vitæ periculo decernendum*. Hinc ἀλλοπρόσαλλος Mars Græcis dictus. Hinc illud Iliad. Σ. Ξυνὸς ἐνυάλιος καὶ κτανέοντα κατέκτα. *Communis Mars & occidere ſperantem ſæpe occidit*. IO.

Venerem) Πάνδημον. NANNIVS. Vide Manut.

Quod ſi fortunam objici tibi non oportet) Omnes alii, *Fortunam tibi objicere non oportet*. HOTT. *Objicere*, Ven. Naug. Hervag. *objici* Man. Lamb. omneſque deinde. GAR.

Illorum innocentium) Qui ſe in fugam contulerunt, neque prædonum impetum ſuſtinere potuerunt. Eos enim Verres quaſi exercitus deſertores & claſſis proditores ſecuri percuti juſſerat. HOTTOM.

Etiam illud præcidas licet) Eſt a Cujaciano. Vetuſtius impreſſi, *prædicas*, quomodo & Pall. recentius *prædices*: inepte. GRVT.

Quod ſupplicium more majorum ſumſeris) Leg. *Quod de his ſupplicium more majorum*. MVRET.

Idcirco a me) Videtur legendum, *Idcirco te a me*. Erat autem invidioſum crimen, propterea quod non iis tantum, de quibus ſumtum erat ſupplicium, injuria facta, ſed fœderum cum Siculis & ſocietatis fides violata videbatur. HOTT. Nimirum Ven. Naug. aliæque veteres habebant, *licet*, *quod*, media vocula *te* intercepta a ſyllaba, quæ præcedebat. Eam Lambinus ex MSo reſtituit: qua tamen ſi quis carere malit, non repugnabo. GAR.

Severitatem imperii) Recte. Quod autem *ſecuritatem* quidam repoſuerunt, abſur-

tolli dico oportere: fateor non modo in ſocios, ſed etiam in cives, militeſque noſtros, perſæpe eſſe ſevere, ac vehementer vindicatum.

51. Quare hæc quoque prætermittas licet. Ego culpam non in navarchis, ſed in te fuiſſe demonſtro: te pretio milites, remigeſque dimiſiſſe arguo: hoc navarchi reliqui dicunt: hoc Netinorum fœderata civitas publice dicit, hoc Herbitenſes, hoc Ameſtratini, hoc Ennenſes, Agyrinenſes, Tyndaritani, publice dicunt: tuus denique teſtis, tuus imperator, tuus hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſeſe in terram eſſe egreſſum, uti Pachyno, e terreſtri præſidio, milites colligeret, quos in navibus collocaret: quod certe non feciſſet, ſi ſuum numerum naves haberent: ea eſt enim ratio inſtructarum, ornatarumque navium, ut non modo plures, ſed ne ſinguli quidem poſsint accedere. Dico præterea, illos ipſos reliquos nautas fame, atque inopia rerum omnium confectos fuiſſe, ac perditos: dico, aut omnes extra culpam fuiſſe, aut, ſi uni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe, qui optimam navem, plurimos nautas haberet, ſummum imperium obtineret: aut, ſi omnes in culpa fuerint, non oportuiſſe Cleomenem conſtitui ſpectatorem illorum mortis, atque cruciatus: dico etiam, in illo ſuppli-

abſurdum eſt. Hott. *Non ſeveritatem imperii*) Perperam Lambinianæ oſtentant *ſecuritatem*. Garat.

Te pretio milites, remigeſque, &c.) *Te*, quod hie deerat in libris vulgatis, ex manuſcriptis reſtitui, quemadmodum & ſupra, ibi, *Etiam illud præcidas licet, te, quod ſupplicium*, &c. ubi pleraque exempla vulgata pro, *præcidas*, habent, *prædicere*, mendoſe. Lamb.

Netinorum fœderata civitas) Netini ſuperius Act. 2. vocantur *Netinenſes*, Oppidum *Neetum*, nunc *Noto*. Grev.

Locrenſes) Locrenſes ego in Sicilia nullos novi. In vicina Italia novi urbem & agrum Locrenſem. P. Franc, MSus, *Locreſes*. Sed in Reg. nulli ſunt *Locrenſes*, uti nec in tota inſula. Hinc merito expunguntur. Omiſit ille liber etiam *Ennenſes*, in quo ſcribitur: *Hos Ameſtriani, Agyrinenſes, Tyndaritani publice dicunt*. Grev. Vocem, *Locrenſes*, quam vulgati addunt, cum Grævio delevimus: eam tres e noſtris MSis non agnoſcunt. Lall.

Tuus imperator) Reg. *æmulus tuus imperator*. Grev. Lamb. nullo allegato MSo, *tuus imperator, tuus æmulus, tuus hoſpes Cleomenes*. Gar.

Seſe in terram eſſe egreſſum) Veneti, & alii " (Naug. & Ven. MCDLXXXIII.) in terra " (Naug. in terram) " *eſſe projectum*: hoc mutandum quidam putarunt in *profectum*. Sed illa noſtra lectio ſane longe abducta videbatur: non exponere tamen noluimus. Camer.

In eo maximam fuiſſe) *Cleomenem* ſignificat, & *Centuripinam navem*, in qua eſt vectus. Hot.

ſupplicio mercedem lacrymarum, mercedem vulneris, atque plagæ, mercedem funeris, ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. Quapropter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito: claſſem inſtructam, atque ornatam fuiſſe, nullum propugnatorem abfuiſſe, nullum vacuum tranſtrum fuiſſe, remigi rem frumentariam eſſe ſuppeditatam, mentiri navarchos, mentiri tot, & tam graves civitates, mentiri etiam Siciliam totam: proditum te eſſe a Cleomene, qui ſe dixerit exiſſe in terram, ut Pachyno deduceret milites: animum illis, non copias defuiſſe: Cleomenem acerrime pugnantem ab his relictum eſſe, atque deſertum: nummum ob ſepulturam datum nemini: quæ ſi dices, tenebere: ſin alia dices, quæ a me dicta ſunt, non refutabis.

52. Hic tu etiam dicere audebis, *eſt in judicibus ille familiaris meus, eſt paternus amicus ille?* non, ut quiſque maxime eſt, quicum tibi aliquid ſit, ita tui hujuſcemodi criminis maxime eum pudet?. Paternus amicus eſt. Ipſe pater

Vulneris atque plagæ) Ut uno ictu ſecuris mors afferretur. Io.

Nullum propugnatorem afuiſſe) Sic legendum: & ita habent libri manuſcr. niſi quod in uno eſt *affuiſſe*: *affuiſſe* autem valet, *abfuiſſe* noſtrum: nam veteres dixiſſe *afuiſſe*, non *abfuiſſe*, multis argumentis probare poſſum. LAMB. Sane ubique vetuſtiſſimi libri *afuiſſe* ſcribunt pro vulgato *abfuiſſe*. GRÆVIUS.

Nullum vacuum tranſtrum fuiſſe remigi) Reg. cod. *nullum vacuum tractum eſſe remum, rem frumentariam*. GRÆV. Plane, ut in Regio, eſt etiam in ed. MCDLXXXIII. Naugerius autem, *n. v. tranſtrum eſſe, remigi &c.* Hervag. *nullum vacuum tranſtrum, remigi &c.* Sane ſi Regio, & Venetæ fides in proba lectione eſt deneganda, malim: *nullum vacuum tranſtrum fuiſſe remige*: nam certe res frumentaria non remigi ſolum, ſed etiam militi erat ſuppeditanda. GAR.

Tenebere) Tam multorum teſtimoniis convictus. Ho.

Eſt paternus amicus ille? non ut quiſque) Vetus liber: *Eſt paternus amicus? imo vero ut quiſque*: & ſic puto corrigendum. M. autem Metellum ſignificari arbitror, Prætorem deſignatum, judicem a Cicerone retentum. Io.

Non ut quiſque maxime eſt, &c.) In quibuſdam libris manuſcr. ſic legitur, ſine interrogationis nota: *Immo vero ut quiſque &c.* LAMB. Quam Hottomannus in ſuis libris reperit ſcripturam planiſſima eſt. Sin, quæ in aliis tam editis, quam manu exaratis codicibus habetur, & nunc obtinet, eſt probanda, *non* accipiendum pro *nonne* ut non raro fit, & alibi notavi. GRÆV.

Ita tui hujuſcemodi criminis maxime eum pudet?) Ita & Victoriana; ſed vetuſtiores & Pall. *Ita te hujuſcemodi crimine maxime ejus pudet.* Cujacianus: *Ita te in hujuſcemodi crimine ejus maxime pudet?* GRUT. Optima, & tutiſſima lectio hæc eſt, meo judicio, quam Cujacianus haber, adſtipulantibus Palatinis, & veteri Veneta: neque enim alia re ab illo differunt hi libri, niſi quod præpoſitionem omiſerunt. Hanc ita probat margo Lambini, ut emendetur, *pudere debet*: ſed nulla eſt cauſa. Mediam tenuit viam Hervagius, qui dedit: *Ita tui in hujuſcemodi crimine max. eum pudet?* GAR.

Ipſe

pater ſi judicaret, per deos immortales, quid facere poſſet, cum tibi hæc diceret? Tu in provincia populi Romani Prætor, cum tibi maritimum bellum eſſet adminiſtrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent navem, per triennium remiſiſti: tibi apud eoſdem privata navis oneraria maxima publice eſt ædificata: tu a civitatibus pecunias claſsis nomine coegiſti: tu pretio remiges dimiſiſti: tu, cum navis eſſet a Quæſtore, & ab Legato capta prædonum, archipiratam ab omnium oculis removiſti: tu, qui cives Romani eſſe dicerentur, qui a multis cognoſcerentur, ſecuri

Ipſe pater ſi judicaret, per deos immortales, quid facere poſſes, cum hæc tibi diceret?) Apud Quinctilianum lib. VI. cap. 1. locus hic multo aliter legitur, hoc modo: *Si pater ipſe judicaret, quæ diceret, cum hæc probarentur:* quod, opinor, ex memoria depromſit; ut in iis locis conſuevit, quorum ſatie habet ſententiam proferre, neque verba ſpectare neceſſe eſt. Nam in fine hujus enumerationis, hæc eadem verba repetuntur ab oratore: *Hæc ſi tibi tuus parens diceret, &c.* quaſi dixiſſet, hæc, inquam, ſi tibi tuus pater diceret: quo in loco verbum *poſſes* bis poſitum, meam ſententiam mirifice confirmat; ut hoc loco non *poſſet* in tertia perſona, ſed item ut illo loco, in ſecunda *poſſes* corrigatur. HOTT. *Quid facere poſſes, cum, &c.*) Vulgati libri habent. *quid facere poſſet*, &c. mendoſe: & mox, ubi eſt, *Tu in provincia populi Romani prætor*: iiſdem libris pleriſque non eſt vox, *prætor*: ego manuſcriptos ſecutus ſum. LAMB. Libri tamen omnes tam editi quam ſcripti *poſſet*: quod recte Manutius interpretatur. Eſt tamen aliquid ſcabri in hoc loco. Prave interpungitur, ſcribendum & diſtinguendum: *quid facere poſſet? Quin hæc tibi diceret*. Vides quam liquida ſint omnia. GRÆV. *Poſſet, quum &c.* Ita Græv. & ſic habent noſtri codices quatuor. Mendoſe vulgati " (Grut. Verb. Oliv.) " *poſſes? quum*. LALL.

Tu in provincia) Ἀνακεφαλαίωσις omnium, quæ de bello maritimo dicta ſunt. HOTT. Sequentia hujus capitis omnia interrogatione animata longe erunt efficaciora: *Tu in provincia &c. navem per triennium remiſiſti?* Tibi apud eoſdem &c. *eſt ædificata?* tu, *cum navis eſſet a quæſtore &c. removiſti?* Et ſic porro in ſingulis ejus periodis uſque ad *tibi hominum innocentium ſanguis non modo voluptati, ſed etiam quæſtui fuit?* Filius a patre quaſi interrogatus, & cum nihil ad ſingula reſpondere poſſit, damnatur. GRÆV.

Tu in provincia populi Romani prætor) Sequitur Proſopopœia, qua pater Verris inducitur, omnia ſuperiora flagitia ſtrictim enumerans, ut ea figura orationis ſubſit, quam συναθροισμὸν Græci, Latini *frequentationem* appellant. HOTT. Græv. in V. L. & Verb. adnotant vocem *Prætor* non eſſe in veteribus edd. ſed moneo illam eſſe in Ven. MCDLXXXIII. in Naug. & Hervag. Nihil omnino tutius. GAR.

Navis oneraria) *Cybea*, qua ſua furta Romam deportavit. Quod autem eſt *privatim* & mox *publice*, diverſa reſpicit. Nam *privatim*, id eſt, proprie Verri contra leges ædificata eſt, & præſertim contra legem Claudiam, de qua ſuperius dictum eſt. *Publice* autem, id eſt a civitate, cui univerſæ Verres ſumtus in navem, quam ex fœdere debebant, remiſerat. HOTT. Sed longe melius Reg. cod. pro *privatim* ſcribit *privata*. Hor. *quem priva triremis ducit*. GRÆV.

A quæſtore, & ab legato] P. Cæſetio, & P. Tadio, qui prædonum navem ceperunt. HOTT.

ſecuri ferire potuiſti: tu tuam domum piratas adducere, in judicium archipiratam domo producere auſus es: tu in provincia tam ſplendida, apud ſocios fideliſsimos, cives Romanos honeſtiſsimos, in metu, periculoque provinciæ, dies continuos complures in litore, conviviiſque jacuiſti: te per eos dies nemo domi tuæ convenire, nemo in foro videre potuit: tu ſociorum, atque amicorum ad ea convivia matresfamilias adhibuiſti: tu inter ejuſmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum, collocaviſti: ut ætati maxime lubricæ, atque incertæ exempla nequitiæ parentis vita præberet: tu Prætor in provincia cum tunica, pallioque purpureo viſus es: tu propter amorem, libidinemque tuam, imperium navium Legato populi Romani ademiſti, Syracuſano tradidiſti: tui milites in provincia Sicilia frugibus, frumentoque caruere: tua luxuria, atque avaritia claſsis populi Romani a prædonibus capta, & incenſa eſt: poſt Syracuſas conditas, quem in portum nunquam hoſtis acceſſerat, in eo, te Prætore, primum piratæ navigaverunt: neque hæc tot, tantaque dedecora diſsimulatione tua, neque oblivione hominum, ac taciturnitate tegere voluiſti: ſed etiam navium præfectos ſine ulla cauſa de complexu parentium ſuorum, hoſpitum tuorum ad mortem, cruciatumque

Securi ferire potuiſti) Nihil muto, quamvis Hottomannus exiſtimet eſſe legendum; *ſecuri ferire juſſiſti*, ſeu *voluiſti*; nam hoc *potuiſti*, valet idem fere, quod illud apud Græcos, *ὑπεμεινας*, *ετλης*, hoc eſt, ſuſtinuiſti: proinde quaſi diceret, tam ferus, & immanis fuiſti, ut inducere animum poſſes, cives Romanos ſecuri ferire. LAMB. Verum ſententiam hanc in editione poſteriore Hottomannus ipſe repudiavit. GR.

Tu tuam domum piratas abducere) Quidam lib. manuſcr. habent *adducere*: ego nihil muto, quamvis, *adducere*, non damnem. LAMB. Reſtitue *abducere* ex vet. Ven. Naug. &c. ipſoque Lambino; quod longe melius, ac tutius eſt. *Adducere* permutatio eſt in MSis obvia, & perfacilis, quam neſcio an ſcienter prætulerit ipſe Gruterus, unde omnes poſtea receperunt. Supra c. 28. de his piratis itidem: *Cum tanto plures abducti eſſent, quam relicti*: ubi mendoſe itidem codex Vrſini, *adductis* ibidem, *in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat*. Terentius Eun. III. 5. 28. Adelph. IV. 4. 18. *domum abducere*. Sed proprium hujus rei verbum hoc eſſe, ignorat nemo. Infra Lamb. ex MSo, *tu apud ſocios &c.* GAR.

De complexu parentium, &c.) Priſcianus lib. VII. ſic legit, *parentium ſuorum, hoſpitum tuorum*; & Chariſius lib. I. teſtatur ita ſæpe dici a Cicerone. Sic & Horatius oda 24. lib. III. *Dos eſt magna parentium Virtus, &c.* LAMB. *De complexu parentium ſuorum, hoſpitum tuorum*) Eſt a Priſciani libro VII. vulgata *parentum ſuorum, hoſpitumque tuorum*. GRUT.

Satis

turmque rapuiſti: neque in parentum luctu, atque lacrymis te mei nominis commemoratio mitigavit: tibi hominum innocentium ſanguis non modo voluptati, ſed etiam quæſtui fuit.

53. Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere? poſſes, ut tibi ignoſceret, poſtulare? Satis eſt factum Siculis, ſatis officio, ac neceſsitudini, judices, ſatis promiſſo muneri, ac recepto. Reliqua eſt ea cauſa, judices, quæ non jam recepta, ſed innata: neque delata ad me, ſed in anima, ſenſuque meo penitus affixa, atque inſita eſt: quæ non ad ſociorum ſalutem, ſed ad civium Romanorum, hoc eſt, ad uniuſcujuſque noſtrum vitam, & ſanguinem pertinet. In qua nolite a me, quaſi dubium ſit aliquid, argumenta, judices, exſpectare: omnia, quæ dicam de ſupplicio civium Romanorum, ſic erunt clara, & illuſtria, ut ad ea probanda totam Siciliam teſtem adhibere poſſim. Furor enim quidam, ſceleris, & audaciæ comes, iſtius effrenatum animum, importunamque naturam tanta oppreſſit amentia, ut numquam dubitaret in conventu palam ſupplicia, quæ in convictos maleficii ſervos conſtituta ſunt, ea in cives Romanos expromere. Virgis quam multos cæciderit, quid ego commemorem? Tantum breviſſime dico, judices: nullum fuit omnino, iſto Prætore, in hoc genere diſcrimen. Itaque jam conſuetudine ad corpora civium

Satis promiſſo muneri ac recepto) Alii, *Satis promiſſo noſtro, ac muneri recepto*, quod cur improbemus, cauſa nulla eſt. Ho. *Satis promiſſo muneri, ac recepto*) Liber unus manuſcr. habet, *promiſſo noſtro, ac recepto*, & ita quidam vulgati: alii, *promiſſo noſtro, ac muneri recepto*: quam poſteriorem lectionem eſſe veram puto, neque tamen eam, quam ſecutus ſum, damno. Lamb. Victorii ed. cum vulgatis: *ſatis promiſſo noſtro ac recepto*. Sed cum Rob. Stephano & Lambino ſcripſi: *ſatis promiſſo muneri ac recepto*. Satisfeci officio, quod præſtiturum me & Siculis, & reipublicæ promiſi & in me recepi. Plus eſt recipere, quàm promittere, ut Manutius recte notavit. Gr.

Reliqua eſt ea cauſa) Septima hujuſce libri pars, de ſuppliciis civium Rom. ex qua huic libro nomen impoſitum eſt ab Aſconio, Nonio Marcello, & aliis quibuſdam, *de Suppliciis*; tametſi de fugitivorum bello & de maritimo latius fuſiuſque tractet: opinor, quia hæc magis attributa ſunt negotio, & crimini repetundarum: ut ſupra demonſtravi. Hott.

In convictos maleficii ſervos) Servis maleficii convictis virgæ, & extrema ſupplicia conſtituta erant: quæ apud Triumviros capitales ad columnam Mœniam luebant. Id.

Nullum fuit diſcrimen) Inter ſervos, & cives Rom. Id.

In

civium Romanorum etiam ſine iſtius nutu ferebatur manus ipſa lictoris.

54. Num potes hoc negare, Verres, in foro Lilybæi, maximo conventu, C. Servilium, civem Romanum, in conventu Panormitano veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis, & verberibus abjectum? aude hoc primum negare, ſi potes: nemo Lilybæi fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidiſſe. Ob quam cauſam, dii immortales? tametſi injuriam facio communi cauſæ, & juri civitatis: quaſi enim poſſit eſſe ulla cauſa, cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat, ita quæro, quæ in Servilio cauſa fuerit. Ignoſcite in hoc uno, judices: in ceteris enim non magnopere cauſas requiram. Locutus erat liberius de iſtius improbitate, atque nequitia. Quod iſti ſimul ac renunciatum eſt, hominem jubet Lilybæum vadimonium Venerio ſervo promittere. Promittit. Lilybæum venitur: cogere eum cœpit, cum ageret nemo, nemo poſtularet, H-S. duobus millibus ſponſionem facere cum lictore ſuo, *ni furtis quæ-*

In conventu Panormitano) Prob. Reg. cod. *e conventu Panormitano*, ut alibi. Gr. Sic etiam cod. Lamb. Gar.

Ob quam cauſam) Reg. *Ad quam ob cauſam*: leg. *At quam ob cauſam*. Gr. Ita recte legerat, nullo citato codice, jampridem Lambinus. Gar.

Communi cauſæ) Quia nullum præter perduellionem crimen eſt, propter quod civi Rom. adimi vita poſſit. Lex enim Porcia, itemque Sempronia virgas a civium Rom. corporibus removerunt. Hott.

Quaſi enim poſſit eſſe ulla cauſa, cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat) Verba ſunt Ciceronis in Orat. pro C. Rabirio, ex quibus intelligi hoc poſſit: *Porcia lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit: C Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. injuſſu populi judicaretur*. Hæc ille. De populi vero judicio dictum eſt in actione prima ex Polybio, & in orat. pro Cæcina. Nota autem parentheſis inducenda eſt. Idem.

Venerio ſervo) De his dictum eſt Verr. IV. quemadmodum eorum opera, vulgo Verres in hujuſmodi negotiis uteretur. Id.

Vadimonium promittere) Nam certæ civitates erant, in quibus Prætores forum agere, & conventum habere ſolebant ad quas vadimonia promittebantur. Id.

Cum ageret nemo, nemo poſtularet) Cum eum nemo ſponſione laceſſeret, *Ni hoc dixiſſet*; ſponſionem ipſe facere nolebat Ergo apparet, quod meminimus alibi dicere, *ſponſionem* ex eo appellatam, quod prius eum qui ageret, ſpondere, quam ſtipulari oporteret. Id.

H-S duobus millibus) Coronatis quinquaginta. De ſponſione vero dixi copioſe in orat. pro Quintio Id.

Ni furtis quæſtum faceret) Præciſa oratio, pro, *Ni dixiſſet Verrem furtis quæ-*

quæſtum faceret. Recuperatores de cohorte ſua dicit daturum. Servilius & recuſare, & deprecari, ne iniquis judicibus, nullo adverſario, judicium capitis in ſe conſtitueretur. Hæc cum maxime loqueretur, ſex lictores eum circumſiſtunt valentiſsimi, & ad pulſandos, verberandoſque homines exercitatiſsimi: cædunt acerrime virgis: denique proximus lictor, de quo ſæpe jam dixi, Seſtius, converſo bacillo, oculos miſero tundere vehementiſsime cœpit. Itaque illi cum ſanguis os, oculoſque compleſſet, concidit: cum illi nihilo minus jacenti latera tunderentur, ut aliquan-

queſtum facere. In. In hanc ſententiam pedibus ivit Hortenſius. Ferat, qui poteſt, Tullium ita verborum parcum, ut aliam rem velit dicere, aliam omnino dicat, ut duo verba lucretur. At non ita egit III. Acc. 57. aliiſque locis omnibus, quibus Apronianam ſponſionem commemorat, *ni dictitaſſet &c.* Magna prorſus injuria fit diſertiſſimo Romanorum. Non eſt in ea verba, quæ fingit Hottomannus, ſponſio propoſita. Servilius de Verris *improbitate* locutus erat, quæ latius patet, quam furta, & de *nequitia*, quæ nihil ad furta. Quod ſi de illius dictis Cicero ipſe confitetur, erant ne *iniqui* futuri judices, qui hominem condemnaſſent? Mitto plura: nam omnes arbitror conceſſuros, Tullium potius dicere, ſponſionem fuiſſe, *ni Servilius furtis queſtum faceret*. Hinc judicum iniquitas, & judicium capitis a miſero timebatur. De formulis ſponſionum vide ad 8. & 14. pro Quintio. Ibi ad c. 8. putabat Hott. ſpondere Servilium debuiſſe, *ni Verres &c.* quod verbis explicandis eſt commodum, ſed non ſatis rationi conſentaneum. Tamen altera ſententia id poſtulat, quod ſenſum mirifice perturbat, formulam negative proferri, ut ſolebat, Servilium, & lictorem *facere* actum illum ſollemnem, quæ dicitur *ſponſio* (vide ad d. c. 14.). Nam verba non ſpondentis Servilii ſunt, ſed ſtipulantis. GAR.

De cohorte ſua) Prætoria, ex qua nemo contra ipſius voluntatem judicare auderet. HOTT.

Judicium capitis) Elatorie; ut in Orat. pro Quintio: nam rei pecuniariæ ſponſio erat, ſed tamen actioni injuriarum præjudicium fiebat. IDEM.

Proximus lictor) Proximus lictor eſt, qui claudebat agmen lictorum, & proxime aberat a magiſtratu, ſicut primus lictor erat, qui ceteros antecedebat. Valer. lib. 1. *Maxima diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter Conſulem & proximum lictorem, quamvis officii cauſa una progrederetur, interponeret*. Salluſtius: *Hiempſal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui proximus lictor Jugurthæ, carus acceptuſque ei ſemper fuerat*. Antiquus lapis:

M. VALERIVS
ACHILLEVS LI-
CTOR PROXIMVS
LAVRENS. LAVINAS.

I. LIPSIVS.

Converſo baculo) Quid ſibi vult hoc *converſo baculo*? an, *contorto*? LAMBIN. Vide Manutium. Reg *baculo*, non ut alii, *bacillo*. GRAV.

Latera tunderentur) Reg. *latera tunderent*. GRAV. Ita etiam Veneta vetus editio, conſpiratque Naugeriana, in qua mendoſe *tunderet*. Lambinus ſupra malebat: *Itaque ille, cum ei*. Quod ſequitur *ſpondere ſe*, planum eſt, ſi ſponſio fuerit, *ni Verres &c.* Verum, ſi de Servilii furtis ageretur, ut dixi, durum eſt hoc ita explicare, ut illud explicabam, *ſponſionem facere*: & ſubaudiendum eſſet potius, *ſi furtis queſtum faceret*. Hæc res me dubium de toto loco relinquit. GAR.

In

quando *ſpondere ſe* diceret. Sic ille affectus, illinc tum pro mortuo ſublatus, brevi poſtea eſt mortuus. Iſte autem homo Venerius, & affluens omni lepore, & venuſtate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem poſuit. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum ſuarum.

55. Nam quid ego de ceteris civium Romanorum ſupplicîis ſingillatim potius, quam generatim, atque univerſe loquar? Carcer ille, qui eſt a crudeliſsimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ lautumiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium civium Romanorum fuit: ut quiſque iſtius animum, aut oculos offenderat, in lautumias ſtatim conjiciebatur. Indignum hoc video videri omnibus, judices: & id jam priore actione, cum hæc teſtes dicerent, intellexi: retineri enim putatis oportere jura libertatis non modo hic, ubi Tribuni plebis ſunt, ubi ceteri magiſtratus, ubi plenum forum judiciorum, ubi ſenatus auctoritas, ubi exiſtimatio populi Romani, & frequentia: ſed, ubicumque terrarum, & gentium violatum jus civium Romanorum ſit, ſtatuitis id pertinere ad communem cauſam libertatis, & dignitatis. In externorum hominum, & maleficorum, ſceleratorumque, in prædonum, hoſtiumque cuſtodias tu tantum numerum civium Romanorum includere auſus es? numquam ne tibi judicii, numquam concionis, numquam hujus tantæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquiſsimo, infeſtiſsimoque intuetur, venit in mentem? numquam tibi populi Romani abſentis dignitas, numquam ſpecies ipſa hujuſcemodi multitudinis in oculis, animoque verſata eſt? num-

In æde Veneris) Erycinæ, de qua in Divinat. dictum eſt. Hott.

Ad nocturna vota) Significat Verrem vota Veneri Erycinæ nuncupaſſe, ſi libidinem ſuam explere liceret. Id.

Ubi Tribuni plebis ſunt) Qui libertatis retinendæ cauſa creati ſunt; cum eam Conſulatis poteſtas nimia labefactaret. Nam exactis regibus plebi non re, ſed verbo (ut alibi Cicero teſtatur) permiſſa libertas erat. Id.

Numquam concionis) Cum magiſtratus ad populum de civitatis & libertatis jure abs te violato quererentur, & populum rogarent, ut centuriatis comitiis perduellionem tibi judicaret. Idem.

Tantæ frequentiæ) Quæ circum judicum ſubſellia coronam faciebat. Id.

Abſentis dignitas) Melius edit. MDLXXXIII. *dignitas abſentis*. Mox Lamb. MSus, *hujuſce multitudinis*. Gar. Pre-

numquam te in horum conſpectum rediturum, numquam in forum populi Romani venturum, numquam ſub legum, & judiciorum poteſtatem caſurum eſſe putaſti?

56. At quæ erat iſta libido crudelitatis exercendæ? quæ tot ſcelerum ſuſcipiendorum cauſa? nulla, judices, præter prædandi novam, ſingularemque rationem. Nam ut illi, quos a poetis accepimus ſinus quoſdam obſediſſe maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur, ut eos, qui eſſent appulſi navigiis, interficere poſſent, ſic iſte in omnia maria infeſtus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Quæcumque navis ex Aſia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerat, ſtatim certis indicibus, & cuſtodibus tenebatur: vectores omnes in lautumias conjiciebantur: onera, atque merces in prætoriam domum deferebantur. Verſabatur in Sicilia longo intervallo alter, non Dionyſius ille, nec Phalaris, tulit enim illa quon-

Prædandi novam ſingularemque rationem) Nam cives illi R. mercatores erant, quibus necatis naves illorum exinaniebantur. HOTT.

Nam ut illi, quos a Poetis accepimus, ſinus quoſdam obſediſſe maritimos) Vt Læſtrygones, qui Capuæ portum obſidebant; de quibus Homerus io Odyſſea. IDEM.

Interficere poſſent) Malim legi, *intercipere poſſent*: quo modo olim edideram, conjectura ductus; nam, *interficere*, quod eſt io omnibus libris, hic ineptum videtur. LAMB.

Quæcumque navis ex Aſia, quæ ex Syria, &c.) Libri duo hic manuſcr. nuſquam habent, *quæ*. ID.

Vectores) Tam eum, qui vehit, quam eum, qui vehitur, *vectorem* appellari, notum eſt: vide, ne multos citem, Reitzium de Ambig. p. 626. GARATON.

Verſabatur in Sicilia longo intervallo, &c.) In hoc loco excudendo Quinctilianum ſecutus ſum, qui eum profert lib. VIII. cap. ult. LAMB.

Alter, non Dionyſius ille) Apud Quinctilianum lib. VIII. capite extremo, ita hunc locum ſcriptum reperio, ut ab hac uſitata lectione nonnihil diſcrepet; primum enim vox *alter* abeſt; deinde pro *quoddam novum*, *novum quoddam*, immutato ordine; poſtremo pro *in iiſdem locis verſata eſſe dicitur*, ſic ſcriptum eſt, *in iiſdem verſata locis dicitur*. Nunc utrum ſit verius, eruditi viri cognoſcent. Nam mihi quidem ſine maximis graviſſimiſque cauſis quidquam immutare religio eſt. Quod ſi cuique ſuam ſententiam teſtificari licet, omnino vox illa quam dixi abeſſe, jaceret atque otioſa eſſe videtur. In aliis quidem locis, ſine dubio immutato ordine multo lenius fluit ipſa comprehenſio. HOT. Vocem *alter* delerem cum Lambino, niſi in aliquibus Quinctiliani MSis veſtigia ejus vocis manifeſta eſſent, qui habent *aut non*, vel *autem non*, ut Barberinus. Sic vero loqui Latinos, ut verbum, quale *alter* hic eſt, ponant, deinde genus mutent, ut in iis fit, *novum quoddam monſtrum* (ſic enim ex Fabio melius) nemo ignorat. *Verſabatur alter*, ait Cicero, quaſi dicturus alicujus tyranni nomen, tum tyrannorum comparatione non contentus, Verremque ne hominem quidem putans, novum ait monſtrum, Charybdi pejus, & Scylla in Sicilia eſſe verſatum. GAR.

Ex

quondam inſula multos, & crudeles tyrannos, ſed quoddam novum monſtrum, ex vetere illa immanitate, quæ in iiſdem locis verſata eſſe dicitur: non enim Charybdim tam infeſtam, neque Scyllam nautis, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror: hoc etiam iſte infeſtior, quod multo ſe pluribus, & majoribus canibus ſuccinxerat. Cyclops alter, multo importunior: hic enim totam inſulam obtinebat: ille Ætnam ſolam, & eam Siciliæ partem tenuiſſe dicitur. At quæ cauſa tum ſubjiciebatur ab ipſo, judices, hujus tam nefariæ crudelitatis? eadem, quæ nunc in defenſione commemorabitur. Quicumque acceſſerant ad Siciliam paullo pleniores, eos Sertorianos milites eſſe, atque a Dianio fugere dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam; tus alii, atque odores, veſtemque linteam; gemmas alii, & margaritas; vina

Ex vetere illa immanitate) Libro VIII. cap. ultimo Quinctilianus, MSus Bibliothecæ Palatinæ legit heic, *ex utero illo immanitatem*: quod mutatum ibat in *utero immanitatis*, amicus meus Ianus Gebhardus lib. I. Crepundiorum cap. 8. qui videatur: inſula ſane illa nutricula immanium regum &c. GRUT. *Utero* dederat etiam codex Fabii Barber. quod emendare volens Laur. Valla, cujus erat is codex, fecit imprudens, *utere*: ſed peſſime dederat, *ex utero illam immanitatem*. Abutebatur ſane Gebhardus facili mendo unius codicis. Noſter antique ſcribit, *multos, & crudelis*: tum illud, *neque Scyllam navibus*, quod conſtanter alii quoque retinent Fabii codices, neque aſpernandum profecto eſt. Idem Gebhardus ad Liv. XXIX. 27. notat Livium ibi eſſe imitatum Tullii locum II. Phil. 27. ſed hunc potius eſt imitatus. GAR.

Multo ſe pluribus & majoribus canibus) De Scylla media parte corporis, Circes opera & veneficiis in canes ac lupos mutata, nota eſt omnibus fabula ex libro Metamorph. XIV. & Æneid 3. Revera autem ſaxum eſt, eminus humanam figuram, ſed fluctuum colliſione latratus canum, luporumque ululatus referens. *Canes* autem Verris comites appellat, ut ea ſimilibus locis intelligitur, & ex Iulio Rufiniano, in libro de Figuris. HOT *Pluribus & immanioribus*) Cum ſcriptum reperiſſem in libris manuſcriptis, *pluribus, & in majoribus canibus*, Memmius certiſſima conjectura ductus reſtituit, *immanioribus*, ſeu, ut quidam ſcribi malunt, *inmanioribus canibus*. LAMB. Reg ſane *in majoribus*, ut recte Memmius conjecerit, *immanioribus*. GRÆV.

Totam inſulam obtinebat) Liber unus MSus habet, *obſidebat*. LAMB.

Quæ nunc in defenſione) Præmunitio eſt adverſus Hortenſii defenſionem, qui dicturus erat non de civibus Rom. ſed de Sertorianis proſcriptis ſumtum ſupplicium fuiſſe. HOTT.

Eos Sertorianos milites eſſe, atque a Dianio fugere) De Sertorio, & Dianio dixi Verr. III. Io. Strabo lib. III. Inter Sucronem, & Carthaginem tria Maſſilienſium ſunt oppida, haud procul a flumine: ea iis celeberrimum eſt *Hemeroſcopium*, a templo Dianæ, quod habet in promontorio, *Dianium* appellatum, ῳ εχρησατο ορμητηριῳ κατα θαλατταν Σερτωριος" (*qua uſus eſt maritima belli ſede Sertorius*)". NANN.

Veſtemque linteam) Quidam hic legi volunt, *veſtemque lineam*: alii, *veſtemque*

vina nonnulli Græca, venaleſque Aſiaticos: ut intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis navigarent. Non providerant, eas ipſas ſibi cauſas eſſe periculi, quibus adjumentis ſe ad ſalutem uti arbitrabantur. Iſte enim hæc eos ex piratarum ſocietate adeptos eſſe dicebat, ipſos in lautumias abduci imperabat: naves eorum, atque onera diligenter aſſervanda curabat.

57. His inſtitutis cum completus jam mercatorum carcer eſſet, tum illa fiebant, quæ L. Suetium, equitem Romanum, lectiſsimum virum, dicere audiſtis, & quæ ceteros audietis. Cervices in carcere frangebantur indigniſsime civium Romanorum, ut jam illa vox, & imploratio, CIVIS. ROMANVS. SVM, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros, & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & ſupplicium maturius ferret. Quid eſt, Verres? quid ad hæc cogitas reſpondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? num quid horum dicere iſtis defenſoribus tuis audes? Cedo mihi, quæſo, ex ipſius ſinu litteras Syracuſanorum, quas iſte ad arbitrium ſuum confectas eſſe arbitratur: cedo rationem carceris, quæ diligentiſsime conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit. LITTERÆ SYRACVSANORVM. Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias: videtis indigniſsimo in loco coacervatam multitudinem veſtrorum civium. Quærite nunc veſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant: nulla ſunt

que Meliteam: ego nihil muto. LAMB. Credo ad lectos cubiculares ſternendos. Nam Romani linteis indumentis tum non utebantur. Servi quidem in tricliniis miniſtrabant induti & ſuccincti tunicis lineis, ſed nullus hujus indumenti uſus apud ingenuos, niſi forte in re ſacra facienda. GRÆV.

Quibus adjumentis ſe ad ſalutem) Alii, *quibus argumentis*. Cenſeo nihil immutandum. HOT. *Argumentis*, Hervag. & Veneta. Quæ dat etiam *non intelligebant*, & ſic poſtea Naug. Man. Lamb. &c. Gruterus reſtituit, *providerant*, ex MSo ad marginem Lamb. allegato. Ab quo cod. infra eſt illud quoque, *ut jam illa vox*; antea enim, *ut etiam* GAR.

Et quæ ceteros audietis) Sic Regius codex. In vulgatis copula prætermiſſa eſt: GRÆV.

Supplicium maturius) Ne ſi diutius in latumiis haberentur, pro civibus Rom. agnoſcerentur. HOTT.

Litteras Syracuſanorum) Syracuſani enim Verri ſuffragati, litteras ad Senatum miſerant, quibus de ipſius integritate & abſtinentia teſtificabantur; ſimul etiam in eorum ſuppliciis, qui in latumiis necati fuerant, rationem reddebant. ID.

Omnes

ſunt. Omnes ne mortui? Si ita poſſet defendere, tamen fides huic defenſioni non haberetur. Sed ſcriptum exſtat in iiſdem litteris, quod iſte homo barbarus, ac diſſolutus neque attendere umquam, neque intelligere potuit, ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ, inquit, hoc eſt, ut Siculi loquuntur, ſupplicio affecti, ac necati ſunt.

58. Si quis Rex, ſi qua civitas exterarum gentium, ſi qua natio feciſſet aliquid in civem Romanum ejuſmodi, non ne publice vindicaremus? non bello perſequeremur? poſſemus hanc injuriam, ignominiamque nominis Romani inultam,

Omnes ne mortui?) Morbo extincti, non ſupplicio affecti. Id.

Εδικαώθησαν) Fortaſſe legendum *ἐδικαιώθησαν*: Herodot. in Clio de Dejoce loquens. *Ει τινα πυνθανοιτο ὑβριζοντα, τουτον ὅκως μεταπεμψαιτο κατ' ἀξιην ἑκαςυ ἀδικηματος ἐδικαιυ*. Id eſt: *ſi quem comperiſſet injuriam cuiquam facere, in eum prout arceſſiviſſet, pro delicti ratione animadvertebat*. Dixit autem *ἐδικαιευ* Ionice, pro *ἐδικαιυ*. Videndum tamen ecquid hoc Siculorum loquendi genus fuerit. Præſertim cum dicat, Verrem numquam illud intellexiſſe, & ſimul ſubjungat, *ut Siculi loquuntur*: Siculos autem Græce perperam locutos, in divinatione ex Plauto docuimus. Hottom.

Εδικαώθησαν, *inquit*) Legendum fortaſſe eſt, *ἐδικαιώθησαν*, id eſt, *juſti facti ſunt*; quod valet, ſupplicio affecti ſunt: nam malefici, & nocentes homines cum pœnas dant ſuorum injuſtorum factorum, juſti quodammodo fiunt, qui antea erant injuſti, & iniqui. Atque hoc ipſo verbo utitur Ariſtoteles lib V. de moribus ad Nicom. hac de re diſputans. Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Satis enim cognoſcere licet ex M. Tullii verbis, hanc vocem eſſe Siculorum cujus ratio & *ἐτυμον* eſt in promtu. nam *ἐδικαώθησαν*, aoriſti β perſonæ tertia eſt, numeri multitudinis, a verbo *δικοω*, quod apud Siculos valet, *ſupplicio afficio*: natum eſt autem *δικοω*, *ἀπο της δικης*, quæ interdum pœnam, & ſupplicium ſignificat, ut, cum dicunt Græci, *δικην διδοναι*. Non celabo lectorem tamen, me in duobus libris MSis reperiſſe ſcriptum, *ἐδικαιώθησαν*, ut ego legendum conjeci. Lamb.

Εδικαώθησαν) Lambinus invenit in duobus MSis *ἐδικαιώθησαν*; quomodo omnino legendum contendit Hottomannus libro II. Obſervat. cap. 14. m. Gauter.

In Reg. eſt *ἐδικαιώθησαν*. Nihil certius quam *δικαιωσθαι* eſſe condemnari, puniri. Suidas, *δικαιυμενος κολαζομενος, δικης τυγχανων*. Dicit vero Cicero Siculos hoc verbo uſos eſſe, non tamquam Siculis fuerit proprium, ſed quia Græce loquebantur, ideoque vocabulum aliis tamen Græcis etiam uſitatum adhibuerunt in ſuis litteris. Exempla vero hujus notionis, *τυ δικαιυν* non pauca Theologi quoque congeſſerunt: vide Thomæ Gatakeri diſſertationem de ſtilo novi teſtamenti, cap. 8. Sed recte obſervavit Iac. Gronovius, eſſe trajectionem & ſic legendum: Εδικαιώθησαν, *inquit, ut Siculi loquuntur, hoc eſt, ſupplicio affecti*. Grav.

Εδικαώθησαν, *inquit, ut Siculi loquuntur, hoc eſt, ſupplicio &c.*) Ita codices optimi, & veteres editi, ut Siculi verbo minus uſitato loqui intelligantur. Lambinus, quem plerique ſequuntur, dedit, *ἐδικαιώθησαν, inquit, hoc eſt, ut Siculi loquuntur*: quod Erneſto minime probatur: ad quid enim hæ voces, *ut Siculi loquuntur*? Lallem.

Nimirum Erneſtus in ind Gr. Lat. egregie defendit vulgatam *ἐδικαώθησαν*, quem vide. Trajectio autem illa eſt in edd. quas vidi, omnibus, eſtque a Gro-

inultam, impunitamque dimittere? Quot bella majores noſtros, & quanta ſuſcepiſſe arbitramini, quod cives Romani injuria affecti, quod navicularii retenti, quod mercatores ſpoliati dicerentur? At ego retentos non queror: ſpoliatos ferendum puto: navibus, mancipiis, mercibus ademtis, in vincula conjectos eſſe mercatores, & in vinculis cives Romanos necatos eſſe arguo. Si hæc apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanorum, non apud ſenatores lectiſsimos civitatis, non in foro populi Romani, de tot, & tam acerbis ſuppliciis civium Romanorum, tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem. Tanta enim hujus imperii amplitudo, tanta nominis Romani dignitas eſt apud omnes nationes, ut iſta in noſtros homines crudelitas nemini conceſſa videatur. Num ego tibi ullam ſalutem, ullum perfugium putem, cum te implicatum ſeveritate judicum, circumretitum frequentia populi Romani eſſe videam? Si mehercules, id quod fieri non poſſe intelligo, ex his laqueis te exſueris, ac te aliqua via, ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas

a Gronovio primum animadverſa, & a Lallemando primum ſublata, qui monere debuerat, an MSis auctoribus id faceret: ratio enim, non MSi antea ſuadebant. Sed ſpecimen dedit negligentiæ: jam enim in illa Græci verbi ſcriptura non Lambinum, ſed Grævium unus ſecutus eſt Olivetus, quem putat ille ex pleriſque ſemper ſuas lectiones haurire. De Oliveto ipſo miror, quamobrem id fecerit, editionibus, & Erneſto conſulto. Nam Hervagianam certe non viderat, in qua erat *ἀδικαιωθηναι*, quam ne Grævius quidem, ac Lallem. inſpexerunt. GARAT.

Quot bella majores) Idem quoque in ea pro lege Manilia commemorat. HOTT.

At ego retentos) Reg. *At ego jam retentos*. GRÆV.

Navibus, mancipiis, mercibus) Reg. *navibus magnis, mercibus*. IDEM.

Apud Senatores lectiſſimos) Nam hoc tempore ſolus ordo Senatorius lege Cornelia L. Sullæ dictatoris judicabat. *Lectiſſimos* autem dicit, quoniam ab accuſatore & reo rejectio facta erat. HOTTOM.

Frequentia populi) Qui hæc ad communem cauſam libertatis ac dignitatis ſtatuit pertinere. IDEM.

Ex his laqueis) Ex hoc judicio de pecuniis repetundis conſtituto. IDEM.

Ac te aliqua vi ac ratione) Optime Reg. cod. *ac te aliqua via ac ratione*. Sæpe enim hæc Cicero conjunxit. Sic I. in Verrem: *Habeo certam viam ac rationem, per quam omnes illorum conatus inveſtigare ac perſequi poſſim*. Pro Cœlio: *Quare da nobis viam ac rationem defenſionis*. Plura exempla ex Tullio ſunt in numeratu. *Via ac ratio*, eſt quod barbari dicunt *medium*. GRÆV. Ita jampridem Lamb. ex MSo, itidemque ex MSo: *Si mehercules (id quod fieri non poſſe intelligo) ex his te laqueis exueris*. Erat enim antea, *int. n. poſſe*. Obtemperatum ex parte illi fuit. GAR.

Majores plagas) Crimen imminutæ majeſtatis; ob cives indemnatos ſupplicio affectos. HOTT.

plagas incidendum eſt, in quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici, & concidi neceſſe eſt. Cui ſi etiam id, quod defendit, velim concedere, tamen illa ipſa defenſio non minus eſſe ei pernicioſa, quam mea vera accuſatio debeat. Quid enim defendit? ex Hiſpania fugientes ſe excepiſſe, & ſupplicio affeciſſe dicit. Quis tibi id permiſit? quo id jure feciſti? quis idem fecit? qui tibi id facere licuit? Forum plenum, & baſilicas iſtorum hominum videmus, & animo æquo videmus. Civilis enim diſſenſionis, & amentiæ, ſeu fati, ſeu calamitatis, non eſt iſte moleſtus exitus, in quo reliquos ſaltem cives incolumes licet conſervare. Verres ille, vetus proditor Conſulis, tranſlator quæſturæ, averſor pecuniæ publicæ, tantum ſibi auctoritatis in republica ſuſcepit, ut, quibus hominibus per ſenatum, per populum Romanum, per omnes magiſtratus, in foro, in ſuffragiis, in hac urbe, in republica verſari liceret, iis omnibus mortem acerbam, crudelemque proponeret, ſi fortuna eos ad aliquam partem Siciliæ detuliſſet. Ad Cn. Pompeium, clariſsimum virum, & fortiſsimum permulti, occiſo Perperna, ex illo Sertoriano numero militum confugerunt: quem non ille ſummo cum ſtudio ſalvum, incolumemque ſervavit? cui civi ſupplici non illa dextera invicta & fidem porrexit, & ſpem ſalutis oſtendit? ita ne vero? quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerant,

Superiore ex loco) Significat centuriata comitia, in quibus de perduellione judicium ab univerſo populo fiebat. Qua de re Verr. III. copioſe dictum eſt. Vnde & ex hoc loco intelligi poteſt in campo Martio centuriatis comitiis, æque ut in foro tributis, locum aliquem ſuperiorem fuiſſe, unde magiſtratus ad populum verba faciebant. IDEM. Sed vide Manut. GREV.

Cui ſi etiam id) Abruptus videtur locus, & fortaſſe deſit quidpiam. Nam apoſtrophe ad populum abruptior (ut dixit) videtur. HOTT.

Illa ipſa defenſio) Reg. *illa ipſa falſa defenſio*. GREV. Optime: opponitur enim *vera accuſatio*. GAR.

Baſilicas) Quas circa forum fuiſſe conſtat. HOTTOM.

Civilis enim diſſenſionis & ſive amentiæ) *Sive* non agnoſcit Reg. & rectius abeſt. Dein idem: *ſeu fati*. GREV.

Proditor Conſulis) His de rebus Verrin. III. dictum eſt. HOTTOM.

Iis omnibus) Reg. *his hominibus*; paulo inferius idem: *contra quem arma tulerant*; mox: *tu defendes* GREV. *Tolerant*, etiam Lamb ex MSo; antea, *tulerunt*: quod ſervavit tamen Grut. & Verb. GAR.

Numero militum) Quidam libri veteres non habent, *militum*. LAMB.

Fidem porrexit) Dexteram fidei inſigne apud veteres fuiſſe, nemo neſcit. Itaque qui alterius fidem implora-

lerant, iis apud te, cujus nullum in republica unquam monumentum fuit, mors, & cruciatus erat conſtitutus? Vide quam commodam defenſionem excogitaris.

59. Malo, malo mehercule, id, quod tu defendis, his judicibus, populoque Romano, quam id, quod ego inſimulo, probari malo, inquam, te iſti generi hominum, quam mercatoribus, & naviculariis inimicum, atque infeſtum putari: meum enim crimen avaritiæ te nimiæ coarguit: tua defenſio furoris cujuſdam, & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pæne novæ proſcriptionis. Sed non licet me iſto tanto bono, judices, uti, non licet: adſunt enim Puteoli toti: frequentiſsimi venerunt ad hoc judicium mercatores, homines locupletes, atque honeſti, qui partim ſocios ſuos, partim libertos ab iſto ſpoliatos, in vincla conjectos, partim in vinclis necatos, partim ſecuri percuſſos eſſe dicent. Hic vide, quam me ſis uſurus æquo. Cum ego P. Granium teſtem produxero, qui ſuos libertos a te ſecuri percuſſos eſſe dicat, qui a te navem ſuam, merceſque repetat, refellito, ſi poteris: meum teſtem deſeram, tibi favebo: te, inquam, adjuvabo: oſtendito, illos cum Sertorio fuiſſe, a Dianio fugientes ad Siciliam eſſe delatos. Nihil eſt, quod te malim probare: nullum enim facinus, quod majore ſupplicio dignum ſit, reperiri neque proferri poteſt. Reducam iterum equitem Romanum, L. Flavium, ſi voles; quoniam priore actione, ut patroni tui dictitant, nova quadam ſapientia, ut omnes intelligunt, conſcientia tua, atque auctoritate meorum teſtium teſtem nullum interroga-

plorabant ejus manum apprehendere ſolebant; ut ex fine Quintianæ orationis intelligitur. HOTTOM.

Nullum in republ. umquam monumentum) Id eſt, nulla res geſta memoratu digna. Rara & (ut opinor) inſolens locutio. IDEM. *Nullum in rep. umquam momentum fuit*) Sic reſtitui: nam lectio vulgata, *monumentum fuit*, ſine dubio mendoſa eſt. LAMBIN.

Iſti generi hominum) Sertorianorum, qui nunc armis poſitis in foro, conſpectu omnium verſantur. HOTT.

Novæ proſcriptionis) Quaſi dicat, Sullanæ proſcriptionis renovatæ, cujus recens erat memoria. IDEM.

Puteoli toti) Pro, cuncti Puteolani: ut ſæpe antea, *adeſt tota Sicilia*. IDEM.

Partim in vinclis necatos) Hoc totum abeſt ab uno libro MSo. LAMBIN. Qui dedit mox ex MSo, *eſſe dicunt*. GAR.

Priore actione) Hac de re ſatis dictum eſt in Verrina ſecunda extrema: unde quæ ad hunc locum pertinebunt, aſſumentur. HOTTOM.

rogaſti. Interrogetur Flavius, ſi voles, quinam fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit: qui cum amplius centum cives Romanos haberet ex conventu Syracuſanorum, qui eum non ſolum cognoſcerent, ſed etiam lacrymantes, ac te implorantes defenderent, tamen a te, inſpectantibus omnibus Syracuſanis, ſecuri percuſſus eſt: hunc quoque teſtem meum refelli, & illum Herennium Sertorianum fuiſſe abs te demonſtrari, & probari volo.

60. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus involutis in piratarum, captivorumque numero producebantur, ut ſecuri ferirentur? quæ iſta nova diligentia? quam ob cauſam abs te excogitata? an te L. Flavii, ceterorumque de L. Herennio vociferatio commovebat? an M. Annii, graviſſimi, atque honeſtiſſimi viri, ſumma auctoritas paullo te diligentiorem, timidioremque fecerat? qui nuper pro teſtimonio non advenam neſcio quem, nec alienum, ſed eum civem Romanum, qui omnibus in illo con-

Interrogetur Flavius) Confer I. Accuſ. 5. ubi de teſtimoniis Flavii, Annii, & Suetii, quem hic video c. 57. nominatum. Ibi Tullius hunc ipſum Herennium *negotiatorem ex Africa* fuiſſe dicit, quem hic *argentariam Lepti feciſſe*. Vide ind. Erneſti v. *negotiator*, & *argentaria*. Inſignis eſt hic Tullii locus ad ea confirmanda, quæ de negotiatoribus vir ille maximus veriſſime docuit. Leptis erat in Africa, unde directa Melitam, & Pachynum, nec longa navigatio: proinde Syracuſis eſſe frequens Herennius poterat, & multos in Africa ipſa ex illis civibus Romanis jam ante cognoſſe. GARAT.

Quinam fuerit L. Herennius) Reg. *qui an fuerit T. Herennius*. GRAV.

Ex conventu Syracuſanorum) Neſcio, cur jam inde a Lambinianis vetus, & melior lectio deſeratur, *Syracuſarum*, quam exhibent Ven. MCDLXXXIII. Hervag. Naug. Man. &c. ſupra c. 36. *is eſt conventus Syracuſis civium Romanorum*. Nimirum ferri hæc lectio poteſt, quoniam tuta eſt: altera ſubſtituta fuit plane inepta: conventus enim erat *Syracuſis*, erat *Syracuſanus*, neque appellari poterat, *Syracuſanorum*: vide ad II. Accuſ. 13. Ceterum veriſſime Olivetus emendavit, *Syracuſana*, ſed non ſatis tuto recepit, & ſatis inconſtanter: qui IV. Acc. 25. idem facere neglexerit, ubi Lambinus ex MSo fecerat: vide, quæ ibi notavimus. Nunc ad Lamb. marg. codex quidam tantum habet, *Syracuſanos*, quod illam emendationem egregie confirmat. Sic optimi codices cap. 54. *civem R. e conventu Panormitano*. Verum antiquæ lectioni hoc ita eſt præferendum, ut non ſic tamen edamus, donec aliquo in codice diſerte legatur, *Syracuſano*, quod ſpero futurum. Lallemandus, ut ſolet, Olivetum ſequitur, firmum hoc putans, nihilque admonet de ſuis MSis. GARAT.

Qui capitibus involutis) Ne pro civibus Rom. agnoſcerentur. HOTTOM.

Quam ob cauſam abs te cogitata) Lege, *abs te excogitata*. MURETUS. Sic Reg. cod. ut non dubitarim reponere *excogitata*. GRAV. Sic Lamb.

Pro-

conventu notus, qui Syracuſis natus eſſet, a te ſecuri percuſſum eſſe dixit. Poſt hanc illorum vociferationem, poſt hanc communem famam, atque querimoniam, non mitior in ſupplicio, ſed diligentior eſſe cœpit. Capitibus involutis cives Romanos ad necem producere inſtituit: quos tamen idcirco necabat palam, quod homines in conventu, id quod antea diximus, nimium diligenter prædonum numerum requirebant. Hæccine plebi Romanæ, te Prætore, eſt conſtituta conditio? hæc negotii gerendi ſpes? hoc capitis, vitæque diſcrimen? Parum ne multa mercatoribus ſunt neceſſario pericula ſubeunda fortunæ, niſi etiam hæ formidines ab noſtris magiſtratibus, atque in noſtris provinciis impendebunt? ad eam ne rem fuit hæc ſuburbana, ac fidelis provincia Sicilia plena optimorum ſociorum, honeſtiſsimorumque civium, quæ cives Romanos omnes ſuis ipſa ſedibus libentiſsime ſemper accepit, ut, qui uſque ex ultima Syria, atque Ægypto navigarent, qui apud barbaros propter togæ nomen in honore aliquo fuiſſent, qui ex præ-

Producere inſtituit) Ciceronem exiſtimo ſcripſiſſe: *producere inſtitit*, hoc eſt, cœpit. Sæpe hoc vocabulum parum in hac notione vulgo cognitum, mutatum fuit a ſciolis in *inſtituit*, ut paullo ante notavimus. Non tamen nego *inſtituit* quoque ferri & defendi poſſe. In lib. I. ep. 1. ad Lentolum: *Quod inſtituit referre de religione, & ſæpe jam retulit, ab eo deduci non poteſt*. GRAV.

Prædonum numerum) Potius eorum, qui pro prædonibus capti, atque in latumias abducti fuerant. HOTTOM.

Hæccine plebi Romanæ, &c.) Retinui iſtam ſcripturam, quod ſatisfaceret Camerario: nam alioquin Pall. edd. vetuſtæ, etiam Victoriana, *Hæc in plebe Romana*. GRVTER.

Hæc negotii gerendi ſpes) Ergo etiam qui mercaturam faciunt generaliter *negotium gerere* dicuntur. Quid autem inter *mercatores*, & *negotiatores* interſit, alio loco explicavimus. HOTT. *Hæc negotii gerendi ſpes*) *Species*, pro *ſpes*, ſcriptum eſt in antiquo, & ita legendum videtur. F. VRSIN.

Hoc capitis vitæque diſcrimen) Quod cum negotii gerendi cauſa navigant, & peregrinantur, ſubire cogantur. HOTTOM.

Hæ formidines) Vt pro piratis & prædonibus habiti ſupplicio afficiantur. IDEM.

Provincia Sicilia) Nihil muto: tantum hoc dico, facile me antiqui libri auctoritati aſſenſurum, in quo vox *Sicilia* abſit, quæ ex gloſſa irrepſiſſe videtur, cum toties jam Cicero Siciliam nominarit. IDEM.

Honeſtiſſimorumque civium) Ita Gruterus ex MSo ad Lamb. marg. optime. Antea in omnibus, quas vidi, legebatur, *& honeſtiſſ. civium Romanorum*. GAR.

Propter togæ nomen) Cives Romanos togam in provinciis geſtare leges jubebant: qui non geſtabant, civitatis jus imminuebant, ut ex orat. pro Poſtumo intelligitur. At quibus aqua & igni interdicebatur, iis togæ jus adimebatur: quemadmodum Plinius in quarto Epiſtolarum teſtatur. HOTTOMANNVS.

prædonum inſidiis, qui ex tempeſtatum periculis profugiſſent, in Sicilia ſecuri ferirentur, cum ſe jam domum veniſſe arbitrarentur?

61. Nam quid ego de P. Gavio Coſano municipe dicam, judices? aut qua vi vocis, qua gravitate verborum, quo dolore animi dicam? tametſi dolor me non deficit: ut cetera mihi in dicenda digna re, digna dolore meo ſuppetant, magis elaborandum eſt: quod crimen ejuſmodi eſt, ut, cum primum ad me delatum eſt, uſurum me illo non putarem. Tametſi enim veriſsimum eſſe intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lacrymis omnium civium Romanorum, qui in Sicilia negotiantur, adductus Valentinorum, hominum honeſtiſsimorum, omniumque Rheginorum, multorumque equitum Romanorum, qui caſu tum Meſſanæ fuerunt, teſtimoniis, dedi tantum priore actione teſtium, res ut nemini dubia eſſe poſset. Quid nunc agam? Cum jam tot horas de uno genere, ac de iſtius nefaria crudelitate dicam: cum prope omnem vim verborum ejuſmodi, quæ ſcelere iſtius digna ſunt, aliis in rebus conſumſerim, neque hoc providerim, ut varietate criminum vos attentos tenerem: quemadmodum de tanta re dicam? Opinor unus modus, atque una ratio eſt. Rem in medio

Iam domum veniſſe) Propter Italiæ vicinitatem. IDEM.

Nam quid ego) Hoc loco *nam* eſt interrogativum, & jungitur pronomini ſequenti per anaſtrophen, pro *quidnam*? ut in illo Virgilii Georg. IV. 445. *Nam quis te* &c. pro *quiſnam te*. HORTENS. Ita Servius ad eum locum: ſed hic poteſt etiam tranſitioni unice inſervire, ut ſæpiſſime. GAB.

De P. Gavio Coſano) Pal. pr. *Conſano*, quomodo primitus cuſi, ſec. *Coſſano*, ut vulgo editur: primæ lectio eſt a Cujaciano. GRUTER. Dicebatur *Coſa* & *Coſſa* hoc Etruriæ oppidum; unde incolæ *Coſani*. Virg. *Quique urbem liquere Coſas*. Fuit colonia Romanorum: vide Vell. Paterc. I. & Plin. III. 5. GRAV.

Dolor me non deficit) Hoc ex artis præcepto: *ſi vis me flere, dolendum eſt* &c. q. d. ſatis habeo doloris: cetera tanta dolore explicando neceſſaria deficiunt. HOTT.

Valentinorum) Ex Vibone Valentia, de qua initio hujus orationis dictum eſt. IDEM.

Teſtimoniis) Hæc vox non hoc loco, ſed ſupra poſt illam *honeſtiſſimorum* collocatur in Ven. Naug. Man. Herv. & Car. Steph. edd. Lamb. tranſpoſuit: qui ex MSo mox egregie *teſtium* emendavit, cum antea peſſime, *teſtimonium*. GAB.

Vim verborum ejuſmodi) Quæ ad inflammandos judicum animos requiritur. HOTT.

De tanta re dicam) Ne hic quidem quidquam muto: niſi forte *dicerem* aliquo in antiquo libro legeretur. IDEM.

Vt

medio ponam: quæ tantum habet ipſa gravitatis, ut neque mea, quæ nulla eſt, neque cujuſquam, ad inflammandos veſtros animos eloquentia requiratur. Gavius hic, quem dico, Coſanus, cum in illo numero civium ab iſto in vincla conjectus eſſet, & neſcio qua ratione clam e lautumiis profugiſſet, Meſſanamque veniſſet: qui prope jam Italiam, & mœnia Rheginorum videret, & ex illo metu mortis, ac tenebris, quaſi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus revixiſſet: loqui Meſſanæ cœpit, & queri, ſe civem Romanum in vincla eſſe conjectum, ſibi recta iter eſſe Romam, Verri ſe præſto advenienti futurum.

62. Non intelligebat miſer, nihil intereſſe, utrum hæc Meſſanæ, an apud ipſum in prætorio loqueretur. Nam, ut ante vos docui, hanc ſibi iſte urbem delegerat, quam haberet adjutricem ſcelerum, furtorum receptricem, flagitiorum omnium ſociam. Itaque ad magiſtratum Mamertinum ſtatim deducitur Gavius, eoque ipſo die caſu Meſſanam venit Verres. Res ad eum defertur, eſſe civem Romanum, qui ſe Syracuſis in lautumiis fuiſſe quereretur: quem jam ingredientem navem, & Verri nimis atrociter minitantem, a ſe retractum eſſe, & aſſervatum, ut ipſe in

Vt neque mea, quæ nulla eſt) Quidam legendum putant, *quæ nonnulla eſt*: ego nihil muto. LAMBIN. Hunc, & ſimiles locos Tullii multos attendant, qui Ciceronem, ut nimium ſui jactatorem, temere reprehendunt. Res quidem a ſe geſtas non mediocriter, & (dicendum eſt, ſi veritatem amamus) non ſine cauſa ſæpe prædicat: at ingenii dotes, & eloquentiam, quæ vitioſa eſt, præcipue in oratore, jactatio, nuſquam commendat, ſed potius deſpicit ipſe, ac deprimit. Vide Quinctil. de hoc argumento fuſe diſſerentem I. O. XI. 1. HORTENS.

Cum illo numero) Deſiderari videtur *in*: ut ſit, *Cum illo in numero*; & ſic puto corrigendum. HOTTOM. *To in* ſuis editionibus intulerunt R. Stephanus, P.Manutius, Lambinus, Gruterus. Et recte ſane. Nam in margine notavit Lambinus, in veteri codice eſſe *in illo numero*, quod recepit R.Stephanus. *In* non modo eſt in Reg. ſed & *civium*. Sic enim bene in illo ſcribitur: *Cum in illo numero civium ab iſto in vincla conjectus eſſet*. GRAV. Codex ille Lambinianus habebat, *in illo numero civium Romanorum*. Parum accurate marginem Lambini Grævius citavit; imo editionem quoque Car. Stephani (Robertum, ut ſæpiſſime, male nominat), qui ab illo cod. nunquam latum non diſceſſit. GAR.

Verri ſe præſto) Vt eum imminutæ majeſtatis in civitatis jure violando accuſaret. HOTTOM.

In prætorio) Non in jure, ſed in ea domo, in qua diverſari prætores ſolent. IDEM.

Furtorum receptricem) *Receptatricem*, vult legi Mommius: cui olim aſſenſus

Digitized by Google

eum ſtatueret, quod videretur. Agit hominibus gratias, & eorum erga ſe benevolentiam, diligentiamque collaudat. Ipſe inflammatus ſcelere, & furore in forum venit. Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat: exſpectabant omnes, quo tandem progreſſurus, aut quidnam acturus eſſet: cum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet. Clamabat ille miſer, *ſe civem eſſe Romanum, municipem Coſanum: meruiſſe ſe cum L. Pretio, ſplendidiſſimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hæc Verres ſcire poſſet.* Tum iſte ſe comperiſſe ait, eum ſpeculandi cauſa in Siciliam ab ducibus fugitivorum eſſe miſſum: cujus rei neque index, neque veſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet ulla: deinde jubet undique hominem vehementiſſime verberari. Cædebatur virgis in medio foro Meſſanæ civis Romanus, judices; cum interea nullus gemitus, nulla vox alia iſtius miſeri, inter dolorem, crepitumque plagarum audie-

ſus ſum: neque vero nunc ab eo diſſentire temere velim. Sed cum hac voce jam antea ſit uſus M. Tullius, & hanc ſcripturam confirment libri veteres, leviter peccabimus, ſi peccabimus, cum hanc lectionem retinebimus. LAMB.

Toto ex ore crudelitas eminebat) Apud Agellium lib. X. cap. 3. *emanabat*; apud Quinctilianum lib. IX. cap. 2. *emicabat*: quod *ενεργητικώτερον* videtur, & ad crudelitatem oſtentandam accommodatius. HOTTOM. *Crudelitas emicabat*) Sic legitur apud Quinctilianum lib. IX. cap. 11. ubi vulgati libri habent, *crudelitas eminebat*. LAMBINUS. *Eminebat*) Ita noſtri ſcripti, & cuſi antiquitus. GRUTER. Non dubito fore nonnullos, qui cum Hott & Lamb. malint, *emicabat*, quod & optimum eſt, & vulgato præſtantius facile videatur. Sed receptæ lectioni non modo Tullii codices, ac Gellii favent, verum ipſius Quinctiliani complures, notante Burmanno p. 779. quibus Barberinus accedit. In Gellio, nulla varietate adnotata, Gronovius edidit, *eminebat*: & mendoſa profecto editione Hott. eſt uſus. GARAT.

Exſpectabant quo tandem progreſſurus) Cum animadvertendi in illum cauſa eſſet nulla, mirabantur quidnam acturus eſſet. HOTT.

Cum repente hominem proripi) Profert hæc Nonius in verbo, *expedire*. LAMB.

Qui Panormi negotiaretur) Addendum verbum *adeſſe* ex MSo: ut ſit, *adeſſe qui Panormi &c.* F. URSIN. Nihil addendum patet ex c. 65. GAR.

Iubet undique hominem proripi, vehementiſſimeque verberari) Quid eſt *undique proripi*? Atqui jam proreptus erat. Iſta vox male hic iterum inculcata fuit: in codice Reg. non legitur, in quo ſic habetur: *jubet undique hominem vehementiſſime verberari* Hæc eſt Tullii manus. GRÆV.

Nulla vox alia iſtius miſeri) In Gellio deeſt, *alia*, quod nihili facio; ſed reſtituo quod idem ſummo conſenſu MSorum habet, *illius miſeri*, accedente optimo Tullii codice ad marg. Lambini. Paſſim talia commutari, compertum eſt. Ita recte modo, *clamabat ille miſer*, & mox, *ſi te illius acerba imploratio*: pronomen *iſte* minus eſt loco conveniens. GAR.

Crepitumque) Nonnulli Gellii codices,

audiebatur, niſi hæc, CIVIS. ROMANVS. SVM. Hac ſe commemoratione civitatis omnia verbera depulſurum, cruciatumque a corpore dejectſurum arbitrabatur. Is non modo hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur: ſed, cum imploraret ſæpius, uſurparetque nomen civitatis: crux, crux, inquam, infelici, & ærumnoſo, qui numquam iſtam poteſtatem viderat, comparabatur.

63. O nomen dulce libertatis: o jus eximium noſtræ civitatis: o lex Porcia, legeſque Semproniæ: o graviter deſiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ tribunitia poteſtas! Huccine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani faſces, & ſecures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur? Quid, cum ignes, ardenteſque laminæ, ceterique cruciatus admovebantur? Si te illius acerba imploratio, & vox miſerabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum ade-

ces, quos inter optimus ille Regius, dant *ſtrepitumque*. Obvia hæc eſt permutatio: vide Drak. ad Liv XXXVIII. 17. & quos ille citat. Dubitavi, utrum præferrem, licet nulla ſit in Tullio, niſi apud Gellium, varietas: tandem MSis fere omnibus adhæreo, cum id tutiſſimum ſit, & verbum utrumque de iiſdem rebus adhibeatur: vide Duker. ad Liv. Epit. LXVIII. Quin etiam in *crepitu* eſt aliquid forſitan efficacius. Conſule Oudend. ad Obſequent. CIV. Recte a Gellio *ſonus verberum* hæc res appellatur. GAB.

Cruciatum a corpore) Omnes alii libri, quibuſcum Agellius conſentit, *cruciatumque*. HOTT.

Iſtam poteſtatem viderat) Ut cives Rom. præſertim indemnati ad ſolum Prætoris nutum, atque arbitrium ſecuri ferirentur. ID.

Libertatis) Quæ Regibus exactis, a quibus ſimilis crudelitas exercebatur, adepta eſt. HOTT.

O lex Porcia, legeſque Semproniæ) De his legibus dictum eſt paullo ſupra. ID.

Reddita plebi Romanæ Tribunitia poteſtas) Tribunitiam poteſtatem a Sulla ſublatam Pompeius populo Rom. reſtituit: ut diximus in Divinat. ID.

Ignes, candenteſque laminæ) Omnes libri veteres, *ardenteſque laminæ*: quibuſcum Agellii liber conſentit, lib. X. cap 3. ID. *Ardenteſque laminæ*) Vulgata lectio *candentes*; ſed ultimæ antiquitatis edd. noſtrum habent, firmantque & Pall. & quos excuſſit Hottomannus: neque aliter Gellius. GRUT.

Non inhibebat) Codex Agellii, *leniebat*: quod rejicio, ut ab ea crudelitate, quam intelligi in Verre voluit, plane alienum. HOT. *Et vox miſerabilis non leniebat*) Sic repoſui, Gellium ſecutus, apud quem ita legitur hic locus, lib. X. cap 3. Quod autem apud eumdem, *ardenteſque laminæ*, legitur, conſentientibus nonnullis libris MSis pro, *candenteſque laminæ*, in eo vulgatos libros ſequi malui. Apud eumdem præterea ita legitur, *ut virgarum vim, cruciatumque deprecaretur*, quo modo & in nonnullis libris manuſcr. cum vulgari non habeant copulationem, *que*. Præterea ſupra pro, *emicabat*, apud eumdem impreſſum eſt, *emanabat* mendoſe, pro *eminebat*, ſive, *emicabat*. LAMB.

Digitized by Google

aderant, fletu, & gemitu maximo commovebare? In crucem tu agere auſus es quemquam, qui ſe civem Romanum eſſe diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima actione, judices: nolui. Vidiſtis enim, ut animi multitudinis in iſtum dolore, & odio, & communis periculi metu concitarentur. Statui egomet mihi tum modum orationi meæ, & C. Numitorio, equiti Romano, primo homini, teſti meo: & Glabrionem, id quod ſapientiſsime fecit, facere lætatus ſum, ut repente conſilio in medio teſtem dimitteret. Etenim verebatur, ne populus Romanus ab iſto eas pœnas vi repetiſſe videretur, quas veritus eſſet, ne iſte legibus, & veſtro judicio non eſſet perſoluturus. Nunc, quoniam jam exploratum eſt omnibus, quo loco cauſa tua ſit, &, quid de te futurum ſit, ſic tecum agam. Gavium iſtum, quem repentinum ſpeculatorem fuiſſe dicis, oſtendam in lautumias Syracuſis a te eſſe conjectum: neque id ſolum ex litteris oſtendam Syracuſanorum, ne poſsis dicere,

LAMB. Lambinus *non leniebat*, minus recte, certe contra libros, licet ſic exſtet apud Gellium, qui memoriter iſta ſe ſcripſiſſe confirmat. *Inhibere* metaphora eſt a re nautica. Remos inhibent cum inflectunt, ut aliter navigent. GRUT. Sed hoc erat *remis inhibere*: ut diximus in notis ad epiſtolas ad Atticum. GRAV.

Statui egomet mihi tum, &c) Videtur hic aliquid deeſſe, atque ita legendum, *Statui egomet mihi tum modum orationi meæ faciendum, & C. Numitorio, &c.* LAMB. *ſtatui egomet mihi*) Nihil deeſt, & ſic Terentius: *Tute ipſe huic rei ſtatuiſti modum pater*: induxit Lambinum, ut locum mutilum crederet, ſuperfluum *tibi*: atqui elegans id, & tritum optimis ſcriptoribus. GUIL.

C. Numitorio equiti Romano primario homini) Libri veteres, in his Aldinus, *Primo homini*, quorum auctoritatem, ſine cauſa numquam repudiabimus: præſertim cum ſuperiore libro ſic locutus ſit: *A Lyſone vero Lilybætano, primo homine, &c.* HOT. *Equiti Romano primo homini*) Eſt item a Pall. & MSis verſatis manu Hottomanni: neque abit veterum editionum ſcriptura: nupera *primario homini*. GRUT. Eſt denique a MSo Lamb. Vide ad I. Accuſ. 26. & ad IV. 23. GAR.

Conſilio in medio) *Conſilium in medio teſtimonio dimittere*, quid ſignificet intelligo, *Teſtem in medio conſilio dimittere*, non intelligo. Fuiſſe autem in poteſtate Prætoris conſilium, cum ei commodum videretur, dimittere, nemo ignorat. HOT. Cum ſtaret Numitorius medio judicum in cœtu, & jam teſtimonium diceret, eum repente Prætor pro ſuo jure dimiſit: ut reum a multitudinis iracundia vindicatum legibus, ac judicio reſervaret. HOTT.

Quid de te futurum ſit) Guilielmius arbitrabatur expungi poſſe particulam *de*. GRUT.

Repentinum ſpeculatorem) Id eſt, de quo antea nihil ejuſmodi auditum, de quo nulla prius ejuſmodi ſuſpicio fuerat. HOTT.

Ex litteris) Id eſt, actis publicis: ut mox, *Quis ſit aliquis in litteris Gavius*: id eſt, in actis Syracuſanorum, in quibus eorum nomina, qui in latumias conjecti erant, perſcripta fuerant. In

Qui

re, me, quia ſit aliquis in litteris Gavius, hoc fingere, & eligere nomen, ut hunc illum eſſe poſſim dicere: ſed ſecundum arbitrium tuum teſtes dabo, qui iſtum ipſum Syracuſis abs te in lautumias conjectum eſſe dicant: producam etiam Coſanos, municipes illius, ac neceſſarios, qui te nunc ſero doceant, judices non ſero, illum P. Gavium, quem tu in crucem egiſti, civem Romanum, & municipem Coſanum, non ſpeculatorem fugitivorum fuiſſe.

64. Cum hæc omnia, qui polliceor, cumulate tuis proximis plana fecero, tum iſtuc ipſum tenebo, quod abs te mihi datur: eo contentum me eſſe dicam. Quid enim nuper tu ipſe, cum populi Romani clamore, atque impetu perturbatus exſiluiſti, quid, inquam, locutus es? Illum, quod moram ſupplicio quæreret, ideo clamitaſſe, *ſe eſſe civem Romanum*: ſed ſpeculatorem fuiſſe. Iam mei teſtes veri

Qui te nunc ſero doceant) Quod prius diſcere noluiſti: & *ſero*, quia jam remedii locus eſt nullus. Id.

Tuis proximis plana fecero) Iis qui te quaſi propinquum ac neceſſarium ſuum defendunt, & eo nomine jam ſtudioſe pro te pugnant. Id. *Cumulate tuis proximis*) Locus, meo judicio, corruptus, in quo mihi olim aquam hærere ſcripſi: neque nunc multo ſum inſtructior, aut paratior ad aliquid de eo dicendum, quod quidem verum, & rectum eſſe liquido confirmare poſſim; verumtamen, ne nihil ad priorem editionem tanto intervallo addidiſſe, neve nihil novi excogitaſſe videamur: aliquid potius, modo probabile, dicamus, quam ſemper in hoc loco multi ſimus. Arbitror igitur ita legi poſſe, a veſtigiis receptæ ſcripturæ non admodum longe diſcedens, *cumulate, teſtibus productis, planum faciam*. Quin dicam amplius, & liberius, vox, *productis*, tollatur licet. Credibile enim eſt a M. Tullio ſcriptum eſſe, *cumulate teſtibus planum faciam*: deinde, cum ad oram libri e regione vocis, *teſtibus*, adſcriptum eſſet, declarationis cauſa, *ejus proximis*, id eſt, ejus propinquis, & neceſſariis, hanc declarationem in contextum verborum Ciceronis ab indocto ſcriptore eſſe translatam, ejecta voce, *teſtibus* quod millies, & locis innumerabilibus factitatum eſt. Quod autem quidam, *ejus proximis pl. f.* ſubſtituunt, ferri non poteſt, mea quidem ſententia; nam *proximus meus, tuus, illius*, pro, *propinquus meus, tuus, illius*, bonis ſcriptoribus non eſt uſitatum loquendi genus. Lamb. *Cumulate tuis proximis plana fecero*) Lambinus cenſet locum corruptum, cui accedit Lipſius lib. XI. Variar. lect. cap. 19. negat Hottomannus lib. IX Obſerv. cap. 2. & recte, *proximi* enim ſunt, defenſores Verris, qui circa ipſum familiariſſime verſarentur, & vero tunc forte ſtarent ei ad latus: ſic ſupra: *Non quæſivit procul alicunde: ſed proximum pene alterum filium*: quem locum etiam adnotarat Guilielmius. Grut. *Proximi* ſunt advocati, & ſtudioſi, qui in judicio aderant, qui in rei ſubſelliis, ut recte cepit Hottomannus. Superius lib. II. *Videtis illum qui tabulas tenet, qui ſcribit, qui monet, qui proximus eſt*. Gron. Obſerv. I. 24. ubi vide plura.

Quod abs te mihi datur) Clamitaſſe illum, ſe civem eſſe Romanum. Ho.

Quid enim nuper) Priore Actione. Idem.

Vt

ri ſunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Cottii, nobiliſsimi homines, ex agro Taurominitano? quid Q. Lucceius, qui argentariam Rhegii maximam fecit? quid ceteri? Adhuc enim teſtes ex eo genere a me ſunt dati, non qui noviſſe Gavium, ſed qui ſe vidiſſe dicerent, cum is, qui ſe civem Romanum eſſe clamaret, in crucem ageretur. Hoc tu, Verres, idem dicis: hoc tu confiteris illum clamitaſſe, *ſe civem eſſe Romanum*: apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuiſſe, ut dubitationem aliquam, ut crudeliſsimi, teterrimique ſupplicii aliquam parvam moram ſaltem poſſet afferre. Hoc teneo, hic hæreo, judices, hoc ſum contentus uno: omitto, ac negligo cetera: ſua confeſsione induatur, ac juguletur neceſſe eſt. Qui eſſet ignorabas? ſpeculatorem eſſe ſuſpicabare? non quæro, qua ſuſpicione: tua te accuſo oratione.

65. Civem Romanum ſe eſſe dicebat. Si tu apud Perſas, aut in extrema India deprehenſus, Verres, ad ſupplicium ducerere, quid aliud clamitares, niſi te civem eſſe Romanum? &, ſi tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis, atque ultimis gentibus poſitos, nobile, & illuſtre apud omnes nomen tuæ civitatis profuiſſet; ille, quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, cum civem ſe Romanum eſſe diceret, apud te Prætorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque uſurpatione civitatis, adſequi potuit? Homines tenues, obſcuro loco nati, navigant: adeunt ad ea loca, quæ numquam antea viderunt: ubi

Vt dubitationem aliquam crucis) Recte; ideſt, ut tibi adferret dubitationem, an crucis illum ſupplicio ſtatim afficere velles. Veneti non deterius *dilationem*, ideſt, ut ſupplicium ſaltem differre velles. CAMER. *Vt dubitationem aliquam, ut crudeliſſimi*) Secutus ſum fere MSos noſtros, & editionem exoletam, in quibus aperte; *ut dubitationem aliquam, crudeliſſimi, &c.* exinde natæ obtruſere nobis, *ut dilationem aliquam crucis; ut crud.* neſcio quam bene: *dubitationis* voce iterum utitur pro Cæcina cap. 2. p. GRUT.

Sua confeſſione induatur) Iam ſuperius dictum eſt, uſurpari hoc verbum pro *irretiatur*. HOTT.

In extrema India) Vide Cl. Burman. ad Anthol. Latin. T. I. p. 264 & in mantiſſa T. II. p. 720. GAR.

Apud homines) Mira frequentatio & mihi ſuſpecta, cum in eadem comprehenſione toties vocem *apud* inculcarit. HOTTOM.

Cum

Digitized by Google

ubi neque noti eſſe iis, quo venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. Hac una tamen fiducia civitatis non modo apud noſtros magiſtratus, qui & legum, & exiſtimationis periculo continentur: neque apud cives ſolum Romanos, qui & ſermonis, & juris, & multarum rerum ſocietate juncti ſunt, fore ſe tutos arbitrantur: ſed, quocumque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Tolle hanc ſpem, tolle hoc præſidium civibus Romanis, conſtitue nihil eſſe opis in hac voce, *civis Romanus ſum*: poſſe impune Prætorem, aut alium quemlibet ſupplicium, quod velit, in eum conſtituere, qui ſe civem Romanum eſſe dicat; quod quis ignoret: jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui ſemper noſtris hominibus maxime patuit, civibus Romanis iſta defenſione præcluſeris. Quid, ſi L. Pretium, equitem Romanum, qui tum in Sicilia, nominabat? etiam ne id magnum fuit, Panormum litteras mitte-

Cum cognitoribus) Non procuratoribus, ut Aſconius putavit: ſed cum iis, quibus noti eſſent. ID. *Cognitores* hic ſunt, qui nos norunt, & noſtri notitiam aliis inſinuant. GRAV.

Hac una tamen) Apud Agellium, *Hac una tantum*, lib. I. cap. 7. Ego vulgatam ſequor, quam omnes libri veteres confirmant. HOT. Vide ad Divin. 15.

Sperant eſſe futurum) De hac locutione vide Agellium eo ipſo capite quod modo citavimus, exemplum etiam obſervavimus in orat. pro Roſcio. ID. *Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum*) Si quis miretur, cur ita ediderim, legat Gellium lib. I. cap 7. ubi hic locus profertur, & item ſuperior ille, non longe hinc diſtans. *Homines tenues, obſcuro loco nati, navigant, adeuntque ad ea loca*. &c. quem ſic edidimus, etiam A. Gellium ſecuti, cum ita vulgo legatur: *Hom. ten. obſc. loco nati, navigant: adeunt ad ea l.* &c. Poſtremo quia apud eumdem ſic leguntur illa, *Hac tantum fiducia*, &c. ita & nos edenda curavimus, codices vulgatos non ſecuti, qui ſic habent, *Hac tamen fiducia*, &c. quæ ſcriptura tamen ferri poteſt. LAMB. De hac locutione, *hanc rem præſidio futurum*, vide Voſſum de analogia III 16. Sanctii Minervam I. 14. & quæ ibi notavit vir poliriſſimus, & mei amantiſſimus Iacobus Perizonius. GRAV.

Quod quis ignoret jam omnes provincias) Id eſt, de quo quis ignoret: vel quæ res ignoretur: civem ſcilicet illum Romanum eſſe. HO. *Quod quis ignoret?*) Nihil muto, niſi quod lego hæc tamquam interpoſitionis notis incluſa, & per interrogationem. Hottomannus autem, ſic: *qui ſe civem Rom. eſſe dicat: quis ignorat, quia jam omnes, &c. præcluſeris?* a quo diſſentio. LAMB. *Quod quis ignoret*) Scilicet an verum ſit, nec ne: quod adjicio, quia Hottomannus, quia Lambinus, pervenire non potuerunt ad hanc ſententiam, ideoque neſcio quibus mutationibus uſi ſunt. GRVTER.

Qui tum in Sicilia nominabat) Deeſſe opinor verbum *negotiabatur*: quod tamen in Florentina editione ſola reperio: ut ſit, *Qui tum in Sicilia negotiabatur*. HO. *Qui tum in Sicilia, nominabat?*) Neceſſe habui adhærere Pall. item

mittere? aſſervaſſe hominem? cuſtodiis Mamertinorum tuorum vinctum, clauſum habuiſſe, dum Panormo Pretius veniret? cognoſceret hominem: aliquid de ſummo ſupplicio remitteres: ſi ignoraret, tum ſi ita tibi videretur, hoc juris in omnes conſtitueres, ut, qui neque tibi notus eſſet, neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis Romanus eſſet, in crucem tolleretur.

66. Sed quid ego plura de Gavio? quaſi tu Gavio tum fueris infeſtus, ac non nomini, generi, juri civium hoſtis: non illi, inquam, homini, ſed cauſæ communi libertatis inimicus fuiſti. Quid enim attinuit, cum Mamertini more, atque inſtituto ſuo crucem fixiſſent poſt urbem in via Pompeia: te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum ſpectaret; & hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixiſti palam, *te idcirco illum locum deligere, ut ille, qui ſe civem Romanum eſſe diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum ſuam proſpicere poſſet?* Itaque illa crux ſola, judices, poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt. Italiæ conſpectus ad eam rem ab iſto delectus eſt, ut ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto fretu diviſa ſervitutis, ac libertatis jura cognoſceret;

tem olim cuſis, in quibus iſthæc lectio: deinceps vulgati, *Siciliæ negotiabatur: nominabat*: quam vocem Hottomannus quoque fatetur nuſquam inventam ſibi, quam in editione Florentina. GRUT. Neſcio, an nimia facilitate Gruterum omnes ſecuti ſint. Illam etenim ed. Florentinæ lectionem haud ita mehercule infidam puto, ut ille in animum induxerat. Eſt profecto eadem etiam in Naugeriana diſerte. Inter illos, qui eam receperunt, Lambinus eſt, optimis MSis inſtructus homo, ex quibus nihil varietatis adnotavit, qui ſolet ipſos apices non prætermittere. In Veneta MCDLXXXIII. legimus, *nominabatur*, quod manifeſtum eſt corruptionis indicium. In Hervag. eſt *negotiabatur*, & omittitur *nominabat.* Denique c. 62. jam de L. Pretio dictum fuit; *qui Panormi negotiaretur*. GAR.

Vinctum, clauſum habuiſſe) Leg. *Vinctum clauſumque habuiſſe, dum Pretius veniret? ſi cognoſceret hominem, aliquid de ſummo ſupplicio remitteres*. LAMB.

Cognoſceret hominem) Subauditur *ſi*: niſi forte ut in parte dilemmatis altera apponendum videatur. HOTT.

Domum ſuam proſpicere) Potuit hoc a Verre non contumeliæ in Italiam, ſed irridendi hominis gratia, dici: ut quia civem ſe Romanum jactabat, in ſublimem locum tolleretur, unde ſuam domum poſſet proſpicere. ID.

Perangusto freto diviſa) Agellius libro XIII. cap. 19. non *freto*, ſed *fretu* ſcripſiſſe Ciceronem affirmat, in quo tamen vis nulla eſt. Quantum autem hoc fretum, & quam latum ſit, ex Thucydidis verbis ſuperius expoſui. ID. *Perangusto fretu diviſa*) Sic legunt Gellius, & Priſcianus: ſic loquitur Lucretius lib. I. *Anguſtoque fretu rapidum mare dividit undis*. LAMB.

Summo-

ret: Italia autem alumnum ſuum ſervitutis extremo, ſummoque ſupplicio affixum videret. Facinus eſt vinciri civem Romanum: ſcelus verberari: prope parricidium necari: quid dicam in crucem tollere? verbo ſatis digno tam neſaria res appellari nullo modo poteſt. Non fuit his omnibus iſte contentus. Spectet, inquit, patriam: in conſpectu legum, libertatiſque moriatur. Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem, neſcio quem civem Romanum; ſed communem libertatis, & civitatis cauſam in illum cruciatum, & crucem egiſti. Iam vero videte hominis audaciam. Non ne eum graviter tuliſſe arbitramini, quod illam civibus Romanis crucem non poſſet in foro, non in comitio, non in roſtris defigere? quod enim his locis in provincia ſua celebritate ſimillimum, regione proximum

Summoque ſupplicio affectum) Nihil muto: aliotum tamen omnium librorum lectionem teſtatam relinquere volui: ut ſtudioſi argumento aliquo eam aut confirment, aut repudient. Sic igitur ſcriptum eſt, *Summoque ſupplicio affixum*. Et ut dicam quod ſentio, valde vereor, ut purior & ſincerior hæc ſcriptura ſit; nam in libris Nonii Marcelli, in dictione *alumnus*, ita hunc locum citatum reperio, ut hanc ſcripturam aperte tueatur. HOT. *Servitutis extremo, ſummoque ſupplicio affectum*) Nonius Marcellus in voce, *alumnus*, legit, *affixum*: ſeu, ut in quibuſdam exemplis legitur, *fixum*: nec aliter in lib. veteribus ſcriptum eſt. LAMBIN. *Affixum videret*) Sic etiam omnes membranæ Bibliothecarum, niſi quod Pall. ea *fixum*: ſic edd. antiquæ, etiam Victoriana: recentiores maluere, *affectum videret*. GRUT.

In crucem tollere) Invaluit hoc jam inde a Naugeriana: quod vix ferendum merito videatur, niſi cum Lambino, & Car. Steph. illa etiam ſuperiora legas active; *vincire*, *verberare*, *necare*. Atque ita diſerte Quinctilianus I. O. VIII. 4. ed. Burm. p. 712. unde Lambinum eaiſtimo ea ſumſiſſe: cujus fortaſſe tamen aliquis codex omnibus Fabii codicibus adſtipulabatut, quos variare nec ſcio, nec puto, ut certe nihil variat Barberinus. Præfero enim, ut verum fatear, lectionem illam Rhetoris, quam & dum locum recitat, exhibet, & iterum, dum hæc adnotat: *Cum vero, dixerit*, PROPE. PARRICIDIVM. NECARE. *ſupra quod nihil eſt*, *adjecit*, QVID. DICAM. IN. CRVCEM. TOLLERE? *Ita cum id, quod maximum eſt, occupaſſet, neceſſe erat in eo, quod ultra eſt, verba deficere*. Verumtamen, ne quis parum tuto hæc immutare nos putet, edatur ſane, *vinciri*, *verberari*, *necari*: modo ſimul ex ed. MCDLXXXIII. emendetur omnino, *tolli*, quod etiam verbum ex Tullio in Fabium immiſit Stephanus, ut illum ad Tullianas editiones emendaret. GAR.

Non poſſet in foro, non in comitio, non in roſtris defigere) *In foro*, & comitium & roſtra: ſed quo quique locus celebrior erat & frequentior, eo illum ſuperiore loco poſuit. *In comitio* autem Equitibus & Senatoribus convenire mos erat, ut ſcribit Aſconius; *pro roſtris*, conciones habebantur. HOT.

Quod enim his locis) Locutio inſolens & nova ut opinor. Nam etſi *locis*, in neutro genere accipias, tamen quod locum, nullus, opinor, dicit. IDEM. *Quem enim locum in provincia, &c.*) Libris omnibus invitis ſic edendum curavi: neque vero dubium eſt, quin ita ſit legendum, lectioque vulgata, quod

Digitized by Google

ximum potuit, elegit: monumentum ſceleris, audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ, veſtibulo Siciliæ, prætervectione omnium, qui ultro, citroque navigarent.

67. Si hæc non ad cives Romanos, non ad aliquos amicos noſtræ civitatis, non ad eos, qui populi Romani nomen audiſſent, denique, ſi non ad homines, verum ad beſtias, aut etiam, ut longius progrediar, ſi in aliqua deſertiſsima ſolitudine, ad ſaxa, & ad ſcopulos hæc conqueri, & deplorare vellem, tamen omnia muta, atque inanima tanta, & tam indigna rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud ſenatores populi Romani, legum, judiciorumque, & juris auctores, timere non debeo, ne non unus iſte civis Romanus, illa cruce dignus, ceteri omnes ſimili periculo indigniſsimi judicentur. Paullo ante, judices, lacrymas in morte miſera, atque indigniſsima

quod enim his locis ſit mendoſa. Lamb. Male. *Locum* enim veteres quoque dixiſſe ut *loca* oſtendit Voſſius I. de Analog. 37. ex Varronis VIII. rerum divinarum: *Sicut locum, in quo figere candelam, candelabrum appellatur, ita in quo deum ponerent, delubrum*. Legitur hoc fragmentum apud Macrob. Saturn. III. 4. ſimilis locutio in illo Ciceronis XV. ep. ult. *Ille baro te putabat quæſiturum, unum cælum eſſet, an innumerabilia*: ac ſi diceretur *cæla*. Gruterus etiam probat vulgatam, mallet tamen *enim* abeſſe. Græv. Recte quidem Voſſius e Varrone *hoc locum* dici docuit: verum a Varrone, non a Cicerone. Sciunt eruditi, alia quædam ſimilis farinæ apud Varronem reperiri, quæ non facile inveniuntur apud Ciceronem, nec apud alios probatæ fidei ſcriptores. Quid igitur? An legendum eſt *quem* cum Lambino? Minime gentium. *Quod* poſitum eſt ſubſtantive, quaſi dixerit Cicero, Verrem quodcumque, cui nomen ſuum ponere orator non vult, elegiſſe, ſive illud mons fuerit, ſive promontorium. Vide, præter Sanctium in Min. & Urſinum in Inſtit. Gronovium III. Obſ.2. Verburg.

Hæc conqueri & deplorare) Vetus liber conſulendus, an pronomen *hæc* inculcatum habeat. Hot. Ven. *& conqueri*: ſed melius in ceteris edd. τὸ *hæc*, & elegantius repeti videmus, notiſſimo propter tam multa verba interpoſita pleonaſmo. Gar.

Muta atque inanima) Recte: videatur amicus noſter Pichena, Taciti ſoſpitator poſt Lipſium unico magis unicus, notis ad librum I. Hiſt. Gryt.

Tanta & tam indigna rerum atrocitate) Libri MSi nonnulli habent, *rerum acerbitate*. Lamb.

Legum judiciorumque & juris auctores) Subaudi *legum judiciorumque conſervandorum: item juris conſervandi*. Nam *auctores juris* proprie Juriſconſulti dicuntur, ut alio loco docuimus. Hot. Auctores juris hic ſunt quorum auctoritate leges conditæ, judicia, & jus conſtitutum eſt. Id enim ſine auctoritate patrum fieri non poterat. Sic Velleio Paterc. Hiſt. I. 13. Scipio dicitur *elegans liberalium ſtudiorum omniſque doctrinæ & auctor & admirator*, cujus auctoritate litterarum cultus in primis Romæ vigebat. Græv.

Civium Romanorum ſanguis conjunctus) Melius Reg. *civium Romanorum omnium ſanguis conjunctus*. Id.

Et

ma navarchorum non tenebamus; & recte, ac merito ſociorum innocentium miſeria commovebamur: quid nunc in noſtro ſanguine tandem facere debemus? nam civium Romanorum omnium ſanguis conjectus exiſtimandus eſt, quoniam id & ſalutis omnium ratio, & veritas poſtulat: omnes hoc loco cives Romani, & qui adſunt, & qui ubicumque ſunt, veſtram ſeveritatem deſiderant, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt: omnia ſua jura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in veſtris ſententiis verſari arbitrantur. A me, tametſi ſatis habent, tamen ſi res aliter acciderit, plus habebunt fortaſſe, quam poſtulant: nam & ſi quavis iſtum de veſtra ſeveritate eripuerit, id quod neque metuo, judices, neque ullo modo fieri poſſe video: ſed ſi in hoc me ratio fefellerit,

Sicu-

Et veritas omnium poſtulat) Abundat, opinor, vox *omnium*. Niſi forte *ſecuritas* potius pro *veritas* legendum videtur. HOT. *Et ſecuritas omnium*) Codices omnes vulgati habent, *& veritas omnium*, ſed vox, *omnium*, abeſt a libris manuſcr. ego pro, *& veritas*, edendum curavi, *& ſecuritas*. LAMB. *Et veritas omnium poſtulat*) Lambinus, præter libros, maluit, *ſecuritas*, prorſus abſurde; ne quid præterea dicam. Libri noſtri præterea addebant *omnium*, quam vocem non agnoſcit cod. Cujacianus & ſupervacanea videtur Hottomanno: ſi cui tamen placeret mutare in *hominum*, ecce me ei adſtipulatorem. GRVT. Quia in Cujacii nonnullorumque aliorum libris non legitur *omnium*, idque ſententia delendum eſſe clamat, cur diutius id toleremus? *Veritas* hic ut frequenter alias eſt juſtitia. Ius & æquum poſtulat, ut qui ejuſdem civitatis, eorumdem ſacrorum conſortes ſunt, habeantur ſanguis conjunctus. Inde patriæ tanto ſumus devincti officio. Patriam vero non mœnia eſſe & ædificia, ſed cives & municipes, merito dixit Themiſtocles, & alii. GRAV. Audiendus ergo non eſt Io. Clericus Art. crit. p. 3. ſect. 1. c. 16. OLIV. *Securitas* etiam a Clerico legebatur, quæ porro in illis jam verbis continetur, *ſalutis omnium ratio*. Recte *veritas*, quæ & pro æquitate accipi poteſt, & illud indicare, hunc revera ſanguinem eſſe conjunctum. Vide ind. Erneſti. Neque enim ad cognationum leges hæc ſunt exigenda. GAR.

Hoc loco) Hoc tempore, quo civitatis Romanæ tam indigna vexatio commemorata & audita eſt. HOT.

Et qui ubicumque ſunt) Lamb. ex MSo *ubique*, neque aliter vetus Veneta, & Car. Steph. ſimilis eſt permutatio in Liv. IX. 7. vide ibi Drak. Sed non hic æque certum puto, legi *ubique* debere. GAR.

In veſtris ſententiis) Hoc enim Verris ſcelere inulto nemo qui civium Rom. libertatem violare timeat, reperietur: nam impunitate propoſita, facile quivis ad maleficium ſuſcipiendum aggreditur. HOT. *In veſtris ſententiis verſari arbitrantur*) Legendum fortaſſe eſt, *verti arbitrantur*. LAMB.

Tamen ſi res aliter acciderit) Quaſi ominis cauſa, quod intelligi voluit, reticuit; nam hoc ſignificat, ſi Verres ab hoc judicio veſtro impunitus diſceſſerit. HO. *Tamen ſi res aliter acciderit*) Vſitatius ſit, & fortaſſe verius, inquit Guilielmius, *ceciderit*. GRVT.

De veſtra ſeveritate eripuerit) Lambinus inclinat legere *veſtræ ſeveritati*: quaſi alterum minus Latine dictum fuerit, ſcilicet. ID.

Siculi cauſam ſuam periſſe querentur, & mecum pariter moleſte ferent: populus quidem Romanus brevi, quoniam mihi poteſtatem apud ſe agendi dedit, jus ſuum, me agente, ſuis ſuffragiis ante Kalendas Februarias recuperabit. Ac, ſi de mea gloria, & amplitudine quæritis, judices, non eſt alienum meis rationibus iſtum mihi ex hoc judicio ereptum ad illud populi Romani judicium reſervari. Splendida eſt illa cauſa: probabilis mihi, & facilis: populo grata, atque jucunda. Denique, ſi videor hic, id quod ego non quæſivi, de uno iſto voluiſſe creſcere: iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit.

68. Sed mehercules veſtra, reique publicæ cauſa, judices, nolo in hoc delecto conſilio tantum flagitium eſſe commiſſum: nolo eos judices, quos ego probarim, atque delegerim, ſic in hac urbe notatos, iſto abſoluto, ambulare, ut non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur. Quamobrem te

Quoniam mihi poteſtatem apud ſe agendi dedit) Nemini enim, niſi qui magiſtratum gereret, concionem advocandi, & cum populo agendi poteſtas erat. Ædilis autem Cicero proximis comitiis ædilitiis deſignatus erat: ut jam ſæpe diximus. Significat igitur id, quod ſæpe jam ante dixit, Verrem a ſe perduellionis arceſſitum iri: quod judicium centuriatis comitiis apud populum univerſum exercebatur. Perduellionis autem propter jus civitatis violatum. HOTT.

Ante Kalendas Februarias] Hoc eſt, ſimul atque Ædilis eſſe cœpero. Initurus autem Ædilitatem erat proximis Kal. Ianuarii. ID.

De uno iſto voluiſſe creſcere) Nam ex accuſatione aliqua nobili adoleſcentes homines eloquentiæ & ingenii gloriam conſequebantur. ID. *De aliquo creſcere* eſt alicujus damno, & ruina potentiam, opes, gloriam adipiſci. Alibi quoque ſic Cicero & Livius loquitur. GRÆV.

De multis mihi creſcere licebit) Amare, nec tamen obſcure, judicibus, qui ſe Verris largitione corrumpi ſinent, minitatur. Itaque paullo poſt aperte ſic loquitur: *Non omnes qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, ut fidem ſuam corrumpi paterentur, in diſcrimen ac judicium vocandi*. HOTT.

Delecto conſilio] Id eſt, quod judicibus totius Senatus lectiſſimis conſtat. Sic *delecta manus* dicitur eorum, qui egregii & tamquam eximii habentur. IDEM.

Probarim, atque delegerim] Alterum ad eos, quos a reo datos non rejecit; alterum ad eos, quos ipſe dedit, refertur. ID.

Non cera, ſed cœno obliti] Notam dicit cenſoriam, qua Cenſores quos Senatu moverant, aut equo publico multarant, notare conſueverant: *ceram* autem ceratas Cenſorum tabulas modo ſignificat. ID. Hujus, & Manutii ſententias longe diverſas nihil pronuncians refert, & exornat Hortenſius. Ego ab utroque diſcedo. Dicit Tullius, judices, qui Verrem abſolverint, tanta cum ignominia in urbe futuros, ut, cum ambulent, atque in viis conſpecti ſint, *cœno obliti eſſe videantur*. Res fœda, quæ oculos omnium attrahat, digitoque monſtretur, homo lautus,

te quoque, Hortenſi, ſi qui monendi locus eſt, ex hoc loco moneo, videas etiam atque etiam, & conſideres, quid agas, quo progrediare, quem hominem, & qua ratione defendas: neque de illo quidquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum, atque omni dicendi facultate contendas: cetera, ſi qua putas te occultius extra judicium, quæ ad judicium pertinent, facere poſſe: ſi quid artificio, conſilio, potentia, gratia, copiis iſtius moliri cogitas, magnopere cenſeo deſiſtas: ſed & illa, quæ tentata jam, & cœpta ab iſto ſunt, a me autem perveſtigata, & cognita, moneo ut extinguas, & longius progredi ne ſinas: magno tuo periculo peccabitur in hoc judicio, majore, quam putas. Quod enim te liberatum jam exiſtimationis metu, defunctum honoribus, deſignatum Conſulem cogites, mihi crede, ornamenta iſta, & beneficia populi Romani non minore negotio retinentur, quam comparantur. Tulit hæc civi-

tus, & Senator luto conſperſus: quod Veſpaſiano contigit, ut in ejus vita c. 5. narrat Suetonius. Ad ignominiam hoc pulcre transfertur, atque ad illam rem, qua parta illa ſuerit, atque inuſta: ſcilicet ad judiciariam tabellam. Qui Verrem abſolverit tot ſceleribus convictum, de quo nulla eſſe potuit dubitatio, de quo populum Rom. nihil latebat, infamis erit: omnes, ſimul ac illum viderint, deteſtabuntur, nummarium putabunt. Quid cum illud accedet, ut etiam captæ ob judicandum pecuniæ damnetur? Id enim hoc loco maxime incipit Tullius minitari. Iam illa *cera* (pro tabella uſurpari hanc vocem, omnes ſciunt) qua Verres primum abſolutus, deinde judex ipſe damnatus, oblinere quodammodo, atque inquinare hominem hunc videatur: verum non illa *cera* videbitur, ſed potius *cœnum*, quod turpius, atque inſignius infamem judicem cooperiat. GAR.

Quia monendi locus eſt) Libri MSi duo habent, *ſi qui monendi*, *&c.* LAM. *Si qui monendi locus eſt*) Placuit iſtud Guilielmio, firmatum Cujaciano & Lambiniano; & acerbius profecto longe eſt vulgata; *Hortenſi*, *quia monendi*, *&c.* ex qua liquet, quam facile depravari potuerit illa noſtra. GRVT.

Quo progrediare) Reg. *pro quo progrediare*. Poſſis tueri, ſed non recedendum a vulgatis. GRÆV.

Extra judicium) In corrumpendis largitione judicibus. HOT. *Occultius extra judicium*) Vox, *judicium*, abeſt a duobus codicibus manuſcr. Paullo poſt autem, ubi legitur, *moneo*, *ut extinguas*, malim legi, *reſtinguas*: verumtamen ſine libris MSis nihil mutandum cenſeo. LAM. Qui recte mox ex MSo dedit, *quæ ad jud. pertineant*, idque Car. Stephanus etiam exhibuit. GAR.

Deſiſtas: & illa quæ tentata &c.) Cujacii codex: *deſiſtas iſta ſed & illa quæ tent.* Forſan recte, ut *deſiſtere* regat accuſativum. Vt ut eſt, vehementior fuerit oratio, ſi reponatur, *deſiſtas: ſed & illa quæ tent. &c.* GRVT.

Exiſtimationis metu) Extra periculum exiſtimationis amittendæ. HO.

Deſignatum conſulem) Proximis conſularibus comitiis: ut in Verrina II. dictum eſt. ID.

Non minore negotio retinentur) Vnde notus ille verſiculus: *Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.* IOEM.

 Tri-

civitas, quoad potuit, quoad neceſſe fuit, regiam iſtam veſtram dominationem in judiciis, & in omni republica; tulit: ſed quo die populo Romano Tribuni plebis reſtituti ſunt, omnia iſta vobis, ſi forte nondum intelligitis, adempta, atque erepta ſunt: omnium nunc oculi conjecti ſunt hoc ipſo tempore in unumquemque noſtrum, qua fide ego accuſem, qua religione hi judicent, qua tu ratione defendas: de omnibus nobis, ſi quis tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita exiſtimatio, quam antea contemnere ſolebatis, ſed vehemens, ac liberum populi Romani judicium conſequetur: nulla tibi, Quinte, cum iſto cognatio eſt, nulla neceſſitudo: quibus excuſationibus antea nimium in aliquo judicio ſtudium tuum defendere ſolebas, earum habere in hoc homine nullam potes: quæ iſte in provincia palam dictitabat, cum ea, quæ faciebat, tua ſe fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maxime eſt providendum.

69. Ego mei jam rationem officii confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſolutam: nam iſtum paucis horis primæ actionis omnium mortalium ſententiis condemnavi. Reliquum judicium non jam de mea fide, quæ perſpecta eſt, neque de iſtius vita, quæ damnata eſt, ſed de judicibus, &, vere ut dicam, de te futurum eſt. At quo tempore futurum eſt? nam id maxime providendum eſt: etenim cum omnibus in rebus, tum in republica permagni momenti eſt ratio, atque inclinatio temporum: nempe eo, cum populus Roma-

Tribuni plebis reſtituti) Qua de re in Divinat. dictum eſt. ID. Ad c. 3.

Si quis tantulum de recta regione deflexerit) Ant. Auguſtinus pro *regione* exiſtimat legendum eſſe *religione* vel *ratione*. Ego vulgatam lectionem retineo, *regione*; nam hoc verbo complectitur fidem, religionem, rationem ſupradictas. F. VRS.

Tacita exiſtimatio) Cum magiſtratus per quem agi liceret, in Repub. deeſſet. HOTT.

Cognatio) Tangit judicium Varronis, qui conſobrinus erat Hortenſii, de cujus judicii corruptione Aſconius agit ad Divin. 7. Hoc indicat illis etiam verbis, *in aliquo judicio*. GAR.

Tua ſe fiducia) Fretum artificio tuo, & uſitata in judiciis corrumpendis induſtria. HOTT. Vide I. Act. 14.

Rationem officii perſolutam) Nove dixit *perſolvere rationem officii*, pro ſatisfacere. ID. *Omnibus iniquiſſimis meis perſolutam*) Vel, *inimiciſſimis*, legendum: vel, *iniquiſſimis*, dixit pro, *inimiciſſimis*. LAMB.

Paucis horis primæ actionis) Ὑπερβολικῶς, pro paucis diebus. Dies autem novem in illa actione conſumti ſunt. HOT.

Ratio, atque inclinatio temporum) Sic Phi-

Romanus aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit: nempe ea lege de judiciis, judicibuſque novis promulgata, quam non is promulgavit, cujus nomine proſcriptam videtis, ſed hic reus: hic, inquam, ſua ſpe, atque opinione, quam de vobis habet, legem illam ſcribendam, promulgandamque curavit. Itaque cum primo agere cœpimus, lex non erat promulgata: cum iſte, veſtra ſeveritate permotus, multa ſigna dederat, quamobrem reſponſurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Poſtea quam iſte recreari, & confirmari viſus eſt, lex ſtatim promulgata eſt: cui legi cum veſtra dignitas vehementer adverſetur, iſtius ſpes falſa, & inſignis impudentia maxime ſuffragatur. Hic ſi quid erit commiſſum a quoquam veſtrum, quod reprehendatur, aut populus Romanus judicabit de eo homine, quem jam antea judiciis indignum putavit, aut ii, qui propter offenſionem judiciorum

Philip. V. *Minimis momentis P. R. maximæ inclinationes temporum fiunt.* Et in II. de l. agr. *A temporis inclinatione & perlevi ſæpe fortunæ momento vectigalia po. R. pendere.* ID. Hinc vere Pind. Pyth. 9.

> Ὁ καιρὸς παντὸς ἔχει κορυφάν.
>
> *Tempus in omni negotio primum locum habet.*

Et Sophocles in Electra:

> *Καιρὸς ἀνδράσι μέγιστος ἔργου παντός ἐσ' ἐπιστάτης.*
>
> *Tempus in omnibus rebus hominum maximum obtinet imperium.*

GRÆV.

Ea lege de judiciis promulgata) Dictum eſt actione priore de lege, quam tulit Aurel. Cotta Prætor, ut judicia cum equeſtri ordine & tribunis ærariis comunicarentur. HOT.

Judicibuſque nobis) Alii nonnulli codices *novis*: quod mihi rectius videtur. ID. *Judicibuſque novis promulgata*) Sic legendum, etiam libris omnibus reclamantibus, non, *judicibuſque nobis prom.* LAMB. Regius ſane, *judiciis novis*. GRÆV.

Proſcriptam videtis) Id eſt, propoſitam. *Proſcriptæ leges* dicuntur, dum inſcripto latoris nomine, palam in foro ſpectandæ, ac legendæ proponuntur. HOT. *Cujus nomine proſcriptam*) Quidam legi volunt, *perſcriptam*: ego nihil mutandum cenſeo. LAM. Confer I. Philipp. 10. Si quo tempore Tullius hæc dicta fingit fuiſſe, lex Aurelia erat tantum *promulgata*, nonniſi circa finem anni perlata fuit. GAR.

Recreari, ac confirmari) Poſt conſularia comitia, quibus Hortenſius & Metellus Conſules deſignati ſunt. HO.

Vehementer adverſaretur) Vetus liber, *adverſetur*: quod magis placet. ID. Et ſic cod. Reg. ſic Carolus Stephanus & P. Manutius ediderunt, quos ſequor. GRÆV.

Judicabit de eo homine quem jam antea judiciis indignum putavit) Priore actione cum ab illo manus vix abſtinuit, quo tempore Prætor Glabrio conſilio in medio teſtem dimiſit, veritus ne Pop. R. prætentes pœnas ab illo repeteret. Indignum igitur judicavit Verrem, de quo judicium exerceretur; cum tam aperta perduellio eſſet, in præſentia mactandum exiſtimavit. HOT. *De eo homine, quem jam antea*) Sic habent omnes libri vulgati, & aliquot manuſcr. Verres autem, qui ſenator erat, ſignificatur. Sed quid ſi legamus, *de eodem ordine?* adjuvant hanc lectionem

rum de veteribus judicibus lege nova novi judices erunt conſtituti.

70. Mihi porro, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longe progredi ſit neceſſe? potero ſilere, Hortenſi? potero diſsimulare, cum tantum reſpublica vulnus acceperit, ut expilatæ provinciæ, vexati ſocii, dii immortales ſpoliati, cives Romani cruciati, & necati impune, me actore, eſſe videantur? potero hoc ego onus

nem libri nonnulli manuſcr. ioquibus ſcriptum eſt, *de eodem homine*; nam hoc, *eodem*, natum videtur ex voce, *ordine*. Iam quis non videt, ſi ita legamus, ordinem ſenatorium ſignificari, qui rebus judicandis præerat, quem Cicero, terrorem ei iojiciens, ad ſevere judicandum excitat? Verumtameo nihil hic mutandum cenſeo ſine librorum manuſcr. auctoritate. LAM. Manutius quoque mallet; *de eo ordine*: ſed iſthæc emendatio adverſus libros omnes periculoſa eſt, ac minimè oeceſſaria. Omnino de Verre aut populus illo judicio, quod Cicero minitatur, erat judicaturus, aut oovi judices, & iocorrupti, nova illa lege conſtituti, ſi alterius criminis, verbi cauſa peculatus, arceſſeretur: vide I. Accuſ. 4. 5. Ita ex Hottomanni ſententia: cui tameo non adquieſco. Neque enim de Verre hic agi puto, verum *de judicibus*, quod modo dixit, & infra Tullius confirmat, & vidit recte Manutius. Illud neſcio, cur viri ſummi malint, *de eo ordine*, quod eſt tamen de hominibus ejus ordinis in hoc judicio corruptis interpretandum: cum quod pertinet ad ordinem univerſum, id recte unicuique Senatori applicetur. Præcedit, *a quoquam veſtrum*: optime ſequitur, *de eo homine*, qui nempe *veſtrum*, ex vobis judex, & Senator corruptus fuerit: *quem jam antea judiciis indignum putavit*, cum hoc de toto Senatu putaverit, ut jam de hoc homine fecerit præjudicium. GAR.

De veteribus judicibus) Hanc ſcripturam ſententia confirmat, tametſi non *judicibus* in aliis, ſed *judiciis* legatur. Eſt enim ſenſus: Equites Rom. qui ex veterum judicum numero coonſtituti erunt oovi judices. Nam annis ab hinc decem equites Rom. judicabant: ut ſæpe antea demonſtravimus. Ho. Io Veneta vet. & Naug. eſt, *judiciis*: quæ fortaſſe tutior eſt lectio, ac defenſione omnino non caret. Primum enim non tantummodo ad Equites judicia lege Aurelia redibant: ſed partes relinquebantur duæ, altera ipſis Senatoribus, qui tunc maxime judicabant, altera Tribunis Ærariis, qui numquam antea judicaverant. Vide Aſcon. ad Divin. 3. Deinde poſſumus *de veteribus judiciis* explicare de iis, quæ antea corrupta fuerint. Ceterum noo damoo *judicibus*, quod & de illis ipſis Equitibus non magis erit inſolens, quam formula, *transferre judicia*, de qua vide ad III. Acc. 96. & de curruptis Senatoribus melius iotelligitur, apteque *novis* opponitur. Nam, lege Aurelia perlata, jam *veteres judices* fiebant Senatores: ſiquidem ea Senatorum pars, quæ adhuc erat judicatura, ab Tullio, ut dixi, minime conſideratur. Quod ſi quis talem hoc loco negligentiam improbat, & Lamb. Grut. Grævii ſilentio probari non putat, in eorum MSis fuiſſe *judicibus*, ut ediderunt, is legat ſane *judiciis*. Mihi ſilentium illud, & Hervagius, qui jamdiu edidit *judicibus*, magnum habere momeotum certe videntur. GAR.

Expilatæ provinciæ) Cod. Lamb. *expilata provincia*, quod accuratius dictum de Sicilia videri poteſt: ſed vulgata & de ipſa tantum Sicilia, & de Verris Legatione non eſt abſurda. IOSM.

Me actore) Cum mihi eorum criminum perſequendorum provincia data eſſet. HOT.

Homi-

onus tantum, aut in hoc judicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere? non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi Romani fides imploranda? non omnes, qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, ut aut fidem ſuam corrumpi paterentur, aut judicium corrumperent, in diſcrimen, ac judicium vocandi? Quæret aliquis fortaſſe: tantum ne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum ſuſcepturus es? non ſtudio quidem hercule ullo, neque voluntate: ſed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt: quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur: longe alia mihi lege in hac civitate, & conditione vivendum eſt. Venit enim mihi in mentem M. Catonis, hominis ſapientiſsimi, & vigilantiſsimi: qui cum ſe virtute, non genere populo Romano commendari putaret, cum ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni, & propagari vellet, hominum potentiſsimorum ſuſcepit inimicitias, & maximis in laboribus uſque ad ſummam ſenectutem ſumma cum gloria vixit. Poſtea Q. Pompeius, humili, atque obſcuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis, maximiſque ſuis periculis, ac laboribus ampliſſimos honores eſt adeptus? Modo L. Fimbriam, C. Marium, C. Cœlium vidimus non mediocribus inimicitiis, ac laboribus con-

Hominis ſapientiſſimi) In manuſcripto poſt hæc verba additum eſt, *& vigilantiſſimi*. F. Vrs. Sic ſane Regius quoque codex, cujus auctoritas non eſt contemnenda. Grav. Sic etiam cod. Lamb.

Hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias) Hoc ipſum ſuperius in Divinatione poſuit. Multa autem in hanc eamdem rationem dixit Livius, libro decadis quartæ nono, quem vide. Ho.

Poſteaque Pompeius humili atque obſcuro loco natus) Q. Pompeium Rufum intelligit, qui conſul fuit anno DCXII. cum Cn. Servilio Cæpione, quem hominem novum appellat in Fonteiana, his verbis: *Cn. & Q. Cæpionibus L. & Q. Metellis teſtibus in Q. Pompeium hominem novum non crediderunt*. Et pro L. Murena: *Nec mihi unquam minus in Q. Pompeio novo homine, & fortiſſimo viro virtutis eſſe viſum eſt, quam in homine nobiliſſimo M. Æmilio &c.* Itaque dubitandum non eſt, quin pro, *poſteaque Pompeius*, ſit legendum, *poſtea Q. Pompeius*: quam lectionem miror cur rejecerit Lambinus, præſertim cum veterum quoque codicum auctoritate confirmetur. Fulv. Vrs. Recepit P. Manutius merito, & eſt in cod. Reg. Grav. *Poſtea Q. Pompeius*) Ita emendavit Vrſinus ex optimis MSis, quibus accedunt Grævii codex unicus, & quatuor e noſtris. Infra ex iiſdem codicibus cum Grævio dedimus *laboribus* pro vulgato *doloribus*. Lall.

Ac laboribus) Occiſus quidem hic Q. Pompeius in Conſulatu fuit, nam milites illum ſacrificare incipientem in modum hoſtiæ mactaverunt. Sed hoc nihil ad honorum contentionem pertinet. Videndum igitur ecquid *laboribus*

contendere , ut ad iſtos honores pervenirent, ad quos vos per ludum , & per negligentiam perveniſtis. Hæc eadem eſt noſtræ rationis regio , & via : horum nos hominum ſectam , atque inſtituta perſequimur.

71. Videmus , quanta ſit in invidia , quantoque in odio apud quoſdam homines nobiles novorum hominum virtus , & induſtria : ſi tantulum oculos dejecerimus , præſto eſſe inſidias : ſi ullum locum aperuerimus ſuſpicioni , aut crimini , accipiendum eſſe ſtatim vulnus : eſſe nobis ſemper vigilandum, ſemper laborandum videmus. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur : labores? ſuſcipiantur. Etenim tacitæ magis , & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt , quam indictæ , & apertæ.

bus rectius legeremus. Ho. *Maximisque ſuis periculis ac doloribus*) Ita eſt in veteribus libris, & fortaſſe non male: quamvis recentior lectio *laboribus* nitatur exemplo ſuperiore, & inferiore. Antiqua lectio defendi poteſt cum varietatis ornamento , tum quod in periculis ineſt metus , & cum metu labor mali vitandi : in malo autem ipſo ineſt dolor , quem non ſemper vitare poſſunt ambitioſi. F. Vrs. Vide Manutium multis emendationem Hottomanni adſerentem exemplis , & cum eam repererim in cod. Reg. nullus dubitavi recipere. Graevivs. Iampridem Lambinus ex ſuo cod. *plurimis inimicitiis , maximis ſuis periculis , ac laboribus.* Hoc Verb. & Olivetus repudiarunt , itemque Manutianum illud , *Q. Pompeius*. Mox recepit ex Manutii emendatione *C. Fimbriam* Lallemandus, nihil admonens de ſuis MSis. Tamen recte Manutius , V. C. Erneſto adſtipulante in ind. Hiſtor. Gar.

Per ludum & negligentiam) Ludibundi, & negligentes : *παίζοντες καὶ ῥᾳθυμοῦντες*. Lam.

Hæc eadem eſt noſtra rationis regio, & via) Ita legitur in vulgatis, & magis placet , quam ut eſt ab amico meo emendatum , *regia via* : Nam *regio* refertur ad ſtudium ambitus : *via* ad labores , diligentiam , & virtutem. *Regia* autem *via* ſignificat publicam ; qui ſenſus hic nihil facit : hæc enim *via* non eſt publica , ſed communis ſolum novis hominibus ; neque mihi certum eſt Ciceronem uti *Regia via*. F. Vrs. *Noſtræ rationis regio , & via*) Recte ; nec auſcultandum emendatoribus; ſic ſupra cap. 68. *si quis tantulum de recta regione deflexerit*. Plautus Milite : *Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco.* Gvtlerus. Solus Paullus Manutius edidit *noſtræ nationis* invitis omnibus libris , & editionibus , & explicat novorum hominum ; nollem factum. *Noſtræ rationis* ſcripſit Cicero , hoc eſt, hanc ego quoque viam ſequor, ſic ego quoque facere inſtitui III. ad Fam 9. *Quo mea ratio facilior & ſolutior ſit* ; quo expeditius, & minore moleſtia poſſim agere, quæ volo. Graev.

Si tantulum oculos dejecerimus) Tranſlatum a ſomniculoſis : & ſimiliter videtur dixiſſe in ea pro Sext. Roſcio : *Cum præſertim tam multi occupationem ejus obſervent , tempuſque aucupentur : ut ſimul atque ille deſpexerit , aliquid hujuſcemodi moliantur*. Hot.

Si ullum locum aperuerimus ſuſpicioni) Translatio eſt a gladiatoribus. Horat. lib. I. Serm. ſat. I. *His fugit omnes Inſidias , nullique malo latus obdit apertum* : ad quem locum , legat qui volet , quæ a nobis adnotata ſunt. Lamb.

Tacite magis & occulte) De hac ſententia dictum eſt libro Accuſat. I. ſupra. Quemadmodum autem huic loco & oratoris inſtituto conveniat, nondum, vere ut dicam , diſpicere potui ; vide-

tæ. Hominum nobilium non fere quiſquam noſtræ induſtriæ favet: nullis noſtris officiis benevolentiam illorum allicere poſſumus: quaſi natura, & genere disjuncti ſint, ita diſſident a nobis animo, ac voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiæ periculi, quorum animos jam ante habueris inimicos, & invidos, quam ullas inimicitias ſuſceperis? Quamobrem mihi, judices, optandum eſt illud, in hoc reo finem accuſandi facere: cum & populo Romano ſatisfactum, & receptum officium Siculis, neceſſariis meis, erit perſolutum. Deliberatum autem eſt, ſi res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrupti judicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. Proinde ſi qui ſunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum judicium velint eſſe, ita ſint parati, ut diſceptante populo Romano mecum ſibi rem videant futuram: &, ſi me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, ſatis vehementem, ſatis perſeverantem, ſatis vigilantem eſſe cognorunt: exiſtiment, in his hominibus, quorum ego inimicitias populi Romani ſalutis cauſa ſuſcepero, multo graviorem, atque acriorem futurum.

72. Nunc

deturque a librariis ac ſcriptoribus prætermiſſa & in recognoſcendo ad marginem poſita, tandem ab eo, qui ſententiam non ſatis attenderet, alieno loco poſita fuiſſe. Ejus autem ſedem eſſe arbitrarer poſt illam interrogationem: *Quare quid habent, &c.* Neque dubito, ſi quis attentius utriuſque loci ſententiam conſiderarit, quin veriſſimam meam eſſe conjecturam agnoſcat. HOTTOM.

Culpa corrumpendi judicii) Reſtitui ex Reg cod. quod ſententia neceſſario poſtulat, *corrupti judicii*. Non eos perſecuturus erat, qui corrumpere volebant, ſed quis corrupiſſe hoc judicium ſit cogniturus, ut & eos qui hujus corruptionis conſcii fuerint. GRÆV. Id jam ex MSis protulerant, & probarant Manutius, & Lambinus, receperunt etiam Oliv. & Lallem. GARATON.

Artifices ad corrumpendum) Superiore actione nominavit eos, qui deponere, aut accipere, aut polliceri, aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi judicii ſolent eſſe. HOT.

Diſceptante populo) Reg. cod. *diſceptandi populo*. Credo Ciceronem ſcripſiſſe: *Ut diſceptandi apud populum Rom. mecum ſibi rem videant futuram. Ante* abſorpſit ultima præcedentis vocis *diſceptante* ſyllaba, cum ea eſſet interpolata. Vulgata tamen ferri poteſt. GRÆV. Imo longe melior eſt, ſi quid video: Manutium conſule. GAR.

Populi Romani ſalutis cauſa) Honeſtius ita locutus eſt, cum, ſi contraria contrariis retuliſſet, dicturus fuiſſet, *mea ſponte*. HOT.

Nunc

72. Nunc te, Iupiter optime, maxime, cujus iſte donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque iſta arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab Regibus, tibi dicatum, atque promiſſum, per nefarium ſcelus de regiis manibus extorſit: cujuſque ſanctiſsimum, & pulcherrimum ſimulacrum Syracuſis ſuſtulit: teque, Iuno Regina, cujus duo fana duabus in inſulis poſita ſociorum, Melitæ, & Sami, ſanctiſsima, & antiquiſsima, ſimili ſcelere idem iſte omnibus donis, ornamentiſque nudavit: teque, Minerva, quam item iſte duobus in clariſsimis, & religioſiſsimis templis expilavit: Athenis, cum auri grande pondus, Syracuſis, cum omnia præter tectum, & parietes abſtulit: teque, Latona, & Apollo, & Diana, quorum iſte Deli non fanum, ſed ut hominum opinio, & religio fert, ſedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilavit: etiam te, Apollo, quem iſte Chio ſuſtulit: teque etiam atque etiam, Diana, quam Pergæ ſpoliavit: cujus ſimulacrum ſanctiſsimum Segeſtæ, bis apud Segeſtanos conſecratum, ſemel ipſorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum, aſportandumque curavit: teque, Mercuri, quem Verres in villa, & in privata aliqua palæſtra poſuit, P. Africanus in urbe ſociorum, & in gymnaſio Tyndaritanorum, juventutis illorum cuſtodem, ac præſidem voluit eſſe: teque, Hercules, quem iſte Agrigenti, nocte intempeſta, ſervorum inſtructa, & comparata manu convellere ex ſuis ſedibus atque auferre conatus eſt: teque, ſanctiſsima mater Idæa, quam apud Enguinos auguſtiſsimo, & re-

Nunc te Iupiter) Concluſio univerſæ accuſationis, in qua Deos deaſque omnes, quorum religionem Verres violarat, obſecrat atque obteſtatur, ut quam ipſi fidem in ſuſcipienda atque augenda cauſa dederant, eamdem judicibus in judicando diſceptandoque præbeant: ubi ſimul memoria violatarum omnium religionum, de quibus libro ſuperiore dictum eſt, curſim ſtrictimque renovatur. IDEM.

Cujus iſte donum) Et hac de re, & ceteris omnibus ſuperiore oratione dictum eſt a Cicerone, a quo nunc ſtrictim & acervatim hæc commemorantur. IDEM.

Dignum regio munere) Obſervanda locutio, donum regale, *dignum munere*, quaſi *donum* ſit *res*, *munus* vero ipſa *donatio & liberalitas*. IDEM. Mox Lamb. ex MSo *de manibus regiis*, numeroſius: cujuſmodi habet ille permulta, quæ prætereo, ne nimia ſit *ἀκρίβεια*. GAR.

Cele-

& religioſiſsimo in templo ſic ſpoliatam reliquit, ut nunc nomen modo Africani, & veſtigia violatæ religionis maneant, monumenta victoriæ, ſanique ornamenta non exſtent: voſque, omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum, judiciorumque arbitri, & teſtes, celeberrimo in loco prætorii locati, Caſtor, & Pollux, quorum e templo quæſtum ſibi iſte, & prædam maximam improbiſsime comparavit: omneſque dii, qui vehiculis thenſarum ſollemnes cœtus ludorum initis: quorum iter iſte ad ſuum quæſtum, non ad religionum dignitatem, faciendum, exigendumque curavit: teque, Ceres, & Libera, quarum ſacra, ſicut opiniones hominum, ac religiones ferunt, longe maximis, atque occultiſsimis cæremoniis continen-

Celeberrimo in loco Pretorii locati) Obſervandum locum aliquem in foro fuiſſe, quod *pretorium* diceretur: nimirum in quo prætores cum judicia exercerent, ſedere ſolebant. Prætores autem rerum capitalium Quæſitores dico; nam urbanum in Comitio jus dixiſſe, multis ex locis intelligitur. Hott. Lambinus in margine legit; *celeberrimo in loco urbis locati*. Sed verius Manutius hunc locum corruptum eſſe cenſet, qui ſine melioris libri ope non poſſit corrigi. Cui ſubſcribit ingenio doctrinaque præſtantiſſimus & mihi amiciſſimus Vir, Iacobus Perizonius, quia pro loco in foro, aut loco, in quo prætores, cum judicia exercerent, ſedere ſolebant, ut vult Hottomanus, aut pro ipſo foro, ubi fuit templum Caſtoris & Pollucis, nuſquam apud veteres hoc vocabulum in hac notione occurrat, itaque conjicere ſe, forte Ciceronem ſcripſiſſe, *Pretoribus*, quibus dicantur potiſsimum hi Divi poſiti fuiſſe, quia ad templum Caſtoris & Pollucis, quod erat in celeberrimo loco Vrbis Romanæ, ſeu in foro, jus dixerint Prætores, ſicuti poſtea ad Herculis templum facere ſolitus fuerit Claudius, teſte Seneca. Sane loca, in quibus prætores jus dicebant, numquam Romæ ſunt dicta pretoria, ſed tribunalia: nam *pretoria* erant Imperatorum tabernacula in Caſtris. Cum vero Caſtoris templum fuerit in foro, in quo jus etiam dicebatur a prætoribus, unde dicuntur in verbis, quæ hæc præcedunt, hi Divi, *omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum judiciorumque arbitri & teſtes*, quia in foro illo, in quo templum erat Caſtoris, non ſolum tribunal erat, ſed etiam roſtra, & comitium, in quibus de legibus, de judiciis, de maximis reip. negotiis agebatur fere quotidie, non infeliciter conjeciſſe videtur ſagaciſsimus Perizonius. In Reg. cod. pro *pretorii* ſcribitur *pr.* quibus notis ſæpe notatur *populi Romani*. Hinc in multis locis Tullii legitur *Pretor* ubi debuit legi *pop. Rom.* & viciſſim *pop. Rom.* ubi ſcribendum fuit *Pretor*, ut jam obſervatum eſt viris doctis. Cenſeo & hic legendum eſſe *in celeberrimo loco populi Romani*, aut, *fori Romani*. Græv. Varie exercuit hic locus viros doctos, dum duarum vocum ultimarum veram lectionem eruere ſatagunt. Mihi plane videntur a gloſſa profectæ. Cum enim fuerit antea ſcriptum, *celeberrimo in loco*, gloſſator ſupra *celeberrimo* poſuit *precipuo*, & ſupra *in loco* ſcripſit *foro*. Poſtea *precipuo foro* ad latus eſt poſitum, ab aliis & in textum receptum, quod cum nullum ſenſum efficeret, alii aliter emendare conati ſunt. Hinc tot varian-

tinentur , a quibus initia vitæ , atque victus, legum, morum , manſuetudinis , humanitatis exempla hominibus , & civitatibus data , ac diſpertita eſſe dicuntur : quarum ſacra populus Romanus a Græcis adſcita , & accepta tanta religione & publice , & privatim tuetur, non ut ab aliis huc allata , ſed ut ceteris hinc tradita eſſe videantur : quæ ab iſto uno ſic polluta , & violata ſunt , ut ſimulacrum Cereris unum , quod a viro non modo tangi , ſed ne adſpici quidem fas fuit , e ſacrario Catinæ convellendum , auferendumque curaverit : alterum autem Ennæ ex ſua ſede , ac domo ſuſtulerit : quod erat tale , ut homines , cum viderent , aut ipſam videre ſe Cererem , aut effigiem Cereris , non humana manu factam , ſed cælo delapſam arbitrarentur : vos etiam , atque etiam imploro , & appello , ſanctiſsimæ deæ , quæ illos Ennenſes lacus , lucoſque colitis , cunctæque Siciliæ , quæ mihi defendenda tradita eſt, præſidetis : a quibus , inventis frugibus , & in orbem terrarum diſtributis , omnes gentes , ac nationes veſtri religione numinis continentur : ceteros idem deos , deaſque omnes imploro , atque obteſtor , quorum templis , & religionibus iſte nefario quodam furore , & audacia inſtinctus bellum ſacrilegum ſemper , impiumque habuit indictum, ut, ſi in hoc reo, atque in hac cauſa, omnia mea conſilia ad ſalutem ſociorum , dignitatem populi Romani, fidem meam ſpectaverunt : ſi ullam ad rem , niſi ad officium , & veritatem omnes meæ curæ , vigiliæ , cogitationeſ-

riantes lectiones reperiuntur in MSis Verburg. Ergo iſta rejicies, niſi malis Grævium ſequi . Quid ſi *Pretorii* pro adjectivo habueris , & eam vocem retuleris ad deos illos, quos appellabis *Pretorios* , quaſi præſides , eodem ſenſu , quo eos *arbitros judiciorum* Cicero mox appellavit ? Sane judicia per Prætores exercebantur. Hortens. *Populi R. mani* habent duo e noſtris MSis . Lallem.

A quibus initia vitæ) Vide Meurſii Eleuſinia cap. 17. Græv.

Convellendum avertendumque) Reg. cod. *convellendum auferendumque* : ut paullo ante : *Hercules, quem &c. convellere ex ſuis ſedibus, atque auferre conatus eſt*. Sic legendum quoque Muretus cenſuit . Græv. Sic etiam Lambinus emendabat , quod eſt in Ven. Naug. Man &c. *avertendum* . Vide ad III. Acc. 78. Gar.

Lucoſque colitis) Lamb. ex MSo , *incolitis* , egregie , ſed tamen a gloſſa . *Colitis* enim , quod ceteri omnes habent , opinor , codices, eodem ſenſu uſitatum , ac ferme ſollemne verbum eſt , ut exempla ſimillima docebunt , quibus hoc ipſum adjunxit I. F. Gronov. ad Liv. XXXI. 30. Idem .

Dein-

tioneſque elaborarunt: quæ mea mens in ſuſcipienda cauſa fuit, fides in agenda, eadem veſtra in judicanda ſit: denique uti C. Verrem, ſi ejus omnia ſunt inaudita, & ſingularia facinora ſceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, avaritiæ, crudelitatis, dignus exitus ejuſmodi vita, atque factis veſtro judicio conſequatur: utque reſpublica, meaque fides una hac accuſatione mea contenta ſit: mihique poſthac bonos potius defendere liceat, quam improbos accuſare neceſſe ſit.

Deindr uti C. Verrem) Omnes alii libri, *denique*: utrumque recte: ſed hoc tamen tam multorum auctoritate librorum præponderat. HOTT.

Vtque Reſp. meaque fides una hac accuſatione mea contenta ſit) Suſpicor de mendo: legendumque potius arbitrarer. *Mea fide, unaque hac accuſatione*. Qualis autem hujus judicii exitus fuerit, Aſconius exponit: qui poſt poſteriorem actionem Verrem in exſilium ſua ſponte profectum eſſe ſcribit, neque ſententiam judicum exſpectaſſe. Hortenſium autem novo accuſandi genere ita perculſum fuiſſe, ut rationem defenſionis omitteret: quod etiam Tullius in Bruto declarat. Hortenſium tamen Verris defenſionem ſcripſiſſe, Quinctilianus multis in locis teſtatur. De Verris autem exitu, Lactantius ita loquitur lib. de orig. error. II cap. IV. *At enim Verres ob hæc facinora damnatus eſt. Apud ipſum Verrem non fuit illa damnatio: ſed vacatio, ut quemadmodum Dionyſio deorum ſpolia geſtanti Dii immortales bonam dederunt navigationem; ſic etiam Verri bonam quietem tribuiſſe videntur, in qua ſacrilegiis ſuis tranquille frui poſſet. Nam frementibus poſtea civilibus bellis, ſub obtentu damnationis ab omni periculo & metu remotus, aliorum graves caſus & miſerabiles exitus audiebat: & qui cecidiſſe ſolus omnibus ſtantibus videretur, is vero univerſis cadentibus ſolus ſtetit: donec illum & opibus ſacrilegii partis, & vita ſatiatum, ac ſenectute confectum proſcriptio triumviralis auferret, eadem ſcilicet quæ Tullium vinxit Deorum majeſtatis ultorem. Quin etiam felix in eo ipſo fuit, quod ante ſuam mortem crudeliſſimum exitum ſui accuſatoris audivit: Diis videlicet providentibus, ut ſacrilegus ac prædo religionum ſuarum non ante moreretur, quam ſolatium de ultione cepiſſet*. IDEM. *Meaque fides, una hac accuſatione*) P. Manutii editio, *mea fide, unaque hac*: ſciamus eſſe non a libris, ſed ab Hottomanni conjectura. GRVTER. Reg. *uti hi qui reſp. meaque fide*: leg. *utique reſp. mea fide, unaque hac accuſatione*. Solemnis vocula in precibus & votis *uti* pro *ut*. Sic in paucis verſibus præcedentibus, *denique uti C. Verrem* &c. GRÆV.

Mihique poſthac bonos potius defendere liceat) In margine libri emendati a viro doctiſſimo, pro verbo *defendere*, notatum eſt, *laudare*, ad ſententiam apte: ſed nimis longe a vulgata ſcriptura. F. VRSIN. Adſcripſit etiam Lambinus ex MSo, improbavitque, *laudare*. GAR.

PAVL.

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
M. T. CICERONIS
ORATIONES.

IN ACTIONEM III. IN VERREM,
ACTIONEM IV. IN VERREM,
ACTIONEM V. IN VERREM.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM VIII.

Capvt I.

Nullis impulſi inimicitiis, nulla privatim læſi injuria, nullo præmio adducti) Se ipſum deſcribit.

Quid oneris in præſentia tollant) Onus enim accuſandi graviſſimum eſt; cum in accuſatore multa requirantur: ut in Divin.

Virtutumque omnium) Quibus contraria vitia in eo, qui reus eſt, accuſantur.

Ac religione officii declinarit?) Officium, quod religioſe colendum eſt, violaverit.

Ac præſtat) Qui re ipſa talem ſe præbet, qualem ſe fore, cum alterum accuſaret, profeſſus eſt.

Communi voluntate virtutis, atque officii) Eo ſtudio virtutis, atque officii, quod commune omnibus eſt.

Magis neceſſaria ratione) Quia ſibi indicit legem innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcit.

C. Carbonem) Conſularem, virum eloquentiſſimum: qui ſe voluntaria morte a judicum ſeveritate vindicavit: in Bruto, & in ep. ad Pætum.

Fortunæque) Craſſi nobilitatem ſignificat, quæ numeratur inter fortunæ bona.

Ineunte ætate) Annos enim natus XIX. Carbonem accuſavit: ut ait Tacitus in dialogo de Orat.

Gloriæ cauſa) Minime providentes, quantum in omnem vitam negotii ſuſcipiant, quibuſque ſe innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium legibus adſtringant.

Et quid facere, & quantulum judicare poſſemus) Quid præſtare poſſemus vel agendo, vel judicando. Facere, non ad onus accuſandi, ſed ad univerſæ vitæ rationem refero.

Capvt II.

Verumtamen) Uſitatum verbum ſuperioribus iterandis: de quo ſupra diximus.

Hoc ego amplius ſuſcepi, quam ceteri) Correctio quædam ſuperiorum verborum: quod enim ſuſcepit, onus hic non appellat, vitato vocabulo, in quo moleſtia quædam ineſt.

Maleficium) Alibi generale nomen eſt, hic unius proprium criminis: ut ſi dixiſſet, aſperis moribus: nam ſubjungit, *ſi qua in re aſperior*.

Contumacia) Contrarium eſt humilitati: infra: *Ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos ejus ſpiritus Sicilienſes quos fuiſſe putetis, cogitate.*

Capvt III.

Pudorem, & pudicitiam) Pudor animi, pudicitia corporis. Infra: *Non pudore, non pudicitia.* De Haruſp. Reſp. *An ex ſororis cubiculo egreſſus, pudorem, pudicitiamque defendat?* Pro Cluent. *Eam non pudor, non pudicitia a cupiditate revocavit.*

Adduxeris) In judicium: Act. I. *Ut perſpicuum cuivis eſſe poſſit, hominem ab iſto quæſitum eſſe, non qui reum ſuum adduceret, ſed qui meum tempus obſideret.*

Qui ex thenſarum orbitis prædari ſit auſus) Hanc prædam ſignificant illa verba lib. I. *Quia a ſigno Vertumni in circum maximum venit, quin is in unoquo-*

que grado de avaritia tua commoneretur? quam tu viam thenſarum atque pompe ſic exegiſti, ut tu ipſe illa ire non audeas.

Iure æquo) Non ut varie propter pecuniam, ſed ut æqualiter pro cujuſque cauſa decernatur.

Aſiæ) Ciliciæ, cui præfuit Dolabella, Verre legato: quam ſæpe Aſiam vocat, ut Act. 1. *Vexatorem Aſiæ, atque Pamphyliæ*. Et: *Cujus legatio exitium fuit totius Aſiæ, & Pamphyliæ*. Iam lib I. *Legatione Aſiatica*, pro, Cilicienſi.

Pamphyliæ) Hæc quoque minoris Aſiæ pars fuit, ſed nominatur cum Aſia, quia ſolam Ciliciam Aſiæ nomine Cicero ſignificat: ut exemplis intelligitur.

Iura) Antiquis legibus tradita.

Arbitrarer) Alii, *arbitraretur*: quod probo, ut cum eo congruat: *Quæris, cur ei ſim inimicus, cui populus Romanus infeſtus ſit?*

Pro voluntate populi Romani) Ut obſequar voluntati populi Romani, optime de me meriti.

CAPUT IV.

Ita credo) A contrario ſenſu. Non eum, inquit, amatis, ſed capti muneribus ita defenditis eum, ac ſi amaretis: quis enim amet illum, quem virtus nulla commendet?

Frugaliſſimi) Qui nihil in veſtras domos conferant.

Ferendum putas) Supra, & infra nobiles omnes alloquitur: ergo hic, *putatis*, rectius videtur.

Veſtro Marte) Veſtris artibus, ac rapinis: quo majore flagratis cupiditate, cum ea ſumitis aliunde, quibus abundatis ipſi. Offic. lib. II. *Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed, ut dicitur, Marte noſtro*. Phil. II. *Rex ipſe ſua ſponte, nullis commentariis Cæſaris, ſuo Marte res ſuas recuperavit*.

Ceteri) Exemplo commoti.

Suo periculo) Nam, ſi prædentur in provinciis, pœnas fortaſſe judicio dabunt.

CAPUT V.

Alio loco) Lib. IV.

Et dicta ſunt) Suſpicor hæc addita eſſe ab eo, qui hæc, quæ Cicero ſe dicturum alio loco pollicetur, ſatis jam hic ab eo eſſe dicta ſignificare voluerit: alioqui, ubinam hæc adverſus nobiles in ſuperioribus orationibus dicta ſint, non invenio.

Superiore omni oratione) Non de una tantum loquitur ſuperiore oratione, verum de omni ante habito ſermone vel in primo, vel in ſecundo libro: nam in utroque varia, novaque Verris crimina expoſuit: hic autem ſubjungit: *Erat quædam ex ipſa varietate, ac novitate rerum, ac criminum delectatio*.

Religioni) Cauſæ, quæ ad veſtram religionem pertinet: juraſtis enim in leges: nunc attentionem a vobis religio poſtulat: cum præſertim ſuperiora propter voluptatem libenter audieritis.

Decumano) Quod ex decumis exigitur.

Emto) Quod, præter decumanum, emit a Siculis populus Romanus.

Æſtimato) Pro quo pecuniam exigunt mancipes, æſtimatione prætoris: quæ fuit iniquiſſima prætore Verre: in his enim tribus generibus furatus eſt. Hæc in Divin. attinguntur, hic exponentur latius, per ſingula cujuſque generis crimina.

CAPUT VI.

Vectigal eſt certum) Pecuniarium.

Cenſoria locatio) Locabant cenſores Aſiaticos agros.

Perpaucæ Siciliæ civitates) Numerum non dicit, quem tamen optime tenebat: nam lib. VII. *Tyndaritani officia ſua erga populum Romanum ita commemorant. Nos in ſeptemdecim populis Siciliæ non eramus: nos in omnibus Punicis, Sicilienſibuſque bellis amicitiam, fidemque populi Romani ſecuti ſumus.* Cum igitur numerum ponit, officia Tyndaritanorum auget, qui ſe a ſeptemdecim Siciliæ populis in bello ſejunxerint, & Romanis opem tulerint. Cum, omiſſo numero, perpaucas Siciliæ civitates fuiſſe dicit, quæ bello ſubactæ ſint, habet rationem temporis, quo Sici-

liam, ut bene de populo Romano meritam, judicibus commendat. Cujus artificii exemplo egregie ad imitationem, qui velit, eruditur.

Illis eſt redditus) Cum eo tamen, ut decumas ſolvant: quas cenſores locant.

Venire] Locari: nam ipſæ decumæ nomine populi Romani exiguntur.

Immunes) Quæ nihil omnino pendant.

Decumanus eſt] Decumas dat. Sunt igitur ex quatuor generibus Siciliæ civitates. Aliæ, quarum ager a cenſoribus locatur, ut pro decumis pecuniam capiant. Aliæ, quarum ager non locatur, nec veneunt decumæ, ſed exiguntur. Aliæ, quæ nihil omnino pendant. Aliæ, quæ decumas dent.

In ſuis rebus ipſos intereſſe] Propterea, ubi vendi olim ſolebant, ibidem in Sicilia vendi voluerunt.

Ne nomine quidem legis novo) Non modo legem, quæ ab Hieronica differret, ſed ne aliam quidem, licet non differret, novo nomine Siculis dederunt: cum intelligerent, ſi nomen ſervaretur ejus regis, qui cariſſimus iis fuiſſet, fore, ut ipſa decumanorum venditio, Hieronica lege facta, eſſet illis jucundior.

S. ROGERIVS.

Quas heic recenſet Tullius ſine fœdere immunes Civitates, paucis illuſtrare juvat. Ac I. *Centuripina* Netinæ Vallis urbs eſt, *ſupra Catinam*, Strabonis verba ſunt Lib. VI. *montibus Ætneis conterminæ & Symætho amni*: *Κειται δ' υπερ Καταννης ἡ Κεντοριπα, συναπτουσα τοις Αιτναιοις ορεσι, και τῳ Συμαιθῳ*. Vera ipſius nominis ſcriptura ex duobus nummis colligitur, quos adſert Burmannus junior in Comm. ad Numiſm. Sic. Tab. XIV. aliiſque apud Parutam. Hi quidem præſeferunt ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ. Igitur potius *Centoripæ*, quam *Centuripæ* ſcribendum. Pomponio Sabino, & Ptolemæo *αἱ Κεντυριπαι*, Cluverio lib. II. Sic. Ant. cap. 6. aliiſque Græcis Scriptoribus neutro genere *τα Κεντοριπα*. Hinc firmatur Manutii ac Lambini emendatio ad cap. 23. Lib. IV. in Verr. ubi pro *Centuripinis* legendum tuentur *Centuripis*: in quo neminem ſui imitatorem eos habuiſſe merito conqueritur Garatonius; illic enim civitatem, non vero cives nominari a Tullio perſpicuum eſt. Hanc olim urbem opulentiſſimam fuiſſe pluribus in locis teſtatur Tullius; eam laud. loc. *totius Siciliæ multo maximam & locupletiſſimam* appellat: & lib. III. Centoripinos *totâ Siciliâ fere arare, & in omnibus pene finibus habere poſſeſſiones* ait. Eamdem, de qua loquimur, urbem ab Auguſto inſtauratam fuiſſe tradit Strabo Lib. VI. quia multum ei profuerat contra Sex. Pompeium: hodie non magni momenti *Centorbì* dicitur.

II. Halæſinam Vrbem, referente Diodoro lib. XIV. alii ab Archonide Herbitenſium Præfecto, alii a Pœnis conditam eſſe ajunt. *Τινες δε φασιν*, inquit laudatus Scriptor, *υπο Καρχηδονιων εκτισθαι την Αλαισαν, καθ' ὃν καιρον Αμιλκαρ την προς Διονυσιον ειρηνην εποιησατο*. *Sunt qui Halæſam a Pœnis conditam dicunt, quo tempore pax Amilcarem inter & Dionyſium coaluit*. Ipſius nomen diverſimode ſcriptum occurrit, *Alæſa*, *Haleſa*, & *Halæſa*: ultimum præfert Burmannus ex Nummis & Inſcriptionibus. Inter clariſſimas Siciliæ urbes locum obtinuiſſe e Tullio colligere licet. Nam Lib. XIII. Ep. 32. *tam lautam, quam nobilem* appellat: & Lib. III. in Verr. cap. 73. ait: *Siciliæ civitates multæ ſunt ornatæ atque honeſtæ, ex quibus in primis numeranda eſt civitas Halæſina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem*. Digna ſunt, ut legantur, quæ de Halæſæ origine, vicibus, nummis, inſcriptionibus, ceteriſque monumentis erudite diſſerit de litterarum Republica optime meritus Turriſmutii Princeps in ipſius Vrbis Hiſtoria Italice conſcripta, quam Selinuntis Drogontei nomine evulgavit.

III. Segeſtana civitas Æneam ſuum conditorem laudat, quam ab Aceſtie matre Aceſtam, ſive Egeſtam ipſum nominaſſe ajunt; unde factum, ut qui prope Egeſtam confluunt amnes, Trojanis nominibus Scamander vel Xanthus & Simois appellarentur; quod quidem teſtatur Strabo Lib. XIII. Quamvis merito Bochartus hujuſmo-

Digitized by Google

di nomina recentiora eſſe conjiciat, cum illorum nec Thucydides, nec antiquiorum aliquis meminerit. At deinde apud Latinos Segeſta audiit; ad tollendam ominis *δυσφημίαν*, nimirum *ne*, ut ait Feſtus, *obſceno nomine appellaretur*. Inter urbes, quæ a Trojanis ſuam arceſſunt originem, Segeſta primas uſque tenuit: eamque opulentia, ædificiorumque magnificentia floruiſſe argumento ſunt, tum quæ de ingenti auri vi Legatis Athenienſibus a Segeſtanis exhibita narrat Thucydides; tum quæ de ſimulacro Dianæ memorat Tullius lib. IV. cap 33. ac de Veneris Erycinæ templo refert Tacitus lib. IV. tum tandem non pauca, quæ hodiedum ſuperſunt, antiquitatis rudera.

IV. Halyciæ vetus oppidum, inter Antellam & Lilybæum jacens, docente Cluverio; cujus antiquum nomen retinere celebre oppidum, vulgari voce *Salemi* hodie nuncupatum, opinatur idem laudatus Auctor. Græcis enim *ἅλς*, unde *ἁλικος*, *halicus* derivatur, idem quod *Sal* Latinis eſt, ex quo *Salemis* originatio proficiſcitur.

V. Panormi origo antiquiſſimis Æolicis ſive Pelaſgis Græciæ populis, qui inter primos in Siciliæ inſulam trajecerint, paſſim tribuitur. Vetuſtiſſimis Pœnorum illius ortum adjudicat Thucydides; hi enim, ipſo narrante lib. VI. *Μοτυην και Σολοεντα, και Πανορμον . . . . ενεμοντο*, *Motyen & Soluntem, & Panormum . . . . incolebant.* Diodor. Siculus lib. XXII. hanc urbem habere perhibet *λιμενα καλλιστον των κατα την Σικελιαν, αφ' ὁ και την πολιν συμβεβηκε τετυχεναι ταυτης της προσηγοριας*, *pulcherrimum nimirum totius Siciliæ portum, unde appellationem ipſa urbs adepta eſt*. At non immerito miratur Bochartus lib. I. cap. 27. quemadmodum Græcum ſibi adquiſierit nomen urbs, quam nec Græci condidiſſe, nec niſi ſero admodum obtinuiſſe leguntur. Porro hujuſce civitatis laudes, quas jure quodam ſuo ſibi vindicat, proſequi non vacat. Eam Nic. Lloydius totius Italiæ pulcherrimam, ſoli ubertate, ſitu, ædificiis, commercio, nobilitate, opibus, & maxima ſalientium fontium copia vix ulli ſecundam eſſe ait. De ea Silius cecinit lib. XIV.

. . . . fecunda Panormus,
Seu ſylvis ſectare feras, ſeu retibus æquor
Vertere, ſeu cælo libeat ſectere volucres.

CAPVT VII.

Ad alienos) Minucii hereditas ad Minuciam gentem pertinebat: Verres ad alienum tranſtulit: lib. I.

A primis heredibus ad ſecundos) A P. Annii filia ad L. Annium lib. I.

Cenſorias quoque leges) Dixi jam, conditiones illas, quibus cenſores ſarta tecta locarent, cenſoriam legem appellari ſolitam, ut appellatur lib. I. & alibi.

Ne pupillo) Putidum ſit, ea ſi hic de pupillo Juniano exponam, quæ Cicero dixit lib. I.

Quam ipſis videretur) Vſitata locutio: ut lib. II. *Eum judicem, quem commodum erat dabat.*

Ad legem) Qua quæſtores locabant.

Hic) Aderat enim in judicio: lib. II. *Sthenius eſt, is qui nobis aſſidet, Thermitanus.*

CAPVT VIII.

Ita acute, ut Siculum) Acumen ingenii alibi quoque laudat in Siculis, ut in Divin. *Illi quidem, ut eſt hominum genus nimis acutum, & ſuſpicioſum.*

CAPVT IX.

Quem videtis) Teſtis aderat in judicio, ut etiam Sthenius.

Corpore) Magno.

Ore) Obeſo.

Commodus) Humanus, ſic lib. II. in extremo: *At mores commodi: quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior?*

In cubiculo ſolus) Excluſis ceteris, quaſi ſolus eum Apronius delectaret.

Accubante prætextato prætoris filio) Verris notatur improbitas, qui turpiſſimarum rerum aſpectu filium adhuc puerum corrumpi ſineret.

CA-

CAPVT X.

Edidiſſet) Significaſſet.

Ego) Aratoris inducitur perſona de Verris injuria conquerentis.

Inquit) Arator.

Quid tum? quid cenſes?) Adhuc loquitur arator.

Aut dabis) Hoc ex decumani perſona.

Ex codice) Ex ipſius tabulis.

De profeſſione) Ne arator minus profiteatur, quam exaraverit: ne decumanus plus, quam ſibi debeatur, deberi profiteatur: infra.

CAPVT XI.

Quæ vectigalia ſunt) Quæ vectigal pendunt: convertit enim ad neutrum genus hæc ſimul omnia, Aſiam, Macedoniam, Hiſpaniam, Galliam, Africam.

Pignerator) Pignus capit ab eo, qui non ſolvit.

Qui digito licitus ſit) Sublato digito licebantur: lib. I. *Digitum tollit Junius*.

In ſingulis jugis) Non in amplo fundo, ſed in uno tantum jugo, quod ipſi arant, & unde recedere non licet. Iugum erat, quod uno die juncti boves exarare poſſent.

Iubet recuperatores rejicere) Recuperatores judex dabat: ex iis actor, & reus, quos ſuſpectos habebant, rejiciebant.

Decurias ſcribamus) Si dixiſſet actor: Decuriæ ſcribantur: id eſt, judices legantur: reſpondebat Verres: Quas decurias? de cohorte mea rejicies: id eſt, recuperatores ego dabo de cohorte mea: ex iis tu rejicies.

Quid? iſta cohors) Ex aratoris perſona: is enim actor eſſe fingitur.

Voluſii haruſpicis) Infra Voluſianus appellatur.

Cornelii medici) De quo ſic infra: *Iſte viros optimos recuperatores dat, eumdem illum medicum Cornelium*: is eſt Artemidorus Pergæus, qui in ſua patria dux iſti quondam, & magiſter ad deſpoliandum Dianæ templum fuit. Cornelius vocatur, accepto Verris nomine, cujus beneficio civis Romanus factus eſſet: ut lib. I. *Lictor Cornelius*.

Et horum canum) Valerium præconem, Tlepolemum pictorem: qui nominantur infra ut recuperatores a Verre dati. Canes appellavit eoſdem lib. I. *Multo ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet*.

Lambere) Quaſi aliquid petant.

De conventu) E civibus Romanis.

CAPVT XII.

Impudentia) Sine impudentia; cum ſcriptum eſſet in edicto: *Quantum decumanus edidiſſet aratorem ſibi decumæ dare oportere, tantum ut arator decumano dare cogeretur*.

Commiſſam) Debitam: uſitata locutio.

Irritos) Infecta re.

Res agi videretur) Serio colloqui, & agere inter ſe de aratoris petitione viderentur.

Nova dignitas publicani) Dignitas eſt in publicanis, quia ſunt equeſtris ordinis. Apronius eques Romanus non erat: ideo, *Nova dignitas publicani*, cum quadam irriſione dixit: ſungebatur autem Apronius, cum decumanus eſſet, munere publicani.

CAPVT XIII.

Recuperatores daturum in octuplum?) Daturum te recuperatores cum eo, ut decumanum octupli condemnarent.

Te cum tuos omnes fructus publicano tradidiſſes) In perſona Verris aratorem fingit.

Procuratoribus) Agunt enim rem tuam.

Factum) Contra decumanos.

Poſtulatum) Ab aratoribus.

Quod in aratorem dari poſſet?) Ut enim dare cogatur, quantum ab eo decumanus petit, judicem ei dat Siculum magiſtratum: ut ipſe contra publicanum agat, ſi plus ei dederit, quam debet; judices dat recuperatores de cohorte ſua.

Non molum eſt, inquit, eſſe iſtam formidinem) Quod ſecum Verres tacite cogitabat, id eum fingit dicere.

Illam formidinem) Iudicii recuperatorum, quo decumanus vocare poteſt aratorem, quaſi minus acceperit ab eo, quam petierit.

Cum exactum ſit) Cum exegerit Siculus magiſtratus.

Ne ſe commoverat) Atator : ne queri audeat.

Reliquus metus judicii ſit) Metuat illud judicium, quo poteſt, agente publicano, quadrupli condemnari. Ad quam rationem Verris ita Cicero ex aratoris perſona reſpondet : *Si judicio a me vis exigere*. Sunt enim hæc ſine dubio aratoris verba, non, ut alii putant, decumani.

Hanc vim) Siculi magiſtratus.

CAPVT XIV.

Vter) Pro, alteruter, ut alibi.

Quantum commodum eſt) Quantumlibet: ſic locutus lib. I. *De capite, quantum commodi fuerit, frumenti decumani detraxerit*. Lib. II. *Eum judicem, quem commodum erat, dabat*.

Luteus) Hebes, ac tardus: ſic *Luteum negotium*, pro nullius pretii, dixit lib. IV.

Etiam) Pro, tamen.

Peculiare) Novum, Verriſque proprium, non cum aliis commune prætoribus : ut infra : *Peculiarem habea aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit?*

Matuer) Antequam corrumpantur.

CAPVT XV.

Ex Leontino) Vrbs vocatur Leontinum, non, ut alii ſunt arbitrati, Leontini : itaque lib. II. *Leontini miſera in civitate*, dixit generandi caſu.

Calumniandi quæſtus) Quæſtus aſtuto conſilio contractus : nam aratores miſeri, ne tam longe ire cogerentur, quavis, etiam iniquiſſima, conditione cum Apronio paciſcebantur.

CAPVT XVI.

Lex) De repetundis, qua judicium hoc eſt conſtitutum.

In Sthenii Thermitani nomine) Cujus enim abſentis nomen delatum eſſe jam ſcripſerat, eum poſtea coram eſſe delatum, ſcripſit in eodem codice: quod ſine litura fieri non potuit : lib. II. *Tollit ex tabulis id, quod erat; & facit, coram delatum eſſe*.

Qui teſtes interrogari priori actione nolueris) Teſtes interrogati erant priore actione: quod ſupra jam ſæpe demonſtratum eſt. Sed Verres ipſe, cum eos interrogare poſſet, tacuerat : quod quia fuit impudentiæ, (quis enim reus ſuos teſtes non interrogat?) propterea dixit Cicero, *Et iis tacitum os tuum præbere malueris*. Videtur autem legendum potius, *interrogare*, quam *interrogari* : ut ad ipſum Verrem referatur : de quo lib. V. *Reduxam iterum equitem Romanum L. Flavium, ſi voles : quoniam priore actione, ut patroni tui dictitant, nova quadam ſapientia, ut omnes intelligunt, conſcientia tua, atque auctoritate meorum teſtium, teſtem nullum interrogaſti*.

Patronos tuos) Quorum conſilio teſtem nullum interrogaſti, nova quadam ſapientia, ut ipſi dictitabant.

Cn. Pompeius) Hoc anno conſul. Opinor ſignificari tempus illud, cum Pompeius in Sicilia Carbonem conſulem occidit.

M. Marcellus) Qui lib. I. nominatur, & in oratione pro Quintio judex eſt.

Paternus honor, & avitus) Nam & L. Metellus Dalmaticus pater hujus Metelli, & Q. Metellus Macedonicus avus, conſules fuere.

CAPVT XVII.

Metellum minime fore putaſſet) Eo dignum nomine : fuit enim familia Metellorum nobiliſſima, plurimis decorata conſulatibus, cenſuris, triumphis : unde illud Nævii poetæ : *Fato Metelli Romæ fiunt conſules*. Eadem laude Metellos orvavit lib. V. *Facile inquit, eſſe perſpicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum verum & germanum Metellum intereſſet*.

Ab urbe Roma) Cum nondum Verres e Sicilia deceſſiſſet : ideo ſubjungit, in alienam provinciam.

CAPVT XVIII.

Hornotini) Hujus anni.

Vt abſens accuſaretur) Abſentem Verrem Siculi Romæ accuſabant, cum is adhuc Siciliæ præeſſet, atque in eorum bona, liberoſque ſummum imperium, poteſtatemque haberet.

Antiquum modum ſationis) Quantum ſeri antea ſolebat : ſic dicitur, de agri modo.

Qua-

Digitized by Google

Quadriennio poſt) Poſtquam in ea provincia quæſtor fuerat.

Non ſolum jugerum) Quia non arabantur.

Sed etiam dominorum) Quia diffugerant, ſedibus patriis relictis: ideo dixit proxime: *Vt ager ipſe cultorem deſiderare, ac lugere dominum videretur.*

Quod caput eſt rei frumentariæ) Hinc illud Phil II *Quid jam querar de agro Leontino? quoniam quidem hæ quondam arationes in populi Rom. patrimonio grandiſſimæ, & fructuoſæ ferebantur.*

Superior annus) Secundus Verris annus.

Proximus) Tertius. Duos tantum annos nominat, quia primo anno Verres & ſata, & bene culta invenit omnia, ſed ita aratores afflixit, ut pro ejus anno in annum ſecundum multo minus ſererent, quam ſolerent: anno autem ſecundo eos plane perdidit, ut multo etiam minus, quam primo, ſererent: nam tertio, litteris ac precibus Metelli, qui ſucceſſurus erat Verri, ad arationes redierunt.

CAPVT XIX.

Populare) Quod populo placere debeat.

Cerviculam jactaturum) Notat in Hortenſii motum cervicis laſciviorem in agendis cauſis.

Populo ſe ad coronam daturum) Populi gratiam aucupaturum, quaſi magno decumas vendideris.

Ad coronam) Ad omnes, qui circa judicium ſtabant.

CAPVT XX.

Locatione illa columnarum) Quæ erant in æde Caſtoris: quas locavit H-S. DLX millibus, lib. I.

Prædatum?) Ex pupilli Iunii bonis.

Iniquam legem) Correxit enim Verres, prætor urbanus, legem cenſoriam de ſartis tectis. Supra: *Eumdemque te memini cenſorias quaſque leges in ſartis tectis exigendis tollere, & commutare.* Et lib. I. *C. Verres, prætor urbanus, addidit. Corriguntur leges cenſoriæ.*

Ac tempore) Non cum decumas venderes, verum aliquanto poſt, re diligentius ad tuum quæſtum cogitata.

Reprehendiſti) Revocaſti: omiſſum antea per imprudentiam, admonente quæſtu feciſti.

CAPVT XXI.

Eumdem illum) Quem ſupra nominavi.

Pergamenus) Omnino, *Pergæus*, aut, *Pergamus*, legendum, a *Perga*; ubi ſpoliatum ac nudatum Dianæ templum lib. I. dixit.

CAPVT XXII.

Si pareret) Vſitatum formularum initium, de quo jam diximus.

Tum Xeno demonſtretur) Hoc perficit ſententiam, & mihi tamen videtur abundare, & ſubaudiendum potius, quam addendum: hæc enim formularum conſuetudo fuit, ut ſubaudiretur: videamus exempla: pro Q. Roſcio. *Quid eſt in judicio? directum, aſperum, ſimplex: Si paret, H-S ꟾↃↃↃ dari:* ſubaudi, Condemnaretur. In Divin. *Iudicium dat ſtatim: Si pareret, eam ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe.* Et lib. II. *Si paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure eum P. Servilii eſſe, neque is fundus Q. Catulo reſtituetur.* Subaudi, Coge Servilium judex, ut eum Catulo fundum reſtituat. Et hic infra: *Si pareret, adverſus edictum feciſſe.* Subaudi, Condemnarentur. Atque hoc, quod ego ſubaudiri malim, quam addi, Theophilus in ſuis Inſtit. interdum addit, *Iudex eum condemna.*

H-S LXXX) Hæc in edicto ſcripta pœna erat, ſi quis jugera non eſſet profeſſus.

Veneriis) Apparitoribus Verris: quorum nonnullos decumanos eſſe voluit. Supra: *Apronium, Veneriosque ſervos, quod iſto prætore novum genus publicanorum fuit.* Et infra: *Mittit ad hominem Venerios.* Lib. V. *Hominem jubet Lilybæum Venerio ſervo promittere.*

CAPVT XXIII.

Medimna) Medimnum ſenos modios capit.

Conſortes) Bonis iiſdem fruentes.

CAPVT XXIV.

Crucem) In quam egit P. Gavium, civem Romanum: lib. V.

Conditione) Quo apud hunc loco fuerint.

De iſto tranſigemus) Ego accuſando, vos condemnando.

Ad Apronium) De maieſtate accuſandum, qui equitibus Romanis manus attulerit.

Leontinis) Aut ubique, *Leontinis*, legendum: ut urbs ipſa, *Leontini*, dicta ſit: aut, ubi legitur, *Leontini*, reponendum *Leontinis*.

CAPVT XXV.

Commode) Satis humane; ironia: quod pro Apronii libidine eques Romanus attraheretur.

Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio) Iocatur in duobus nominibus *tempeſtivo*, *gladiatorum*: quaſi tempeſtivum uſitato vocabulo convivium, in quo gladiatores decumberent, appellari non deberet.

CAPVT XXVI.

Suburbana) Admodum propinqua; Lib. II. *Quemadmodum propinquis vos veſtris prædiis maxime delectamini, ſic populo Romano jucunda ſuburbanitas eſt hujuſce provinciæ*.

CAPVT XXVII.

Hominum ante hunc prætorem locupletum) Sic in Divin. *Mulier ante hunc quæſtorem copioſa plane, & locuples*. Libro II. *Homo in primis domi ſuæ nobilis, & ante hunc prætorem vel pecunioſiſſimus Syracuſanorum*.

CAPVT XXVIII.

Pictorem Tlepolemum) Alii malunt, *præconem*, non recte: nam præco Valerius erat, ſupra nominatus cum eodem medico, & haruſpice Voluſiano: Tlepolemus autem pictor: de quo ſic Lib. V. *Cybiratæ ſunt fratres quidam, Tlepolemus, & Hiero, quorum alterum fingere opinor e cera ſolitum eſſe, alterum eſſe pictorem*.

Repente Cornelii) Verris beneficio cives Romani facti; ideoque Cornelii a Verris nomine.

Si pareret) Formulæ verba: de qua jam diximus.

Dicturum) Apronium; ſupra: *Præſto eſt Apronius: ait eos ipſos, qui veniſſent, contra edictum prætoris feciſſe. Quærebant, quid? Reſpondebat, ſe ad recuperatores eſſe dicturum*.

CAPVT XXX.

Medimna xxxiv.) Subaudi, millia: & lege, *medimnum*, ubique, non *medimna*, ubi ſubauditur, millia.

Addidiſſent) Agyrinenſes.

H-S DC.) Millia, id eſt, ſcutatorum xviii. millia; quod eſt precium illorum medimnum xxxiv. millium, quæ lucri nomine. Verres Apronio dari voluit.

A patronis) A Marcellis maxime; nec ſe tamen ipſum excludit; dixit enim in Divin. *Factum eſt, uti cum ſummum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur*.

Vt probaret) Vt probum eſſe diceret, ut eo tamquam probo contentus eſſet.

H-S III.) Vbique adde, millia; ſcurati ſunt xc. millia.

CAPVT XXXI.

Siculum frumentum) Probum enim ſignificatur, cum Siculum eſſe dicitur.

Ex area) Ne vitiatum ab aratoribus putaretur.

Nummi) In ſingula medimnum H-S tria millia.

xxxIII.) Lege aut hic, xxxiv., aut ſupra, xxxIII. ne alterum ab altero in eadem re diſſentiat.

H-S LX.) Si *H-S* tria millia in ſingula medimna putentur, & medimnum xxxIII. millia ſint: fient *H-S* nonaginta novem millia; adde pro hordeo *H-S*. xxx. millia: erunt omnino, *H-S* cxxix millia: itaque locus emendandus.

CAPVT XXXII.

Modiis xviii *millia*) Medimna ubique malim nominari, quam modios: us

ut cum Siculis Græca menſura potius agatur, quam Romana: mendum furtaſſe natum ex *med.* & *mod.*

Cum illa prædonio copia) Cum Veneris ſtipatoribus. Supra.

H-S MM.) Exigua ſumma: itaque ſuſpicor de mendo, & fortaſſe notis antiquis, ccc1ɔɔɔ ſcriptum fuit, id eſt centum millibus, nummo noſtro ſcutatorum tribus millibus.

Operæ) Quam Verri navabas.

CAPUT XXXIII.

Plures uxores habere) Plato in Alcibiade primo, Diodorus lib. I.

Adduxitur medimnis MM.) Corruptæ notæ: cum ſequatur, dimidio fere pluris, quam ſuperiore anno: ex hoc mendo fluxit illud in notis proxime ſubjectis.

CAPUT XXXIV.

Non moleſti) Quia mulieres ſuas Verri non inviti relinquerent.

Tritici modios DC.) Dixi jam, ubique pro modiis medimna reponenda.

Hæc decumanis merces dabatur) Publice, ut abirent: cum jam aratorum bona diripuiſſent.

CAPUT XXXV.

Quod de capite ipſo demſit) De eo, quod ex decumis Æſchrioni venditis populo Romano debebatur: demſit autem Verres, quominus Æſchrio, Pippæ vir adumbratus pro decumis ei jam addictis ſolveret, pluris amorem Pippæ, quam populi Romani emolumentum, faciens; qua de re ſic infra: *Illum viris fortiſſimis judicarunt Patres conſcripti dimittere de ſumma non potuiſſe: te mulieri deterrimæ recte remiſiſſe ſenatores judicabunt?*

Quo tandem modo ferendum, verum etiam animadvertendum videtur?) Qui tritas habent aures notandis generibus Latini ſermonis, iis profecto, niſi fallor, locus hic vacare mendo non videbitur; atque ego, ut dicam quod ſentio, legendum putarem: *Quo eodem modo ferendum, ferendum vero? etiam animadvertendum videtur.* Simile illud lib. I. *Dictum hoc eſt in Cn. Dolabellæ judicio; dictum? etiam æſtimatum.* Et pro Plancio: *Nihil eſt, mihi crede, Laterenſis, de te detractum: detractum dico? ſi mehercules vere, quod accidit interpretari velis, eſt aliquid etiam de virtute ſignificatum tuo.*

Propter majorum incommodorum, & calamitatum metum) Ne, ſi ejus acta reſcinderemus, durius aliquid accideret.

Publica auctoritate defendimus) Defendit ipſe conſul; nam, cum Sulla proſcriptorum liberos honorum petendorum poteſtate privaſſet, iique contenderent Cicerone conſule, ut in integrum reſtituerentur, Cicero ipſe reſtitit, &, ne quid novaretur, obtinuit. Hinc illa in Piſonem: *Ego adoleſcentes bonos, & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut, ſi eſſent magiſtratus adepti, reip. ſtatum convulſuri viderentur, meis inimicitiis, nulla ſenatus mala gratia, comitiorum ratione privavi.* Orationem quoque de proſcriptorum filiis a ſe ſcriptam ſignificat epiſt. 1. lib. II. ad Attic.

De capite) De tota ſumma, quam debebant.

Pecunias in ærarium referrent) Quas eis largitus erat Sulla.

A populo ſectarum) Alii, *ab ipſo factorum*; probo; ut ſignificentur factæ res ab ipſo, & partæ, ſuo labore, ſua virtute, civili bello; ſequitur enim: *In illo reprehenditur, quod ex eo pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat.*

Viris fortiſſimis) Qui ab ipſo emerant: quid autem? cum alias res, tum vero proſcriptorum bona.

Mulieri deterrimæ) Pippæ; quod enim de capite demſit, ad ejus lucrum demſit.

Senatores) Iudices.

CAPUT XXXVI.

Segeſtenſium) Ergo non immunes prætore Verre; nam quinque civitates, Centuripinam, Halæſinam, Segeſtanam, Halycienſem, Panormitanam, immunes, ac liberas fuiſſe, dixit orationis initio; infra quoque: *Quid Halycienſes, quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immunes habent, nonne huic eidem Turpioni, cum decumæ c. med. veniſſent, H-S xv dare coacti ſunt?*

ſunt ? Et poſt : *Segeſtam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur.*

Hoc eſt) Otioſum eſt, &, ut puto, delendum.

Quinque millia) *Millibus*, & hic, & infra repone, ex nota M.

Tabulas publicas commutavit?) Quia, cum decumas quinque millibus medimnum vendidiſſet, itaque in tabulas retuliſſet, poſtea, cum tria millia de capite decerneret, quæ Tertiæ mimæ donavit, tabulas corrupit, & ſcripſit, vendidiſſe duobus millibus; ita minus dedit populo Romano, quam mimæ.

CAPVT XXXVII.

Tibi decumas vendidiſſe) Tibi, ad prædam, quæſtumque tuum.

CAPVT XXXVIII.

Novum genus publicani) Supra: *Apronium, Veneriosque ſervos, quod iſto prætore fuit novum genus publicanorum.*

Tertio anno H-S MM med.) *H-S* videtur delendum; & lucri nomine erant duo millia medimnum, id eſt ſeſtertium XXX millia; tanti enim valebant.

Vicarium nullum habet, nihil omnino peculii) Poſtremus igitur ſervorum omnium; nam ſervi nonnulli & vicarios habent, id eſt ſervos ſuos, & peculium, id eſt rem propriam, permiſſu domini, ſuo labore partam.

CAPVT XXXIX.

Emiſſet) Ipſe, non Cæſius.

Renunciat) Suis civibus.

At Ameſtratinos) Corruptum nomen; nam de Ameſtratinis jam locutus eſt.

Dant Banobali med. DCCC, H-S MD.) Si plus eſt lucrum, quam decumæ, quod & proxime dixit, & infra quoque dicet; & ſi ſingula medimna *H-S* quindenis æſtimantur, quod ſupra demonſtratum eſt: neceſſe videtur, ut ſeſtertiorum numerus augeatur, & pro, MD, legatur, XII millia.

Turpioni) De quo lib. II. *Petit Nævius Turpio, quidam iſtius excurſor, & emiſſarius.* Et lib. V. *præcurſorem Verris, & emiſſarium vocat.*

Diſſolute) Negligenter: ſed cum eæ non diſſolute ſed magno venierint; cur præterea lucrum addis?

Cum medimnum XV millibus veniſſent) Videtur legendum III *millibus*; nam ſequitur, *Hoc eſt, H-S* XLV. nam ſi medimnum æſtimatur XV ſeſtertiis; ſequitur, ut trium millium medimnorum pretium ſit XLV millia *H-S*.

H-S MMM.) Aut hic, VII *millia*, aut ſupra, MMM, reponendum.

CAPVT XL.

Ipſi agros immunes habent) De quo dixit orationis initio.

Cum decumæ C. *med. veniſſent*) Malim, D *med.* quod ſi cui parum videtur, conſideret, non univerſi Halycienſis agri, ſed ejus dumtaxat, quem incolæ ararent, decumas veniſſe.

H-S XV.) Ita lucrum plus erit, quam decumæ: ut in Banobale quoque ſupra legimus.

Liberorumque tuorum) Quos in egeſtate, atque in ſolitudine condemnatus relinques.

A Venerio) Venerio Symmacho decumano. Venerio, tantum dixit: quo major injuria in homine illuſtri, ac nobili aratore videretur.

CAPVT XLI.

Cum equeſter ordo judicaret) Lege Sempronia, ante decem annos.

Coæquaſti) Cum nullius hominis, nullius rei rationem haberes.

Judices rejicere) Qui de cohorte tua judices dare velles, ſenatores deſpiceres.

Equitem Romanum) Nominavit C. Matrinium, & Q. Lollium; ideo, malim, Equites Romanos: cum præſertim ſequatur: *Quid enim jam nocere poſſunt, quibus non licet judicare?*

Auferre) Malim, *auferri*.

Providiſti) Eo rejecto.

Legum) Exempli gratia, lege repetundarum ſoli ſenatores tenentur; pro Cluentio, & Poſtumo.

Rumorum) Qui facile diſſeminantur contra ſenatores.

Temporum) Mutatis enim temporibus, qui eſt ordo in civitate ampliſſimus, ei maiora, quam ceteris pericula impendent.

In obtinendo jure noſtro) Quod prætore Verre non obtinuit ſenator Annetus Brochus in Sicilia.

CAPVT XLII.

Appoſitus erat) Malitiam, & fraudem ſignificat hoc verbum lib. II *Apponit, qui Veneri Erycinæ petat illam hereditatem.* Lib. VII. *Apponitur his tamen accuſator Nævius Turpio quidam.*

Tritici med. VIIC.) Subaudi millibus.

Renunciat) Thermitanis.

Ne accedat) Ad eos decumarum cauſa. Verris enim decumanos, qui modum injuriis non facerent, oderant ſimul & timebant.

Apronio coacti ſunt dare tritici med. LXXM) Manifeſtum mendum: & fortaſſe reponendum, IↃↃ: quod eſt, quinque millia.

Sigillatim) Vt a *Lingua Ligula*, abjecta *n*, ſic a *ſingula ſigillatim*: aliis malunt, *ſingulatim*.

Cum hoc cumulo) Cum eo quæſtu, qui publice dabatur.

Decederent) Ex eorum agris, atque urbibus.

CAPVT XLIII.

Muticenſem) Recte ſentiunt, qui *Mutyenſem* ex Plinio, & Strabone reponunt.

Quantum ex eo, quo iſtius avaritia contenta fuit, redundarit) Act. I. *Quantum hominis avariſſimi, & libidinoſiſſimi aut imprudentiam ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit.*

CAPVT XLV.

Quam fuerunt) Cur lucri tantum das Apronio? an quia minoris decumæ venierint, quam eſſent, id eſt, quam numerus earum eſſet pro tritico exarato? an vero & illæ ſatis magno venierunt, & hic tamen frumenti, pecuniæque tantus numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt?

Cum ſatis magno veniſſent) Cum hoc dicat, & ſubjungat, *Hic tantus tamen frumenti pecuniæque numerus*: apparet, illa CCC. millia mod. lucri nomine fuiſſe; quod infra perſpicuum fit iis verbis: *Vno adventu, ex uno agro, Q. Apronium, præter eam, quam dixi pecuniam numeratam, CCC. millia mod. tritici lucri nomine abſtuliſſe?*

Frumenti) Generale frugum omnium nomen eſt: hic tamen pro tritico, totum ſcilicet pro parte, ponitur.

CAPVT XLVI.

Penſum magis in Leontino agro eſt exigendum) Videndum eſt, & quaſi penſum a me exigendum, cum Leontinis quo modo ſit actum.

Poſſidet nemo) Quinam igitur poſſident? incolæ; ſupra: *Quid Halycienſes? quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immunes habent.*

Exſpectare nolite) Vt teſtimonium in Apronium dicant.

Verſati) Non refero hoc verbum ad rapinas Apronii, ſed ad quæſtum, & compendium; ut hoc dicat: Verſati ſunt, cum Apronius raperet ab incolis, & a Mnaſiſtrato, in quæſtu, compendioque proprio.

Civitas) Supra: *Ipſi Leontini publice non ſane me multum adjuverunt.*

Legatio) Quæ cum aliarum civitatum legationibus ad accuſandum Verrem Romam non venit.

Mihimet) Sine teſtimoniis eorum.

Sive adeo) Modus loquendi. Lib. I. *Hujus improbiſſimi furti, ſive adeo nefariæ prædæ.*

Ingentem, immanemque prædam) Major eſt in *immanem*, quam in *ingentem*, ſignificatio.

Magno) Nam venire pluris, quam medimnum XXX. millia, nulla ratione potuerunt: cum agri Leontini profeſſio eſſet ad jugerum XXX. millia, ut infra oſtenditur, & e ſingulis jugeribus caperentur, ubi meſſis optima, medimni deni: quo fiebat, ut medimni, qui decumæ nomine dabantur, totidem plane, quot jugera eſſent: ergo, ſi ſunt jugerum XXX. millia, decuma item erit medimnum XXX. millia: cum ſcilicet agri fructus eſt, quantus maximus eſſe poteſt: nam interdum octo tantum medimni, nonnumquam pauciores in jugero colligun-

guntur. Verres autem gloriabatur, magno ſe decumas vendidiſſe, quia non ſolum xxx. millibus medimnum vendidiſſet, quæ, ut dixi, meſſis optimæ decuma fuit, ſed etiam xxxvi millibus, id eſt ſex millibus amplius; qui ſunt omnino modium ccxvi millia: ex quo rem populi Romani diligenter curaſſe videbatur. Cicero contra oſtendit, ipſum ſibi Verrem dimidio plus ex agro Leontino abſtuliſſe, quam populo Romano miſerit.

Eos) Decumanum Apronium.

CD millia mod.) Vt infra, ratione ſubducta, patebit.

Lucri faciunt) Qui videntur quidem eſſe decumani, ſed Verri tamen, non ſibi, lucrabantur.

Damnum facturos) Quia vocati ab aratoribus in judicium condemnati eſſent, niſi Verres ex cohorte ſua, qui judicarent, recuperatores dediſſet.

CAPVT XLVII.

Ager efficit, cum octavo bene ut agatur) Non dubito, quin legendum ſit: *Ager reficit cum octavo*: pro, reddit. Sic infra: *Cum ager cum decumo extuliſſet*. Hoc verbo cum eodem ſenſu uſus eſt in Parad. *Hoc propoſito*, inquit, *numquam eris dives, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut eo tueri quatuor legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia poſſis.*

CAPVT XLVIII.

Inſanivit) Cum decumas pluribus emit medimnis, quam quantus eſſet jugerum numerus.

Hæ ſunt ad tritici medimnum xc millia) Hoc modo. Si decuma una eſt tot medimnorum numerus, quot jugerum, & jugera ſunt omnino xxx. millia, ternas autem decumas in ſingula jugera ab aratoribus exprimit Apronius: ſequitur, ut medimnorum numerus, qui eſſet ex una decuma xxx. millia, ſit ex tribus xc. millia: ergo liv. millia medimnum lucri facit Verres: nam Apronio decumam populi Romani vendiderat xxxvi. millibus medimnum: idque in tabula retulit: reliquum autem, uſque ad xc. millia, quod Apronio datum eſt, ipſe ad ſe tranſtulit: plus igitur lucratus eſt Verres, quam populo Romano datum: ex tribus enim decumis duas ille habuit, populus unam.

Quanti decumæ venierant) Apronio; venierunt enim xxxvi. millibus medimnum: quæ ccxvi. millia modium ſunt: hæc ſi deducantur a Verris lucro, quia decumæ nomine ad populum Romanum pertinent, ſuperſunt, quæ Verres lucrifacit, cccxxiv. millia: perſequitur Cicero hac ratione ſingula tritici lucra, quæ ad ipſum Verrem, præter populi Romani decumam, pervenerunt: ut expleat ſummam promiſſi ſui, quod dixerat velle ſe oſtendere, in unius agri Leontini decumis lucri feciſſe Apronium, id eſt ipſum Verrem, cd. millia modium.

CAPVT XLIX.

Totius ſummæ DXL. millium mod.) Medimnum xc. millium. Addidit autem Verres ad injuriam trium decumarum quinquageſimas tres: ut eſſent primum decumæ pro una tres, deinde totius ſummæ, id eſt dxl. millium modium, tres præterea quinquageſimæ, id eſt tritici modium xxxii. millia cd.

Sunt hæc jam) Tres decumæ cum tribus quinquageſimis.

Ad H-S.) Notam H-S, ut perſpicue mendoſam, delevi.

cccxl. millia) Sic in antiquis libris, ſed mendoſe: nam ex tribus decumis, & earum tribus quinquageſimis colliguntur, quæ ad Verrem perveniant, ccclvi. millia cd. modii, deductis ccxvi. millibus, quæ ad populum Romanum decumæ nomine pertinebant.

Ad ſingula medimna multi H-S duo) Idem, ac ſi diceret, ad ſingula millia medimnum multi *H-S* duo millia; eodem enim ratio redit.

Multi H-S quinque) A duobus ad quinque violenta tranſgreſſio: itaque malim; tres: & apte quadrat, ut alii unum, alii duos, nonnulli tres ſeſtertios ad ſingula medimna dare cogerentur.

Ad H-S xc. millia) Vt compleatur ſumma promiſſi: nam ſi ad ccclvi. millia cd. modios accedant, *H-S* xc. millia, quæ pretium ſunt ſex millium

lium medimnum, æſtimato medimno quindecim ſeſtertiis; ſex vero millia medimnum, ſunt xxxvi. millia modium: fient omnino cccxcii. millia co. modii. quod a co. millibus, quæ lucri facta eſſe a Verre Cicero ſe velle oſtendere pollicitus eſt, parum diſtat.

Dimidio ipſe plus abſtulit) Non dicit dimidium ejus, quod populo Romano miſit, quod xviii. millia medimnum fuiſſet: neque alterum tantum, quod xxxvi. millia medimnum: ſed dimidio plus, id eſt, & alterum tantum, quantum illud fuit, quod populo Romano miſit, & dimidio amplius: quod totum eſt liv. millia medimnum, vel cccxxiv. millia modium: tantum enim lucrifecit Verres in tribus decumis; quod jam dictum eſt in eo loco: Deductis tritici modium ccxxvi. millibus, quanti decumæ venierunt, reliqua tritici cccxxiv. millia. Loquitur igitur Cicero non de toto Verris lucro, quod co. millia modium fuiſſe dixit; verum de eo tantum, quod trium decumarum nomine fecit ex agro Leontino: nam ad decumas ternæ præterea quinquageſimæ, & ad quinquageſimas accedebant in ſingula medimna ſinguli ſaltem nummi: quorum hic ratio non habetur: nam ſi haberetur, verius erat, duplo plus, quam dimidio plus.

Si, ut lex eſſet libido tua parvo) Cum videam ſubjungi, *parvo* vendidiſti, offendor iteratione ejuſdem verbi: nam particula, *ſi*, ter hic repetita, varietatem in pretio decumarum ſingulis locis requirit: accedit alterum vitium, quod tertio loco, *ſi*, repetita nihil affert, quod a Verris libidine non pendeat: at libidinis proxime facta mentio eſt: itaque, quod ſequitur, ad reprehenſionem Verris nihil addit; venit igitur in mentem ſuſpicari, hoc totum ita conjungi debere: *Si, ut lex eſſet libido tua, ut, quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur, parvo vendidiſti*: ita & abſurda illa, minime Ciceronis ingenio digna, repetitio verbi, *parvo* tolletur: & diſtractæ ejus ſententiæ partes componentur; quorſum enim exactæ pro decumis dimidiæ, niſi ad libidinem, ſpectant? cur igitur, quaſi diverſum aliquid, ſeparatim ponantur? Sententia vero hæc eſt: Si de exigendis non decumis, ſed dimidiis pro tua libidine cogitaſti: multo pluris vendere potuiſti; nam ut uno utamur exemplo, ex agro Leontino, cujus agri profeſſio eſt ad jugerum xxx. millia, ſi dena medimna ex jugero percipiuntur, univerſa ſumma fit ccc. millia medimnum: quorum dimidiæ ſunt, cl. millia, multo ſcilicet plus, quam xxxvi. millia, quanti decumas ejus agri vendidiſti; ita neque legi, quia magno, neque libidini tuæ, quia parvo venditæ decumæ ſatisfactum a te eſt.

Fructus annui Siciliæ) Non omnes fructus, ſed omnium fructuum dimidiæ: nam etſi omnium agrorum decumæ pluris a te quam lege liceat, minus tamen, quam hortari videbatur libido tua, venierunt. Dicit autem, Fructus annui Siciliæ, ab agro Leontino ad omnes Siciliæ agros oratione traducta; ut oſtendat, non unius agri Leontini, ſed Siciliæ totius decumas pluris, quam lex permitteret, a Verre veniſſe.

Si id te ſenatus, aut populus Romanus facere voluiſſet) Hoc addit, ne Verrem, quia dimidias non vendiderit, accuſare videatur. Numquam, inquit, ſenatus, aut populus Romanus de dimidiis tibi mandaſſet, ſicuti de decumis, legitimis tamen, mandavit.

Etenim ſæpe decumæ tanti venierunt) Redit ad decumas, dimidiis omiſſis. Quid gloriaris Verres, magno a te venditas eſſe decumas? tantidem alii quoque ſæpe vendiderunt, nec tamen, ut tu, contra legem Hieronicam. Hic mihi ſcrupulus, & quædam injicitur dubitatio. Qui enim lege Hieronica decumas magno vendere Norbano, aliiſque licuit, Verri autem eadem lege tantidem non licuit? quod ei Cicero objecit iis verbis: *Si ex lege, magno*: & hic, ſubjungens, *lege Verrea*: quaſi iniqua, & Hieronicæ diſſimili. Nimirum, ut eximatur ſcrupulus, ita credendum eſt, Verrem, etſi non dena medimna in jugero naſcerentur, quod accidere ſolitum, ubi ſationem dii omnes adjuvarent, Cicero dixit, ad eam tamen rationem decumas triennio vendidiſſe, ut medimnorum numerus jugerum numerum æquaret: quaſi perpetuum eſſet, quod

quod perquam raro contingeret: cum lex Hieronica medimnum ex jugero, decumæ nomine, iis dumtaxat concederet, cum dena medimna arator ex jugero caperet: ubi vero minus, decuma minuebatur, id eſt medimno minor erat. Norbanus autem, & alii, qui tanti decumas jure vendiderunt, quanti Verres injuſte, per legem Hieronicam id facere potuerunt, in maxima agrorum ubertate, denis medimnis ex jugero perceptis.

Lege Verres) Quaſi Verres non ad legem Hieronicam, ſed ad ſuam libidinem, veluti legem quamdam, in vendendis decumis reſpexerit.

Atque tum neque judicium) Quæ recte fecit Verres, non ſolus, neque primus fecit; nam & Norbanus, & alii, meſſe optima, tanti decumas vendiderant; idem ſolus multa facit improbe, ut cum judicium de modo jugerum dedit, cum recuperatores e ſua cohorte: & quæ infra narrantur.

CAPVT L.

Iam iſte) Novum Verris lucrum addit ad ſuperiora: quod ubi alicujus agri decumam venderet, a ſingulis decumanis, prætor decumani, bina, vel terna millia nummum ſibi exigeret: quo nomine H-S fortaſſe n. millia per triennium fecit. Erant enim Siciliæ populi, Plinio teſte, LXXII. totidem igitur eorum decumæ, pro quibus ſingulis ſi bina millia nummum exigantur, triennio fient CDXXXII. millia nummum. eoque amplius, quod a nonnullis decumanis non bina, ſed terna millia nummum acceſſionis exigeret: decumani porro totum illud a miſeris aratoribus exprimebant.

Neque eam pecuniam retulit) In ærarium: non enim populo, ſed ſibi exigebat.

Parvum crimen) Quia minimum hoc lucrum, ſi cum decumis illis, & quinquageſimis, & nummorum pro ſingulis medimnis acceſſione conferatur.

CAPVT LI.

Subſcribitur) Eodem verbo uſus eſt ſupra: Iugerum ſubſcriptio, ac profeſſio.

Agri Muticenſis?) Mutyenſis, rectius, ut ſupra.

CAPVT LIII.

Deterruit) Ne Romam venirent ad teſtimonium dicendum.

An amicum lædendi eſſe cupidum?) Quod certe nemo dicit; amicum enim lædere nemo cupit.

CAPVT LIV.

Bis) Euno primum, deinde Athenione ducibus. Eunum P. Pupilius; Athenionem M. Aquilius devicit.

Prætoribus) Proconſulibus Rupilio & Aquilio: ſed, prætoribus, idem valet.

Aratores reliquos non colligebant) Quia non diffugerunt iis prætoribus, ut prætore Verre.

Supplicaret) Vt ſupplicavit Metellus.

Præſens oraret) Vt idem Metellus.

CAPVT LVII.

Quod ex judicio te ulla Salus ſervare poſſet?) Imitatus eſt Terentium, qui dixit in Ad.

> Ipſa ſi cupiat Salus
> Servare prorſus non poteſt hanc familiam.

Quo ſpectat illud etiam pro Fonteio: Salus ipſa virorum fortium innocentiam tueri non poteſt.

Contra inſtitute legis) Hieronicæ; vel lege, quod magis probo, Contra inſtituta, leges.

Sponſione laceſſivit) Promiſſa certa pecuniæ ſolutione, ſi cauſa caderet.

Ni Apronius dictitaret) Similia ſponſionis exempla ſæpe occurrunt, ut in Piſonem, in ep. ad Trebatium, in Valerio Max.

CAPVT LVIII.

Exiſtimationi hominum) Eorum, qui aderant, Siculorum; non enim placet, populi Romani: quod aliis videtur eſſe rectius, quam, hominum. Infra quoque: Exſpectant, inquit, omnes, quantæ tibi ea res curæ ſit, quemadmodum hominum exiſtimationi te, atque innocentiam tuam probari velis.

Ante

Ante tibi ſatisfacere) Ante tibi purgatum eſſe, quam tu purgatus eſſes omnibus: nota verbi ſignificatio unde *ſati ſfactionem accipere*.

Quæſtores, legatos, præfectos ſuos, tribunos) Ordinem ſervavit: nam quæſtor legato, legatus præfecto, præfectus tribuno uul. honore antecellit.

Animam) Spiritum; ſupra: *Odor Apronii teterrimus oris*.

Non profecto) Miror ſublatam eſſe particulam, *non*: cum eam ſententia non modo poſtulet, verum etiam flagitet; dicit enim Cicero, non eſſe Apronium a Verre ne verbo quidem graviore appellatum: quod futurum non fuiſſet, niſi Verres notam eſſe rem omnibus, & manifeſtam videret: Non profecto commiſiſſes, inquit, ut eum ne verbo quidem graviore appellares, neque tanti apud te nefaria illa ſocietas fuiſſet, niſi rem ita notam omnibus videres, ut infamiam a te in Apronium avertere nulla ratione poſſes.

Neque apud te) Patet ſenſus: cur igitur, *atque*, pro, *neque*, reponatur? quod alii probarunt.

Societatis) Furtorum, ac prædarum.

Videres) Dixit affirmans, non interrogans.

CAPUT LIX.

Circumdati cancelli) Impoſita neceſſitas; cogitur enim, cui cancelli circumdantur.

Tantis cervicibus.) Tam forti animo.

Qui illam ſuſpicionem levare, abs ſe removere cuperet) Ironia.

CAPUT LX.

Cognitore tuo) Qui te optime noſſet, cuique credi oporteret, ſocium te ſibi in decumis eſſe dictitanti.

Ni ſocium tibi) Supra, bis: *Te ſibi*: quod magis placet.

Caſſianum) Severiſſimum; a L. Caſſio, qui ſcopulus reorum vocabatur, quærendumque dicebat, *cui bono*, Caſſiani judices dicti, quaſi Caſſio ſimiles; pro Roſcio Amer. Act. 1. pro Milone. Phil. 2.

Papirium Potamonem) Scribam, & familiarem Cæcilii, qui Verris quæſtor fuit: nominatur in Divin.

Hominem ſeverum) Minime ſeverum, cum ſit de cohorte Verris.

Iniquum ejurare) Ut iniquum recuſare. Phil. XII. *Sic me iniquum ejerabunt*. Et lib. II. de Orat. *Ejero*, inquit, *iniquus eſt*.

Apud tres negotiatores) Quos de conventu judices eſſe noluit. Tres autem recuperatores erant.

Metum) Senſus eſt: Tres de conventu judices putavit ſevere judicaturos, nullo metu prætoris: itaque negavit de ſua exiſtimatione ſe eis eſſe commiſſurum: qui igitur apud tres negotiatores metum non valere judicavit, is nunc apud lectiſſimos ſenatores judices valere pecuniam putat?

Artemidorum) Medicum Verris, de quo ſupra.

Sponſionem acceptam facere?) *Facere*, pro perſequi Quod, inquit, non facis: in quo tollis exſpectatum exiſtimationis tuæ judicium: quia ſcire homines cupiebant, quid de tua exiſtimatione decerneretur. Hoc igitur eſt, in quo primum peccas, quod Scandilium non cogis litem perſequi: alterum, quod Apronio non permittis, ut, quos velit, de tua cohorte recuperatores ſumat.

Impudenter tollis exſpectatum exiſtimationis tuæ judicium) Lego ſine interrogandi nota, hoc ſenſu: Judicium fieri non vis in ea re, in qua homines, quid de tua exiſtimatione decerneretur, exſpectabant.

Non facis) Non cogis acceptam ſponſionem facere Scandilium.

Apronio permittis) An hoc facis? ne hoc quidem.

Uni) Apronio.

Ex iniquis) E cohorte Verris.

Utriſque) Scandilio, & Apronio.

Ex æquis) E conventu.

Rejiciendi) Potuiſſet enim uterque, ſi quem de conventu recuperatorem non probaſſet, eum rejicere.

Quinque millia nummum) Quibus Scandilius ſponſionem fecerat, ni Apronius dictitaret, ſocium ſibi Verrem eſſe in decumis.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXI.

Ob ſingularem improbitatem, atque audaciam) Quaſi Scandilii ſingularis improbitas, & audacia in laceſſendo ſponſione illa Apronio fuiſſet.

Hoc decerneres) Quod in Scandilium decreviſti.

Tu de te proferres) Te Apronio ſocium eſſe in decumis. Idem fuit, & huc decernere; & de te ipſo, quod Apronius diſtitabat, proferre.

Quem hominem) Apronium.

Si quis pudor) Verbis illius exiſtimatione tua læſa: quod pudor tuus ferre non debuit.

Si quis metus) Legum, ac judiciorum.

Domeſticum, ac vernaculum) Dominatum, ut vernæ ſervi naſcuntur.

Iam) Hoc tempore.

· CAPVT LXII.

Sponſiones) Rubri, & Scandilii.

At qui amici) Hoc cum dolore pronunciat; quod ejus amici, qui ea diſtitent, quæ univerſum ordinem ſenatorium in invidiam adducant, ſenatores ipſi ſint; ideo ſubjungit: *O miſerum atque invidioſum, offenſumque paucorum culpa, atque indignitate ordinem ſenatorium*. Erat igitur ſenator Alba Æmilius, qui proxime nominatur, qui ſcilicet illa diſtitabat.

Ad tuam veniam conditionem) Dixiſti: *Niſi ita res manifeſta erit allata, ut reſponderi nihil poſſit, vicimus*. At ego ita rem afferam maoifeſtam, ut reſponderi nihil poſſit.

Litteras manifeſtas quæris) Mire placet, quod hic alii excogitarunt: *Auctoritates, teſtimonia, litteras, res manifeſtas quæris*.

Exiſtimari vult) Ita turpiter vivit, ut, ſi ſcurra exiſtimetur, honori ſibi ducat; at eum ſcurræ ſuo dignum nomine non putant, gladiatorem vocant: quod multo eſt ignominioſius.

CAPVT LXIII.

Lege) Verrea, ipſius libidine: hæc enim ei lex fuit; ſupra: *Quis hoc non ex eo ſtatim judicavit, quod oſtendi iſtum decumas nova lege, atque adeo nulla lege, contra omnium conſuetudinem, atque inſtituta vendidiſſe?*

Decumam quam maximam) Venire medimnis quamplurimis; nam quo pluris venierint, eo plus aratori relinquitur.

Qui plurimum efficit) Etſi hoc & apertum eſt, & Latinum videtur: malim tamen, *efficit*: ut ſupra quoque ſimili loco.

Amator) Cum vitio, & obſcenæ conſuetudinis nota; alibi tamen ſine vitio, ſed per jocum, ut in epiſt. ad Pætum: *S. C. ſcribuntur apud amatorem tuum*.

CAPVT LXIV.

Ne res abiret ab Apronio) Ne Apronius excluderetur. Sic lib. I. *Si res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe*.

Tu commotus non eſſes) Infinitum Verris lucrum oſtendit. Nam ſi lucrum hoc ad te non pertiniſſet, dediſſet illud Miooeius Apronio, ſi modo accipere voluiſſet; verum nec Apronio dedit, quia, cum tuus eſſet ſocius, voluiſti illum decumas redimere, non Minucium: quo majorem quæſtum faceres, quam erant illa xxx. millia modium.

Per eum) Per Apronium.

Cui quidvis licitum ſit) Cum ei plus etiam multo abs te permitteretur, quam quod edixeras.

Tantum lucri) xxx. millia modium.

Idem non liceret) Idem quod Apronio; nam illo lucro xxx. millium modium, quod Minucius dabat, cum pluris emeret decumas, quam Apronius, ideo contentus non fuiſti, quia majorem quæſtum, Apronio decumano, cogitabas.

Defendere) Probare; quod, ut arbitror, non probabis. Cupio enim dixit, quia fore non credit, ut probet.

CAPVT LXV.

Pancheſto) Quod medetur omnibus morbis, ut panace herba. Pecuniam ſignificari conſtat: qua Verres uteretur ad omnia.

Edu-

Eductus eſt) In jus.

Abſtuliſſet) Ab aratoribus.

Formulam Octavianam) Octavio Prætore inſtitutam.

Habueret) Servaverat.

Hominum non ingratorum) Qui, pecunia a Verre accepta, ingrati eſſe nolebant.

Homo noſtri ordinis) Animadvertenda ſunt hæc; non impetrat ſenator: non impetrat a ſuo familiariſſimo; non impetrat ex edicto.

Homini amico) Verri.

Neceſſario) Cognato lib. II. *Repente cœpit dicere, ſe omnia Verris cauſa velle, ſibi cum eo amicitiam, cognationemque eſſe.*

CAPUT LXVI.

Quod adſcripſit, accenſus) Timarchidem irridet, quod adſcripſerit, *accenſus*, quaſi honoris cauſa; quemadmodum, qui ſcribæ erant, addebant, *ſcribe*: ut, *L. Papirius ſcriba*; qui de cohorte Verris erat, & inter recuperatores dabatur, ſi qua res major ageretur: ut paullo ante dictum eſt; cognomen ei fuit Potamoni: ſcriba, & familiaris Cæcilii vocatur in Divin.

Commune accenſorum, lictorum, viatorum) Ut, qui eſt accenſus, adſcribat, accenſus; qui lictor, lictor; qui viator, viator: &, quod licet ſcribis, idem omnibus liceat apparitoribus.

Cedo, concide) Omnia effice, nihil omitte, ut habeas eum in tua poteſtate.

CAPUT LXVII.

In fuga) Cum decederet una cum Verre, patrono ſuo.

Præcipit) Malim, *præcepit*: cum de patrono ſuo Verre, qui jam deceſſerat, loquatur.

Te poſtulante) Apud prætorem.

Omnes) Pro quibus poſtulas.

Inculcatum eſt) Perſuaſum, quaſi per vim: ut in Vatinium: *Inculcaſti, ut C. Piſonem nominares.*

Si dii volent) Precantis eſt, non dubitantis, ut in Plauti Capt. *Extrixam ego hunc, ſi dii volunt.* Et in Pœn. *Collibertus meus faxo eris, ſi dii volent.* Simile illud in Capt. *Efficiam tamen id, ſi dii adjuvant.*

CAPUT LXVIII.

Inſinuet) Addendum, *ſe*, qui putant, hujus verbi conſuetudinem obſervaſſe parum videntur; uno contenti erimus exemplo ex ep. ad Nigidium; *In ipſius conſuetudinem inſinuabo.*

Scribas, accenſoſque) Non igitur ſcriba Vulteius erat, ſed fortaſſe legatus, aut quæſtor.

Incauto) Qui facile deciperet, qui caveri propter aſtutiam non facile poſſet.

C. Lælii) Qui Sapiens dictus eſt; poſterior autem ſignificatur, Africani minoris familiariſſimus; nam fuit alter, Africani majoris item amiciſſimus.

M. Catonis) Cenſorii, qui & ipſe Sapiens eſt appellatus.

Materiem) Præſtantis naturæ vim, quæ, ſi accedat diſciplina, mirabiles fructus effert.

Indolem) Non modo in pueris aut adoleſcentulis eſſe dicitur, ſed in viris quoque, ut hic, & pro Cœlio: *Si quis hoc robore animi, atque hac indole virtutis, ac continentiæ fuit.*

Id quod turpiſſimum eſt) Videri eum patri ſuo ſimilem.

CAPUT LXIX.

Furis, ac diviſoris) Patris tui; Act. I.

Quid iſto feſtivius) Iſto tuo filio. Feſtivi dicuntur pueri, id eſt amabiles: ut in ep. ad Torquatum: *Præſertim ab iis pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtivius.*

Facile paterer) Non enim ab eo mihi timerem, ut a bono, fortique.

Quam Verri defuit) Verri non defuit accuſator: mihi ſimiliter non deerit, ſi qua in re Verri ſimilis fuero.

Neque deeſſe nocenti) Nocentes enim accuſabuntur.

Neque obeſſe innocenti) Innocentes enim abſolventur.

Haud ſcio an fieri poſſit) Fieri fortaſſe poteſt ob cuſtodiam amicorum;

quamquam vereor, ne ambigue Cicero ſit locutus, & cum infamia potius, quam cum laude pueri Verris: cum dicat, ſectabuntur: & ſubjungat: *Quoniam pater tam negligens, ac diſſolutus eſt*.

Crimen decumarum) Quid, ſi *decumanum*? ut ſupra.

CAPVT LXX.

Certarum) Quot primæ fuiſſent.

Diſtributum) Imperatum.

Duodetricies) Si tota modiorum ſumma eſt, DCCC. millia; ſinguli autem modii quaternis ſeſtertiis æſtimantur: ſubducta ratione patet, legendum, *bis & tricies*, id eſt, ſcutatorum XCVI. millia.

Ferme) Quia certus decumarum numerus numquam erat.

Nonagies) Scutatorum CCLXX millia.

Ex ærario inopi, atque anguſto) Scripſi olim, quod hic non gravabor iterare, tria Romæ æraria fuiſſe, unum, quo vectigalia, tributa, & ex aſſiduis bellis collecta præda conferebatur, & ea eodem, quidquid ad ſumtus bellicos, aliaſve res temporum ratio poſtularet, depromebatur; exhauſtum ante civile bellum Cæſarianum, non hic modo Cicero ſignificat, & infra, cum ait: *Si poteſt iſta pecunia ſine aratorum injuria detrahi, populus Romanus habeat, præſertim in tantis ærarii anguſtiis*: ſed etiam in Orat. de Prov. *Quibus quidem vos*, inquit, *in his anguſtiis ærarii tamen ſubveniatis neceſſe eſt*. Itaque miror Lucanum exiſtimaſſe, apertum non eſſe ante Cæſaris dominationem; inquit,

Conditus imo
Eruitur templo, multis intactus ab annis,
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi, &c.

Nam, ut omittam Ciceronem, qui anguſtias hujus ærarii ſæpe nominat: ſi gaza Macedonica, a Paullo in ærarium invecta, populum Romanum diuturni tributi penſione liberavit, quod idem Cicero lib. II. Offic. tradidit: neceſſe videtur, ex ea præda tantum ſumi, & in ſumtus erogari ſolitum eſſe, quantum antea populus Romanus tributi nomine pendere conſueverat; alioqui non tria, ſed quatuor æraria fuiſſent. Alterum erat ærarium ex auro viceſimario, de manumiſſorum viceſima lege Manlia collecto; quod aperiri niſi extremis caſibus non licebat: ideo ſanctius appellabatur, auctore Cicerone lib. VII. ad Attic. & Cæſare lib. I. Bell. Civ. Tertium erat ex præda Gallica: ex quo, niſi Gallici belli metus urgeret, promi nihil poterat. Cæſar tamen victor omnem ex eo pecuniam, quaſi remp. ipſe Gallici belli metu liberaſſet, ad ſe tranſtulit; ut apud Appianum ſcriptum eſt.

Binis centeſimis) Menſtruis; quæ ſunt pro centenis XXIV. in anno.

Commodum fuit) Libuit, ut lib. I. *De capite, quantum commodi fuerit, frumenti decumani detraxerit*.

CAPVT LXXI.

Tu, mi) Quæro verbum, unde, *tu*, regatur.

P. Vettia) Repoſui, L. cum & paullo poſt ſequatur, L. Vettii: & P. prænomen fratris ejus fuerit, qui Verris quæſtor fuit, & lib. V. nominatur.

Qui iſti ita amicus, & neceſſarius eſt) Neceſſarius, ob affinitatem: quia ſororem ejus in matrimonio Verres habebat. Sed hic eſt luculenta figura, pro teſte contra reum: ut Vettii teſtimonio neutram ob cauſam, aut quod amicus neceſſariuſque ſit Verris, aut quod ejuſdem inimicus, fides abrogetur; facit enim probitas Vettii; ut ei, quæcumque dicat, credenda ſint omnia: facit improbitas Verris, ut, quæcumque in eum dicantur, neque ficta, neque ab inimico dicta videantur. Eamdem venuſtatem habet, & in ſimili genere verſatur, id, quod in Quintiana ſcriptum eſt de Roſcio Comœdo: *Cum artifex ejuſmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur: tum vir ejuſmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat*. Et pro Cæcina de Gallo juriſconſulto: *Qui ita juſtus, & bonus vir eſt, ut natura, non diſciplina, conſultus eſſe videatur; ita peritus, ac prudens, ut ex jure civili non ſcientia ſolum quædam,*

Digitized by Google

dam , verum etiam bonitas nata eſſe videatur .

Grave videretur) Magni ponderis : quia non habuiſſet rationem amicitiæ .

Eius teſtimonio credi oporteret) Propter bonitatem .

Magiſter ſcripturæ) Vettius , non Carpinatius

Et ſoc) Alii ex antiquo libro , *& ſocietatis* ; quod probo .

Tui quæſtoris) Lib. V. nominatur . Sex autem quæſtores triennio in Sicilia Verres habuit , binis in ſingulos annos mutatis .

Appellanda?) Deeſt , *Suo teſtimonio patefacit* : aut aliquid ſimile .

CAPVT LXXII.

Scribæ) Societatis .

Ab ſe) Ab ſocietate , qui operam navabant .

Vſura ſæpe juviſſet) Cum eis utendam pecuniam ſine fœnore relinqueret ; vel dic , uſura minima : cum Verres binas centeſimas voluerit .

Pro uſuris) Vſurarum nomine . Dixit autem numero multitudinis , quia Verres unis centeſimis , quæ graviſſima erat omnium uſurarum , contentus non fuerat , ſed binas exegerat .

Annos ſingulos) Malim , *annis ſingulis* .

CAPVT LXXIII.

Nummos abſtulit) Ab Haleſinis .

Quanti erat) Quanti æſtimabatur .

Cauſam) Curam , negotium .

Fratrique meo) Patrueli , L. Tullio .

Gratias ageret) Quod in Siciliam ad colligenda Verris crimina profecti eſſemus .

Decumarum nomine) De quo frumento , quantum de imperato debebat , Romam miſit : imperati pretium apud ſe retinuit .

Poſco eationes) Publicas Haleſinorum .

Litteras) Id quod ſcriptum erat in rationibus . Sic enim hic , *litteras* , interpretor , ut paullo poſt , *ex litteris publicis* .

CAPVT LXXIV.

Progredi iſte non poſſet) Commovere ſe non poſſet , teneretur .

Peculiarem) Tuam propriam : ut ſupra , *peculiare edictum* .

Mancipes) Publicani , qui publica ſuo quæſtu , ſuoque periculo emunt .

CAPVT LXXV.

Lex Terentia) Lex Terentia , & Caſſia , quæ nominatur lib. I.

Ex litteris publicis civitatum) Rationibus populorum ; quod infra dicit .

Non interpoſitis , neque perturbatis) Vt interpoſitæ ſunt , & perturbatæ rationes Verris : quod fraudis judicium erat .

CAPVT LXXVI.

Columen familiæ veſtræ) Terent. in Phorm.

Premit fauces) Vt loqui pro te non poſſit .

Annulo aureo ſuo) Quo utebatur ad obſignandas tabulas : ut mutire jam Verri , & ex mancipibus defenſionem arripere non liceret . De hoc annulo lib. I. in extremo .

Quem tu his rebus invenit) Quo tu eum in concione donaſti propter hujuſmodi flagitia . De hoc annulo infra pluribus verbis .

Tenetur) Arguitur , & convincitur .

Quæſtori) Cn. Carbonis conſulis ; lib. I.

Conſulem) Ipſum Carbonem .

In illa caligine ac tenebris) Bellum civile Marianum ſignificat , quod , poſt obitum Marii , & Cinna , & Carbo , ejuſdem factionis duces , perſecuti ſunt . Apte : *Latuit in caligine , ac tenebris* .

Occupaverat) Non refero ad tenebras (nam legendum eſſet *occupaverant*) ſed ad caliginem , propter pronomen , *illa* , quod ad ſe verbum attrahere videtur .

Hereditariam quæſturam) Malleolo quæſtore mortuo . Hereditariam vocat , quod eam ut hereditatem quamdam accepit , in qua lucri plurimum faceret . Lib. I. *C. Malleolo , quæſtore*

Cn. Dolabellæ occiſo, duas ſibi hereditates veniſſe arbitratus eſt, unam quæſtoriæ procurationis, alteram tutelæ.

Permiſcuit) Itaque ſucta Verris Dolabellæ ſunt æſtimata.

Pecunia) De publico, ad emendum ſrumentum.

Prætoris) Siciliæ.

Ligurientem) Carpendo comedentem.

CAPVT LXXVIII.

Pro ſpectatione, & collybo) Spectatio eſt, cum ſpectatur petitis, & probatur pecunia: collybus, cum in aliud monetæ genes permutatur.

Neſcio quo cerario) Quod in ceram erogatum eſſet: ceram autem fortaſſe tabularum, in quas relata pecunia eſſet illa; ſtilo enim ſcribebatur in ceratis tabulis.

Grauis tertium deductionis) Pecunia ſcribæ data pro labore, operaque ſua.

Tuus apparitor) Scribæ igitur apparitores.

Conductus) Vt operam tibi navaret in rationibus publicis.

CAPVT LXXIX.

Certiores facti) Arstores.

Petiverunt) Pecuniam.

Fiſcum) In quo pecunis erat. Act. 3. *Fiſcos complures cum pecunia Siciliensi a quodam ſenatore ad equitem Romanum eſſe translatos.*

Nepotum) Qui bona temere diſſipant.

Scenicorum) Spectantium ſcenicos ludos.

Corollariis) Muneribus.

Cum decuriam emerunt) Decuriam ſcribarum.

Ex primo ordine exploſorum) Hiſtriones, cum eorum actio, aut pronunciatio non probatur, exſibilantur & exploduntur; in iis videtur fuiſſe ſcriba Verris, ante quam decuriam emeret. Primus ordo exploſorum deterrimos ſignificat hiſtriones, in quo feſtive Cicero, cum videatur laudare, dicens, *primus ordo*, vituperat; ſubjungens, *exploſorum*.

In ſecundum ordinem civitatis) Equeſtrem: nam primus erat ſenatorius.

Veniſſe) Non, quod jam veniſſent, ſed quod veniſſe ſibi viderentur, quandoquidem decuriam emiſſent, unde in equeſtrem ordinem adſcendi ſolerét.

Dicunt) Gloriantur.

Tecum diſceptatores) Qui de hoc tecum crimine, id eſt de binis quinquageſimis, tecum diſceptabunt, negantes eas a bonis ſcribis poſtulari, ac ne cogitari quidem ſolitas.

Iſtos) Qui, nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis, decurias emunt: quod fecit ſcriba tuus.

Scribas eſſe moleſte ferunt) Vt indignos ordine ſecundo civitatis.

In eo ordine) Senatorio.

Quo cuivis licet pretio pervenire) Licet enim cuivis emta aliqua decuria, in ſcribarum ordinem pervenire.

CAPVT LXXX.

H-S terdecies) Inſignis menda: quod facile probabo. Loquitur hic Cicero de tritico decumano emto, non de imperato, quod ipſum quoque emebatur, & decumanum quidem ternis *H-S* in ſingulos modios, imperatum quaternis. Loqui autem eum de decumano, inde conjicio, quod paullo ante dixit: *Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fiebant*: videamus igitur, binæ quinquageſimæ, decumani frumenti, ſcribæ nomine deductæ, quo numero ſint. Imperati tritici DCCC. millia modium, decumani ferme ad nonagies, Cicero ſupra dixit; de nonagies igitur centenis millibus modium, ſi binæ quinquageſimæ, id eſt, quatuor centeſimæ deducantur, erunt omnino quinquageſimæ, CCCLX. millia: pretio autem in ſingulos modios conſtituto ſeſtertiis ternis, erunt *H-S* decies LXXX. millia, id eſt, ſcutatorum XXVII. millia cn. Quæ ſi a nobis recte ſubducta ratio eſt; legendum & hic, & infra conſtat, *H-S* decies LXXX. millia.

C. Catoni) Qui Siciliæ præfuit, &, cum *H-S* tantum XVIII. millia, id eſt ſcutatos DX. contra leges cepiſſet, de repetundis damnatus eſt. Nepos fuit M. Catonis Cenſorii, & L. Æmilii Paulli, Africani minoris ſororis filius: lib. IV.

Quid hæc ſibi) Ideo eos donaſti, ne teſti-

teſtimonium contra te dicerent.

Vt eſſet, unde ſcribæ tuo) Vt equeſtris ordinis eſſe poſſet; cenſus enim equeſtris, H-S CD. millia, id eſt, ſcutatorum XTTT. millia: unde Horatius: *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, plebs eris*. Eo cenſu qui carebat, annuli aurei geſtandi jus non habebat: ita nec eques Romanus eſſe poterat: propterea dixit Plinius: *Annoli aurei diſtinxere equitem a plebe*. Et Verres, antequam eo annulo ſcribam donaret; eum locupletavit: ut equeſtri cenſu eſſet. Dicit igitur Cicero: *Qui ipſi annulos aureos poſuerant, liberiſque ſuis detraxerant, ut eſſet unde ſcribæ tuus hoc tuom munus, ac beneficium tueretur?* Et infra: *Ob hasce res, quoniam te locopletavi, hoc annulo aureo dono*.

Tueretur?) Annuli enim aurei, & equeſtris ordinis, cenſu equeſtri imminuto, jus amitteret: in ep. ad Dolabellam: *Res familiaris alteri eorum valde exigua eſt, alteri vix equeſtris*. Docere videtur hic locus, qui annulo aureo donaretur, adeptum eſſe locum inter equites Romanos licet a cenſoribus nondum lectus eſſet.

Quoniam te locupletavi) Vt annulo aureo uti poſſis.

Iſtum virum) Scribam tuum non oſtendit eſſe virum, cujus tibi in prælio, in bello, in re militari cognita virtus, perſpectaque ſit, ſed hominem locupletem eſſe declarat, & equeſtri eſſe cenſu, ut annulum ipſe ferre poſſis.

Virtutis) In bello perſpectæ.

Comitem pecuniæ) Cum enim jam eum locupletaſſes, annulum poſtea donaſti, ut eques Romanus, equeſtri cenſu jam a te inſtructus, eſſe poſſet.

CAPVT LXXXI.

Decumano frumento) Ordinario, non emto: erat enim & decumanum extraordinarium emtum.

Emto) Cujus duo genera, decumanum, & imperatum: ſupra.

Et vero eo magis) Ita correxi, exemplis adductus Latini ſermonis: cum antea legeretur, *te vero*. In ep. ad Plancum: *Qua quidem voluntate eſſe erga Atticum, ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi*. Ad Q. Frat. *Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & vero debuit*. Ad Attic. lib. XVI. *Qua quidem voluntate te eſſe erga Atticum, ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi*. Pro Mur. *Qui & per ſe, & per ſuos, & vero etiam per alienos defendatur*.

Numero ad ſummam tritici adjecto) Imperato frumenti majore numero, quam liceret; in quo primum Verris lucrum fuit: alterum in æſtimatione, a ternis H-S ad ternos denarios perducta.

Non ex æſtimatione) Poteſt enim Verres excuſare æſtimationem illam difficultate temporis, quod triticum ternis denariis valeret.

Ex coactione annonæ, atque æſtimationis) Hoc reprehendo, quod & numerum ad ſummam tritici adjeceris; & æſtimationem auxeris: ut pro ternis H-S ternos denarios a civitatibus exigeres. *Coactionem annonæ* vocavit id quod ad ordinariam tritici ſummam a Verre addebatur.

CAPVT LXXXII.

Accommodatione) Eodem verbo uſus eſt lib. I. de Invent. *Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inventionem accommodatio*. Et in ep. ad Memmium: *Peto a te, ut ei de habitatione accommodes*.

Et ita multi) Malim pro ſententia, *ſed ita multi*.

CAPVT LXXXIII.

Philomelo) Græci, φιλομήλιον: Latini, *Philomelum*: & ita in Ciceronis epiſtolis ubique legitur.

Video quid inter annonam intereſſe ſoleat) Video frumenti pretium non idem eſſe omnibus in locis; poteſt enim pluris eſſe Epheſi, quam Philomeli.

In Phrygia) Cujus regionis oppidum eſt Philomelum.

Aut ad emendum frumentum) Hoc quoque refertur ad, *expedire*.

Id quod ſummi juris eſt) Nihil potes difficilius imperare, quam ut mediterranei populi frumentum ad aquam portent.

Ne vectura quidem opus eſt) Quo enim quiſque vehere juſſus erit, ibi tantidem frumenti emet, quod magiſtratui det, quanti domi ſuæ vendidiſſet;

ſet ; verum totus hic quæſtus ex eo naſcitur, quia varia eſt annona, id eſt, quia frumento non ubique pretium unum eſt ; magiſtratus autem imperat, ut ibi frumentum accipiat, ubi eſt cariſſimum ; inde naſcitur æſtimatio, & pro frumento pecunia exigitur ; ita vectura non eſt opus.

Valet iſta ratio æſtimationis) Poteſt quiſque uti hac æſtimatione : ſi poteſt ibi quiſque frumentum accipere, ubi cariſſimum eſt.

CAPVT LXXXIV.

Iniquam in ſocios) Propter id, quod ſubjungitur : *Tu cum tibi ego*.

Quanti iſte æſtimavit) Sed cum nullo in loco ternis denariis fuerit, valet in te crimen.

Si mihi tecum) Tollitur controverſia, cum id probatur, quod objicitur: ego nihil objicio, quod non probem: ergo mihi non poteſt eſſe controverſia neque de annona, id eſt de numero ſummæ tritici a te adjecto, neque de æſtimatione, id eſt, de ternis denariis.

Quid ſoles) Cur non, ut perſpicue convictus, diſcedis?

L. Piſo) Cum Siciliæ præeſſet.

Solviſſes) Pro, ſolvere debebas : ſupra ſic locutus.

CAPVT LXXXV.

Conceſſerat) Donaverat in cellam tuam.

Benigne, ac liberaliter) Aliquid enim lucrabor : Aratoris verba.

Mihi frumento non opus eſt) Prætoris verba, ut ad pecuniam qua velit æſtimatione perveniat.

Non ſpectaveram) Affirmationem locus poſtulat, itaque pro, *non*, repono, *nam* ; quod eſt, certe : ut lib. I. *Nam mehercule*, inquit, *ſic agamus*. Et lib. II. *Nam hercule, inquit Minucius, me quoque Petilius, ut ſibi in conſilio adeſſem, rogavit*.

In ciſtam) Meam privatam, ex fiſco publico.

Octonos H-S) Qui ad ſingulos denarios, in ſingulos modios a ſenatu datos, adjecti, terni denarii erunt.

Duee voluit) Elegantius, *te*, ſubauditur ; quam, *dari*, legitur,

Quantum reliqui ſcriba fecerat) Cum ſub binis quinquageſimis.

Vltro) Nullo nomine, nulla cauſſa, pro Verris ipſius libidine.

CAPVT LXXXVI.

Cum fructus) Rectius, *quem*, ut in quibuſdam libris, *qui fructus*.

Illi quoque homines) Illi quoque aratores, qui vel in nummis, vel in urbanis prædiis habebant.

Decumas) Eas, quæ non emebantur.

Alteras) Eas, quæ emebantur, H-S ternis in modios ſingulos.

Dent emtum præterea) Imperatum, civitatibus æqualiter diſtributum: ſupra.

De cella loquor) De frumento, quod utendum prætori dabatur. Infra : *Data tibi pecunia, eſt, Verres, una, qua frumentum tibi emeres in cellam ; altera, qua frumentum emeres a civitatibus ; quod Romam mitteres*.

CAPVT LXXXVII.

Non ad æquitatis conditionem) Non quia ſit æqua conditio, ſed quia ſit hoc tolerabilius, frumentum in cellam gratis dare, quam illud, prætori in cellam vendere, cum æſtimatione a Verre inſtituta. Placeret magis, *Non ad æquitatem conditionis*.

Suæ partis) De ſuo, pro ſua parte, pro uo, quod ad ipſum attineret.

H-S IIX millia) Æſtimato modio H-S octonis.

Aſſequi) Vt pro ſingulis modiis H-S octonos magiſtratui det.

Certo fructu ſuo non potuit) Eo fructu, quem capere ſolitus eſt : mihi tamen, *Certe fructu ſuo non potuit*, magis arridet, quam opinionem adjuvat, quod ſubjungitur : *Vendiderit inſtrumentum, neceſſe eſſe*.

Hoc munus) Vt aratores pro frumento in cellam imperato H-S octonos magiſtratibus dent. Munus hic accipitur pro eo, quod aratores pendunt, ut paullo ante : *Hoc vobis eſt ſtatuendum, quid aratorem ipſum, arationis nomine, muneris in temp. fungi, ac ſuſtinere velitis*.

Nihil detraho) De hoc vectigali.

In uno genere ſolo frumenti) Ejus frumenti, quod in cellam imperatur.

Popu-

Populo Romano Sicilia decumas det) Implicata ſententia : non enim hæc verba cum ſequentibus apte conjunguntur; quanto planius hoc modo : *Populo Romano Sicilia decumas dat ; det pro ſingulis tritici modiis ternos denarios, ſibi habeat frumentum* .

Tibi datam pecuniam) A ſenatu, H-S quaternos in ſingulos modios.

Pecuniam permagnam tuo nomine aufers) Auſers ab aratoribus H-S octonos in ſingulos modios.

Tuo nomine) Quia nomine frumenti acceperas jam a ſenatu pecuniam : quam vero ab aratoribus auſers, tuo, non frumenti, nomine auſers.

Refer, quam accepiſti) Refer ad ærarium, quam tuo nomine accepiſti,

Ea res, quam ego dico) De frumento, quod ad populum Romanum pertinet, ſimiliter æſtimando.

Genere injuriæ, non magnitudine pecuniæ differant) Si differrent genere injuriæ, & æſtimatio iſta in tuo commodo æqua eſſet, in populi Romani commodo non item, recte diceres, quod in tuo frumento Sicilia tulit, id in publico laturam non eſſe. Sed injuriæ genere non differunt : iniqua tui frumenti æſtimatio fuit, iniqua eadem eſſet publici frumenti ; differunt autem pecuniæ magnitudine : quia tanto plus penderet Sicilia pro publico frumento, ſi ternis denariis æſtimaretur, quam pro tuo, quanto major eſt ejus frumenti numerus, quod ad populum Romanum pertinet, quam ejus, quod in cellam imperatur.

Iſtam ipſam cellam) Iſtam æſtimationem ejus frumenti, quod in cellam dare ſolent.

CAPUT LXXXVIII.

An comitatus exſilio quæritur ?) Hæc enim defenſio non adſequitur, ut Verres abſolvatur, ſed ne ſolus condemnetur, & ut exſilii ſui comites habeat.

In hac hominum libidine) Quam pœna minui, non augeri impunitate, oportet.

Fecerunt aliqui alia quam multa) Quæ facere non licebat, quorum exemplis in tuorum criminum defenſione non uteris.

In te ſingularia) Quorum ſimile nemo quidquam fecit.

Ut ego aſſentiar orationi) Ut fatear id verum eſſe, quod dicis, feciſſe alios.

CAPUT LXXXIX.

Liberi populi) Qui ſui juris ſunt, nullum nobis vectigal pendunt.

Quod reſtat) In poſterum.

CAPUT XC.

Africanos) Minorem ſignificat, non utrumque ; cum ſequatur, Catones, & Lælios : quod de poſteriore Lælio, minoris Africani amiciſſimo, qui & ipſe, tamquam Cato, ſapiens cognomine eſt honeſtatus, dictum volo : hos enim tres alibi quoque Cicero ſimul nominat, ut pro Murena, pro Archia.

Hos recentes) Subaudi, commemorabis.

Q. Scævolam) P. F. Pontificem max. quem juſſu Marii junioris prætor urbanus Damaſippus occidit : fuit alter Q. Scævola Q. F. augur, ætate major : qui non poteſt inter hos recentes ſignificari.

M. Scaurum) Principem ſenatus, patrem ejus, quem Cicero defendit.

Q. Metellum) Numidicum : hic enim, cum multi Q. Metelli fuerint, virtute, & rerum geſtarum gloria omnibus antecelluit : & idem nominatur.

Hominum exiſtimatio gravis habebatur) Cupiebat unuſquiſque, bene de ſe homines exiſtimare.

Aliquid exempli) Severi exempli.

P. Servilium) Iſauricum.

Q. Catulum) Filium proxime nominati.

Avum Q. Metellum) Avum maternum Metellum Numidicum : eſt enim in oratione poſt red. in ſen. Luculli Servilii, Scipiones, Metellarum liberi.

CAPUT XCI.

Cum eſſes proconſul) Qui tamen conſul non fuerat ; ſed proconſules quoque vocari ſolitos, qui poſt præturam

in provincias iviſſent, alibi copioſe oſtendimus.

De cella) Quod tu feciſti, ut nullas cellæ homine pecunias cogeres, idem ante fecerat Lepidus.

M. Antonii) Quem univerſæ oræ maritimæ infinito cum imperio præfuiſſe, ſupra diximus.

Vtrum mihi difficile eſt dicere) Modus loquendi, pro facile eſt & mihi dicere, & his exiſtimare.

Quam ſe poſſit defendere) Lego: *Quam, ſi poſſit, defendere*, hoc ſenſu: Tuetur ſuum factum Verres imitatione Antonii; at hoc illi pernicioſius eſt, quam dicere, ſe nulla umquam in re illi ſimilem fuiſſe: ſi modo hoc defendere, & probare poſſit: quod non poteſt; multis enim in rebus ejus improbitatem imitatus eſt.

Quid probarint) Vt ab iis recte factum.

Mors oppreſſit) Indicto Cretenſibus bello: de quo ſupra. Et: *Oppreſſit, ante quam, quod cogitabat, efficeret*.

Iudices) Nominandi caſu, non vocandi; judices enim appellat ſenatum, populumque Romanum; ut ſi dixiſſet: Quaſi ejus omnia facta, atque conſilia ſenatus, populuſque Romanus judicio ſuo comprobarint.

CAPVT XCII.

Arátorum commodo) Supra: *Hæc æſtimatio nata eſt initio non ex prætorum, aut conſulum, ſed ex aratorum, atque civitatum commodo*.

Ante novum) Antequam novum frumentum perciperetur.

Remiſſior) Ternos enim H-S. de ſingulis modios detraxit: nam terni denarii ſunt duodeni H-S.

Quam annona) Quam frumenti pretium in ſumma caritate.

Quos tu) Quæſtor. Inter quæſtorum provincias rei frumentariæ cura erat.

CAPVT XCIII.

Et iſtius innocentiam) Cum ironie: ut etiam, cum ſubjungit, auctoritate: quæ nulla erat; nam turpiſſime vixerat Antonius.

Sex. Peduceo) Cui quæſtor ipſe fuit.

Vberiora cibaria) Quia vel frumenti pretium, vel ipſum frumentum Peduceus a Siculis accepit: quo vendito, pecuniæ plus, quam in vilitate, colligit, quod C. Sentius quoque fecit.

CAPVT XCIV.

Non enim a nobis ſumma) Si Verrem abſolvitis hoc æſtimationis crimine, non putabunt homines, judicaſſe vos, licere ternis denariis æſtimare frumentum illud, quod in cellam imperetur; pluris autem non licere, ſed ipſam æſtimandi licentiam a vobis eſſe comprobatam arbitrabuntur: ut magiſtratui poſthac frumentum illud, Verris exemplo, pro libidine liceat æſtimare.

Eſt comprobatum) *Eſt* pro *erit*: utitur enim præſenti tempore, quo magis rem ſubjiciat oculis judicum, & a præſenti eos avertat infamia.

Neque hoc poteſtis judicare) Neque poteſtis injuriæ modum ſtatuere, & æſtimationem ternis denariis definire.

Ab annonæ ratione) Ab eo, quanti frumentum erit: e communi pretio.

Ab aratorum voluntate) Qui, quod licet, id fieri volunt, & frumentum, quanti licet, æſtimari.

CAPVT XCV.

Provinciam ſortitus es) Cretem; qua tamen collegæ conceſſa Q. Metello, inde Cretici cognomen adepto, in urbe manſit.

Condemnari poſſit) Habebit enim, quo ſuum factum defendat: pecuniam a ſe coactam dicet æſtimatione frumenti: quod licere jam ſit judicatum in cauſa Verris.

CAPVT XCVI.

Tamen ita dicit) Palam quidem in defendendo non dicit, ſed ita dicit, ut vos id ſuſpicari, & cogitare poſſitis.

Hoc) Abſolvi Verrem hoc æſtimationis crimine.

Ad commodum ſenatorium) Vt ſenatoribus idem liceat in provinciis, quod Verri licuit.

Eorum, qui judicent) Iudicabant adhuc ſenatores; nam legem de judi-

ciis

Digitized by Google

eiis inter tres ordines communicandis promulgaverat Cotta *prætor*, nondum pertulerat: de quo paullo poſt. Ad utilitatem autem judicum id pertinere videbatur, quia, cum eſſent ſenatores, & evenire facile poſſet, ut in provincias irent, non mediocre lucrum ex eadem æſtimandi licentia ſperare poſſent.

Aut cum legatione) Nam legatis quoque frumentum in cellam imperabatur: infra.

Illum prætorem) L. Aurelium Cottam.

Templum tenet) Templum Roſtra vocabantur, in quibus legem magiſtratus ferebant: quotidie autem prætor Cotta erat in Roſtris, ut legem de judiciis ferre poſſet. In Vatinium: *Judicem in Roſtris, in illo, inquam, augurato templo, ac loca collocaris.*

Qui temp. ſiſtere negat poſſe) *Stare*, malim, quam *ſiſtere*, ex conſuetudine Latini ſermonis.

Referentur) Non ut ſoli judicent, ſed ut cum ſenatoribus: id enim Aurelia lege ſancitum eſt.

CAPUT XCVII.

Minore periculo veſtro) Abſolvere enim ſine ſummo periculo veſtro non poteſtis eum reum, qui manifeſto in periculo tenetur, qui, quod commiſit, negare non poteſt.

Minore periculo provinciarum) Quia, ſi Verrem abſolvitis, cui ſuum delictum nulla ne falſa quidem ratione licet defendere, peccabunt ceteri multo impudentius maximo provinciarum damno. Vocem, *periculo*, ut otioſam, tollendam crederem.

Vobis) Iudices.

Si proſpicitis) Si me abſolvitis. Hæc enim dicuntur ex perſona Verris.

Eos homines) Senatores.

Qui ipſi legibus teneantur) Quibus non æque tenentur cives reliqui; ſolus enim ordo ſenatorius lege de repetundis, qua reus erat Verres, tenebatur.

Quantum commodum fuit) Quantum libuit: quo modo ſæpe jam interpretati ſumus.

CAPUT XCVIII.

Tollatis) Verre punito.

Annona) Id, quod ex aratione percipitur.

Male vendendum) Parvo pretio.

Si proceſſit) Si meſſis copioſa fuit.

Male perceptos fructus) Parum frumenti perceptum eſſe.

Si recte licet vendere) *Recte*, pro care; contrarium contrario retulit, quia dixerat, *male vendendum*. Et, *recte*, ex perſona aratoris, qui caritate potius in calamitate fructuum, quam vilitate gaudet in copia.

Novis inſtitutis) Non Hieronica lege.

Propter annonæ rationem) Quia neceſſariæ populo Romano ſint, quia ſic annona poſtulet, quia primæ non ſufficiant.

Imperentur) Pro quibus tamen pecunia ſolvitur, H S. terni in modios ſingulos: ut ſupra demonſtratum eſt.

Emitur præterea frumentum) Octingenta millia modium, H-S. quaternis in ſingulos.

Legatis) Propterea dixit ſupra: *Qui in provinciis cum poteſtate, aut cum legatione ſe futuros aliquando arbitrentur.*

Aut in ipſis fructibus ſolutum?) Quod dari non oporteat aut in primis decumis, aut in ſecundis, aut in frumento civitatibus æqualiter imperato, aut in eo, quod aratores in cellam magiſtratibus & legatis dare coguntur.

Deſerviunt) Siculi ita ſerviunt, ut nihil omittant: hæc enim vis eſt in verbo, *deſervire*.

Nova) A Verre primum inducta: quæ alii prætores, abſoluto Verre, imitabuntur.

Apronii dominationem) Quæ numquam deerit, ſceleribus impunitate propoſita.

Non pertulerunt) Arationes enim deſeruerunt, ſedes patrias reliquerunt, hæc ne perferrent, quæ pati non poterant.

Digitized by Google

PAVLLI MANVTII

COMMENTARIVS

IN

ORATIONEM IX.

Capvt I.

S*Tudium*) Honeſtum vocabulum flagitioſæ rei.

Morbum) Animi: quæ πάθη vocant Græci, lib. I. *Ille quoque, ſodalis iſtius, erat in hoc morbo, & cupiditate.*

Inſaniam) Non modo morbum, ſed morbum etiam ejuſmodi, qui ſimilitudinem habeat inſaniæ. Qui enim alicujus rei majore, quam deceat, cupiditate flagraret, inſanire dicebatur; ut infra: *Similis iſtius cupiditas, hoc etiam acrior, atque inſanior.* Et poſt; *Nonne vobis id egiſſe videtur, ut non animo libidinem, non ſuos oculos, ſed omnium avariſſimorum inſanias, cum Romam evertiſſet, expleret?* Lib. II. *Quibus in rebus iſtius cupiditates, & inſaniam quis ignorat?* Ibidem infra: *Hæc iſte ad inſaniam concupierat.* Ad Attic. lib. XIII. *Othonem vincas volo: nec tamen inſaniturum illum puto.* Eodem ſenſu Horatius:

> *Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.*

Ego, quo nomine appellem, neſcio) Exaggerandi cauſa ſæpe fingit Orator inopem ſe verborum eſſe, quæ rei vim ac naturam exprimant; ut pro Quintio: *Si vadimonium omnino tibi cum P. Quintio nullum fuit, quo te nomine appellemus? improbum? at, etiam ſi deſertum vadimonium eſſet, tamen in iſta poſtulatione & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperireris: num malitioſum? negas: fraudulentum? jam id quidem arrogas tibi, & præclarum putas: audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaris, & obſoleta ſunt, res autem nova, & inaudita; quid ergo eſt? vereor mehercule, ne aut gravioribus utar verbis, quam natura fert, aut levioribus, quam cauſa poſtulat.* Lib. V. *Facinus eſt, vinciri civem Romanum: ſcelus, verberari: prope parricidium, necari: quid dicam, in crucem tollere? verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nulla modo poteſt.* Et agr. II. *Verbum mihi deeſt, Quirites, cum ego hanc poteſtatem regiam appello: ſed profecto major eſt quædam.* Similiter ad Cœlium: *Putares ne umquam accidere poſſe, ut verba mihi deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed etiam hæc levia noſtratia? deſunt autem propter hanc cauſam, quia mirifice ſum ſollicitus, quidnam de provinciis decernatur.*

Suo nominis pondere penditote) Rem perpendite: deinde, quod ei nomen ſua gravitate reſpondebit, id eligite.

Corinthium, aut Deliacum) Quæ non argentea, ſed ænea erant, utraque magni pretii.

Non enim verbi) Non, ut verbum, id eſt, orationem meam, aut crimen augeam, ideo complector omnia: ſed, quæ loquor, Latine, non accuſatorie nihil ad rem addens, ſed propriis eam verbis, qualis, & quanta eſt, exponens.

Ab ea civitate) Mamertina, id eſt, urbe Meſſana.

Laudatoribus tuis) Sola Mamertina civitas legatos Romam publice miſerat ad laudandum Verrem; infra.

Capvt II.

Ante adventum iſtius ſic ornata fuit) Modus avaritiæ notandæ, ut in Divin. *Quæ mulier ante hunc quæſtorem copioſa*

pleſa plane & locuples fuit. Quo loco plura poſuimus exempla.

Ingenioſum, atque intelligentem) Irriſione condita laus.

Propter quem Theſpiæ viſuntur) Idem Strabo narrat lib. IX. & addit, opus hoc Glycerium meretricem a Praxitele conſecutam Theſpienſibus ſuis donaſſe.

CAPUT III.

Ut opinor, & certe) Quaſi res ipſas contemnens, quarum cupiditate Verres inſaniebat, artificum quoque nomina vel ignorare ſe fingit, vel tunc primum didiciſſe: ſupra: *Nimirum didici etiam, dum in iſtum inquiro, artificum nomina*. Infra quoque, quaſi Polycleti nomen oblitus: *Eorum, inquit, artificem, quem? quemnam? recte admones: Polycletum eſſe dicebant*.

C. Claudius) Ut opinor, is, qui cum M. Perperna conſul fuit, avus P. Clodii, Ciceronis inimici; nam lib. II. Offic. ubi de muneribus ædilitiis mentio fit, poſt L. Craſſum, & Q. Mucium nominatur: & poſt eoſdem triennio conſul fuit. Valerius lib. II. c. 5. *C. Pulcher ſcenam varietate colorum adumbravit, vacuis antea pictura tabulis extentam*.

Baſilicae) Quæ & ipſæ erant in foro, in quibus tribuni pl. jus dicebant. Plutarchus.

Non ſpoliis provinciarum) Non enim ſpoliaverant provincias noſtras, ut Verres.

Per ſimulationem ædilitatis) Ut forum ornarent in ædilitate ſua.

Habere noluit) Quaſi non dignus bona fortuna. Inde Cicero de Verris exitio per jocum ominatur.

CAPUT IV.

Meretricis) Chelidonis; infra: *Cum tibi illo ipſo anno Chelidone veniſſet hereditas*. De eadem lib. II.

Heredem) Sacrorum hereditas cum bonorum hereditate veniebat. Verres autem, Cupidinem illum, Heio a majoribus traditum, qui ſimiliter poſteris ab Heio tradi debebat, quaſi ejus heres e ſacrario abſtulit.

Mercatorem cum imperio, ac ſecuribus in provinciam miſimus) Lib. I. *Sed, ut opinor, ſolet hoc, quo rapuit, & furatus eſt, nonnumquam dicere, ſe emiſſe: quoniam quidem in Achaiam, Aſiam, Pamphyliam ſumtu publico, & legationis nomine, cum imperio, & ſecuribus mercator ſignorum, tabularumque pictarum miſſus eſt*.

Cujuſmodi tu judicia Romæ putaris eſſe) Flagitioſa videlicet eſſe putaſti, ſi tibi quemquam hoc eſſe conceſſurum credidiſti.

CAPUT V.

Iſtiuſmodi) Horum ſimile, quæ commiſit Verres.

Mancipium putaverunt) Fore putaverunt, non ut argentum, aut veſtem, ſed ut mancipium aliquis emeret; itaque de eo ſolo ſanxerunt: quæ tamen parva res eſt.

Si quis Romæ eſſet demortuus) Si mancipium aliquod Romæ deceſſiſſet, pro eo alterum emi in provincia vetuerunt; ſed ſi in provincia, permiſerunt.

CAPUT VI.

In ſuis nummis multis eſſe) Inſtructum pecunia eſſe. Elegantiam quæſivit e contrariis, *eſſe in ære alieno multo, eſſe in ſuis nummis multis*.

Vendíturum non fuiſſe) Refer hoc ad verbum, *video*.

Sunt iſta) Quæ proxime dixi, veriſimile non eſſe, ut homo tam locuples, tam honeſtus, religioni ſuæ monumentiſque majorum pecuniam anteponeret.

Ab humanitate, & pietate) Humanitatis eſt, hujuſmodi ſignis delectari, quæ non domino magis ornamento ſint, quam civitati: pietatis, ea tueri & cuſtodire diligenter, quæ, tradita a majoribus, in ſacrario cuſtodiantur.

Ab religione) Quam violare videretur, cum ſacrarium ſpoliaret.

Hæc omnia) Verba ſunt juſſu Verris ab Heio ſcripta in ſuis tabulis.

H-S. VI. *millibus*) Scutatis CLXXX.

Iſti) Qui hoc morbo laborant.

Malo emere) Quandoquidem tam parvo emitur.

CA-

CAPVT VII.

H-S. cxx. *millibus* | Scutatorum tribus millibus ſexcentis.

Emerint) Signum illud æneum, proxime nominatum.

Sola laudat) Oratorie : nam, præter eam, Syracuſana laudavit : iofra, & in Divin.

Ne forte) Ioci genus : quaſi civitas id ſpectaverit, cum legatum miſit : quod ei certe propoſitum non fuit, ipſe tamen utrumque fecit, & faciet.

De religione ſua) Io confitenda veritate.

CAPVT VIII.

De cybea) Navi oneraria a Mamertinis publice ædificata, Verrique denata, ut exportare furta ſua poſſet, quadrata eſſe debuit : ſiquidem a κυβος cybea deducitur.

Deorum ſimulacra) Cupidinem, & Herculem.

Quæ quia dixit | Priore actione.

Proximus fuit | Id eſt, a ſua religione non diſceſſit.

CAPVT IX.

Ingratiis | Vel inviti.

Perjurium) Falſum teſtimonium, in quo dicendo pejerabunt.

Tibi | Verres.

In numerum | Ex animi tui ſententia. Sumtum opinor ab hiſtrionibus, numerum in motu ſervantibus. Parad. *Hiſtrio ſi paullo ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt una ſyllaba longior, aut brevior, exſibilatur, & exploditur.*

At publice commodaſti) Beneficio eos affeciſti.

CAPVT X.

P. *Servilius* | Iſauricus.

Ex hiſce ſe locis | Vnde Ciliciam verſus navigatur.

At cujus hominis?) Amplificandi modus, ut lib. III. *Herbitenſis civitas, honeſta antea, & copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto, ac vexata ſit : at quorum hominum? ſummorum aratorum, remotiſſimorum a foro, judiciis, controverſiis.*

C. Cato) Nihil deeſt : ad illud enim reſpicit, condemnatus eſt.

L. Paulli, & M. Catonis) Maternus ei fuit avus Paullus, paternus Cato.

Africani) Minoris, qui Paulli filius naturalis fuit.

Cum ſevera judicia fiebant) Cum equites judicabant : aculeus in ſenatores judices, & ad condemnandum Verrem, infamiæ tollendæ gratia, tacita cohortatio. Ejuſdem generis illud iofra : *Niſi forte exiſtimatis, poſtea quam judicia ſevera Romæ fieri deſierint.*

Huic Mamertini irati non fuerunt) Cui veriſimile videatur, Mamertinos C. Catonis, conſularis viri, & nobiliſſimi, impedimenta retinuiſſe propter H-S. xviii. millia, quibus ei lis æſtimata eſt; eoſdem iratos Verri non fuiſſe, majore ſumtu ſæpe facto in prandium Timarchidis, quam quanti Catoni lis æſtimata eſt? ſed ideo irati ei non fuerunt, quia, cum eſſent furtorum conſcii, & in iis occulte exportandis omni eum opera, navi etiam publice ædificata, adjuvarent, vacationem ſumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium per triennium conſecuti ſunt.

Catonis lis æſtimata eſt | Catoni, puto eſſe rectius : &, ut alia mittantur exempla, de eodem Catone lib. III. dixit : *Qua in civitate C. Catoni* H-S. xviii. *millibus lis æſtimata ſit.*

Verrea) Dies feſtus, in honorem Verris inſtitutus, maxime propter hæc in Mamertinos beneficia.

CAPVT XI.

Cujus beneficio) Dat enim populus Romanus eos magiſtratus, quos qui geſſerunt, in ſenatum legi debent.

Ipſi Tullio | Mihi, non ut ſenatori, ſed ut eorum amico.

Frater) Patruelis, qui cum Cicerone io Siciliam ad inquirendum in Verrem profectus eſt.

Per eum ordinem) Per ſenatum.

Agetur) Qua enim eum contumelia affeciſtis, cum me, ſenatorem populi Romani, publice non iovitaſtis, eam inultam eſſe non ſinet.

Civis Romani ſanguine redundat) Sic locutus eſt C. Gracchus lib. III. de Orat. *Quo me vertam miſer? in Capitolium ne? at fratris ſanguine redundat.*

P. Ga-

P. Gavium ſignificat, de quo lib. V.

Quorum civitati invideris) Quia cives Romani ſunt. Infra: *Quid arbitramini Rheginos, qui jam cives Romani ſunt, mereri velle, ut ab iis marmorea Venus illa ne auferatur?* Iidem Coroiſicii tribules in epiſtola ad illum vocantur, municipes autem Phil. I.

Quo minus ſibi arrogent) Quia cives Romani ſint.

Illo ſupplicio) Gavii in crucem acti.

Mactatum) Verbo uſus eſt, quod cum ſupplicio congrueret; quaſi diceret: in uno homine jus civitatis univerſum cruci affixum eſt. Diſerte hoc expreſſit lib. V. *Non tu*, inquit, *hoc loco Gavium, non unum hominem neſcio quem, civem Romanum, ſed communem libertatis & civitatis cauſam in illum cruciatum, & crucem egiſti*.

Hæc) Signa.

CAPUT XII.

Attalica peripetaſmata) Aulæa, auro intertexta: qualia primus Attalus rex invenit. *Peripetaſmata* vero generale nomen eſt, παρα το περιπεταζειν, quod verbum ex Heſychio notum eſt potius, quam, ut aliis videtur, παρα το περιπετανειν.

Emere oblitus es?) Cur, ut ſigna, non item peripetaſmata juſſiſti Heium in ſuas tabulas referre, tamquam tibi vendita? an hoc oblitus es?

Licuit) Emere, id eſt, emtionem ſimulare.

An litteris pepercisſti?) An tibi viſum non eſt, ut hoc nomen in tabulis ſcriberetur? *Parcere litteris*, eſt a ſcribendo abſtinere.

De armaria) Vnde promuntur peripetaſmata.

H-S. cc. *millibus*) Seutatorum ſex millibus.

Fuit tanti) Fuit, cur id faceres; e re tua fuit, ut in tabulas id referri juberes. Modus loquendi, quo, utile eſſe, vel fuiſſe, aliquid fieri, oſtenditur. Nec alio ſpectat, quod infra dicitur: *Credo, etiam tabulæ proferentur, eſt tanti*. Simile illud Coelianum: *Sed tanti? ſed eſt mehercule*. Et in Catil. Or. II. *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ, atque iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis hujus horribilis belli, ac nefarii periculum depellatur*.

Phaleras) Equorum ornamenta.

Te minus habiturum) Phaleras ipſas non habiturum.

CAPUT XIII.

Cibyram) Quæ erat in imperio Cilicienſis provinciæ; eo legatus Dolabellæ Verres venit.

Cum inanibus ſyngraphis) Ex quibus exigere nihil potuit; ſyngraphas enim attulerat, ex quibus ei nihil deberetur.

In Aſia) Dixi jam, Aſiam vocari Ciliciam provinciam Dolabellæ.

Q. *Tadius*) P. appellatur lib. I. ubi magnam ei cum Verre oummariam rationem fuiſſe conſtat.

Vbi quidquid eſſet) Quidquid pro quidque, ut pro Fonteio: *Si, ut quidquid ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur*. In ep. ad Torquatum: *Quocumque in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus, & eadem acerbitas*. Tuſc. V. *Vt quidquid objectum eſt*. Plautus in Amphitr. *Ordine omne, ut quidquid actum eſt, Ediſſertavit*. Et in Trin. *Vnum quidquid ſigillatim, & placide percunctabere*. Lucretius lib. II. *Inque ſuos quidquid rurſus revocare meatus*. Idem alibi ſæpe.

CAPUT XIV.

Boethi) Sculptoris egregii. Plinius Lib. XXXIII. c. 12. Lib. XXXIV. c. 8.

Per poteſtatem) Prætoriam, non pretio, vel precibus.

Sigillatos) Parvis ſignis ornatos: in ep. ad Attic. *Puteslia ſigillata*. Hic infra: *Patella grandis, cum ſigillis, ac ſimulacris deorum*. Et poſt: *Sigillis avulſis, reliquum argentum ſine avaritia reddidit*.

Luteum) Viliſſimum, ut luto nihil vilius. Lib. III. *In hoc homo luteus, etiam callidus, ac veterator eſſe vult*.

CAPUT XV.

Siſennam) Defenſorem ſuum: infra, & Lib. II.

Iſtorum) Ejuſmodi rerum, quas in provincia ad inſaniam concupierat.

Patella grandis) Contraria videntur, *patella*, & *grandis*: itaque malim, *patera grandis*: & poſt, *patella*, non, *patera*.

Cetera) Profana.

Fortuna) Vis bellorum.

Quæ religio retinuiſſet) Ergo rebus divinis pateræ, patellæ, thuribula ſerviebant.

Inſanias) Inſanas cupiditates, de quo ſupra.

Expleret) Vt iis in judicio ſuffragatoribus uteretur. Supra: *Multa aliis data, atque donata*.

Cibyratici canes) Tlepolemus, & Hiero; ſupra: *Canes venaticos diceres*. Sequuntur verba canum propria: *Inveſtigabant, perſcrutabantur, Venari, pro leguſculis capiebantur*.

CAPVT XXII.

Qui fuit Tyndaritanus) Antequam civis Romanus eſſet. Sic in ep. ad Acilium: *L. Mallius eſt Soſis: is fuit Catinenſis: poſtea eſt cum reliquis, Neapolitanis civis Romanus factus*.

Quod antea de iſtius abſtinentia dixeram) Cum dixit eum, avulso emblemate, thuribulum L. Papirio remiſiſſe: & ſubjunxit: *Vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non avaritiam, artificii cupidum, non argenti fuiſſe*.

Lucullorum) Lucii, & Marci, fratrum, conſularium.

Apud exercitum) Qui erant in caſtris non militandi, ſed militiæ potius cognoſcendæ gratia, apud exercitum eſſe dicebantur: de quibus Cæſar Lib. I. Bell. Gall. Qui *ex urbe amicitiæ cauſa Cæſarem ſecuti*. Plinius autem Lib. XXXIII. cap. 2. *Pompeium Paullinum, Arelatenſis equitis Romani filium, paterna quoque gente pulſum, quod XII. pondo argenti habuiſſet apud exercitum ferociſſimis gentibus oppoſitum, ſcimus*.

Cum L. Lucullo) Mithridatico bello.

Argentum illi) Malim, *illic*: cum ſequatur, *hic*.

Purum) Sine emblematis.

Ne purus ipſe relinqueretur) Ne cum emblematis argentum omne Verres pro ſua conſuetudine auferret.

Purus) Id eſt inanis, nullo cum argento.

Quaſi feſtivum acroama) Acroama dicebatur, & qui feſtive caneret in convivio, cui munera dabantur; & res ipſa, quæ canebatur: hic accipitur pro eo, qui caneret.

CAPVT XXIII.

Pandiorum) Senatorum Catinenſium, ut opinor.

Illa vero optima) Quæ excellant inter cetera: pro, ſummæ improba.

Si quid etiam Corinthiorum) Hoc addidit, quaſi viliora eſſent, quia non ex argento, ſed ex ære.

Vt omne ſtatim) *Vt* videtur abundare: ſed non abundat: iterat enim ſæpe hanc particulam Cicero: ut alibi oſtendimus.

Laborioſus, & diligens) Ironia; ſequitur enim: *In oppidum accedere noluit*, quod erat aſcenſu arduo.

Infra oppidum) Legit Servius, *Intra mœnia oppidi*, id eſt arcis, deinde ſuburbanorum in planitie. Sed in oppido habitabant ii, quibus argentum erat.

Excuſſis deliciis) Detractis cruſtis & emblematis, quibus argentum in deliciis erat.

CAPVT XXIV.

Per magiſtratum) Ejus civitatis.

Accuſatores) Dignos hoc nomine, qui occulta perquirerent, & invenirent.

Per præſtigias) Quam obſcuriſſime: ut ſupra dixit.

Dicis cauſa) Vnde hoc deductum ſit, non plane conſtat: deductum tamen a verbo, *dico*, oſtendit Varro; & hoc, *dicis cauſa*, ætate quoque ſua antiquum ait eſſe. Vſurpatur a veteribus pro, ad ſpeciem: ut vere, ac ſerio factum videretur, id, quod ſimulatione quadam factum erat; exempla non deſunt apud juriſconſultos. Caius: *Cum dicis gratia, loco numerationis, pecuniæ intervenit*. Vlpianus: *Si finxit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit*. Idem: *Qui maturius profectus eſt, vel dicis gratia cœpit reip. cauſa abeſſe*. Eſt etiam apud Plinium pontificis mentio *dicis gratia epulantis*. Horum verborum ſententiam a ſe primum animadverſam, excellentis vir ingenii, juriſprudentiæ laude clarus, Duarenus prodidit.

Non reddidit) Dederat enim Archagathus de ſuo, tantum ſibi Verrem eſſe

eſſe redditurum arbitratus quantum ipſe dediſſet iis, quorum argento cruſtæ & emblemata fuerant avulſa.

Cn. Lentulus Marcellinus) De quo diximus in Divin.

Opus his non defuit) Non defuit, quod agerent.

Cum tunica pulla) Non ſenatoria, quæ a latis purpureis clavis latus clavus dicebatur.

Pallio) More Græco, non Romana toga.

CAPUT XXV.

Quam multi) Quaſi admirantis, ut Lib. III. *Fecerunt aliqui alia quam multa.*

Ad ſellam) In qua ſedebat ipſe prætor.

Hactenus) Quod nimium ſe in probanda integritate abſtinentiaque ſua diligentem oſtenderit.

Nihil amplius) Nihil addat; rem enim ipſam quis magna laude dignam eſſe neget?

De Verre) Piſoni diſſimillimo.

Aliquot abacorum) Cum ſinguli abaci vaſa multa capiant.

Auri ſemuncia) Scutatis quatuor, paullove amplius; auri enim pretium decuplo argento præſtat, ut ait Pollux.

Nomen ſuum) Quaſi Verres dictus a verrendo ſit. *Nomen* dixit pro cognomen: quia Verrem ſemper appellat, omiſſo gentis nomine, ad majorem ignominiam, & ſimul, ut puto, ne gentem Corneliam, e qua Verres fuit, offenderet.

CAPUT XXVI.

Quod totum effluxerat) Mirum oratoris artificium in addenda, ſine judicum faſtidio, ac ſatietate, nova re.

In cretula) Et cera, & creta in obſignandis litteris veteres utebantur. Aſiaticam cretam, qua publicani uterentur, Cicero nominat in oratione pro Flacco.

Nimium multa) Quæ comparaverit, ita multa ſunt, ut, ſi in ſingula ſua conclavia tricenos lectos optime ſtratos, cum ceteris convivii ornamentis quæreret, haud pauca tamen ei ſupereſſent.

Conchylio tinctum) Purpura intertextum.

Nec vulgo) Nec vulgaris homo, ſed honeſtus.

Ipſe) Verres.

Operas) Qui opus facerent, eorum impenſa, non Verris.

Credo) Hoc non negaverim, ipſum purpuram dediſſe: ne criminari omnia videar.

Habuiſſe tam multam, quod daret) Vnde enim habuit, niſi ex rapinis, & furtis?

Hoc denique) Nam & in hoc ipſo crimen eſt.

Quod concedis) Quaſi licuerit.

Lectos æratos) Cubiculares, & tricliniares erant lecti, illi, nocturnæ quietis cauſa, hi, unde cibum accubantes caperent: qui primum lignei, ut rude, experſque deliciarum priſcum ſeculum fuit, deinde, corruptis peregrino luxu moribus, ærati, poſtremo etiam eburnei, argentei, aurei fuere: & cum ait Plinius Lib. XXXIV. cap. 3. Cn. Manlium, devicta Aſia, triclinia ærata, abacos, & monopodia primum invexiſſe triumpho ſuo, quem anno V. C. DLXVII. duxit; lectos æratos, qui ponebantur in tricliniis, ſignificat, non ipſa triclinia, quæ partes ædium erant, & conclavia dicebantur, a cubiculis diverſæ, in quibus non cœnabatur.

Cum poteſtatem habuerit) Cum prætor eſſet: qui ſua poteſtate ad libidinem uti non debuit, hoc & ſupra exagitat his verbis: *Sed quid ego tam vehementer invehor? verbo jam uno repellar. Emi, inquit. O dii immortales! præclaram defenſionem: mercatorem cum imperio ac ſecuribus in provinciam miſimus, qui omnia ſigna, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coemeret.* Et Lib. I. *Hic ego non arbitror illum negaturum, ſigna ſeſe plurima, tabulas pictas innumerabiles, habere: ſed, ut opinor, ſolet hæc, quæ rapuit & furatus eſt, nonnumquam dicere ſe emiſſe: quoniam quidem in Achaiam, Aſiam, Pamphyliam ſumtu publico, & legationis nomine, mercator ſignorum, tabularumque pictarum miſſus eſt.*

CAPUT XXVII.

Temporibus populi Romani) Fortaſſe propter duo bella difficillima, quæ tum gerebantur, Mithridaticum in A-

CAPVT VII.

H-S. cxx. *millibus*) Scutatorum tribus millibus ſexcentis.

Emerint) Signum illud æneum, proxime nominatum.

Sola laudat) Oratorie : nam, præter eam, Syracuſana laudavit : infra, & in Divin.

Ne forte) Ioci genus : quaſi civitas id ſpectaverit, cum legatum miſit : quod ei certe propoſitum non fuit, ipſe tamen utrumque fecit, & faciet.

De religione ſua) In confitenda veritate.

CAPVT VIII.

De cybea) Navi oneraria a Mamertinis publice ædificata, Verrique denata, ut exportare furta ſua poſſet, quadrata eſſe debuit : ſiquidem a κύβος cybea deducitur.

Deorum ſimulacra) Cupidinem, & Herculem.

Quæ quia dixit) Priore actione.

Proximus fuit) Id eſt, a ſua religione non diſceſſit.

CAPVT IX.

Ingratiis) Vel inviti.

Perjurium) Falſum teſtimonium, in quo dicendo pejerabunt.

Tibi) Verres.

In numerum) Ex animi tui ſententia. Sumtum opinor ab hiſtrionibus, numerum in motu ſervantibus. Parad. *Hiſtrio ſi paullo ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt una ſyllaba longior, aut brevior, exſibilatur, & exploditur.*

At publice commodaſti) Beneficio eos affeciſti.

CAPVT X.

P. Servilius) Iſauricus.

Ex hiſce ſe locis) Unde Ciliciam verſus navigatur.

At cujus hominis?) Amplificandi modus, ut lib. III. *Herbitenſis civitas, honeſta antea, & copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto, ac vexata ſit : at quorum hominum? ſummorum aratorum, remotiſſimorum a foro, judiciis, controverſiis.*

C. Cato) Nihil deeſt : ad illud enim reſpicit, condemnatus eſt.

L. Paulli, & M. Catonis) Maternus ei fuit avus Paullus, paternus Cato.

Africani) Minoris, qui Paulli filius naturalis fuit.

Cum ſevera judicia fiebant) Cum equites judicabant : aculeus in ſenatores judices, & ad condemnandum Verrem, infamiæ tollendæ gratia, tacita cohortatio. Ejuſdem generis illud infra : *Niſi forte exiſtimatis, poſtea quam judicia ſevera Romæ fieri deſierint.*

Huic Mamertini irati non fuerunt) Cui veriſimile videatur, Mamertinos C. Catonis, conſularis viri, & nobiliſſimi, impedimenta retinuiſſe propter H-S. xviii. millia, quibus ei lis æſtimata eſt ; eoſdem iratos Verri non fuiſſe, majore ſumtu ſæpe facto in prandium Timarchidis, quam quanti Catoni lis æſtimata eſt? ſed ideo irati ei non fuerunt, quia, cum eſſent furtorum conſcii, & in iis occulte exportandis omni eum opera, navi etiam publice ædificata, adjuvarent, vacationem ſumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium per triennium conſecuti ſunt.

Catonis lis æſtimata eſt) Catoni, puto eſſe rectius : &, ut alia mittantur exempla, de eodem Catone lib. III. dixit : *Qua in civitate C. Catoni H-S. xviii. millibus lis æſtimata ſit.*

Verrea) Dies feſtus, in honorem Verris inſtitutus, maxime propter hæc in Mamertinos beneficia.

CAPVT XI.

Cujus beneficio) Dat enim populus Romanus eos magiſtratus, quos qui geſſerunt, in ſenatum legi debent.

Ipſi Tullio) Mihi, non ut ſenatori, ſed ut eorum amice.

Frater) Patruelis, qui cum Cicerone in Siciliam ad inquirendum in Verrem profectus eſt.

Per eum ordinem) Per ſenatum.

Agetur) Qua enim eum contumelia affeciſtis, cum me, ſenatorem populi Romani, publice non invitaſtis, eam inultam eſſe non ſinet.

Civis Romani ſanguine redundat) Sic locutus eſt C. Gracchus lib. III. de Orat. *Quo me vertam miſer? in Capitolium ne? at fratris ſanguine redundat.*

P. Ga-

P. Gavium ſignificat, de quo lib. V.

Quarum civitati invidetis) Quia cives Romani ſunt. Infra: *Quid arbitramini Rheginos, qui jam cives Romani ſunt, mereri velle, ut ab iis marmorea Venus illa ne auferatur?* Iidem Cornificii tribules in epiſtola ad illum vocantur, municipes autem Phil. I.

Quo minus ſibi arrogent) Quia cives Romani ſint.

Illo ſupplicio) Gavii in crucem acti.

Mactatum) Verbo uſus eſt, quod eum ſupplicio congrueret; quaſi diceret: in uno homine jus civitatis univerſum cruci affixum eſt. Diſerte hoc expreſſit lib. V. *Non tu*, inquit, *hoc loco Gavium, non unum hominem neſcio quem, civem Romanum, ſed communem libertatis & civitatis cauſam in illum cruciatum, & crucem egiſti.*

Hæc) Signa.

CAPUT XII.

Attalica peripetaſmata) Aulæa, auro intertexta: qualia primus Attalus rex invenit. *Peripetaſmata* vero generale nomen eſt, παρα το περιπεταζειν, quod verbum ex Heſychio notum eſt potius, quam, ut aliis videtur, παρα το περιπατειν.

Emere oblitus es?) Cur, ut ſigna, non item peripetaſmata juſſiſti Heium in ſuas tabulas referre, tamquam tibi vendita? an hoc oblitus es?

Licuit) Emere, id eſt, emtionem ſimulare.

An litteris pepercisti?) An tibi viſum non eſt, ut hoc nomen in tabulis ſcriberetur? *Parcere litteris*, eſt a ſcribendo abſtinere.

De armario) Unde promuntur peripetaſmata.

H.S. cc. *millibus*) Scutatorum ſex millibus.

Fuit tanti) Fuit, cur id faceres; e re tua fuit, ut in tabulas id referri juberes. Modus loquendi, quo, utile eſſe, vel fuiſſe, aliquid fieri, oſtenditur. Nec alio ſpectat, quod infra dicitur: *Credo, etiam tabulæ proferentur, eſt tanti.* Simile illud Cœlianum: *Sed tanti? ſed eſt mehercule.* Et in Catil. Or. II. *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ, atque iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis hujus horribilis belli, ac nefarii periculum depellatur.*

Phaleras) Equorum ornamenta.

Te minus habiturum) Phaleras ipſas non habiturum.

CAPUT XIII.

Cibyram) Quæ erat in imperio Cilicienſis provinciæ; eo legatus Dolabellæ Verres venit.

Cum inanibus ſyngraphis) Ex quibus exigere nihil potuit; ſyngraphas enim attulerat, ex quibus ei nihil debebatur.

In Aſia) Dixi jam, Aſiam vocari Ciliciam provinciam Dolabellæ.

Q. Tadius) P. appellatur lib. I. ubi magnam ei cum Verre nummariam rationem fuiſſe conſtat.

Ubi quidquid eſſet) Quidquid pro quidque, ut pro Fonteio: *Si, ut quidquid ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur.* In ep. ad Torquatum: *Quocumque in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus, & eadem acerbitas.* Tuſc. V. *Ut quidquid objectum eſt.* Plautus in Amphitr. *Ordine omne, ut quidquid actum eſt, Ediſſertavit.* Et in Trin. *Unum quidquid ſigillatim, & placide percunctabere.* Lucretius lib. II. *Inque ſuos quidquid rurſus revocare meatus.* Idem alibi ſæpe.

CAPUT XIV.

Boethi) Sculptoris egregii. Plinius Lib. XXXIII. c. 12. Lib. XXXIV. c. 8.

Per poteſtatem) Prætoriam, non pretio, vel precibus.

Sigillatos) Parvis ſignis ornatos: in ep. ad Attic. *Puteales ſigillata.* Hic infra: *Patella grandis, cum ſigillis, ac ſimulacris deorum.* Et poſt: *Sigillis avulſis, reliquum argentum ſine avaritia reddidit.*

Luteum) Viliſſimum, ut luto nihil vilius. Lib. III. *In hoc homo luteus, etiam callidus, ac veterator eſſe vult.*

CAPUT XV.

Siſennam) Defenſorem ſuum: infra, & Lib. II.

Illorum) Ejuſmodi rerum, quas in provincia ad inſaniam concupierat.

CA-

CAPVT XVI.

Sunt, opinor, litteræ factæ) Scriptum eſt in tabulis.

In donatione hiſtrionum) Locus hic oſtendit, bonos hiſtriones argento donari ſolitos ; æſtimationi tamen locum eſſe non video : cur enim æſtimetur, quod donatur ? niſi ſi hoc dicitur, eum, qui donabat, retuliſſe in tabulas, non quanti valebat argentum, ſed multo minoris : ne quando ſibi probro dari poſſet, quod in hiſtriones pecuniæ plus, quam diceret, erogaſſet.

Quid ſit) Cur mihi, quod poſtulo, ſcriptum non edis?

Has litteras) Tabulas, in quibus, quid argenti in Sicilia pararis, unde quidque, aut quanti emeris, a te ſcriptum eſſet.

Me enim) Accuſatorem tuum.

Horum annorum aliquot) Poſt M. Terentium, & C. Caſſium conſules: Lib. I.

Compone) Ede mihi ſcripta ſimul hæc tria, quid argenti pararis in Sicilia, unde quidque emeris, quanti emeris.

De reliquo videro) De reliquis non urgeo : quærendi ſpatium erit.

Improbe deſcoſſe) Quid enim improbius, quam prætorem argentum omne in ſua provincia coemere?

Prolatis) In quibus, quid habeas, quo modo habeas, ſcriptum non eſt.

Non prolatis) Quia, cum horum temporum plurimas res emiſſe te dicas, idque tabulis non demonſtres, quis emiſſe te credat ? quid cauſæ eſt, cur non crimine repetundarum condemneris ?

CAPVT XVII.

Promtiſſimi hominis) In agendis rebus : ad ingenii præſtantiam refertur, ut ad tarditatem illud de Heraclio Lib. II. *Hominem eſſe majorem natu, non promtiſſimum*.

Experientis) In uſu rerum verſati.

Q. Catuli beneficio) A quo propterea prænomen, & nomen accepit.

Hominem digniſſimum tuis moribus) Tui ſimillimum, turpiſſimum. In Piſonem : *Hominem impurum, atque non modo facie, ſed etiam oculo tuo digniſſimum* : Et pro Sextio : *Homo iis digniſſimus, quibuſcum vivis*.

Bona patria erepta) Quæ ille pupillis eripuerat, cum propter ea puniendus a te eſſet, ea tu cum eo partitus es.

Id factum non oportuit) Auferre ſignum Apollinis non debuiſti.

C. Marcellus) Qui judex in conſilio aderat : infra.

Schaphia) Vaſa potoria, quæ ſcaphæ ſimilitudinem referrent : *παρα το σκαπτεσθαι*.

Cum emblematis) Id, quod in opus aliquod ornamenti gratia includitur, emblema dicitur : unde vermiculatum emblema apud Lucilium, dictum *απο τυ εμβαλλεσθαι*.

CAPVT XVIII.

Splendidus) Honoratus.

Toreumata) Argentea vaſa cælata : infra.

Mentoris) Artificis nobiliſſimi.

Non invitus) Feſtive, quo Diodorus admodum delectaretur, id eum habere non invitum dicit.

Salutem viri) Amphiarai vatis: quem latentem, ne ad bellum Thebanum iret, quod ibi ſe periturum ex auguriis noverat, aureo monili corrupta uxor Polynici prodidit. Servius in illud Virg. Lib. VI. *Mæſtamque Eriphylen, Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit*. Attingit hanc fabulam Æſchylus in ſeptem, Euripides in Phœniſſis, Plato de Rep. Lib. IX. Pauſanias in Atticis, Cicero in ep. ad Cæcinam, cum ait : *Prudens & ſciens, tamquam Amphiaraus in fabulis, ad exitium ruerem voluntarium*. Et Propertius in eo verſu :

> *Adſpice, quid donis Eriphyla invenit amaris*.

CAPVT XIX.

Caſtra jam moverat) Argute, pro, diſceſſerat : quia ſequitur, *vaſa collegerat* : nam vaſa, id eſt impedimenta, milites colligunt caſtra moturi. locus eſt : quia ſua vaſa, id eſt ſcyphos, Diodorus abſtulerat.

De ſuis canibus quemdam) De ſuis domeſticis, ut Lib. I. *Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet*. Lib. II. *Iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, Cornelii medi-*

medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.

Tum primum) Primo anno præturæ Sicilienſis; nam poſtea Sthenii Thermitani abſentis nomen recepit.

Ad judicium) Hoc repetundarum.

Inſtruxerat) Pecunia ex furtis, iniquiſque damnationibus collecta.

CAPUT XX.

Equuleos argenteos nobiles) Equulei ſunt pulli equini: ſunt etiam tormenta quædam: hic videntur eſſe vaſa cælata, cum aliqua fortaſſe equi forma, unde nomen acceperint: ſubjungit enim infra de his ipſis equuleis: *Vende mihi vaſa cælata.*

Q. *Maximi*) Fabii, qui de Allobrogibus triumphavit: hunc enim, ut rebus geſtis clariorem, ſignificari malo, quam alterum, ejuſdem ætatis Q. Maximum, cui cognomen Eburno fuit.

In his equitabit equuleis) Ex hoc equuleorum crimine defenſionem arripiet: non ſe abſtuliſſe dicet, ſed emiſſe; exultabit, & in his quaſi equitabit equuleis, quod hoc ſe Calidianum crimen facile ſperet poſſe diluere.

Credo, etiam tabulæ proferentur) Pungit Verrem, qui ſe tabulas ejus temporis confeciſſe jam negaverat; eſt enim cum ironia dictum: *Credo, etiam tabulæ proferentur*: & hunc ſenſum confirmat id, quod ſequitur.

Eſt tanti) Id eſt: Expedit tibi: operæ pretium eſt: digna res videtur, propter quam tabulas proferas; quas habere te negaſti. Eodem reſpiciunt illa verba: *Dilue ſane crimen hoc Calidianum; dum ego tabulas adſpicere poſſim*; quod valet: malo tabulas adſpicere, quam crimen hoc obtinere; nam, ſi tabulas videro, iis ipſis utar ad probanda, quæ dico, quamplurima.

Negotiaretur) Negotiari licebat equitibus Romanis, ſenatoribus per leges non licebat: unde in Parad. *Propter aviditatem pecuniæ nullum quæſtum turpem putas: cum iſti ordini ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus.*

Abs te ſolo) Qui enim antea prætores in Sicilia fuerant, eorum nemo inventus eſt tam amens, qui illud argentum, tam præclarum, ac tam nobile, eriperet; nemo tam audax, qui poſceret; nemo tam impudens, qui poſtularet, ut venderet.

Cum ceteris Siculis) Siculi tibi hominis loco fuit; non ejus abs te, ut equitis Romani, habita ratio eſt: eripuiſti equuleos argenteos ab eo, ut a Siculis alia perquam multa.

Potamonem) L. Papirium Potamonem, quo ſcriba uſus erat Cæcilius, quæſtor Verris in Divinat. & Lib. III. bis.

Difficiliorem fecit) Teſtimonio ſuo: cum enim te ſibi reddidiſſe dixit, intellexiſti, etiam ſi ceteris redderes, teſtimonia tamen eorum effugere non poſſe.

Superiorem) Dignitate, ut ſenatorem.

Cum imperio, ac poteſtate) Prætores, & conſules.

H-S LXXX millia) Scutatorum duo millia quadringenti.

Ne tibi odioſus eſſet) Ne tibi negotium faceſſeret, ne te de ambitu accuſaret. Non caret lepore, *Ne tibi odioſus eſſet.*

Equeſtrem ordinem) Nam equeſtris ordinis Calidius. Ne quis putet, quia dixit, *Quo tu te ſuperiorem fugis*, Calidium petiiſſe præturam cum Verre, & repulſam tuliſſe: præturam enim, qui ſenator non eſſet, ei petere non licebat; ſed in uno Calidio equeſtris ordinis univerſi dignitatem Cicero conſiderat; eoque contemto, ſimul univerſum ordinem contemtum dicit.

CAPUT XXI.

Intelligentiam) Artificium enim erat in emblemate, non in thuribulo: ſed artificium pretii majoris erat, quam argentum. Eodem modo jocatus eſt infra: *Sigillis avulſis, reliquum argentum ſine avaritia reddidit.*

Cum Sicilia floreret omnibus opibus, & copiis) Antequam a Pœnis vexari cœpta eſt. Sic de Invent. Lib. *Crotoniatæ, cum florerent omnibus copiis.*

Ante iſtum prætorem) Qui patellas, pateras, thuribula abſtulit omnia. Sermo eſt ad indicandam avaritiam Ciceroni familiaris: cujus exempla quædam in Divin. recitavimus in eo loco: *Quæ mulier ante hanc quæſtorem copioſa plane, & locuples fuit.*

Po-

Patella grandis) Contraria videntur, *patella*, & *grandis*: itaque malim, *pateræ grandis*: & poſt, *patella*, non, *patera*.

Cetera) Profana.

Fortuna) Vis bellorum.

Quæ religio retinuiſſet) Ergo rebus divinis pateræ, patellæ, thuribula ſerviebant.

Inſaniae) Inſanas cupiditates, de quo ſupra.

Expleret) Vt iis in judicio ſuffragatoribus uteretur. Supra: *Mulas aliis data, atque donata.*

Cibyratici canes) Tlepolemus, & Hiero; ſupra: *Canes venaticos diceres*. Sequuntur verba canum propria: *Inveſtigabant, perſcrutabantur, Veneri, pro Lepuſculis capiebantur.*

CAPVT XXII.

Qui fuit Tyndaritanus) Antequam civis Romanus eſſet. Sic in ep. ad Acilium: *L. Mallius eſt Soſis: is fuit Catinenſis: poſtea eſt cum reliquis, Neapolitanis civis Romanus factus.*

Quod antea de iſtius abſtinentia dixeram) Cum dixit eum, avulſo emblemate, thuribulum L. Papirio remiſiſſe: & ſubjunxit: *Vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non avaritiam; artificii cupidum, non argenti fuiſſe.*

Lucullorum) Lucii, & Marci, fratrum, conſularium.

Apud exercitum) Qui erant in caſtris non militandi, ſed militiæ potius cognoſcendæ gratia, apud exercitum eſſe dicebantur: de quibus Cæſar Lib. I. Bell. Gall. *Qui ex urbe amicitiæ cauſa Cæſarem ſecuti*. Plinius autem Lib. XXXIII. cap. 2. *Pompeium Paullinum, Arelatenſis equitis Romani filium, paterna quoque gente pulſum, quod xii. pondo argenti habuiſſet apud exercitum ferociſſimis gentibus oppoſitum, ſcimus.*

Cum L. Lucullo) Mithridatico bello.

Argentum illi) Malim, *ille*: cum ſequatur, *hic*.

Purum) Sine emblematis.

Ne purus ipſe relinqueretur) Ne cum emblematis argentum omne Verres pro ſua conſuetudine auferret.

Purus) Id eſt inanis, nullo cum argento.

Quaſi feſtivum acroama) Acroama dicebatur, & qui feſtive caneret in convivio, cui munera dabantur; & res ipſa, quæ canebatur: hic accipitur pro eo, qui caneret.

CAPVT XXIII.

Pardiorum) Senatorum Catinenſium, ut opinor.

Illa vero optima) Quæ excellant inter cetera: pro, ſumme improba.

Si quid etiam Corinthiorum) Hoc addidit, quaſi viliora eſſent, quia non ex argento, ſed ex ære.

Vt omne ſtatim) *Vt* videtur abundare: ſed non abundat: iterat enim ſæpe hanc particulam Cicero: ut alibi oſtendimus.

Laborioſus, & diligens) Ironia; ſequitur enim: *In oppidum accedere noluit*, quod erat aſcenſu arduo.

Infra oppidum) Legit Servius, *Intra mœnia oppidi*, id eſt arcis, deinde ſuburbanorum in planitie. Sed in oppido habitabant ii, quibus argentum erat.

Excuſſis deliciis) Detractis cruſtis & emblematis, quibus argentum in deliciis erat.

CAPVT XXIV.

Per magiſtratum) Ejus civitatis.

Accuſatores) Dignos hoc nomine, qui occulta perquirerent, & invenirent.

Per præſtigias) Quam obſcuriſſime: ut ſupra dixit.

Dicis cauſa) Vnde hoc deductum ſit, non plane conſtat: deductum tamen a verbo, *dico*, oſtendit Varro: & hoc, *dicis cauſa*, ætate quoque ſua antiquum ait eſſe. Vſurpatur a veteribus pro, ad ſpeciem: ut vere, ac ſerio factum videretur, id, quod ſimulatione quadam factum erat; exempla non deſunt apud juriſconſultos. Caius: *Cum dicis gratia, loco numerationis, pecuniæ intervenit*. Vlpianus: *Si finxit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit*. Idem: *Qui maturius profectus eſt, vel dicis gratia cœpit reip. cauſa abeſſe*. Eſt etiam apud Plinium pontificis mentio *dicis gratia epulantis*. Horum verborum ſententiam a ſe primum animadverſam, excellentis vir ingenii, juriſprudentiæ laude clarus, Duarenus prodidit.

Non reddidit) Dederat enim Archagathus de ſuo, tantum ſibi Verrem

eſſe

eſſe redditurum arbitratus quantum ipſe dediſſet iis, quorum argento cruſtæ & emblemata fuerant avulſa.

Cn. Lentulus Marcellinus) De quo diximus io Divlo.

Opus his non defuit) Non defuit, quod agereot.

Cum tunica pulla) Non ſenatoria, quæ a latis purpureis clavis latus clavus dicebatur.

Pallio) More Græeo, non Romana toga.

CAPUT XXV.

Quam multi) Quaſi admirantis, ut Lib. III. *Fecerunt aliqui alia quam multa.*

Ad ſellam) Io qua ſedebat ipſe prætor.

Hactenus) Quod nimium ſe io probanda iutegritate abſtineotiaque ſua diligentem oſtenderit.

Nihil amplius) Nihil addat; rem enim ipſam quis magna laude dignam eſſe neget?

De Verre) Piſoni diſſimillimo.

Aliquot abacorum) Cum ſinguli abaci vaſa multa capiant.

Auri ſemuncia) Scutatis quatuor, paullove amplius; auri enim pretium decuplo argento præſtat, ut ait Pollux.

Nomen ſuum) Quaſi Verres dictus a verrendo ſit. *Nomen* dixit pro cognomen: quia Verrem ſemper appellat, omiſſo gentis nomine, ad majorem ignominiam, & ſimul, ut puto, ne gentem Corneliam, e qua Verres fuit, offenderet.

CAPUT XXVI.

Quod totum effluxerat) Mirum oratoris artificium in addenda, ſine judicum faſtidio, ac ſatietate, nova re.

In cretula) Et cera, & creta in obſignandis litteris veteres utebantur. Aſiaticam cretam, qua publicani uterentur, Cicero oomioat io oratione pro Flacco.

Nimium multa) Quæ comparavit, ita multa ſunt, ut, ſi in ſingula ſua conclavia tricenos lectos optime ſtratos, cum ceteris convivii ornamentis quæreret, haud pauca tamen ei ſupereſſent.

Conchylio tinctum) Purpura intertextum.

Nec vulgo) Nec vulgaris homo, ſed honeſtus.

Ipſe) Verres.

Operas) Qui opus facerent, eorum impenſa, non Verris.

Credo) Hoc non negaverim, ipſum purpuram dediſſe: oe criminari omnia videar.

Habuiſſe tam multum, quod daret) Vnde enim habuit, oiſi ex rapinis, & furtis?

Hoc denique) Nam & in hoc ipſo crimeo eſt.

Quod concedit) Quaſi licuerit.

Lectos æratos) Cubiculares, & tricliniares erant lecti, illi, nocturnæ quietis cauſa, hi, unde cibum accubaotes caperent: qui primum lignei, ut rude, experſque deliciarum priſcum ſeculum fuit, deinde, corruptis peregrino luxu moribus, ærati, poſtremo etiam eburnei, argentei, aurei fuere: & cum ait Plinius Lib. XXXIV. cap. 3. Cn. Maolium, devicta Aſia, triclinia ærata, abacos, & monopodia primum iovexiſſe triumpho ſuo, quem anno V. C. DLXVII. duxit; lectos æratos, qui ponebantur in tricliniis, ſignificat, oon ipſa triclinia, quæ partes ædium erant, & conclavia dicebantur, a cubiculis diverſæ, in quibus oon cœoabatur.

Cum poteſtatem habuerit) Cum prætor eſſet: qui ſua poteſtate ad libidinem uti non debuit, hoc & ſupra exagitat his verbis: *Sed quid ego tam vehementer invehor? verbo jam uno repellar. Emi, inquit. O dii immortales! præclaram defenſionem: mercatorem cum imperio ac ſecuribus in provinciam miſimus, qui omnia ſigna, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coemeret.* Et Lib. I. *Hic ego non arbitror illum negaturum, ſigna ſeſe plurima, tabulas pictas innumerabiles, habere: ſed, ut opinor, ſolet hæc, quæ rapuit & furatus eſt, nonnunquam dicere ſe emiſſe: quoniam quidem in Achaiam, Aſiam, Pamphyliam ſumtu publico, & legationis nomine, mercator ſignorum, tabularumque pictarum miſſus eſt.*

CAPUT XXVII.

Temporibus populi Romani) Fortaſſe propter duo bella difficillima, quæ tum gerebantur, Mithridaticum in A-

ſa duce Lucullo, Sertorianum in Hiſpania ducibus Metello Pio, Cn. Pompeio Magno.

Antiochus) Vide Appianum in Syriaco.

In ejus regnum) Regnabat enim plane Verres in Sicilia.

De his decumis) Quas ſupra commemoravi, per injuriam ereptis.

Trulla) Vnde vinum effunditur.

Niſi) Videtur abundare.

CAPVT XXVIII.

Nondum etiam perfectum templum) Quod cum incendio deflagraſſet, Sulla mortuo Q. Catulus refecit, & conſecravit. Plutarchus, Appianus, Florus.

Vt cum certare videretur cum copia) Similis in laudando Pompeio ſententia in oratione pro Balbo: *In quo uno ſumma fortuna cum ſumma virtute certavit*. Et in vituperando Piſone: *Cujus, ut provinciam tetigit, ſic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo poſſet, utrum deterior, an infelicior eſſet, judicare*.

CAPVT XXXI.

Loquor enim de tuo clariſſimo, pulcherrimoque monumento) De Capitolini Iovis templo; infra.

Non iudicis ſolum) Iudex erat Catulus in cauſa Verris. Lib. III.

CAPVT XXXII.

Chelidonis) Meretricis, quæ Verrem heredem reliquerat.

CAPVT XXXIII.

P. Scipio) Æmilianus, qui Carthaginem evertit.

Suis ne ſerviret) Vt ſerviverat Phalari tyranno.

CAPVT XXXIV.

Circum omnia provinciæ fora rapiebat) Magno cum eorum incommodo ſecum ducebat per omnem provinciam, ubicunque forum acturus eſſet. Lib. II. *Cum prætorem circum omnia fora ſectaretur*.

CAPVT XXXVI.

Te nunc, P. Scipio) Qui Verrem defendebat, ſocer poſtea Pompeii Magni.

Obtruſit) Mendoſum fortaſſe verbum; niſi ſi quis putet, *Obtruſit aliqua ex parte* dictum eſſe pro loco movit; quod placere vix poteſt: ſicuti nec, *obtrivit*, admodum arridet. Quid, ſi nec mendoſum ſit, & hoc ſenſu accipiatur? Obtruſit aliqua ex parte: alieno nomine aliqua ex parte tradidit, ita reſpondebit ad id, quod proxime dictum eſt: *Cum mos a majoribus traditus ſit, ut monumenta majorum ita ſuorum quiſque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno ſinat*. Sic Terentius in Andr. *Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, ad me itur*. Et in Hec. *Quam mihi obtrudit pater*.

CAPVT XXXVII.

Partes) Tuendæ Africani gloriæ.

Quas alienas eſſe arbitrabar) Tuas eſſe, & reliquæ Scipionum familiæ arbitrabar.

Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri) Conferam induſtriam meam ad inſectandam improbitatem, beneque de rep. merendum: ut quotidie magis populus Romanus ad honores mihi mandandos excitetur: ita habebit cur queratur, quemadmodum ſolet, iſta præclara nobilitas, facile homines novos, & induſtrios a populo Romano, quos honores petant, obtinere. *Iſta*, contemnens dixit, *præclara*, cum ironia.

Apud alios) Apud Scipiones: quos ejus imitari virtutem deceret, cujus imaginem domi habent.

Alii) Ejuſdem familiæ, qui Africani mortui virtute ac nomine ornantur.

CAPVT XXXVIII.

Ampliſſimum in orbe terrarum) Templum Iovis Capitolini.

Dedecoris) Vnico verbo colligit omnia vitia.

CAPVT XXXIX.

At hoc ſolum) Modus conjungendæ, & con-

& continuandæ ex diverſis rebus orationis: ut lib. I. *At credo in hiſce ſolis rebus indomitas cupiditates, atque effrenatas habebas: ceteræ libidines ejus ratione aliqua, aut modo continebantur; quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis?*

Proagoro) Summo Tyndatitanorum magiſtratui: infra.

Quam mihi religionem narres? quam pœnam? quem ſenatum?) Modus reſpuendi per contemtum ea, quæ contra dicantur: ut Phil. 1. *Quas tu mihi, loquitur, interceſſiones? quas religiones?*

CAPUT XL.

Præcipitem in forum dejiciant) Pro, raptim in forum trahant.

C. Marcelli) Qui Siciliæ paullo ante præfuerat, ut lib. III. & nunc in cauſa Verris judex erat, ut infra.

Divaricari) Apertis cruribus diſtendi.

In ære) Suſpenſus, in equo æneo vinctus.

CAPUT XLI.

De Mercurio Tyndaritano) Aut hoc, ut gloſſema, inducendum: aut locus ita diſtinguendus: *Unum hoc crimen videtur eſſe, & a me pro uno ponitur, de Mercurio Tyndaritano: plura ſunt.*

Pecuniæ magnæ) Eodem modo, *Multorum nummorum bibliothecam*, dixit in ep. ad Sulpicium lib. XIII.

CAPUT XLII.

Huic Æſernino) M. Marcelli filio, ejus, de quo Lib. I. mentio fit his verbis: *Hi rem ad virum primarium, ſummo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, quod erat pupilli tutor, deferunt.* Nominatur idem, ut hujus Æſernini pater, in Bruto.

Proagori Supatri juſſu) Deportatum eſſe Meſſanam, dicunt publicæ litteræ.

CAPUT XLIII.

Societatis) Cum populo Romano: cujus imperatoris virtute ſignum illud recuperaverant.

Hunc immaniſſimum Verrem) Illi apro Erymanthio ſimillimum. Ludit in verre, & apro.

CAPUT XLIV.

Opere Corinthio) Ære Corinthio.

Simili in genere) Ipſas quoque cælatas opere Corinthio.

Veſtigia) Loca ipſa, in quibus loricæ illæ, galeæ, hydriæ, ſtatuæ fuerant.

His præclaris nominibus) Imperatorum, qui de hoſtibus capta Siculis dederunt.

CAPUT XLV.

In hanc fraudem) Culpam, crimen, flagitium.

Per iſtius ſtuprum) Stuprata aliqua muliere ex iis, quæ ſignum illud viderant, ſacriſque faciendis interfuerant. Auget culpam Verris, addito ad ſacrilegium inceſtu.

CAPUT XLVII.

Aut hoc judicium appellabitur?) Diſſimile quiddam eſt id, quod agitur; nam in judicio reus accuſatur, & defenditur: ab iſto autem dii ablati, fana vexata, nudatæ urbes reperiuntur: nec ei vel inficiandi ratio, vel defendendi facultas ulla relinquatur.

Et manet etiam) Adhuc ſedet, neque abit ſua ſponte in exſilium, ſed ex oratione mea tacitus facta ſua recognoſcit.

Mecum) Ille tacitus, ego narrans recognoſco.

CAPUT XLVIII.

Diremta) Disjuncta, nullus ut ad eam aditus, acceſſuſque ſit.

Lectiſſimi flores omni tempore anni) Quod elegantiſſimus poeta, nulli veterum aut ingenio, aut doctrina concedens, Lib.V. Met. cum hunc ipſum locum deſcriberet, Ovidius mira brevitate dixit, *perpetuum ver eſt.* Et quod hic Cicero, *Quam circa lacus, lucique ſunt plurimi*: ille eadem brevitate,

Silva coronat aquas:

tum addidit ingenio ſcilicet indulgens,

 Cin-

Cingens latus omne, ſuiſque
Frondibus, ut velo, Phœbeos ſubmovet ignes.

C A P U T XLIX.

Ti. Graccho) Tribuno pl. remp. novis legibus perturbante.

Occiſo) Nobilitatis duce P. Scipione Naſica.

Collegio decemvirali) Quod Sibyllinis libris præerat.

Perantiquum) Hoc ſupervacaneum eſſe, verba, quæ ſequuntur, oſtendunt.

C A P U T L.

Cum infulis, ac verbenis) Quo habitu ſacra faciunt.

Alter Orcus) Alter Pluto, qui Proſerpinam aſportaſſe ferebatur.

Accolæ) Qui cum ipſa Cerere habitarent.

Servi fugitivi) Primo ſervili bello ducibus Euno, & Cleone: quorum copias P. Rupilius conſul delevit, Siculiſque leges dedit. Cicero, Valerius, Pedianus.

C A P U T LI.

Veritaſque judiciorum) Ut populus Romanus intelligat, in judiciis locum eſſe veritati. Act. I. *Sin iſtius ingentes divitiæ judiciorum religionem, veritatemque perfregerint.*

Veſtram auctoritatem) Iam enim hanc religionem, & hæc Cereris ſacra adſciviſtis, atque comprobaſtis.

Nobis) Quod ſequitur, oſtendit, *vobis*, eſſe rectius, quam *nobis*.

Sancire) Comprobare: ab eo, qui violaſſet, pœnas perſequi.

Appellari Græce voluerunt) Lib. II. de Leg. *Neve initiante, niſi ut aſſolet Cereri Græco ſacro.*

Diſſoluti) In ep. ad Metellum: *Non humanitas, ſed diſſolutio quædam animi.*

C A P U T LII.

Omnium pulcherrime) Livius Libro XXXV.

Conferte hanc pacem cum illo bello) Mirabilis in hoc toto verborum ambitu vis agnoſcitur eloquentiæ; nam & pluribus membris diſtinguitur ſententia: & ipſa membra comparatione contrariorum numerum efficiunt: & ita paucis verbis multa dicuntur, ut apertius tamen ac planius eſſe nihil poſſit. Ipſemet Cicero in libro qui inſcribitur Orator, cum loquitur de numero: *Nos etiam*, inquit, *in hoc genere frequentes ut illa ſunt in quarto Accuſationis: Conferte hanc pacem cum illo bello.*

Ingenuis) Nam ſi peccaretur in libertinis, levius ferendum; propterea ingenui quoque nominantur Libro I. *Quam multis*, inquit, *iſtum ingenuis, quam multis matribus familias vim attuliſſe exiſtimatis?* Et Vatinius ad Ciceronem: *Hominem unum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuos, matres familias, cives Rom. occidit, arripuit, diſperdidit.*

C A P U T LIII.

Prytaneum) Quale Athenis fuit, ubi ſumtus publice dabatur bene de rep. meritis.

Quam ad ſummam) Cujus in extrema parte.

Qui Theſmotes vocatur) *Temenites*, malim legere, diſſentientibus inter ſe antiquis libris; hoc enim cognomine Syracuſis advectum Apollinem Suetonius appellat in Tiberio. Et Syracuſis fons fuit Temenites dictus, auctore Plinio: montis quoque vertex, teſte Thucydide Lib. VII.

S. R O G E R I U S.

Siculas Urbes Gymnaſio inſtructas perluſtraturus primigeniam *Gymnaſii* notionem in antecellum aperire abs re non eſſe puto, ut inde quantum gymnaſtice Siculis eximiis hujuſce artis cultoribus debeat, cuivis facile perſpicere detur. Gymnaſium quidem luctationibus cereriſque athleticis exercitationibus primum comparatum fuiſſe, vel præter alios Tullius ipſe diſertiſſimis verbis teſtatur, cum de Orat. II. 5. *Exercitationis & delectationis cauſa, non diſputationis primum Græcos paleſtram & ſedes & porticus inveniſſe* ait. At deinde factum eſt, præſertim cum Gymnaſii ædificium ad ſummam magnificentiæ ac ſplendoris amplitudinem aſſurrexit, ut idem locus Rhetorum ac Philoſophorum diſputationibus patuerit. Quod ſane idem Tullius

lius docet loc. cit. Subdit enim: *Nam & ſeculis multis ante gymnaſia inventa ſunt, quam in his philoſophi garrire cœperunt: & hoc ipſo tempore, cum omnia gymnaſia philoſophi teneant, tamen eorum auditores, diſcum audire, quam philoſophum malunt; qui ſimul ut increpuit, in media Oratione de maximis rebus & graviſſimis diſputantem philoſophum omnes unctionis cauſa relinquunt*. Ex hac porro exercitationis & diſputationis conſociatione factum exinde eſſe, ut *Gymnaſium* Philoſophorum exhedras, *Palæſtra* exercitiorum ſtationes ſignaret, docte more ſuo oſtendit Cl. Nicolaus Ignarra in Comm. de Pal. Neap. Iam vero Siculos in gymnicis certaminibus palmam reliquis præripuiſſe teſtantur plura Pindari odaria in Siculorum hieronicarum laudem concinnata; inter Olympionicas enim occurrunt quinqe Siculi, Hiero nimirum Syracuſanus, Thero Agrigentinus, Pſaumides Camarinæus, Ageſias Syracuſanus, & Ergoteles Himeræus: in agonibus vero reliquis, qui ea ordine ſequuntur, Pythicis nimirum, Nemeis, atque Iſthmicis celebrantur Hiero Ætnæus Syracuſanus, Chromius Ætnæus, Midas Agrigentinus, & Xenocrates Agrigentinus. Quibus addere licet, quos recenſet Corſin. Faſt. Attic. Lib. III. Hujuſmodi autem gymnicorum agonum victoriam Siculi acceptam referebant Gymnaſiorum multitudini, quibus ipſorum urbes inſtruebantur. Nullum enim ferme erat in tota Sicilia oppidum paullo frequentius, ubi non Gymnaſium inædificatum eſſet. Vnde quidem, ut id παρεργως moneam, plurimum ſplendoris Siculæ olim civitates ſibi compararunt: quas enim in gymnaſiis exercitationes antiquitus homines obibant, iis ad pacis bellique artes apte erudiebantur. Videſis in hanc rem laudatum Ignarram, quem iterum honoris cauſa nominare libet. Syracuſarum ſane Vrbs, quam *tantam eſſe* ait Cicero, *ut ex quatuor urbibus maximis conſtare dicatur*, non uno quidem, ſed tribus Gymnaſiis ornabatur. Profecto ex Tullii loco, quem in manibus habemus, unum Syracuſis exſtitiſſe gymnaſium, quod nimirum Tychæ extructum erat, colligi videtur; nihil enim hujuſmodi meminit, cum Inſulæ, Acradinæ, ac Neapolis publica & magnifica ædificia commemorat: quodque heic ſpeciatim de Tycha verba faciens *gymnaſium* appellat, ſuperius lib II. cap. 14. Syracuſis inædificatam *palæſtram* vocat. Verum ex his, quæ tradunt Diodorus Siculus ac Plutarchus, plura Syracuſis fuiſſe gymnaſia eruere licet. Cum enim Dionyſii majoris ætate ingens armorum apparatus fieret, non modo in templorum veſtibulis, atque amplioribus privatorum domibus, verum etiam επι δε τοις γυμνασιοις, και ταις κατα την αγοραν στοαις, *in gymnaſiis & porticibus, circa forum* armorum omne genus confectum fuiſſe narrat Diodorus Hiſt. lib XIV. num. 41. Cum igitur numero multitudinis gymnaſia laudatus hiſtoricus memorat, ea minimum duo fuiſſe oportet. Adhæc Plutarchus in vita Timoleontis extremo cap. refert Syracuſanos, ut demortui Timoleontis de ipſorum patria benemerentiſſimi memoriæ inſervirent, ſepulcrum in foro poſuiſſe, και στοας ύστερον περιβαλλοντες, και παλαιστρας ενοικοδομησαντες, γυμνασιον τοις νεοις ανηκαν, και Τιμολεοντειον προσηγορευσαν: *quod porticibus poſtea cinxerunt, ibique palæſtris inædificatis paraverunt juventuti gymnaſium, quod Timoleonteum appellarunt*. Atque hujus quidem Gymnaſii meminit non modo Diodorus ſupra laudatus lib. XIX. verum etiam Nepos in vita Timoleont. Quæ ſane diſcrepantes ſententiæ ita ſecum conciliari poſſe videntur, ut quæ Dionyſio regnante exſtabant gymnaſia, ea aliqua de cauſa, ac veriſimilius bellorum, quibus Sicilia peſſumdata fuit, furore extincta, Ciceronis ætate nulla fuerint. Aliquis enim conjecturis locus datur, queis Acradinam gymnaſio olim non caruiſſe opinemur, ex Prytaneo, quod ibi ornatiſſimum fuiſſe tradit heic Tullius. Hujuſmodi enim, Suida docente, Athenienſibus dicebatur domus publica, ubi e publico athletici victores alebantur. Quorſum igitur locus athleticis victoribus ſuſcipiendis comparatus, ſi nullus fuiſſet locus, ubi gymnica obire certamina, victoriamque referre licebat? Ceterum illud ſilentio prætereundum non eſt, quod licet cum Syracuſanis

gymnaſiis nihil neceſſitudinis hebeat, at ingentis laudis cumulum in Syrecuſenos derivet: nimirum quod de regie Dionyſii domo refert Plutarchus in vita Dionis num. 13. Eam enim, cum illuc Plato advenit, Geometriæ ſtudioſorum frequentiſſimam ſedem fuiſſe ait: *Φορα δε τις ην επι λογους και φιλοσοφιαν απαντων· και το τυραννειον, ως φασι, κονιορτος υπο πληθους των γεωμετρουντων κατειχεν. Ardor etiam omnium erat ad diſciplinas, & philoſophiam: Tyranni ſedem, ut fama eſt, pulvis occupabat, ob numerum eorum, qui Geometriæ incumbebant.* Pervulgatum eſt olim Geometrices formae in pulvere deſcribi conſueviſſe: Archimedem quidem interfectum tradit Livius XXXV. 12. cum eſſet *intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat*: atque huc facit, quod ait Tullius Tuſcul. V. 23. cum ſe Archimedis ſepulcrum detexiſſe gloriatur: *Ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere & radio excitabo.*

Alias præterea Siciliæ urbes gymnaſiis præditas fuiſſe ex veterum teſtimoniis abunde liquet. De Tyndaritano quidem teſtem habemus Ciceronem lib. V. in Verr. cap. 72. ubi Deos alloquens, quorum ſimulacra impius Verres abſtulerat, ait: *Teque, Mercuri, quem Verres in villa, & in privata aliqua paleſtra poſuit, P. Africanus in urbe ſociorum, & in Gymnaſio Tyndaritanorum, juventutis illorum cuſtodem ac præſidem voluit eſſe.* Quod ſane gymnaſium Philoſophantum exhedris inſtructum fuiſſe e Mercurii appoſita ſtatua conjicere licet; is enim eloquentiæ parens ac moderator doctrinæ veteribus erat, ut qui primus litteras mortales docuiſſe crederetur: hinc factum, ut omnium gymnaſiorum ipſius ſtatua ornamentum eſſet. Tullius ad Att. lib. I. Epiſt. . . . . . *Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ut ornamentum Academiæ proprium meæ; quod & Hermes commune omnium, & Minerva ſingulare eſt ejus Gymnaſii.*

Tauromenium ſuo gymnaſio, eoque ſplendidiſſimo, non caruiſſe, ſuperius adnotavimus auctoritate Athleticæ Inſcriptionis, quam doctæ poſteritati vindicavit Dorvillius. Ea ſane refert, ut a Burmanno verba mutuemur, *quaſi inſtar faſtorum Agoniſticorum; quia in ea recenſentur varii magiſtratus ſive Agonothetæ, & qui ſub illis Gymnaſiarchi fuerint, tum expenſæ in ludos & epulas factæ; adeo ut catalogi Agonothetarum & Gymnaſiarchorum ſpeciem exhibeat.* Taurumenitani Gymnaſii argumentum etiam eſt Inſcriptio illic eruta, in qua ΕΡΜΑΗΡΑΚΛΕΟϹ ſculptum viſitur. Hanc referunt Burmannus junior ad calcem Sicul. Dorvillii, & præclariſſ. Gabriel Caſtellus, Princeps Turriſmutii in ſua, quam adornavit, doctiſque adnotationibus inſtruxit, Sicul. Inſcript. Collectione: qui ſane ad rem noſtram obſervat, hujuſmodi nomine donatas fuiſſe Mercurii & Herculis imagines ut plurimum conſociatas, in unica baſi impoſitas, quas veteres in Gymnaſiis ac Palæſtris dedicabant. Atque de his imaginibus Ciceronem in Epiſt. ad Att. I. 10. locutum advertit, cum ait: *Signa noſtra, & Hermeraclas, ut ſcribis, cum commodiſſime poteris, velim imponas.*

Leontinis etiam Gymnaſium extitiſſe tradit idem Tullius lib. II. in Verr. cap. 66. *Leontinis, miſera in civitate, atque inani, tamen iſtius in gymnaſio ſtatua dejecta eſt.* Ubi παρεργως advertatur, quantum e priſtina ubertate per Verris injurias Leontinorum civitas deſciverit, cum heic illam *miſeram* atque *inanem* appellet. Hanc enim fertiliſſimis & cultiſſimis campis, Hyblæis dictis, abundaſſe teſtatur idem Tullius lib. III. cap. 18. *Et quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, cujus antea ſpes hæc erat, ut cum obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vererere, ſic erat deformis, atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Quod quidem Phil. II. cap. 39. etiam innuit: *Quid jam queror de agro Leontino? quoniam quidem hæ quondam arationes in pop. Rom. patrimonio grandiferæ & fructuoſæ ferebantur.* Atque ejuſdem rei argumentum præbent quatuor frumenti ſpicæ, caput leonis (unde urbi quæſitum nomen) circumſepientes in Leontinorum nummis inſculptæ; illæ enim, ut ſapius laudatus Burmannus adnotat, *indicia ſunt celebratiſſimæ fertilitatis agri Leontini.*

Gelæ Gymnaſium luculenter prodit Inſcriptio Græcis litteris exarata;

quam

Digitized by Google

quam proferunt tum Burmannus, tum Gabriel Caſtellus Cl. VIII. num. 2. Ea quidem exhibet pſephiſma Reipublicæ Geloæ, quo laudatur ornaturque corona oleagina Heraclides Zopyri filius Xyſtarcha, ejuſque ſedulitas in eo potiſſimum commendatur, quod ſummam in *εφηβοις και νεωτεροις* inſtituendis curam præ ſe geſſerit.

Netinum Gymnaſium non obſcure colligitur ex Græca Inſcriptione apud laud. Caſtellum Cl. VIII. num. 8. quæ licet mutila, ad gymnaſticas tamen pertinere deprehenditur. Meminit enim Gymnaſiarchæ Ariſtionis, ſub quo *Νεανισκοι Ἱερωνειοι* aliquid dedicarunt. Qua de cauſa *Iuniores* iſti *Hieronei* appellentur, ſibi incompertum eſſe fatetur laud. Caſtellus; licet conjiciat hujuſmodi nomenclaturam ipſis obvenire potuiſſe ab aliquo a Hierone, cujus imperio Netum paruit, condito gymnaſio, in quo erudiebantur. At felicius mea ſententia nominis cauſam aperit Nic. Ignarra; qui ita eos cognominatos eſſe putat, quod in certamine Hieroneo, in honorem ſcilicet Hieronis inſtituto, exercebantur.

Catanæ Gymnaſium a Marcello exſtructum fuiſſe teſtis eſt Plutarchus in ipſius vita num. 30. Ait enim: *Ην δε αναθηματα Μαρκελλου, διχα των εν Ρωμη, γυμνασιον μεν εν Κατανη της Σικελιας. Monumentum extra ea, quæ Romæ fuerunt, Marcelli gymnaſium exſtitit Catanæ Siciliæ.*

Panormitana Civitas omnium Siciliæ urbium celebratiſſima Gymnaſio deſtitui non potuit. Veterum ſcriptorum in hanc rem teſtimonia ad manus non ſunt: at latina Inſcriptio Panormi eruta id ſuadere videtur. In ea enim legitur epitaphium cujuſdam *Flammæ Sic.* ut quidam legunt, ſive potius *Sec.* ut legit Gualterius, ac ſæpe laudatus Caſtellus, nimirum *Secutoris*, quod erat notiſſimum gladiatorum genus: ac certamina ab eo commiſſa recenſentur; unde conjicere licet illum in gymnicis exercitationibus plurimum valuiſſe; ac propterea, ſi divinationi locus eſt, athleticas pugnas Panormi, ubi ſepultus eſt, ab ipſo initas fuiſſe.

Tandem, ut huic gymnaſiorum recenſioni finis imponatur, & ipſum Bidis oppidum, quod *non longe a Syracuſis tenue ſane* erat, referente Tullio lib. II in Verr. cap. 22. gymnaſium habuit. Quod ex iis, quæ ibidem memorat Tullius perſpicue deprehendere datur: Palæſtritæ enim Bidenſes, quemadmodum Syracuſani palæſtritæ antea ſe geſſerant, hereditatem quamdam ab Epicrate primo illius civitatis petiiſſe dicuntur. Igitur in Bidis oppido non ſecus ac Syracuſis exſtabat palæſtra.

CAPUT LIV.

Ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur) Nam Carthago periculi metu deleta eſt.

Ad ædem Honoris, atque Virtutis) Renovatam a Marcello, ut apud Ciceronem Lib. II. de Nat. Deor. legitur: votam, & ædificatam, ſi Livium auctorem ſequimur.

Ne qua tali viro mortuo fiat injuria) Similiter in Piſonem: *Facio injuriam fortiſſimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum importuna bellua conferam.*

CAPUT LV.

Quod erat ædificaturus) Honoris, & Virtutis: ut ea, quæ ſequuntur, verba declarant; renovatam tamen ab eo, non ædificatam, auctor eſt idem Cicero Lib. II. de Nat. Deor. Etiam illud miror, Livium ſcribere, Marcellum voviſſe hoc templum Gallico bello ad Claſtidium, Ciceronem autem, voviſſe eum, ſi Syracuſas cepiſſet.

CAPUT LVI.

Argumenta) Fabulæ: ut Virgilius Lib. VII. *Argumentum ingens*: quo loco vide Servium.

Crinitum anguibus). In quo angues eſſent pro crinibus.

CAPUT LVII.

Ad ædem Felicitatis) A L. Lucullo conſule exſtructam. Auguſtinus de Civitate Dei.

Ad monumentum Catuli) Ad templum Iovis Capitolini, a Catulo refectum.

In porticum Metelli) Macedonici : qui non modo porticum fecit, ſed eum quoque locum ſtatuis equeſtribus, quas Alexandri Magni juſſu Lyſippus fecerat, ex Macedonia deportatis, exornavit. Velleius Lib. I.

Studia) Cupiditates.

Delicias) In operario non ferendas, ad ſigna deferenda potius appoſito, quam auferenda.

Ita factus & animo, & corpore) Eodem modo dixit Lib. I. Offic. *Neque enim ita generati a natura ſumus, ut ad ludum facti eſſe videamur, ſed ad ſeveritatem.* Pro Milone: *Ad quam legem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus.*

Simulacrum Iovis Imperatoris, quem Græci Vrion nominant) Vir exquiſitæ ac reconditæ doctrinæ, Ioannes Brodæus in ſuis Miſcellaneis putat mendoſum eſſe, *Imperatoris*: quod Iovem ȣριον vel ορειον Græci finium præſidem appellent: idque Demoſthenis, Dionyſii, Arriani teſtimonio probat. Sane verbum Græcum, Imperatorem, non ſignificat: ſed aliud fortaſſe Græcis, aliud Latinis nomen fuit: quod, qui terminis præeſſet, imperare, & arcere finitimos ab injuria videretur; non enim præeſſet, niſi imperandi jus haberet.

CAPVT LVIII.

Flaminius) T. Quintius Flaminius, qui ex Macedonia, de Philippo rege triumphavit.

Cives atque incolæ) Qui cives non ſunt, incolæ dicuntur, ut Lib. III. *Quid Halycienſes, quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immunes habent?*

CAPVT LIX.

Nimio opere delectant) Sic in Parad. *Quos ſigna, quos tabulæ, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant.*

Poſteaquam judicia ſevera Romæ fieri deſierint) Poſteaquam judicare ſenatores cœperint; ſupra: *Quo damnato tum cum ſevera judicia fiebant.*

Hæc vendere cœpiſſe) Quod minime fecerunt.

Niſi arbitramini) Quod arbitrari non debetis. Animadvertendum, hoc loquendi genere negari ſemper id, quod ſequitur.

L. Craſſo, Q. Scævolæ, C. Claudio) Quorum ædilicia munera nominantur Lib. II. Offic.

Commercium iſtarum rerum cum Græcis hominibus non fuiſſe) Fuit: eaſque res ad ornandum forum & ſumebant a Græcia, & reddebant: nihil tamen umquam emerunt; nec Verrem igitur emiſſe debetis exiſtimare.

CAPVT LX.

Et pretio parvo) Quanti Verres ab Heio Mamertino quatuor pulcherrima ſigna, Cupidinem, Herculem, Canephoras, a ſe emta, ipſius Heii tabulis probare conabatur.

Quas nos contemnimus) Contra Verrem, qui tamquam Græcus adamabat illa, quæ Romani contemnebant; quamquam antiquos mores exſuere, & oculorum oblectamenta quærere Græca levitate multi jam cœperant, privato dedecore, publico damno: nam deliciis contemnendis imperium Romana ſeveritas auxerat; unde Virg. Lib. VI.

Excudent alii ſpirantia mollius æra
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.
Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem;
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Facile patiebantur) Hic loquendi modus æquitatem animi, cum neutram in partem laboramus, oſtendit, ut in ep. ad Pompeium: *Plus officii apud alium reſidere faciliime patior.*

Vectigales, aut ſtipendiarios) Sociorum tria genera, immunes, vectigales, ſtipendiarii: quorum ſtipendiarii deterrima conditione; vectigal enim certum, & æquale: ſtipendium a populo Romano pro temporum ratione imponebatur.

Qui jam cives Romani ſunt) Supra: *Quam vos Rheginis, quorum civitati invidetis, civibus Romanis, oſtendere ſoletis.*

Mereri) Solvere, & impendere; ut Lib. V. *Quid cenſetis in hoc fœdere faciundo voluiſſe Mamertinos impendere laboris, operæ, pecuniæ, ne hæc biremis* ad-

adſcriberetur, ſi id ullo modo poſſent a noſtris majoribus impetrare?

CAPUT LXI.

Heraclii) De quo Lib. II.

Non lenitudine) Placeret, *non modo lenitudine*: cum ſequatur, *ſed etiam liberalitate*.

Liberalitate) Qui uxores Verris libidini permitterent: ut communes viderentur eſſe.

De quibus ante dixi) Lib. II.

CAPUT LXII.

Monumentum ſcelerum) Ne ſcelera Verris quiſquam poſſet oblivisci.

Inventorem olei deum) Ariſteum, Bacchi filium, de quo paullo ante.

Hereditatis) Heraclii.

CAPUT LXIII.

Non modo minorem) Pro, ne dum minorem; ut in ep. ad Lentulum: *Non modo premiis, ſed ne periculis quidem compulſus ullis*. Et alibi ſæpe.

Ut ei) Non placet, *ei*.

Paucis illius diebus) Cum jam appropinquaret adventus meus.

Qui ſummam poteſtatem haberet) Prætorem L. Metellum.

CAPUT LXIV.

De Sex. Peduceo) Patre ejus, qui Attici amiciſſimus fuit.

Ei negotium faceſſitum) Reum eſſe factum; ſic ad Appium: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent*.

Ne nudus quidem filius) Obſcenæ libidinis cupiditate. Hanc ſuſpicionem ſæpe excitat de puero Verre, ut in Divin. *Curſare iſte homo potens cum filio blando & gratioſo circum tribus*. Lib. II. *Hunc enim puerum non oderant*. Lib. III. *Veſter ille puer prætextatus in provinciis quemadmodum fuiſſet, dicerem, ſi pueri eſſe illam culpam, ac non patris exiſtimarem*.

In nuda provincia) Exinanita, exhauſta, deſpoliata.

Cognoſcitis) Malim, *cognoſtis*: a teſtibus videlicet.

CAPUT LXV.

Diſceſſio) Eadem, quæ Romæ fieri ſolebat in S. C. faciendis, aut improbandis.

Prætor appellatur) Qui aderat, L. Metellus. Appellatur autem, ne laudationem illam tolli ſinat.

Cæcilius) Cum quo Ciceroni de accuſando Verre contentio fuerat.

A magiſtratu Siculo) Cæcilius a magiſtratu Siculo prætorem appellat: id eſt, omiſſo magiſtratu Siculo, ad prætorem confugit.

Sed quæſtor) Qui fuerat, non qui tunc eſſet.

CAPUT LXVI.

Græce locutus) Quaſi dignitas in eo ſenatoris populi Romani minueretur.

Verum, & germanum Metellum) Quaſi alii minus hoc digni nomine viderentur. Similiter ſupra: *Ille vero non ſe Metellum minime fore putaſſet, ſi ſe ulla in re imitatus eſſet*.

Iuvare) Lucullum reum, ſororis ſuæ virum, Luculli patrem, qui de Mithridate & Tigrane triumphavit. Plutarchus.

Quod ibi intellexi) *Quod*, pro, *ſed*, ut Lib. I. *Quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto prætore ſolitus ſit convenire*. Et Lib. II. *Quod ego niſi meo adventu illius conatus aliquantulum repreſſiſſem*.

Recentes nuncios) Lætilium de quo Lib. II.

Tributarias) Quas Metello munera tribuerent. Lib. II. *Is epiſtolas complures attulerat, in iis unam domo, quæ totum hominem immutarat*.

Theomnaſtus) Dei memor, Latine valet. Verris familiaris fuerat, ut Lib. II.

Theoractum) Divino furore commotum, a deo perculſum.

Vocant) Per irriſionem.

Præter intelligens) Cum ironia.

Legum) De repetundis Lib. II. *Niſi Glabrionis litteris, ac lege putaſſem; tam multos huc evocare non potuiſſem*.

Sanctionem) Ne quis impediat, quo minus & obſignare, & deportare Romam tabulas liceat.

Pœnamque) Si quis impedierit.

CA-

CAPVT LXVII.

Vt Heius, qui ejus princeps legationis eſt adſit) Qui ſi aderit, publico te nomine laudabit, ſuo lædet; ſibi enim e ſacrario ſuo Cupidinem marmoreum, Herculem æneum, Canephoras ſublaтas eſſe dicet, quemadmodum priore jam dixit actione.

Navem debeant ne?) Populo Romano.

Superiores) Qui ante Verrem Siciliæ præfuerunt.

Diem feſtum) Marcellea.

Suſtuliſſent) Non tamen ſua ſponte ſed juſſu Verris. Lib. II.

Ex Heraclii pecunia) Vt erogaretur in ſumtum ejus diei.

Ei) Verri, tamquam deo.

Omnium annorum ſacra) Nam cui deo ſacra fierent, cum Verres omnium deorum ſimulacra ſuſtuliſſet? in Divin. *Seſe jam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere; quod eorum ſimulacra ſanctiſſima, C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.*

Patrias) Quos jampridem colere ſoliti eſſent.

Ejus autem familiæ) Claudiæ Marcellorum.

Dies feſtos) Pro, diem feſtum.

Recuperarant) Cum jure belli, victore M. Marcello, omnia amiſiſſent. Familiam Cicero nominavit, cum unum M. Marcellum nominare poſſet; ut a judicibus C. Marcello, & Cn. Lentulo Marcellino gratiam iniret.

PAVL.

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
ORATIONEM X.

CAPVT I.

N*Ovi locum*) Qui occaſionem & facultatem exaggerandi præbeat oratori.

Pro ſuo jure contendet) Carpit eum, quaſi dominari ſoleret in judiciis: nam, *pro ſuo jure*, potentiam ſignificat.

Timeo) Hoc totum ironia eſt, nullam enim eſſe Verris in re militari virtutem, aut vigilantiam, oſtendet.

M' Aquilii) Qui de repetundis ex Sicilia eſt accuſatus a L. Fuſio. Lib. II. Offic.

Fortis) Magno animo præditus.

Ab hoſtium duce) Fugitivorum dux Athenio fuit, quos Aquillius in Sicilia vicit, de quibus etiam ovavit.

Cum ſibi ipſe non peperciſſet) Cum in pugna nullam ſuæ ſalutis rationem habuiſſet.

Ad judicum crudelitatem) Vt eum judices necarent, quem ſervare fortuna voluiſſet.

CAPVT II.

Summo jure) Vt nihil afferre te patiar in judicium, niſi quod ad crimen repetundarum, de quo reus es, pertinet.

Certa lege) De repetundis.

At in Italia fuit) Spartaco duce, quem vicit M. Craſſus.

Aut Cn. Pompeio) Cum fugitivis Pompeius non pugnavit: ſed, cum ex Hiſpania, ſuperato Sertorio, rediret, magnum fugitivis terrorem ejus adventus injecit; unde illa in oratione pro lege Manilia: *Teſtis eſt iterum, & ſæpius Italia: quæ cum ſervili bello tetro periculoſoque premeretur, ab hoc auxilium abſente expetivit: quod bellum exſpectatione Pompeii attenuatum, atque imminutum eſt, adventu ſublatum, ac ſepultum.*

Tam prope a Sicilia) Tam prope Siciliam eſſet.

Tamen in Sicilia non fuit) Quaſi, ne eſſet, Verres effecerit.

CAPVT III.

Aditum) In Siciliam.

Hoſtibus) Servorum copiis, quæ erant in Italia.

Imitandi ejus belli) Ne ſervi, qui erant in Sicilia, imitarentur eos, qui bellum in Italia excitaverant.

Sine ulla facultate navium) Qui navibus omnino carerent.

Illis) Fugitivis.

Ad Peluridem) Siciliæ promontorium, Italiam ſpectans.

Prædicatur) Quaſi eam ipſe prohibueris.

In crucem eſſe ſublatum) Servili ſupplicio affectum, paſtor enim ille ſervus fuit.

CAPVT IV.

Cn. Norbanus) Prætor in Sicilia. C. Norbanus vocatur Lib. III. & fortaſſe is eſt, qui cum L. Scipione conſul fuit.

Ratione) Quia contrahunt inter ſe.

In Triochalino) Silius: *Et mox ſervili vaſtata Triochala bello.*

CA-

CAPVT V.

Furtum) Verris.

Prætermiſſa eſt) Minime prætermiſſa; ſic enim intelligendum.

Fuit nundinatio aliqua) Id eſt, eſſe potuit.

Niſi id) Te pecuniam accepiſſe.

Ne ſi dubitetur quidem) Non dubitatur, quin pecuniam acceperis: ſed, ſi dubitetur, id quæri tamen in re tam neſaria non oportet; nam, ſi pecuniam non accepiſti, qua ratione adductus eos liberaſti?

CAPVT VI.

Propter reum) Propter ipſum Verrem: a quo tantum ſceleris eſſe commiſſum, credibile eſt.

Ipſe qui judicarat) Ipſe Verres, qui eos damnaverat. Hoc ad illud ſupra dictum refertur, *Vt non ab iis ipſis, qui judicaſſent*. Nam ad quatuor propoſita, quatuor item hic ſubjunguntur, utraque per particulam, *ut*.

Feciſſe videri) Condemnationis verba: ut modeſte ſuam ſententiam judices oſtenderent. In Lucullo: *Quæ jurati judices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta, ſed ut, videri pronunciarent*. In ep. ad Attic. Lib. IV. *Druſus, Scaurus, non feciſſe videntur*. Simile illud Lib. II. *Sthenium litteras publicas corrupiſſe videri*. Ibidem: *Omnium ſententia pronunciatum eſſe, non videri Sthenium impediri edicto, quo minus ei liceret Romæ eſſe*. Et pro Cæcina, & in Piſonem.

Summa formidine oppreſſeris) A contrario ſenſu: pro, *omni* prorſus formidine liberarit.

Vel ipſo carnifice internuncio) Agente de pretio inter Verrem & Leonidam.

Redimeretur) Verbo uſus eſt pecuniam indicante.

CAPVT VII.

H-S LX millia) Scutatos MDCCC.

H-S C millia) Scutatorum tria millia.

Cenſor) Cum L. Gellio.

Diocli) Antique, pro Dioclis: ut Virgilius, *immitis Vlyſſi*: vide Chariſium.

Excogitavit) Contra Apollonium Verres. Inducit Cicero Panormitanum aliquem ita loquentem.

Neſcio quid attulit) Aliquid omnino attulit, quo Apollonium citaret.

In nominibus) Nomina pro debitoribus ponuntur.

Non habere) Quam ſi haberet, petenti Verri dediſſet; id enim ſignificatur.

CAPVT VIII.

Servos damnatos) Leonidæ: de quo ſupra.

Clementer) Vt in ſervis Leonidæ.

Severe) Vt in Apollonio.

Eum) Verrem.

Suo judicio) Quia, cum ſuum de Apollonio judicium reſcidit, ipſe ſe condemnavit: quo minus vos de eo condemnando dubitare non poteſtis.

CAPVT IX.

Redemiſſe) Ne accuſarentur ejuſmodi crimine.

Vel vita) Præſtat enim mori, quam hæc pati.

Occurrere) Pecunia ſe a Verre ante redimere, quam illa ferant, quæ tulit Apollonius.

CAPVT X.

Q. *Maximi*) Fabii Cunctatoris.

Solem ejus diei) Scribit idem de Alexandria Ammianus Marcellinus. Libro XXII.

CAPVT XI.

Equites Romani) Qui negotiabantur in Sicilia.

CAPVT XII.

Æſtate ſumma) Cum ſummus calor eſt; infra.

Conſueverat) Rem habuerat. Plautus in Ciſt. *En umquam cum quiquam viro conſueviſti?* Ibidem: *Conſuetudine cœpi amare ego contra illum, atque ille me*. In Pſeu. *Nunc noſtri amores, amores, conſuetudines*.

Virtute putaret oportere, non genere certari) Annibalem ſuos milites ad præ-

prœlium his verbis adhortaotem Ennius indueit:

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginenſis,
Quiſquis erit.

CAPVT XIII.

Antoniana) Cum M. Aotonius M' Aquillium defendit: ut in hujus orationis principio.

Æra illa vetera) Veterem militiam, id eſt, veteres libidioes. Lib. I. *Lucretue indicia veteris infamie.*

E foro) Quo ſe vitili toga ſumta, adoleſcentes ad oratores audiendos conferebant.

Abduci) Vt obſcenam libidinem pateretur.

Perduci) Ad meretrices: quod Verres ipſe prædicabat, ut illam a ſe alteram longe turpioris libidiois ſuſpicionem removeret.

Cum frequens fuiſſet) Hoc dicit, quia per infrequentiam adimi ſtipendium militibus ſolebat. Feſtus: *Infrequens appellabatue miles, qui abeſt, abſuitve a ſignis.* Plautus in Truc. *Ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Illud prætereo, quod rei militari te infrequentem tradidiſti.* Gellius Lib. XVI. cap. 4. *Miles, cum die, qui prædictus eſt, abeeat, neque excuſatus erat, infrequens dabatur.* Scriptor libri de Viris Ill. *Lucano cuidam fortiſſimo, ob amorem mulieris infrequenti, emta dano dedit.*

Tamen ære dirutus eſt] Ambiguo ſenſu: nam, cum videatur dicere, tamen ei ſtipendium eſt ademtum: hoc ſignificat, alea Verrem, quod habebat, perdidiſſe: *Ære diruti milites, quibus ignominiæ cauſa ſtipendium non daretue, appellabantur*, ut ait Feſtus: hinc illud Phil. XIII. *Homo dirutus, dieuptuſque Q. Cælius.*

Ejus in ſtipendiis] Dum in aleatoris Placentioi caſtris militavit.

Ætatis fructu) Eo quæſtu, quem corpore faciebat: ut, quantum damui alea, tantum lucri faceret Venere præpoſtera.

CAPVT XIV.

Creditum, ac commiſſum) Fidei, diligentiæque mandatum.

Obtinui quæſturam in provincia Sicilia) Sorte.

Antiquiorem] Supra omnes non modo ſenatores, verum etiam magiſtratus, curulibus exceptis id eſt conſulibus, prætoribus, cenſoribus.

Ius, imagines) Nonius legit, imaginis: quod ita placet, ſi, *prodendum*, infra legatur, hoc modo: *Ius imaginis, ad memoriam, poſteritatemque prodendum.*

CAPVT XV.

Quid, tam ſit actum) Libro V. H-S xxxx millia diviſoribus, ut prætor renunciarere, dediſti; ccc. accuſatori, ne tibi odioſus eſſet.

Centuriis] Centuriatis comitiis major magiſtratus, prætor, conſul, cenſor, creabatur: Cicero, Livius, Dionyſius, Gellius.

Ad ſummam ſtultitiam, nequitiamque veniſſe) Ad te omoium ſtultiſſimum, ac nequiſſimum.

Fugitivorum reliquias) Victo jam Spartaco.

Thempſanum incommodum) Cum Thempſam oppidum in Bruttiis reſidua Spartaci manus occupavit.

CAPVT XVI.

Te) Qui non longe aberas.

Valentini] Thempſanorum vicini.

Proficiſcentem] Io provinciam.

Ne illam quidem infamiam) Cum eſſes in litore cum Tertia, & eum tunica pulla, & pallio, decedens jam ex provincia, oec ad triumphum, ſed ad judicium.

Cum inveniretur nemo) Non quod ire nemo vellet, ſed quod in Italia cum imperio tunc nemo eſſet: extra ordinem autem decerni, qui contra fugitivorum reliquias cum imperio mitteretur, dignitatis publicæ non eſſe videretur; quam ob cauſam facta Verris mentio eſt, quod is & cum imperio eſſet, nec longe a Thempſa, jam e provincia decedens; io quo ſenatus univerſus, quid de Verre ſentiret, admurmuratione oſtendit: ſenatus vero principes, ut conſulares, & prætorii, quique magiſtratum gerebaot, palam contradixerunt.

Teſtimoniiſque) Recitatis actiooe prima.

Ex-

Rerum) Senatorum ;

Quorum omnium voce) Et qui admurmurarunt, & qui palam contradiaerunt.

Cauſa incognita) Teſtes enim Siculos non audierant, fama tantum ipſa movebantur, & quod, quis eſſet Verres, quid in eo virtutis, & induſtriæ, ex urbana prætura cognoverant.

CAPVT XVII.

Eſto) Orationem ad aliam rem traducere, ſic, ut conjungantur ea, quæ diverſa ſunt, vulgaris artificii non eſt, ut hoc loco: *eſto*: deinde ſubjungitur, *at vero*. Ejuſdem artificii eſt illud Lib. I. *At credo in hiſce ſolis rebus indomitas cupiditates, atque effrenatas habebat: cæteræ libidines ejus ratione aliqua, aut modo continebantur; quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis?* Simile illud Lib. III. *Privatim hoc modo: quid publice? civitates quemadmodum tractatæ ſunt?* Idem tranſitus agnoſcitur Lib. IV. *At hoc ſolum Africani monumentum violaſti: quid? a Tyndaritanis non ejuſdem Scipionis poſitum ſimulacrum Mercurii, pulcherrime factum, ſuſtuliſti?* Cum hoc genere ſimilitudinem habet, quod ſcriptum eſt in ep. ad Appium: *Atque hæc domeſtica: quid illa tandem popularia?* Hoc, quidquid eſt induſtriæ, ſi quis negligit, nimirum is, quanti ſit eloquentia, quamque partes in ea multæ requirantur, ſimul negligere videtur.

Neque ab iſto proviſum eſt, ne quod eſſet) Potius opera data eſt, ut aliquod eſſet, liberatis poſt condemnationem Leonidæ ſervis: ex quo illa per ironiam: *Quis dubitet, quin ſervorum animos ſumma formidine oppreſſerit, cum viderent, ea ſcilicet pretorem, ut ab eo ſervorum, conjurationiſque damnatorum, vita, vel ipſo carnifice internuncio, redimeretur?* Atque illæ duæ cauſæ ad fortunam referuntur, *Quod neque bellum ejuſmodi, neque belli periculum in Sicilia fuit*: tertia Verri adſcribitur, *Neque ab iſto proviſum eſt, ne quod eſſet*.

Ornatam) Inſtructam remigibus, militibus, duce, rebus ad pugnandum neceſſariis.

Dementia) Hic certa crimina exponuntur: dementia vero crimen certum non eſt, ſed fons quidam, & origo criminum: itaque vel tollendum cenſeo, vel immutandum, neutrum tamen ſine veterum librorum auctoritate: nam quod alii legunt, *majeſtatis deminutæ*, frigidum videtur: brevis enim criminum enumeratio non modo majorem vim, ſed numerum quoque meliorem efficit.

Rem navalem) Primo loco exponit avaritiæ crimen, ſicuti ex quatuor criminibus avaritiam primam proxime nominavit.

Nihil horum imperaviſti) Lib. IV. *Pro hiſce rebus vacatio data ab iſto ſumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium.*

Navem vero Cybeam) Lib. IV.

Triremes inſtar) Quæ biremis erat: ut infra.

Domini) Verris, qui judicio damnatus in exſilium ibit, avectus ipſa navi.

CAPVT XVIII.

Habere) Nec habere, nec mercari ſenatori trans mare quidquam licuit.

CAPVT XIX.

In operum locationes falſas) Ut ejus pecuniæ, quam in navem erogaverant, quam, tuo parcentes capiti, in tabulas referre noluerant, exitus aliquis inveniretur.

Ejus capiti litteris ſuis pepeciſſe) Noluiſſe quidquam in tabulas referre, ne Verri nocerent.

Tibi gratis conſtare navem) Tua pecunia factam non eſſe. Valet argumentum: Si, quod ſcriptum non eſt, factum non eſt: ne tu quidem, quod ſcriptum proferre non potes, id factum eſſe dices, emtam videlicet a te navem illam eſſe, aut locatam Mamertinis.

Dii adprobent) Modus laudandi, ſed hic mera ironia eſt, quaſi factum Verris ejuſmodi non ſit, ut a diis adprobari debeat.

CAPVT XX.

Ne hæc biremis adſcriberetur) Animadverte, quam ſupra navem vocavit, hic biremem dicit: ut navis generale nomen ſit.

Ca-

CAPUT XXI.

Exigeretur) Ex primis decumis : nam alteras emebat populus Romanus, & præterea quod erat civitatibus æqualiter imperatum; lib. IV.

Ex lege cenſoria) Lib. IV. *Perpaucæ Siciliæ civitates ſunt bello a majoribus noſtris ſubactæ : quarum ager cum eſſet publicus populi Romani factus, tamen illis eſt redditus; is ager a cenſoribus locari ſolet. Legem igitur cenſoriam*, ipſo interprete Cicerone, accipio pro locatione cenſoria.

Iis) Qui publicos agros arant.

Decumani) Aratores, qui populo Romano decumas Hieronica lege, nullo pretio, darent.

Statuiſti) Arbitrio tuo, in ſecundis decumis, quæ vendebantur : cum id ſtatuere Verres ipſe non deberet; tot enim erant ſecundæ decumæ, quot primæ; unde lib. III. *Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex S. C. & ex lege Terentia & Caſſia frumentaria; emendi duo genera fuerunt, unum certarum decumarum, alterum, quod præterea civitatibus æqualiter eſſet diſtributum : illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet : hujus imperati tritici modium* DCCC. *millia*.

Qui ſunt immunes) Tertium genus eorum, quos frumenti plus, quam debebant, aut etiam ſi nihil deberent, ſolvere coegit Verres.

Trabali clavo figeret) Maxime confirmaret.

Cum conſilio) Cum ſua cohorte.

En fœderum interpretes) Quia Verres ideo ſe Mamertinis navem non imperaſſe dicebat, quod eſſent fœderati. Apoſtrophe per indignationem expreſſa, ut illa aliquanto poſt : *En, quod Tyndaritani libenter prædicent*. Et illa lib. I. *En, cui tuos liberos committas : en memoria mortui ſodalis*.

Societatis paſtores) Digni, quibus utamur in paciſcenda ſocietate.

Religionis auctores) Qui fœderum religionem tuentur : ſupra : *Habemus hominem in fetialium manibus educatum unum præter ceteros in publicis religionibus fœderum ſanctum & diligentem*.

Ac litteris) Id enim in tabulas retulerant.

CAPUT XXII.

A malo auctore) Ab eo, cujus apud Metellum auctoritas nulla fuit.

Tritici emti) Fortaſſe rectius, *& tritici emti* : ut illud proxime dictum, *Rerum decretarum, & frumenti imperati*.

Inconſtantia) Cum idem & pronunciarit, Netinos frumentum dare non oportere; & ab iiſdem tamen exegerit.

Ut in judiciis) Subjici debuit, *ſic*; ſed ejus particulæ vim incluſit Cicero in ſententiam proxime ſequentem : quaſi diceret : Sic, cum tot in Sicilia civitates ſint, quæ arguant, paucæ & parvæ, quæ ſileant; una, quæ laudet : quid hoc eſt, niſi; &c.

Decem laudatores) Id comprobat Pedianus; decem enim, qui Scaurum, a Cicerone defenſum, laudaverint, enumerat, novem conſulares, unum adoleſcentem Fauſtum, Scauri fratrem, Sullæ filium.

Vera laudatio) Quæ multarum teſtimonio civitatum conſtat.

Hac utilitate) Multarum laudantium civitatum.

Legati Principes) Heium ſignificat, a quo Verres Cupidinem, Herculem, Canephoras abſtulerat; lib. VI.

Tam bono jure) Diverſa coloniarum genera diverſo jure, id eſt aliæ aliis, pro ſuis quæque meritis, immuniores fuere.

CAPUT XXIII.

Remiſiſti) Quam ex fœdere debebant populo Romano.

Cybea) Iam non biremis, quæ ex fœdere debebatur, ſed triremis inſtar, quo plura poſſet exportare, Cybea propter latitudinem dicta.

Auxilii) Quod ab iis debebatur.

Iuris) Ita enim jure, conſuetudine, fœdere inter eos & populum Romanum convenerat.

CAPUT XXIV.

Uti ſolebamus) Non quod hoc tempore auxiliis eorum non uterentur : ſed ait, *uti ſolebamus*, tum cum aſſidue bella gerebantur.

Neglexeris) Negligere viſus es : ſed non neglexiſti, qui per eum, quem tra-

Digitized by Google

tractandæ pecuniæ præfeciſſes, eamdem ad te pecuniam perventuram ſcires.

Difficultatem) Quia tuo periculo tractaretur illa pecunia ab eo, quem ipſe præfeciſſes; ſupra: *In illo omni negotio non modo labore, ſed etiam periculo ſuo verſaretur.*

Cum crimine) Et difficultas erat in tractanda pecunia; cujus quæcumque jactura fieret, ab eo ſarciri debebat, cui eſſet a civitatibus adnumerata: & cum difficultate crimen conjungebatur: quia Verres ejus pecuniæ partem ad ſe ipſum avertebat.

CAPVT XXV.

Hunccine hominem) Subaudi, reperiri potuiſſe.

Deſcribere) Quantum quæque ſolveret: ut in ep. ad Caſſium, immunitates dantur: pecuniæ maximæ deſcribuntur: id eſt, quantum cuique donaretur.

Sexcentenos nummos) Scutatos XVII cum dimidio. Poſtulat analogiæ ratio, ſexcenos, ut quingenos, ſeptingenos, & ſimilia.

Commeatum) Quod pro victu dabatur; quod erat ipſum quoque lucrum Verris.

Abſtulerat) Illo ſumtu Verrem levabat.

Quod & nautæ nomine) Particula, *&*, alios quæſtus indicat, præter eos, quos miſſorum nautarum nomine Verres faciebat: quos autem quæſtus? quos ſupra dixit: *Primum ex tractanda pecunia a civitatibus accepta: deinde, cum a civitatibus, ne nautas darent, pecunias acciperet: poſtremo, cum id, quod deberet, nautis non daret.*

Pro ſtipendio) Sexcenos nummos; ſupra: *Pretio certo miſſos facere nautas, miſſorum omne ſtipendium lucrari.*

Frumentoque) Commeatu totius æſtatis.

Quæſtus duplex) Pro ſtipendio, & frumento.

Prædam) Quæſtum; prædabatur enim e ſociis Verres, cum ex prædonibus deberet.

P. Ceſetius, & P. Tadius) Ceſetius quæſtor, Tadius legatus, ut lib. II.

Argenti facti atque ſignati) Argentum factum, vaſa ſunt, quæque ornamenti & magnificentiæ gratia elaborantur: ſignatum, pecunia: ſignum enim aliquod & erat, & eſt hodie in nummis.

Stragula veſte) Qua lecti, menſæ, parieteſque ſternuntur.

Noctu cum mulierculis jacebat ebrius) Pro, *noctu*, ſunt qui legant, *in acta*, non habita ratione temporis, quo Verres in acta, id eſt in litore fuit; nam æſtate ſumma aliquanto poſt captam piratarum navem in litus cum mulierculis ſe contulit: quod infra perſpicuum eſt.

Eos in hoſtium numero ducit) Extremo ſupplicio afficit; ſic veteres loquebantur, ut cædis mentionem vitarent. Infra: *In hoſtium numero, locoque ducemini.* Cæſar lib. I. bel. Gall. *Reductos in hoſtium numero habuit.*

Quid ejus ſit) Senſum obſcurat præciſa locutio: ſed exemplorum ſimilitudo lucem affert. *Quid ejus ſit*, valet, quid ejus rei ſit, vera ne ſit ea res, an falſa; ſic Terentius in Eun. *Quidquid hujus feci, virginis cauſa feci.* Vbi Donatus: *Quidquid hujus rei, ſubaudiendum eſt: quod eum excluſi foras.* Idem in Heaut. *At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum, pater.* Ibidem: *Quidquid ego hujus feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ.* In Hec. *Quod te Æſculapi, & te Salus, ne quid ſit hujus, oro.* Noſter autem in ep. ad Attic. lib. XVI. *Non video ſciturum me, quid ejus ſit, ni ſtatim aliquid litterarum.* Plautus in Aul. plene dixit: *Ibo intro, ut quid hujus ſit rei, ſciam.*

CAPVT XXVI.

Verus) Non ſuppoſitus.

Video) Aſſentientis verbum, ut infra, audio.

Homines maritimos) Lilybætanos.

Non plane reformidas) Qui Syracuſas totas timuit, is ſi Lilybæum archipiratam mittit, Lilybætanos non timet, qui tamen, item ut Syracuſani homines maritimi ſunt; quo minus veriſimile videtur, quem Verres cuſtodiri noluit Syracuſis, eum Lilybæum eſſe miſſum.

CAPVT XXVII.

Ille ſuppoſitus) Iam igitur Verres accepta

Digitized by Google

accepta pecunia, archipiratam dimiſerat.

CAPUT XXVIII.

Periti) Vſu rerum; non barbari, & indocti, ſed moribus & litteris exculti.

Sex remorum) Myoparonem infra vocat; cujus in ſingulis tranſtris cum ſeni remiges eſſent, maximum & celerrimum fuiſſe, licet intelligere.

CAPUT XXIX.

Induit) Indicavit: incurrit, quo minime volebat. Vſitatus loquendi modus, *induere ſe*, pro, in difficultatem ſua ſponte per imprudentiam conjicere.

O clementiam populi Romani) Qui cum, hoc audito, vehementer commotus eſſet, a præſenti tamen ſupplicio ſe continuit, ac repreſſit.

Tibi crimini datum iri) Si archipiratam ſecuri percuſſiſſes.

Non ita vexeras) Cum ironia.

Reprehenſio nulla eſſe potuit) Quia mos fuit, ut capiti piratæ ſecuri ferirentur.

Glabrionem) Prætorem.

CAPUT XXX.

Idemque dies) In urbe imperium habere non licebat: itaque lex ferebatur, ut iis, qui triumphantes urbem inirent, uno tantum triumphi die imperium eſſet, id eſt, jus eundi per urbem cum eo exercitu, quem ex provincia deduxerant.

Eſt nunc, credo cuiquam dubium) Implicata ſententia: ſed videtur hoc dicei: Niſi, pecunia accepta, archipiratam dimiſiſſes, certe eum ſecuri potius percuſſiſſes, quam ut eum domi tuæ, tuo cum periculo, vivum cuſtodires; qui præſertim ſcires, ubi Romam reverriſſes, cauſſam tibi eſſe dicendam. Cum igitur dicit: *Eſt nunc, credo, cuiquam dubium, quin tu id commiſſurus non fueris*; hoc, opinor, dicit: Numquam commiſiſſes, ut ille ſecuri non potius feriretur, quam domi tuæ tuo periculo viveret.

Quod erat ante oculos poſitum) Si viveret, tuo periculo viveret: crimen enim majeſtatis illud erat: de quo infra: *Volo mihi totum eſſe crimen hoc integrum: eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc reſervetur*.

Quid diceres) Quæ tua excuſatio, quæ defenſio eſſet? Verum de fuga archipiratæ non laborabas: vero archipirata dimiſſo, pecuniam acceperas; in falſi locum, ſi fugiſſet, poſſes alium ſupponere.

Eſt certus locus) Certus hic non eſt, ubi de repetundis agitur, non de majeſtate.

Certa lex) De majeſtate.

Certum tribunal) Ejus prætoris, qui de majeſtate quærit.

CAPUT XXXI.

Veſte) Stragula.

Ornandam) Inſtruendam.

Revocandos) Quos pretio dimiſerat; ſupra.

Præda) Ex prædonibus.

Æſtate ſumma) Media, cum frumenta ſunt in areis; ſupra. Et Cœlius in ep. ad Ciceronem, *ſummis Circenſibus ludis* dixit, pro, mediis.

Cum iſti eſſent) Verres, & filius: quos appellare viros, cum viro nihil dignum agant, minime licet.

Tot in acta dies) Acta vocabulum, non ſatis uſu tritum, loci depravandi cauſam præbuit: eſt autem, in acta, ſecreto & amœno litore: ut ait Servius in illud Virgilii lib. V.

At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant.

Nepos, vel Probus in Ageſilai vita: *Cum in acta cum ſuis accubuiſſet*.

Legatus) P. Tadius.

Claſſi populi Romani) Cui vel prætor ipſe, vel legatus, vel quæſtor, non Siculus homo, præeſſe deberet: ut infra.

CAPUT XXXII.

Ubi ternis denariis æſtimatum frumentum) Cur enim tibi in cellam datum eſt frumentum illud, quod tu, cum eſſet *H-S* binis, ternis denariis in ſingulos modios æſtimaſti, niſi, ut opera tua, tuorumque populus Romanus pro ſalute ſociorum uteretur?

Perpetuo manſerant) Quam ob cauſam immunes erant, ac liberæ. Duæ tan-

tantum hic nominantur, Segeſtana, & Centuripina: ſed praeterea tres erant, Halesina, Halycienſis, Panormitana; quarum omnium initio Lib. III. mentio fit.

Cognitione) Hoc ad Segeſtanam pertinet. Segeſta enim oppidum ab Ænea conditum putabatur.

Dignitatis) Nulla, inquit, habita dignitatis ratio eſt; claſſi enim populi Romani Siculus homo præeſſe non debuit: nulla æquitatis; nam ſi homini Siculo, certe Segeſtano, aut Centuripino potius, quam Syracuſano, mandandus honos fuit: cum eæ civitates, quæ in amicitia, fideque populi Romani perpetuo manſerant, iis, quæ armis victæ fuerant, omnino præferendæ viderentur: nulla denique officii, cum referri gratiam deceret Centuripinis, quibus in omni bello, quod in Sicilia geſtum eſſet, ſociis populus Romanus uſus eſſet: nam Syracuſani ſemper hoſtes.

Vide quid interſit inter tuam libidinem, majorumque auctoritatem, inter amorem, furoremque tuum, & illorum conſilium, atque prudentiam. Illi, &c.) Acrior eſt ex comparatione reprehenſio: Lib. III. *Vide, inter importunitatem tuam, ſenatuſque bonitatem quid interſit. Senatus, cum temporibus reip. cogitur ut decernat, ut alteræ decumæ exigantur, ita decernit, ut pecunia pro his decumis ſolvatur aratoribus: ut, quod plus ſumitur, quam debetur, idem non auferri putetur: tu cum tot decumas non S. C. ſed novis edictis tuis, nefariiſque inſtitutis exigeres, & eriperes, magnum te fuiſſe arbitrabere, ſi pluris vendideris, quam L. Hortenſius, pater iſtius Q. Hortenſii, quam Cn. Pompeius, quam M. Marcellus, qui ab æquitate, ab lege, ab inſtitutis non receſſerunt?* Similiter ibidem infra: *Illum viris fortiſſimis judicarunt patres conſcripti dimittere de ſumma non potuiſſe: te mulieri deterrimæ recte remiſiſſe ſenatores judicabunt? Ille, de qua lege populus Romanus juſſerat, ut ipſius voluntas & poſſit eſſe, & eſſet pro lege, tamen in hoc uno genere veterum religione legum reprehenditur: tu qui, omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege eſſe voluiſti? in illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium populi Romani remiſiſti.* Agr. II. *Videte, quid interſit inter Cn. Domitium tribunum pl. hominem nobiliſſimum, & P. Rullum; qui tentavit, ut opinor, patientiam veſtram, cum ſe nobilem eſſe diceret. Domitius, quod per cærimonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt, ut id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret populo ad partes daret: hic, quod populi proprium ſemper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutavit, quin ii, qui populo agros eſſent aſſignaturi, ante acciperent a populo beneficium, quam darent, id totum eripere nobis, atque e manibus extorquere conatus eſt. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat poteſtate, quadam ratione eripere conatus.* Nec minus valet ad objurgandum idem modus. Præclarum habemus exemplum in ſuaſione Maniliæ legis: *Majores veſtri ſæpe, mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis, bella geſſerunt: vos, tot civium Romanorum millibus uno nuncio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis?* Et quæ ſequuntur. Eodem genere materia conditur irridendi: ut pro Mur. *Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas: ille, ut, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. Tu actionem inſtituis; ille aciem inſtruit. Tu caves, ne tui conſultores, ille, ne urbes, aut caſtra capiantur. Ille tenet, & ſcit, ut hoſtium copiæ; tu, ut aquæ pluviæ arceantur. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus; tu in regendis.*

Habere) Habitare: ut apud Plautum in Truc.

— *Hæc meretrix,*
Quæ hic habet.

Amorem) Quo impulſus Cleomenem, ut animo ſoluto, ac libero ejus uxorem habere poſſes, claſſi præfeciſti.

Opera) Quia Marcellum in expugnandis Syracuſis adjuverant.

Syracuſanis) Cleomeni Syracuſano.

CAPUT XXXIII.

Soleatus) Crepidis muliebribus: quibus tamen & viri uterentur domi; unde Horatius: *Et ſoleas poſcit.*

CAPVT XXXIV.

Quod erat terreſtre præſidium) Nihil deeſt: nam, *erat*, eſt pro *aderat*. *Præſidium autem non re, ſed nomine*, quaſi correctio eſt, cum ignominia Verris: quia, cum præſidium milites ſignificet re, non nomine; ipſe effecerat, ut præſidium illud eſſet nomine, non re.

Scire iſto pretore nemo poterat) Quia remiges pretio Verres dimiſerat.

Moliebantur) Satagebant in paranda fuga. Occupationem, & tarditatem ſignificat hoc verbum, ut lib. IV. *Hoc amplius jam in demoliendo permulti homines moliebantur*, Terentius Heaut. *Dum comuntur, dum moliuntur, annus eſt*.

CAPVT XXXV.

Inopes) Ope carentes.

Nequitiaque) Hoc ad libidinem refertur; nam ſtatim illa ſubjunguntur: *O iſtius nequitiam, ac turpitudinem ſingularem; una atque eadem nox erat, qua prætor amoris turpiſſimi flamma, ac claſſis populi Romani prædonum incendio conflagrabat*. Lib. III. *Homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres nequam, impura inter viros muliercula, proferri non poteſt*.

CAPVT XXXVI.

Lampſaceni periculi) Cum parum abfuit, quin a Lampſacenis in ea domo, in qua diverſabatur, vivus exureretur. Lib. I.

Acta commemorabantur) Dolor vocem exprimebat, ut, quæ Verres, cum obire provinciam, & concurſare ceterorum prætorum more deberet, per luxuriam & libidinem egiſſet, ea libere commemorarentur. Lambinus, *commemorabatur*, legit: ut, *acta*, ſit litus: de qua conjectura nihil pronuncio.

Vticenſe exemplum de Hadriano) Vticæ prætor Hadrianus domi ſuæ propter avaritiam vivus exuſtus eſt, Libro I.

Duo ſepulcra) Vt cremarentur duo prætores improbi duabus in provinciis.

CAPVT XXXVIII.

Suo nomine) Quia, ſi eſt in urbe inſula, unde nomen accepit; magnam urbis partem teneat, neceſſe eſt.

Ac mœnibus) Extrema, ut opinor, ædificia vocat mœnia; nam duobus quidem portubus inſula cingebatur, in utriuſque portus oſtium aditumque projecta; mœnium tamen ambitu carebat. Lib. IV.

In eorum poteſtatem) Pro, poteſtate: ut pro Quintio: *Res eſſe in vadimonium cœpit*. Quem locum pluribus confirmavimus exemplis.

Conventu) Civium Romanorum, qui Syracuſis negotiabantur; is enim conventus appellatur in provinciis.

CAPVT XXXIX.

In civitatum litteris & tolli, & referri) Litteras accipi pro eo, quod ſcribitur teſtimonii, memoriæque cauſa, ſæpe jam dixi. Sequitur proxime: *Certis litteris, teſtibus, auctoritatibuſque convincitur*.

CAPVT XL.

Apertas) Non caſtratas, non tectas.

Minus exinanitam) Militibus; ſupra. In hac quadriremi, propter honorem, & gratiam Cleomenis, minime multi remiges, & milites deerant.

Vbi fides) Data Cleomenis uxori.

Exſecrationes) Exſecratio pro jurejurando omnium ſanctiſſimo nonnumquam ſumitur: hic quidem aliter accipi non poteſt, cum inter fidem, & dextras collocetur: in ea vero pro Sextio non obſcure: *Hunc vir clariſſimus Cn. Pompeius omni cautione, fœdere, exſecratione devinxerat, in tribunatu nihil contra me eſſe facturum*. Et Salluſtius in Catil. *poſt exſecrationem*, ideſt, poſt jusjurandum.

Contubernium) Convictus uxoris Cleomenis.

Mulierbris militiæ) Caſtra Verris litus illud delicatiſſimum fuerat.

CAPVT XLI.

Prædonum ſocius) In quo ſocius? in perdenda claſſe populi Romani.

Cujuſmodi) Malim, *cujus cujuſmodi*, id eſt, qualiſcumque eſſet; dicebant &, *cuicuimodi*.

Flagitiorum, ac turpitudinis) Communicatam Verri uxorem a Cleomene ſignificat.

Apponitur) Dixi jam, hoc verbo malitiam fraudemque deſignari: lib.I. *Si res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet*. Lib. II. *Apponit, qui petat Verri Erycinæ illam hereditatem*: Lib.III. *Appoſitus erat Venaleius quidam, qui emeret*.

Nevius Turpio) Nominatus lib. II

In decumis) Lib. III. *Petrini, cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen invitiſſimi P. Nævio Turpioni, improbiſſimo homini, qui injuriarum Sacerdote prætore damnatus eſt, H-S. VII. millia dari coacti ſunt*.

In rebus capitalibus) Cum Dioni Haleſino hereditatem ademit: lib.II.

CAPVT XLII.

Æmulum) Cum eamdem uterque amaret; ſupra: *Paullo ſolutiore tamen animo ſecum illam haberet, ſi non tamquam virum, ſed tamquam æmulum removiſſet*. Lib. III. *Veniunt Herbitam duo prætoris æmuli non moleſti*.

CAPVT XLIII.

In ea cauſa) Ejus criminis accuſatum. Infra: *Is tamen in eadem cauſa fuit, quaſi eſſet in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus*.

Iuſſu ejus) Iuſſu Cleomenis, qui præfuit claſſi.

In commeatu) Vt cum commeatu, liberatus oculorum morbo, ſequeretur.

Cum claſſe) In qua ipſe non fuit; quo tempore ſi cum ceteris navigaſſet, hoc eſſet animadverſum, poſſe idem quod in ceteros, crimen conferri: cum vero conſtet eum non navigaſſe; ex eo ſcilicet animadvertitur, nullam in eo culpam eſſe.

Ne falſo quidem) Quid enim criminis in eum, qui abſuit, conferri poſſit?

Homo, quamdiu vixit, domi ſuæ ſolum, poſt mortem tota Sicilia clarus, & nobilis) Aperta, & magnifica ſententia: quod ſi legas, *domi ſuæ non ſolum*, ut in libris pervulgatis, quis erit ſenſus? Ego, particula, *non*, inducta, diſtinctione ad ſententiam accommodata, locum, ut puto, reſtitui. Eſt enim hæc præclara figura ad augendam Furii laudem, vituperationem Verris. Dum vixit Furius, domi ſuæ tantum clarus, & nobilis fuit, poſt mortem vero tota Sicilia: mors enim eum nobilitavit; non modo quia Verrem, præſenti jam morte, libere accuſavit, ſed etiam, quia ſuæ cauſæ defenſionem ſcripſit in carcere: quæ ſcelus crudelitatemque Verris univerſæ Siciliæ paſſim lecta patefacit. Habet autem hic tranſitus ab una civitate, in qua Furius vixit, ad Siciliam totam, quæ poſt mortem eum cognovit, ſplendidum quiddam, ac magnificum; ut ille a multis ad omnes lib. II *Sthenius eſt, is qui nobis aſſidet, Thermitanus, antea multis propter ſummam virtutem, ſummamque nobilitatem, nunc propter ſummam calamitatem, atque iſtius inſignem injuriam omnibus notus*. Addo illud a copiis ad inopiam eodem libro (cur enim ſimilia negligamus? cum e contrariis quoque, non modo e ſimilibus, ornate & copioſe ſcribendi facultas augeatur) *Heraclius eſt, Hieronis filius Syracuſanus, homo in primis domi ſuæ nobilis, & ante hunc prætorem vel pecunioſiſſimus Syracuſanorum, nunc nulla alia calamitate, niſi iſtius avaritia, atque injuria, pauperrimus*. Habet id quoque ſimilitudinem aliquam, quod hic paullo poſt ſubjungitur: *Graviorem apud ſapientes judices ſe fore ab inferis teſtem, quam ſi vivus in judicium perduceretur: tum, avaritiæ ſolum, ſi viveret, nunc, cum ita eſſet necatus, ſceleris, audaciæ, crudelitatis teſtem fore*.

Cum tua res ageretur) Cum reus eſſes.

Sceleratorumque furias) Eas furias, quæ ſceleratos homines perſequi, & vexare conſueverunt.

Ideo leviorem caſum ſuum fingere) Ideo ſibi leviorem videri caſum ſuum.

Cives Romanos) Eos, de quibus ſupra his verbis: *Cum maximus numerus deeſſet; tum iſte, homo nefarius, in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere, & ſupponere*

nere

Digitized by Google

nere cœpit cives Romanos , quos in carcerem antea conjecerat .

Ille] Furius.

In acerbiſſimo ſupplicio] Quia , cum illa diceret , virgis oculi verberabantur .

Abuſus eſt] Quia forti animo dixit omnia ; cum tamen pro ea libertate, quam ſenatus populuſque Romanus ſociis dedit, miſerrimæ ſervitutis acerbiſſimum ſupplicium perpeteretur.

CAPUT XLIV.

Totque civium] Siculorum .

P.Vettium) Cujus ſororem in matrimonio Verres habebat . Prænomen aut in hoc Vettio , aut in altero , ejus fratre , qui lib. III. nominatur, mendoſum ſit neceſſe eſt : nam uterque *Publius* appellatur .

Quis legatus iſto prætore in Sicilia fuit] Ut ejus omnia ſcelera cognoſcere potuerit .

Comitum ſuorum) Ex eadem cohorte , ex qua in decumarum litibus recuperatores dabat .

Tot homines , uno tempore , nullo crimine) Interpunctis vim ſententia majorem adquirit .

Secum ipſe certat] Tribus partibus ſententia tota conſtat : quarum prima eſt , alios vincere ; altera , ſecum certare ; tertia , ſe ipſum vincere : quæ conferuntur hic omnes ad infamiam Verris , duæ priores ad laudem Dolabellæ in illa luculenta epiſtola : *Etſi contentus eram , mi Dolabella , tua gloria* . Sic enim eum Cicero cohortatur : *Quid eſt , quod ego te horter , ut dignitati & gloriæ ſervias ? proponam tibi claros viros ? neminem habeo clariorem , quam te ipſum : te imitere , oportet , tecum ipſe certes .*

Scelere) Quod eſt gravius quam facinus : quæ enim id agit , ut ſe ipſum vincat , non a ſcelere ad facinus , verum a facinore progreditur ad ſcelus : Infra : *Facinus eſt , civem Romanum vincire : ſcelus , verberari* .

Obſoletis) Communibus , uſitatis.

CAPUT XLV.

Sumitur) Propter ea , quæ ſequuntur : parentibus enim id acerbiſſimi ſupplicii loco eſt , cum adire ad filios ſuos , cum cibum iis veſtitumque ferre prohibentur .

Multi , & graves dolores inventi parentibus , & propinquis , multi : verumtamen mors ſit extrema : non erit) Pluribus modis uſurpatur ejuſdem ſive nominis , ſive verbi , addo etiam particulæ , repetitio : ſed quocumque modo ſplendor & vis additur orationi ; habet autem vel in media ſententia locum repetitio , ut hic , & infra : *Tulit hæc civitas , quoad potuit , quoad neceſſe fuit , regiam iſtam veſtram dominationem in judiciis , & in omni republica , tulit : ſed quo die populo Romano tribuni pl. reſtituti ſunt , omnia iſta vobis , ſi forte nondum intelligitis , ademta atque erepta ſunt* . Ejuſdem generis illud Terentii in Adelph. *Non eſt flagitium , mihi crede , adoleſcentulum ſcortari , neque potare , non eſt* . Eodem loco venuſtatem habet repetita particula , *non* , ut in ep. ad Attic. lib X. *Ea vero , quæ ſunt iis ipſis malis , in quibus ſumus , miſeriora , non ſunt ab obſequio noſtro , non : ſuas radices habent* . Et in Orat. de Haruſp. Reſp. *Bonam deam appellat , quia ſibi in tanto ſcelere ignoverit , non ignovit , mihi crede , non* . Varro quoque lib.III. Rei R. *Non tibi decoquet , non , ornithon : neque hoc accidit his moribus , niſi raro* . In ipſo autem ſententiæ principio verba quoque cum ornatu repetuntur , vel cum aliqua interpoſitione , ut hic paullo poſt : *Errabas , Verres , & vehementer errabas , cum te maculas furtorum , & flagitiorum tuorum , ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare* . Vel nullo interpoſito verbo , ut pro Milone : *Eſt , eſt profecto iſta vis* . Pro Fonteio : *Fuit , fuit in illis judicibus divinum ac ſingulare conſilium* . Progreditur ſæpe repetitio ſic , ut tria membra nonnumquam comprehendat : quale eſt illud in ep. ad Lentulum : *Magna eſt hominum opinio de te , magna commendatio liberalitatis , magna memoria conſulatus tui* . Et illud Sulpicii , quo nihil perfectius , præſertim in rogando : *Quod ſi quis etiam inferis ſenſus eſt : qui illius amor in te fuit , pietaſque in omnes ſuos , hoc certe illa te facere non vult : da hoc illi mortuæ : da ceteris amicis , & familiaribus , qui tuo dolore mœrent : da patriæ ; ut , ſi qua in re opus ſit , opera , & conſilio*

tuo uti poſſit. In quatuor membris illud pro Murena: *Date hoc ipſum pudori: date patri mortuo: date generi, & familiæ: date etiam Lanuvino municipio honeſtiſſimo, quod in hac cauſa frequens, mæſtumque vidiſtis.*

CAPVT XLVI.

Vt fortunam tamen non alienam, periculum autem commune agi arbitraretur) Quod ad omnes pertinere poteſt, eo movemur magis, quam quod ejuſmodi eſt, ut, etiam ſi grave acerbumque ſit aliis, ipſi tamen extra periculum ſimus; inde ſumſit eam ſententiam Cicero pro Deiotaro: *Fugitivi dominum accuſantis, & dominum abſentem, & dominum amiciſſimum noſtræ reip. cum os videbam, cum verba audiebam; non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quam de fortunis communibus extimeſcebam.*

CAPVT XLVII.

En, quod Tyndaritani libenter prædicent) Cum indignatione, ut lib. I. *En, cui tuos liberos committas: en memoria mortui ſodalis*. Et hic ſupra: *En fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores.*

In XVII. populis Siciliæ) Qui bellum cum populo Romano geſſerunt: qui tamen victi clementiam in eo maximam ſunt experti, quod eorum ager iis redditus eſt, cum eſſet jure belli publicus populi Romani factus: lib. V.

In hoſtium numero, locoque ducemini) Vltimo ſupplicio afficiemini; id enim eſt hoſtium numero ducere. Supra: *Si qui ſenes, aut deformes erant, hoſtium numero ducit.*

Vſurpata) Renovata.

Cognatio) Origine ducta ab Ænea: ſupra.

Hoc fuit jure) Ea conditione fuit; infra: *Ne hoc quidem juris obtinuit.*

CAPVT XLVIII.

Ad ſenatum devenient) Lamentatio epilogis maxime accommodata, ex afflicta miſeraque fortuna miſericordiam captans. Attigit hunc locum Cicero vel ex ingenii præſtantia, unus in primis ad omnes oratorias virtutes a natura factus, vel obſervatione veterum: nam lib. III. de Orat. recitat illud Gracchi: *Quo me miſer conferam? quo vertam? in Capitolium ne? at fratris ſanguine redundat: an domum? matrem ne ut miſeram, lamentantemque videam, & abjectam?* Quod mihi Cicero ita videtur imitatus in peroratione pro Murena, ut majore etiam copia locum exornaverit: *Si hunc*, inquit, *veſtris ſententiis afflixeritis, quo ſe miſer vertet? domum? ne ut eam imaginem clariſſimi viri parentis ſui, quam paucis ante diebus laureatam in ſua gratulatione conſpexit, eamdem deformatam ignominia, lugentemque videat? an ad matrem? quæ miſera modo conſulem oſculata filium ſuum, nunc cruciatur, & ſollicita eſt, ne eumdem paullo poſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat. Sed quid ego matrem, aut domum appello? quem nova pœna legis & domo, & parente, & omnium ſuorum conſuetudine, conſpectuque privat. Ibit igitur in exſilium miſer? quo? ad orientis ne partes, in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit, & res maximas geſſit? at habet magnum dolorem, unde cum honore deceſſeris, eodem cum ignominia reverti. An ſe in contrariam partem terrarum abdet? ut Gallia tranſalpina, quem nuper ſummo cum imperio libentiſſime viderit, eumdem lugentem, mœrentem, exſulem videat?* Vidit hanc virtutem & Salluſtius, expreſſitque in Iugurthina hiſtoria, opem & miſericordiam a ſenatu Romano contra Iugurthæ injurias Adherbale quærente: *Exſul patria*, inquit, *domo, ſolus, atque omnium honeſtarum rerum egens quo accedam? aut quos appellem? nationes ne, an reges? qui omnes familiæ noſtræ ob veſtram amicitiam infeſti ſunt. An quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta plurima ſint? aut qui quiſquam noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit?* Neque vero hæc ſive orationis figura, ſive ſententiæ forma ab oratoribus quidem obſervata, cultaque eſt, a poetis autem vel ignorata, vel neglecta: agnoſcitur eadem in Catullo, cum Ariadnæ, in ignoto litore a Theſeo relictæ, deſperationem indicat his verſibus:

Nam

Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitar?
Idæos ne petam montes? ah gurgite vaſto
Diſcernens pontum truculentum dividit æquor!
An patris auxilium ſperem, quemve ipſa reliqui,
Reſperſum juvenem fraterna cæde ſecuta?
Conjugis an fido conſoler memet amore,
Qui refugit lentos incurvans gurgite remos?

Quem locum Virgilius lib. IV. Didonis morituræ vocibus ita expreſſit:

En quid agam? rurſus ne procos irriſa priores
Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex,
Quos ego ſum toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atque ultima Teucrum
Juſſa ſequar? quia ne auxilio juvat ante levatos,
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti?

Imitatio fortaſſe e Sophocle ducta, qui ait in Ajace:

Καὶ νῦν τί χρὴ δρᾷν, ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς
Ἐχθαίρομαι; μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός,
Ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα, καὶ πεδία τάδε.
Πότερα πρὸς οἴκους. &c.

Et nunc quid me par eſt facere, qui manifeſte diis
Sum inviſus? oditque me Græcorum exercitus,
Odit & univerſa Troja atque hi campi.
Utrum patriam petens &c.

Similis illa ſententia Demoſthenis Olynth. I. Ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; οἳ, εἰ μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. ἀλλὰ Φωκεῖς, οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς. ἢ ἄλλος τις; *Si vero Philippus illa accipiet, quis impediet ipſum, quominus ad nos veniat? Thebani? ne valde dictu ſit amarum: & hos una cum Philippo prompto animo invadent; num Phocenſes? qui non potuiſſent propriam terram cuſtodire, niſi eis nos auxilium tuliſſemus: num quis alius?*

Non ſenatorium) Reos nocentes punire; audit enim ſenatus ſociorum querelas: crimina vero judicibus committit: admonet igitur Cicero judices officii ſui.

Facilior eſt cauſa populi) Facilius excuſari populus poteſt; veſtrum enim hoc munus eſſe dicet: cum vos legi repetundarum, quam ipſe juſſit, præpoſuerit.

In urbe noſtra) Non in villis, ſed locis publicis.

CAPUT XLIX.

Ne falſa damnatio) Verris exemplo, qui navarchos injuſte damnavit.

CAPUT L.

Iſta defendat) Quæ ego objicio, quæ proxime nominavi, falſam damnationem, carcerem, catenas; infra: *Si mihi reſpondere voles, hæc dicito, claſſem inſtructam, atque ornatam fuiſſe.*

Illa communia) Me culpam fortunæ aſſignare, calamitatem crimini dare.

Perpetuo) Claſſi per aliquot dies, ſociis perpetuo: cum in eos, te permittente, imperium haberet.

Superioribuſque diebus omnibus) Æſtivos dies ſexaginta cum mulierculis in illo delicatiſſimo litore Verres fuit.

Intercludere perfugium fortunæ) Prohibere, ne culpam in fortunam conferas, ne ad fortunam excuſandi ſceleris tui cauſa confugias: non ego hoc prohibeo.

Solent ii fortunam ſibi objici nolle) Ego nullam tibi objicio fortunam: noli queri, quod fortunam tibi objiciam; tametſi velle debes eam tibi objici: nolunt enim ii, qui ſe fortunæ commiſerunt: cui tu te non commiſiſti, nec in ejus periculis verſatus es.

Calamitatis tuæ) Quod amiſeris claſſem populi Romani.

Venerem) Quia mulieres eædem tibi cum aliis communes erant. Nicen Cleomenis, Pipam Æſchrionis uxorem, Tertiam Iſidori mimi filiam a Docimo perductam, præcipue ſigni-

 ficat;

ficat; ideo lib.III. dixit de Æſchrione, & Docimo: *Veniunt Herbitam duo prætoris æmuli non moleſti*. Hoc autem libro æmulum prætoris Cleomenem bis appellavit.

Crimen meum) Quod a me tibi objicitur.

Non ego metum ex re militari] Qui ſi tolleretur, periret omnis diſciplina militaris; animadverti igitur in eos milites, qui deliquerint, oportet: ut neceſſarius in re militari metus maneat.

Severitatem imperii) Quam, ut neceſſariam, ſalutaremque probo.

CAPUT LI.

Optimam navem) Quadriremem Centuripinam.

Si mihi reſpondere voles, hæc dicito] Supra: *Si quem forte inveneris, qui hoc navale crimen conetur defendere: iſta defendat*.

CAPUT LII.

Hic tu etiam dicere audebis) Modus admirationis oſtendendæ, non ſine reprehenſione quadam, ut ſupra: *Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis*. Pro Archia: *Hic tu tabulas Heracleenſium requiris ſcilicet*. In ep. ad Lucceium: *Hic tu ea me abeſſe urbe miraris, in qua domum nihil delectare poſſit, ſummum ſit odium temporum, hominum, fori, curiæ?*

Quicum tibi aliquid ſit) Non negotii, ſed conſuetudinis, & amicitiæ; id enim hoc loquendi modo ſignificari, exemplis intelligitur. In ep. ad Memmium lib. XIII. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quod in philoſophia vehementer ab eo diſſentio*. Et ad C.Marcellum lib. XV. *Si mihi tecum minus eſſet, quam eſt cum tuis omnibus; allegarem ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi*. Et in epiſt. ad Attic. lib. XII. *Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio*. Ad eumdem lib. XIV. *Bruto certe tuo nihil deero: idque, etiam ſi mihi cum eo nihil fuiſſet, facerem propter ejus ſingularem eximiamque virtutem*.

Quid facere poſſet) Fore ſperas, ut, qui paternus amicus eſt, is te abſolvat: at, ſi pater ipſe judicaret; abſolvere te non poſſet, præſertim cum tibi hæc diceret, quaſi ſe excuſans, quod te damnare cogeretur.

A quæſtore, & ab legato] Quæſtore Tadio, legato Cæſetio, ſupra nominatis.

Potuiſti) Pro, auſus es: adduci potuiſti, ut cives Romanos ſecuri ferires.

In judicium] Cum eum domi tuæ eſſe, in ipſo judicio confeſſus es. Supra: *Domi eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos*.

Dies continuos complures) Sexaginta: ſupra.

In litore) In amœna, & ab arbitris remota litoris parte, quæ Acta vocatur: ut ſupra.

Domi tuæ) Quæ fuerat Hieronis regis, in ea Syracuſarum parte, quæ Inſula dicebatur: ſupra.

Matres familias] Æſchrionis uxorem Pipam, Cleomenis Nicen.

Lubricæ) Quæ ſua ſponte, propter inopiam conſilii, facile in vitia labitur, eo magis, ſi exempla nequitiæ parentis vita præbeat.

Legato populi Romani] Hujus loci teſtimonio, legatum potius, quam quæſtorem, præeſſe claſſi debuiſſe, cognoſcitur: cum tamen quæſtorem ſimul cum legato præfuiſſe, ſupra demonſtratum ſit.

Syracuſano] Cleomeni.

Luxuria) Quia, neglecta claſſe, delicatiſſimo in litore cum muliercculis convivia faciebas.

Avaritia] Quia milites, & nautas pretio dimiſiſti.

Hoſpitum tuorum] Dexionem ſignificat, cujus filium Ariſteum Verres ſecuri percuſſit.

CAPUT LIII.

Promiſſo muneri, ac recepto) Auget: plus enim eſt recipere, quam promittere. Alii, *Promiſſo noſtro, ac muneri recepto*, quod videtur eſſe languidius.

Non jam recepta, ſed innata; neque delata ad me, ſed in animo, ſenſuque meo penitus affixa, atque inſita eſt) Similis figura pro Milone, paullo etiam ſplendidior, ac plenior: *Eſt enim hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus;*

mor; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus; ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus; ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.

Furor enim quidam, ſceleris, & audaciæ comes) Ut in Oreſte, & Alcmæone, matricidis. Inde illa pro Amerino: *Nolite putare quemadmodum in fabulis ſæpennumero videtis, eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus; ſua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ male cogitationes, conſcientiæque animi terrent.*

In conventu) Conventus dicitur civium Romanorum in provincia negotiantium.

Supplicio) Crucem.

Caput LIV.

Cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat) Vetabat enim lex Porcia.

Converſo bacillo) Converſa virga: ut, a qua parte firmior erat, gravius percuteret.

Homo Venerius) Qui Venerem præcipue coleret; ſic enim lib. II. per irriſionem appellat.

Caput LV.

Dionyſio) Priore, ejus patre, qui regno pulſus Corinthi ludum aperuit, ut aliquam regni ſpeciem ſaltem inter pueros obtineret.

Domicilium) Cum in eo carcere & ita diu, & ita multi eſſent cives Romani, ut ibi prorſus habitare viderentur.

Omnibus) Malim, *vobis*, aut, *vobis omnibus*.

Tribuni pl.) Ideo creati, ut populi Romani jura, libertatemque defenderent.

Concionis) In qua tribuni pl. de tuis ſceleribus acturi eſſent.

Horum) Populi Romani, qui ad judicium audiendi ſtudio convenerat.

Caput LVI.

Ut illi) Læſtrigones: de quibus Homerus, Plinius, Gellius.

Ex vetere illa immanitate) Charybdis, & Scyllæ, quæ poetæ monſtra fuiſſe finxerunt.

Canibus) Quos poetæ Scyllæ tribuunt, non Charybdi. Canes Verris nominat eos, quos ille iiſdem furtis alebat: de quibus lib. I. *Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet.* Et lib. III. *Horum canum, quos tribunal meum vides lambere.*

Succinxerat) Uſus eſt eodem verbo, quo Lucretius lib. V.

Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemi marinis
Corporibus Scyllas.

Nec aliter poſtea Virgilius lib. VI.

—— Syllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris,
Dulichias vexaſſe rates,

Et Ovidius lib. XIII. Met.

Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum,
Virginis ora gerens.

Sertorianos) Itaque proſcriptos a ſenatu; nam Sertorium ſenatus, ut hoſtem reip. proſcripſit.

A Dianio) Hiſpaniæ oppido, quod Sertorius tenebat.

Caput LVII.

Ex ipſius ſinu) Cuſtoditas a Verre, quaſi ei profuturæ eſſent in judicio.

Litteras) Tabulas publicas.

Ad arbitrium ſuum) Quia verbum Græcum, *ἐδικαιώθησαν*, non intellexit: non enim valet, mortui ſunt, ut ipſe credidit homo barbarus, ſed ſupplicio affecti, ac necati ſunt.

Neque attendere umquam, neque intelligere potuit) Neque attendere umquam potuit, quia diſſolutus, & negligens; neque intelligere, quia barbarus, & indoctus.

Ut Siculi loquuntur) Notat Siculos, Græca lingua mendoſe utentes: nam, *ἐδικαιώθησαν*, non modo Attici, ſed nec omnino e ceteris Græcis quiſquam diceret,

Caput LVIII.

Quod navicularii retenti, quod merca-

tores

torea ſpoliati dicerentur) Idem pro lege Manilia : *Majores veſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis, bella geſſerunt*. *Retenti*, &, *ſpoliati*, ad augendam Verris culpam dixit, qui non retinuerat, aut ſpoliaverat, ſed, navibus, mancipiis, mercibus ademtis, mercatores in vincula coojecerat.

Majores plagas) Apud populum Romaoum, agente eodem me. *Plagas*, dixit, ut in translatione perſiſteret; jam enim dixerat; *laqueis exſueris, vi explicatis* : & ſubjungit ex eodem genere, *incidendum, confici, concidi* : quaſi de fera loquatur, quæ jam e laqueis elapſa, majores plagas effugere noo poſſit.

Superiore ex loco) E Roſtris, in quibus ædilis accuſabo te de majeſtate.

Id quod defendit) Cives quidem Romanos, ſed Sertorianos milites fuiſſe.

Iſtorum hominum) Qui cum pro Sertorio, Marianiſque partibus pugnaverint, clementia tamen ſeoatus, populique Romani reditum in patriam imperratunt.

Civilis enim diſſenſionis) Prudenter belli nomen evitat, quo levior eorum culpa videatur, quibus incolumitatem recte donatam eſſe defendit, quæ ratio Verris defenſionem infirmat.

In ſuffragiis) Non tamen in magiſtratibus : nam proſcriptorum etiam filios lege lata victor Sulla petendorum magiſtratuum poteſtate privavit; in Piſonem, & alibi.

Cn.Pompeium) Qui cum Metello Pio, Numidici filio, contra Sertorium pugnavit.

Perperna) Sertoriani belli duce, qui Sertorium ipſum fraude occiderat. Plutarchus, alii.

Monumentum) Signum animi tui, non modo meritum, aut factum inſigne.

Quam commodam) Ironia.

CAPVT LIX.

Id quod tu defendis) Excepiſſe te, & necaſſe Sertorianos milites, ex Hiſpania fugientes.

Quod ego inſimulo) Mercatores a te ademtis navibus, mancipiis, mercibus, in viocula conjectos : quod avaritiæ tantum crimen eſt.

Iſti generi hominum) Sertorianis militibus; ſupra quoque dixit, *iſtorum hominum* : quos patriam adeptos non tamen amari admodum a judicibus ſenatoribus, qui Sullanarum partium fuerant, intelligebat.

Novæ) Quod una Sullæ proſcriptione cootentus non ſis.

Iſto tanto bono) Cuperem enim, hanc defeoſionem tuam, quæ te avaritia liberat, inauditæ crudelitatis arguit, probari judicibus, & populo Romano.

Vt patroni tui dictitant, nova ſapientia; ut omnes, intelligunt, conſcientia tua, atque auctoritate meorum teſtium) Similis figura initio lib.IV. *Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium; ut amici ejus, morbum, & inſaniam; ut Siculi, latrocinium.*

Conſcientia tuo) Cum ſcires, quidquid in te, ſi interrogarentur, dicereor, id ita verum eſſe, ut refelli nullo modo poſſet.

Auctoritate) Ejuſmodi virorum, quos mentiri poſſe nemo duceret.

Teſtem nullum interrogaſti) Mos erat, ut, quos accuſator teſtes produxeran, ab reo ioterrogarentur : Verres autem, vel teſtium auctoritate commotus, vel conſcientia ſua deterritus, nullum interrogavit, de quo ſunt illa lib.III. *Quibus rebus id aſſecutus es? innocentia? aſpice modo Caſtoris : deinde, ſi audes, fac mentionem innocentiæ t diligentia? codicis lituras tui contemplare in Sthenii Thermitani nomine : deinde aude te dicere diligentem : ingenio? qui teſtes interrogare priore actione noluerit, & iis tacitum os tuum præbere malueris, quantumvis, & te, & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito.*

Probari volo) Refellito, ſi voles. Fingit ſe favere Verri in refutandis teſtium dictis, quos minime refutari poſſe non ignorat.

CAPVT LX.

Capitibus involutis) Ne cives Romani cognoſcerentur : ſupra.

Nova diligentia) Vt producerentur capitibus involutis.

Propter togæ nomen) Soli cives Romani toga utebantur : itaque ſolum

hoc

hoc nomen, *togatus*, civem Romanum deſignat. Lib. I. *Erant nonnulli togati, irriſores Græcorum.*

CAPUT LXI.

De uno genere) De ſuppliciis.

Illo numero) Mercatorum: quos Sertorianos eſſe milites, & ex Hiſpania profugiſſe Verres dicebat. Uſitatius eſſet, *in illo numero*; quamquam & ſine præpoſitione ferri poteſt.

Mœnia Rheginorum) Quæ cum videret, in Italia ſibi eſſe videbatur. Rhegini enim cives Romani, de quibus alio loco: *Quam vos Rhegini, quorum civitati invidetis, civibus Romanis, oſtendere ſoletis*. Et Phil. I. municipes appellantur, in ep. ad Cornificium ejus tribules.

Præſto advenienti futurum) Romæ ſe ulturum eſſe injurias ſuas apud judices, ope & auxilio legum.

CAPUT LXII.

Inflammatus ſcelere, & furore in forum venit) In re ſimili ſupra: *Proceſſit iſte repente prætorio inflammatus ſcelere, furore, crudelitate, in forum venit.*

Eminebat) Legit Quinctilianus lib. IX. cap. 11. *emicabat*: quod cum duobus verbis, *inflammatus*, *ardebant*; congruere videtur.

Meruiſſe) Fuiſſe in iiſdem caſtris; non enim ſignificat, cum L. Pretio duce, ſed commilitone.

Iſtam poteſtatem) In crucem adigendi cives Romanos.

CAPUT LXIII.

O lex Porcia, legeſque Semproniæ) Quarum illa virgas amovit a corpore civium Romanorum: hæ de civium capite injuſſu populi Romani judicari vetuerunt. Leges Semproniæ, dicit, quia plures leges C. Sempronius Gracchus pro libertate civium Romanorum tulit.

Aliquando reddita) Adempta a Sulla dictatore, reddita a Pompeio conſule hoc anno.

Huccine tandem omnia reciderunt) Ita ne hæc a te, Verres, omnia ſpreta, contemtaque ſunt?

Non inhibebat) Non aliquem crudelitati tuæ modum faciebat, non te removebat a crudelitate.

Primo homini) Primario, ut lib. IV. *A Lyſone Lilybætano, primo homine.*

Conſilio in medio) Judicum.

Verebatur) Niſi teſtem dimiſiſſet, fore metuebat, ne populus, dolore, & iracundia concitatus, in Verrem impetum faceret, eaſque pœnas per vim ſumeret, quas vereretur ne ille ſententiis judicum non daret: hanc ſuſpicionem, & hanc infamiam Glabrio prætor a ſe ipſo, & a conſilio ſuo removendam putavit: itaque teſtem dimiſit, reumque a multitudinis iracundia vindicatum legibus & judicio reſervavit.

Quid de te futurum ſit) Abſolvi te nullo modo poſſe.

Qui te nunc ſero doceant) Cum in vitam reſtitui Gavius jam non poſſit.

Judices non ſero) Quia ſatis hoc mature cognoverunt ante finem judicii.

CAPUT LXIV.

Tuis proximis) Tuis defenſoribus; qui tibi aſſident.

Hoc teneo) Quod abs te mihi datur, quod tu fateris.

Induatur) Capiatur: lib. II. *Videte, in quos laqueos ſe induerit*. Hic ſupra: *Si te ex his laqueis exuerit.*

CAPUT LXV.

Uſurpatione civitatis) *Uſurpare*, eſt nominare; pro Marcello: *Soleo ſæpe ante oculos ponere; idque libenter crebris uſurpare ſermonibus*. Et Phil. I. *Græcum etiam verbum uſurpavi*. In Parad. pro dicere: *Præclare eſt hoc uſurpatum a doctiſſimis*. Et ſubjungit: *Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis viris, niſi ſapientem liberum eſſe neminem.*

Hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futurum) Vetus locutio; pro, *futuram*; ſimile illud in Vatinium: *Eripueras ſenatui provinciæ decernendi poteſtatem*. Et apud Terentium in Hec. *Ejus videndi*; cum de muliere loquatur vide Gellium lib. I. cap. 1.

Quod quis ignoret) Quod qui ſciat, nemo adſit; aut ad eum referat, qui ſupplicium in eum conſtitueret, qui ſe

ſe civem Romanum eſſe diceret: quem ipſe non cognoſceret.

Cognoſceret hominem) Pro, ſi cognoſceret.

Si ignoraret) Venit in mentem, cum Latini ſermonis conſuetudinem ſpecto, abundare particulam, *ſi*; eſt enim elegans in primis, & veteribus uſitata figura; cum duo contraria proponuntur: ut Phil. XI. *Aſſenſus ero: ambitionem induxero in curiam; negaro, videor ſuffragio meo, tamquam comitiis, honorem homini amiciſſimo denegaviſſe*. Et Phil. XIII *Receſſeris: undique omnes inſequentur; manſeris: hærebis*. Et apud Terentium in Heaut.

Vel me monere hoc, vel percunctari puta:
Rectum eſt, ego ut faciam: non eſt, te ut deterream.

Eſt enim dictum tamquam: ſi rectum eſt, ſi non eſt: quemadmodum in duobus locis Ciceronis, proxime recitatis: Si aſſenſus ero, ſi negaro: Si receſſeris, ſi manſeris.

Hoc juris) Quod tamen eſſet iniquiſſimum.

Locupletem) Cujus pecunia civis ille Romanus crucis ſupplicio redimeretur: alioqui, ſi cognitorem non locupletem daret, ſervari non poſſet. Ita cum Verris crudelitate avaritiam Cicero conjungit.

CAPVT LXVI.

Ac non nomini, generi, juri civium hoſtis) Infra: *Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem neſcio quem civem Romanum, ſed communem libertatis & civitatis cauſam in illum cruciatum, & crucem egiſti*. De eodem lib. IV. *Cum videant jus civitatis in illo ſupplicio mactatum*.

Perangusto fretu) Non *freto*: ut *peccatu*, non *peccatu*, lib. II. in extremo: auctor Gellius lib. XIII. cap. 19.

Scelus) Dixi ſupra, plus eſſe in ſcelere, quam in facinore, in eo loco: *Id agit, ut ſemper ſuperius ſuum facinus novo ſcelere vincat*. Vt ſcelus autem facinore: ſic parricidium ſcelere gravius eſt.

Vinciri) Legit Quinctilianus, *vincire, verberare, & necare*: ſed major quædam ineſſe vis videtur in patientibus verbis: nec aliter antiqui libri: qui tamen habent omnes, *tollere*, non, *tolli*: quod ferri poteſt: cum a ceteris tribus verbis quodam modo disjungatur.

Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt) Magnam, & inuſitatam eſſe rem oportet, quam verba non æquent, de quo artificio vide quæ diximus initio lib. IV.

CAPVT LXVII.

Timere non debet, ne non unus iſte) Negantes particulæ acumen addunt, ſed eandem ſententiam non nihil interdum obſcurant. His Ciceronis verbis hæc ſubeſſe res videtur: Timere non debeo, ne cauſa Gavii a communi civium Romanorum cauſa ſejungatur, & hic quidem unus illa cruce dignus, ceteri autem indigniſſimi judicentur: ſed exploratum habeo, quemadmodum ceteros omnes cives, ita Gavium a vobis indigniſſimum illa cruce judicari: civium enim omnium ſanguis conjunctus exiſtimandus eſt. Quæ ratio ſubjungitur.

Veritas omnium) Malim, *omnino*: cum enim iiſdem omnes legibus teneantur, & eodem omnes jure ſint, poſtulat non modo ſalutis omnium ratio, ſed etiam veritas ipſa, ut, quo ceteri ſupplicio, eodem Gavius indigniſſimus judicetur.

Hoc loco) In cauſa Gavii, in eo, quod a me vobis de Gavio commemoratum eſt: ut lib. IV. *Hoc loco Q. Catule te appello*.

Tameſi ſatis habent) Defendi enim, quantum in me fuit, cauſam civium Romanorum: eaque ipſi defenſione contenti ſunt: reliqua a vobis exſpectant.

Si res aliter acciderit) Si Verrem abſolveritis.

Si qua vis) Pecuniæ. Supra: *Si mehercules, id quod fieri intelligo non poſſe, ex his laqueis te exſueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris; in illas tibi majores plagas incidendum eſt, in quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici, & concidi neceſſe eſt*.

Id quod neque metuo) Interpoſitio ad vitandam judicum offenſionem, ut ſupra: *Si mehercules, id quod fieri intelligo non poſſe, ex his laqueis te exſueris*.

Bre-

Digitized by Google

Brevi) Primo menſe ædilitatis meæ. Subjungit enim, *ante Kal. Feb.*

Me agente) Me Verrem de majeſtate accuſante, quia cives Romanos vel ſecuri percuſſerit, vel in crucem egerit.

De uno iſto voluiſſe creſcere) Laus enim & gloria paritur ex accuſatione improborum; pro Sex. Roſcio: *Si mihi liceret accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere.*

De multis) De judicibus, qui pecunia corrupti Verrem abſolverint: quos ad populum accuſabo. In Divin. *Nihil erit, quod me agente arbitretur, judicium ſine magna multorum periculo poſſe corrumpi.*

CAPUT LXVIII.

Probarim, ac delegerim) In rejectione: quos enim non rejecit, eos probare, ac deligere viſus eſt: unde illud Act. 1. *In rejiciendis judicibus mea diligentia iſtorum impudentiam viceerat.*

Notatos) Infamia.

Ut non cera) Reſpexit ad eorum tabellas cera illitas, qui pretio reos abſolverant, de quibus in Divin. *Ceratam unicuique tabellam dari, cera legitima, non illa infami, ac nefaria.* Et Act. 1. *Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes videbantur his ſententiis allini poſſe.*

Sed cœno) Quod eſt turpius. Major, inquit, erit infamia veſtra, quam eorum, qui, notatis cera tabellis, nocentes reos abſolverunt: ut illi cera, vos cœno obliti, & inquinati eſſe videamini.

Locus eſt) Occaſio eſt: ut pro Quintio: *Qui locus abſentis defendendi procuratori primus datus eſt.* Et ad Appium: *Non nihil loci dare alicui ſecus exiſtimandi.*

Ex hoc loco moneo) Cum ego pro Siculis contra Verrem.

Quo progrediare) Carpit Hortenſium, plus audere ſolitum, quam liceret.

Qua ratione) Ut, præter ingenium, & dicendi facultatem, nihil in judicium afferas. Eumdem, ut recta, laudabilique ratione Verrem defendat, oblique hortatur, & monet in Divin. *Huic ego*, inquit, *homini jam ante denuncio; ſi a me cauſam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam eſſe mutandam, & ita tamen mutandam, ut meliore & honeſtiore conditione ſit, quam qua ipſe eſſe vult: ut imitetur homines eos, quos ipſe vidit, ampliſſimos, L. Craſſum, & M. Antonium, qui nihil ſe arbitrabantur ad judicia cauſaſque amicorum, præter fidem, & ingenium afferre oportere.*

Extra judicium, quæ ad judicium pertinent) Quæ reum adjuvare poſſint: quæ ſtatim dicuntur: ſi quid artificio, conſilio, potentia, gratia, copiis iſtius moliri cogitas: hæc enim extra judicium ſunt; nam in judicio, præter fidem, & ingenium, nihil requiritur.

Artificio, conſilio) Quibus in obtinenda nocentium reorum abſolutione uti ſoleret Hortenſius.

Potentia, gratia) Quibus valeret Hortenſius, quod eſſet conſul deſignatus.

Copiis iſtius) Pecunia Sicilienſi. Ex his quinque nominibus, artificio, conſilio, potentia, gratia, copiis efficitur illa vis, de qua ſupra: *Si ex his laqueis te exſueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris.* Et: *Si qua vis iſtum de veſtra ſeveritate eripuerit.*

Peccabitur) Ab ipſo etiam Verre, non modo a te.

Liberatum jam exiſtimationis metu) Quod jam non times, ne qua res lædere poſſit exiſtimationem tuam, cum ſummum honorem conſulatum, cujus cauſa de exiſtimatione laboramus, obtinueris.

Quoad neceſſe fuit) Uſque eo neceſſe fuit, donec tribunitiam poteſtatem populo Romano Pompeius conſul reſtituit.

Regiam iſtam veſtram dominationem in judiciis) Nobilitatem inſectatur, in quam etiam illud conjicitur lib. I. *Tantum dicam paucos homines, ut leviſſime dicam arrogantes, hoc adjutore Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus evertiſſe.*

Tulit) Vis eſt in repetitione verbi, de qua ſupra diximus.

Omnia iſta) Quæ pro veſtra libidine, nullo populi Romani metu, in judiciis, & in omni rep. faciebatis.

Erepta) Invitis, hoc enim in verbo vis eſt.

Con-

Conjecti ſunt) Ideo conjecti, ut, ſi quis peccaverit, in eum populus Romanus animadverteret.

Tacita exiſtimatio) Cum non erat qui ad populum quemquam accuſare poſſet, tribunis pl. agendi jure ac poteſtate carentibus: quibus nunc reſtitutis, vehemens ac liberum populi Romani judicium erit.

Nulla neceſſitudo) Nulla affinitas. Vettius quoque, cujus ſororem habebat Verres in matrimonio, *neceſſarius*, pro affinis, appellatur lib. III.

Nimium) Mordet Hortenſium, qui cognationi, & neceſſitudini plus interdum, quam juſtitiæ tribueret.

CAPUT LXIX.

Iniquiſſimis meis) Obtrectatoribus, ut in ep. ad Matium: *Tam defendo, quam me ſcio a te contra iniquos meos ſolere defendi*.

Condemnavi) Id ſum aſſecutus interrogandis teſtibus, ut omnes eum nocentiſſimum judicarent.

Alium ordinem) Equeſtrem, lege jam a Cotta prætore promulgata.

Ad res judicandas) Ad judicia adminiſtranda; dixi ſupra de hoc genere loquendi.

Cum primo agere cœpimus) Actione prima.

Veſtra dignitas) Quæ facit, ut lex, tamquam vobis judicibus minime neceſſaria, populi ſuffragiis antiquanda videatur.

Suffragatur) Populus enim, cum iſtum bene ſperare videt, & ea præditum eſſe impudentia, ut a nullo corrumpendi judicii genere abſtineat, ſuſpectos habet judices, & alium omnino ordinem ad res judicandas nova lege quærit.

De eo homine) Non dubito, quin, *de eo ordine*, magis probetur hominibus eruditis: ſæpe enim jam dictum eſt, indignum videri populo Romano, qui judicaret ordinem ſenatorium.

De veteribus judicibus) Scriptum hoc in lege non arbitror: ſed minatur Cicero judicibus, ſi quid in Verre judicando commiſerint, quod reprehendatur: quaſi periculum iis vel a populo Romano, vel a novis judicibus impendeat.

CAPUT LXX.

Quam longe progredi ſit neceſſe) Non in hoc judicio, ſi Verres elabetur, actio mea finem inveniet: cogar alio loco, nempe apud populum Romanum, eamdem causam agere: cogar ſociorum, deorum immortalium, civium Romanorum injurias perſequi.

Hoc onus tantum) Officii & muneris, quod jam ſuſcepi. In Divin. *Ego in hoc judicio mihi Siculorum cauſam receptam, populi Romani ſuſceptam eſſe arbitror*.

Deponere) Vel ſi Verres abſolvatur, non deponam.

Tacitus) Nec deponam, nec animo tantum ſuſtinebo: re ipſa meum officium declarabo.

Agitanda) Vehementius agenda.

Fidem ſuam corrumpi) Iurejurando datam de ſervandis legibus.

Quæret aliquis fortaſſe) Vtitur occaſione ad ignaviam nobilitatis accuſandam.

Neque voluntate) Tantum abeſt, ut id cupiam, ut ne velim quidem.

Non idem mihi licet) Deſidioſe vivere, & honores conſequi.

Dormientibus) Propterea Nævius poeta in Metellos dixit: *Fato Metelli Romæ fiunt conſules*; quo, tamquam gravi probro Q. Metellus tum conſul, Macedonici pater, iratus, alio verſu reſpondit: *Dabunt malum Metelli Nævio poetæ*. Et quod hic: *Populi Romani beneficia dormientibus deferuntur*: infra dixit, *Per ludum, & negligentiam ad honores perveniſtis*.

M. Catonis) Cenſorii, qui Sapiens dictus eſt: ideoque apte ſubjungitur, *hominis ſapientiſſimi*.

Non genere) Quia novus homo erat, Tuſculi natus.

Hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias) Qui etiam L. Quintium Flaminium, Titi fratrem, ejus, qui ex Macedonia triumphaverat, virum conſularem, cenſor ſenatu movit.

Maximis in laboribus) Sæpe accuſans, ſæpius accuſatus.

Poſtea Q. Pompeius) Sic legendum putavi, cum eſſet antea, *poſteaque Pompeius*; cur enim uni Pompeio ſuum prænomen adimatur, cum tribuatur ceteris hic nominatis, Catoni, Fimbriæ, Mario, Cœlio?

Humi-

Digitized by Google

Humili, atque obſcuro loco natus) In Bruto: Q. *Pompeius, non contemtus orator, qui ſummos honores, homo per ſe cognitus, ſine ulla commendatione majorum adeptus eſt*. Primus in familiam ſuam conſulatum intulit, ut Velleius lib. II. & Capitolini lapides.

Inimicitiis, periculis, ac doloribus) Malim, *laboribus*, pro *doloribus*. Subjungit enim, *Non mediocribus inimicitiis, ac laboribus*. Et paullo poſt: *Inimicitiæ ſunt, ſubeuntur: labores, ſuſcipiuntur*. Lib. I. in Verrem hæc ſimul tria ponuntur, *labores, pericula, inimicitiæ*: *Quod ego*, inquit, *laboribus, periculis, inimicitiiſque meis tum, cum admiſſum erit, dedecus ſevere me perſecuturum eſſe polliceor; id ne accidat, tu tuo ſupiratia, auctoritate, diligentia M' Glabrio potes providere*. Pro Murena: *Quorum ego opera illum in locum, atque in hanc celſiſſimam ſedem dignitatis, atque honoris multis meis ac magnis laboribus, & periculis adſcendiſſem*. Pro Domo: *In urbe, quam ſuis laboribus, ac periculis conſervaſſet*. Phil. II. *Magno labore, multis periculis, quod cogitabat, effeceras*. Labores etiam cum periculis conjungit in ea pro Sulla; & lib. Offic. *Inimicitias* autem nobilium virorum, præcipue Cæpionum, & Metellorum, ſignificabat, qui teſtimonium in Q. Pompeium de repetundis accuſatum, acerrime dixerunt: vide pro Fonteio, & Valerium Max. lib. IIX cap. v.

L. Fimbriam) Mendum eſt in prænomine; hic eſt enim C. Flavius Fimbria, qui cum C. Mario conſ. fuit, cum in trib. pl. repulſam paſſus eſſet: ut in oratione pro Plancio.

Inimicitiis) Accuſatus eſt repetundarum, & in eum vir nobiliſſimus M. Scaurus teſtimonium dixit: cui tamen judices non crediderunt: pro Fonteio, Valerius Max. lib. IIX. cap. v.

C. Cælium) Cældum, novum hominem: de quo Q. Cicero de Pet. conſ. *Quanto*, inquit, *melior tibi fortuna petitionis data eſt, quam nuper homini novo, C. Cœlio? ille cum duobus hominibus ita nobiliſſimis petebat, ut tamen in iis omnia pluris eſſent, quam ipſa nobilitas; tamen eorum alterum, cum adeſſet alter, Cælius, cum multo eſſet inferior genere, ſuperior nulla re pæne, ſuperavit*. Conſulatum geſſit cum L. Domitio Ahenobarbo.

Per ludum, & per negligentiam) Facile, ſine labore. Similiter lib. I. *Paucos homines, ut leviſſime dicam, arrogantes, Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus evertiſſe*.

Eadem) Quæ Catonis, Fimbriæ, Marii, Cælii.

Noſtræ nationis) Novorum hominum. Sic in Piſonem: *Nemo tibi obviam venit, ne de officioſiſſima quidem natione candidatorum*. Et de Har. Reip. *Deteriores cavete, quorum eſt magna natio*.

Regio) Qua novis hominibus ad honores eundem eſſe judicamus: ſupra: *Si quis tantulum de recta regione deflexerit*.

CAPUT LXXI.

Si tantulum oculos dejecerimus) Tantum abeſt, ut dormientibus honores deferantur. Quod paullo ante de nobilitate dixit.

Accipiendum eſſe ſtatim vulnus) Pergit in ſimilitudine, & poſt inſidias vulnus nominat.

Vigilandum eſſe) Ne, ſi paullulum oculus dejecerimus, præſto ſint inſidiæ.

Indicta) Vt indicitur bellum, id eſt denunciatur.

Natura & genere) Cum tamen hominem homini maxime me natura commendet, nec differant homines inter ſe genere, ſed animo ſæpe ac voluntate.

Animo ac voluntate) Separatim ponuntur, licet motus animi ſit voluntas, itaque conjunguntur in ep. ad Rufum: *Credo me quidem tibi pro animi mei voluntate proque ea ſpe facultatum, quam tum habebamus, quam humaniſſime potuerim, reſcripſiſſe*. Et apud Lucretium libro II *Ex animique voluntate id procedere primum*.

Quid habent inimicitiæ periculi) Periculi nihilo plus habent, quam habebant, ante quam indictæ, apertæque eſſent; idem enim ſemper animus fuit, inimicus videlicet, atque ad nocendum propenſus.

Ad quos maxime) Hi ſunt judices ipſi.

Corrumpendi judicii) *Corrupti*, ut eſt in antiquo libro, ſententia magis probat.

Potentes) Auctoritate.

Audaces) In corrumpendo nullo legum metu.

Arti-

Artifices) Peritia, & ingenio, hæc enim tria hominum genera ſi conjunguntur, leges, & judicia, atque adeo ſalus ipſa reip. periclitatur.

Diſceptante populo Romano) Iudice populo Romano; nam, diſceptare, judicis eſt; pro Milone: *Iſti eſt prepoſitus queſtioni, qui hec juſte, ſapienterque diſceptet*. Pro Deior. *Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te*. Interdum valet, litigo, contendo; pro Balbo: *Qui non de ſuo facto, ſed de publico jure diſceptat.* Et in Verrem lib. II. *Vt ſibi cum palæſtritis æquo jure diſceptare liceat*.

Multo graviorem) Eo graviorem, quo major populi Romani univerſi, quam unius provinciæ, habenda ratio eſt.

CAPVT LXXII.

Donum regale) Antiochi regis; lib. IV.

Sanctiſſimum, & pulcherrimum ſimulacrum) De quo lib. V. *Ex æde Iovis Imperatoris, quem Græci Vrion nominant, pulcherrime factum, nonne abſtuliſti?*

Melite) Lib. IV.

Sami) Lib. I.

Auri grande pondus) Lib. I. *Athenis, audiſtis, ex æde Minervæ grande auri pondus ablatum: dictum hoc eſt in Dolabellæ judicio: dictum? etiam æſtimatum; hujus conſilii non modo participem C. Verrem, ſed principem fuiſſe reperietis.*

Omnia, præter tectum, & parietes abſtulit) Lib. IV. *Ædes Minervæ eſt in Inſula, de qua ante dixi; quæ ab iſto ſic ſpoliata, atque direpta eſt, non ut ab hoſte aliquo, qui tamen in bello religionis & conſuetudinis jura retineret, ſed ut a barbaris prædonibus vexata eſſe videatur.*

Sedem antiquam) Lib. I. *Latonam ex longo errore, & fuga, gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugiſſe Delum, atque ibi Apollinem, Dianamque peperiſſe: qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putatur.*

Chio) Lib. I. *Chio per vim ſigna pulcherrima dico abſtuliſſe.*

Perge) Lib. I.

Segeſte) Lib. IV.

In privata aliqua palæſtra) Erant enim in ædibus quoque privatis palæſtræ ep. 1. lib. III. ad Q. frat. ad Gallum lib. VII de leg. 1.

In gymnaſio Tyndaritanorum) Lib. IV.

Agraganti) Lib. IV.

Enguinos) Lib. IV.

Omnium rerum forenſium) Caſtoris enim & Pollucis templum in foro erat.

Conſiliorum maximorum) Significari arbitror conſilia deliberationeſque populi de maximis rebus: vel hoc ad leges & judicia pertinet; nam & leges a populo ferebantur, & judicia fiebant.

Prætorii) Hic ſubeſſe mendum cur non putem, cauſſa nulla eſt; nam, etſi prætores in foro jus dicebant, aut quæſtiones publicas exercebant: locum tamen in foro fuiſſe, qui *prætorium* vocaretur; in quo eſſet templum Caſtoris, legendo nondum comperi.

Quæſtum ſibi iſte) Hæc tota res lib. I. narratur in eo loco: *Ædem Caſtoris P. Iunius habuit tuendam, L. Sulla, Q. Metello COSS. is mortuus eſt; reliquit pupillum parvum filium. Ex ejus igitur pupilli bonis, quaſi ædem Caſtoris ſartam tectam non tradidiſſet, quæſtum ſibi Verres, prædamque maximam improbiſſime comparavit.*

Exigendamque) Ab iis, quibus faciendum locaverat: inde enim quæſtus occaſionem capiebat; hæc res ita narratur lib. I. *Quis ſigno Vertumni in Circum maximum venit, quin is in unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur? quam tu viam thenſarum atque pompæ ejuſmodi exegiſti, ut tu ipſe illa ire non audeas.*

Quarum Sacra populus Romanus, a Græcis adſcita, & accepta, tanta religione, & publice, & privatim tuetur, non ut ab aliis huc allata, ſed ut aliis hinc tradita eſſe videantur: quæ ob iſtum unum ſic polluta violataque ſunt, ut ſimulacrum Cereris unum, quod a viro non modo tangi, ſed ne adſpici quidem fas fuit, e ſacrario Catinæ convellendum, avellendumque curaverit) Lib. IV. *Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope toto orbe terrarum, in eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum: quod viri, non modo cujuſmodi eſſet, ſed ne eſſe quidem ſciebant: aditus enim in id ſacrarium non eſt viris: ſacra per mulieres ac virgines confici ſolent.*

Alterum autem Ennæ ex ſua ſede, ac domo

domo ſuſtulerit) Lib. IV. *Qui acceſſiſti Ennam, vidiſtis ſimulacrum Cereris e marmore, & in altero templo Liberæ: ſunt ea perampla, atque præclara, ſed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac ſingulari opere, cum facibus, perantiquum, omnium illorum, quæ ſunt in eo fano, antiquiſſimum: id ſuſtulit.*

Sanctiſſimæ deæ) Ceres & Libera.

Eadem veſtra in judicanda ſit) Quamquam ita ſententiam ſit exorſus: *Vos etiam atque etiam imploro, & appello, ſanctiſſimæ deæ*: tamen, *veſtra*, ad judices refert, ad quos in extremo ſermonem convertit.

Reſp. meaque fides) Nam & reip. cauſa, & ut fidem ſuam Siculis præſtaret promiſſaque perſolveret, ad accuſandum deſcendit: ut in Divin.

Neceſſe ſit) Quaſi Verrem non ſuo ſtudio, ſed ab ipſa reip. fide coactus accuſaverit.

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES
IN
CICERONIS
LIBRVM TERTIVM
IN
C. VERREM.

Liber tertius) *Al.* Accuſationis in Verrem Liber V. *MS.* Liber ſecundus de Lege Frumentaria.

CAPVT I.

Quid oneris in præſentia tollunt) *Pall. & edd. primæ non habent* non ſolum.

Legem enim ſibi ipſi dicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque) *Sic Metelli & Hittorpii MSS. in quibus tamen non exſtat* continentiæ; *ſed vulgati pro* dicunt *ſcribunt* indicunt.

Sed etiam ut quadam magis neceſſaria ratione recte) *Hittorp. & Metell. MSS.* Sed etiam ut vi quadam magis neceſſaria recte. *In Hittorpiano* ut *quoque non legitur.*

Itaque hoc iudices) *Sic tres MSS. Vulgati* : Ita hoc iudices.

CAPVT II.

Poſtulatur ab omnibus) *Nann. MS.* Poſtulatur ab hominibus.

Vt ab iis ſe abſtineant maxime vitiis, in quibus) *Hittorp. & Metell. MSS.* ut his abſtineant maxime vitiis.

Alterum deprehenderunt) *Nann. MS.* alterum reprehenderunt. *Sed Hittorp. & Metell.* alterum reprehenderint.

In eo ipſe deprehenditur) *Duo MSS.* in eo ipſe reprehenditur

CAPVT III.

Ex thenſarum orbitis) *Lamb. ed.* ex cenſorum orbitis.

Haberi velit) *Sic MSS. vulg.* haberi vult.

CAPVT IV.

Ceterorumque hominum magnorum) *Edd.* Ceterorumque omnium magnorum.

Domos veſtras) *MSS. duo & Grut. ed.* dominia veſtra.

CAPVT V.

Novitate rerum) *MS.* nobilitate rerum.

Magnitudine injuriæ ſere) *MSS. duo & Grut. ed.* magnitudine injuriæ & re.

In audiendi diligentia) *Sic MSS. duo & Grut. ed. aliæ edd.* in audiendo diligentiam.

CAPVT VI.

Vt Aſiæ Sempronia) *Edd. vett.* Vt Aſia, Sempronia.

Fidem amicitiamque recepimus) *Metell. liber* : fidem amicitiamque accepimus. *probabat Guilielmius.*

Vendundi aut tempus) *Sic MSS. Vulgati* : vendundis aut tempus.

Eorumque animos) *Al. edd.* eorum animos.

CAPVT VII.

Sapientiſſimos & clariſſimos, qui) *edd & MSS.* ſapientiſſimos, qui.

Ingenii diligentiæque) *Sic MSS. tres. Vulgatæ edd.* ingenii prudentiæque.

Poſſeſſiones hereditatum a liberis ad alienos) *Sic tres MSS. edd.* poſſeſſiones hereditatum ad alienos. *Pal. ſec.* poſſeſſiunes hereditatum a ſuis ad alienos.

Præfinire operi) *Edd. vett.* præfiniri operi.

Quam ipſis videretur, edicerent) *Sic Victor. Manut. aliæque vetuſtiores editiones. Sed Roberti Stephani, Gruteri,* quæ ipſis videretur edicerent. *Lambini* : quam ipſi videretur, dicerent.

Qui caſu tum Romæ) *MS.* qui caſu tum Romæ

CAPVT VIII.

Totam Hieronicam legem) *MS. Me-*

tel-

telli. totam totam Hieronicam legẽm.

Conſtituta ſunt jura decumano) *Sic Nann. MS. & Metell. ſed edd.* conſtituta ſunt jura decumani.

Tot annis atque adeo ſeculis) *MS. Metelli*: tot annis ad eo ſeculis tot inventus.

Qui hæc non commutaret, ſed everteret) *Edd. vett.* qui hæc non commutarit, ſed everterit.

Ad quæſtus converteret) *MS.* ad quæſtus converterit.

C A P V T IX.

Illos ejus ſpiritus Sicilienſes) *Lamb. ed.* illos etiam ſpiritus Sicilienſes.

Is erit Apronius) *Edd.* is erat Apronius.

Non ſolum vita, ſed etiam corpore) *MS.* non ſulum vita, ſed corpore.

Stupris hunc in fanorum) *Edd. Vict. & al.* ſtupris, in ſanorum.

Tantamque habebat morum) *MS.* tantamque habet morum.

In cubiculo ſolus) *MSS. aliquot* in cubiculo ſocius.

C A P V T X.

Ad fortunas aratorum vexandas) *Sic MSS. ſed edd. vulgatæ*: ad evertendas fortunas aratorum, vexandas.

Vtrum prætoris inſtitutum) *Metelli MS.* utrum prætoris pr. inſtitutum. *Vnde conjiciebat Gruterus*, prætoris populi Romani inſtitutum.

Edicis enim) *Edd.* dicis enim.

C A P V T XI.

Iubet recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus; quas decurias?) *Robert. Steph. Lambin. multique aliæ*: Iubet recuperatorem rejicere decurias; ſcribamus, quas decurias. *Victor. ed.* Iubet recuperatores rejicere decurias; ſcribamus quas decurias.

C A P V T XII.

Nnn ſolum avaritia, ſed etiam imprudentia accidere potuerit) *Sic Metelli & Francii MSS. Sed vulgatæ*: Non ſulum ſine avaritia, ſed etiam ſine imprudentia accidere potuerit. *Pal. prim.* non ſolum ſine avaritia, ſed etiam ſine imprudentia accidere potuerit.

Omnes dico plus, ac multo plus quam decumas) *Sic MSS. ſed edd.* omnes dico plus quam decumas.

Illuſos ſe & irriſos) *MSS. & edd.* illuſos ſe & irritos.

Petitorem Apronin condemnare poſſent. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, ut quantum) *Sic reſtituerunt hunc locum ex MSS. Nannius & Gruterus. Edd. Victor. Robert. Steph. Manut.* Petitorem Apronio permitterent, ut quantum vellent: *ceteris omnibus omiſſis. Franc. primus*: Petitorem ipſum Apronio permiſiſſe, ut quanrum. *al.* Petitorem ipſum Apronio permiſiſſent, ut quantum. *ed. Manut.* Petitorem ipſum Apronio permitterent, ut quantum; *& hoc ex conjectura Hottomanni*.

C A P V T XIII.

Illius judicii) *MSS. nonnulli*: ullius judicii.

Quod decumanus edidiſſet) *Lamb. ed* quod decumanos edidiſſet.

Quod popoſcerit) *Edd.* quod poſcerent.

Quadruplo condemnari) *Edd.* quadrupli condemnari.

C A P V T XIV.

Homo luteus) *Victor. & al. edd.* homo lynceus. *Pal. ſec.* homo lautus.

Sed iſti ipſi) *vulgg.* ſed illi ipſi.

At iſta vis Septitium) *Edd.* at iſta vi Septitium.

Non tollam potius) *Edd. vett.* ne tollam potius.

His hoc opponitur) *Multæ edd.* his hoc apponitur.

Prohibitio tollendi) *Edd. vett.* cohibitio tullendi.

C A P V T XV.

Vt arator, quo vellet) *Edd. vett.* ut arator, quod vellet.

C A P V T XVI.

Conſtituiſſe convincam) *Fab. & Metell. MSS.* Conſtituiſſe vincam. *Victor. & edd. vett.* irrupiſſe convincam. *Lamb. & Manut.* reperiſſe convincam. *Pariſienſis Merovillii*: cepiſſe convincam.

Innocentiæ. Diligentia) *Vict. Carol. Steph. & aliæ edd.* Innocentiæ diligentiæque. *Sed Manut. Lambin. Grut. ex conjectura Hottomanni*: Innocentiæ. Diligentia. *Sic tamen vetus quoque Baſil. Cratandri anni* 1528.

Pro una defungeretur) *Victor. ed.* pro una defrugeretur.

Ratio reip. in poſteritatem fuit negligenda) *Sic MSS. duo vetuſtiſſimi.*

Ceteri ut & edd. ratio reip. in poſterum fuit negligenda.

Ratio reip. in poſteritatem fuit negligenda, cum rem ita conſtitutam accepiſſes, ut & populo Romano ſatis frumenti) *Sic primus hunc locum ex ſuo vetere codice reſtituit & refarſit P. Nannius, cum in editionibus ante illum proditis magna eſſet lacuna. Legebatur enim,* ratio reip. * ut ſatis frumenti in Sicilia ſuppeditaretur. *Sed in Nanniano perperam legebatur,* cum jure conſtitutam *pro* cum rem ita conſtitutam, *quod in aliis libris invenerunt editores poſteriores.*

Aſſecutus es? Vt populo Romano prætore te neſcio quid) *Hunc quoque locum primus ſupplevit Nannius, ut multos alios. Cum in veterioribus legeretur:* aſſecutus es? Vt prætore neſcio quid.

CAPVT XVII.

Ad Siciliæ civitates miſit) *MS. Nann.* ad Siciliæ civitates miſerit.

Vt ferant in beneficio populi) *MS. Nannii*, ut ferant beneficio pop. Rom. *Lamb. ed.* Vt arent, ut ferant. In beneficio populi R.

Hoc petit aliquanto ante) *MS. Nann.* Propter hoc petit aliquanto ante.

CAPVT XVIII.

De iſtius pravitate) *Nann. MS.* de iſtius improbitate.

Nulla ex parte aſſequi) *Edd.* nulla ex parte exequi.

Aſſorinus, Imacharenſis) *Edd. & MSS.* Aſſorinus, Macharenſis.

Cujus antea ſpecies hæc erat) *Sic MSS. ſed alii ut & edd. nonnullæ:* cujus antea ſpes hæc erat.

CAPVT XIX.

Tu in tanta improbitate) *Hæc ex Nannii MS. reſtituta ſunt, cum in aliis libris, tam editis, quam manu exaratis deſiderentur.*

Et populo ac coronæ ſe daturum) *Sic MS. Nannii. Ceteri libri MSS. & edd.* & populo ſe ad coronam daturum.

Vocem improbam) *Edd. vett.* vocem probam.

CAPVT XX.

Audimus hoc jam diu) *Sic Pall. ſed edd.* audivimus hoc jam diu.

Procuratores iſtius quæſtus & miniſtros dico fuiſſe) *MS. Nann.* procuratores iſtius quæſtus adminiſtros duo fuiſſe. *edd. vett.* procuratores iſtius quæſtus & miniſtros duos fuiſſe.

Arator ne tolleret, ut ante Kal. Sextiles) *Edd.* arator ne tolleret, Kal. Sextilibus.

Venditis jam decumis) *Al.* venditis decumis.

Admonitus reprehendiſti) *MS.* admonitus deprehendiſti.

Neglexiſſe, ut cum totius) *Edd. vett.* neglexiſſe, cum totius.

Tot homines honeſtiſſimos) *Edd.* tot honeſtiſſimos.

Singillatim autem) *Sic MS. vulgg.* Sigillatim autem.

CAPVT XXI.

Nymphonem negaret) *Al. edd.* Nymphonem vocaret.

Numerum jugerum profeſſum eſſe) *Edd.* numerum jugerum profeſſum non eſſe.

Artemidorus Pergæus) *MSS. & edd.* Artemidorus Pergamenus.

Ediſti pœna) *Edd. vett.* edicta pœna.

CAPVT XXII.

Fundum elocatum eſſe) *Edd. vett.* fundum eum locatum eſſe.

Dabat iſte judicium) *Victor. ed.* dabat teſtes, dabat judicium.

Si pareret jugera) *Vulgati vetuſtiores:* Si pateret jugera.

Non modo ſe non araſſe id) *Aliæ editiones:* non modo non araſſe ſe id.

Quod in ſatis erat) *Sic Car. Steph. Hottom. Manut. & Grut. edd. Sed aliæ ut & MSS.* quod ſatis erat.

Vxoris eſſe) *Pleri que edd. & MSS.* uxorem eſſe.

H·S LXXX. dabat) *Lambin. & Grut. edd.* H·S LXXX millium dabat.

Vt Xeno audiret) *Vulgatæ:* ut Xenonem adirent. *Pal. prim.* Xenon ut audirent.

Dum res judicetur) *Edd.* dum res judicaretur.

Hominem ut aſſervent) *Edd.* hominem ut aſſervarent.

CAPVT XXIII.

In jus eductus eſt) *Sic Pall. & Nann. & editiones primæ. Vulgg.* in jus deductus eſt.

In oleaſtro quodam) *Edd.* in oleaſtro quadam.

Iudices, Ætnæ in foro) *Sic MS. Nann. Ceteri omnes tam editi, quam ſcripti:* Iudices, in foro.

Ca-

CAPVT XXIV.

Iſte cives Romanos?) *Pall.* Iſte C. R. *Primi editi:* Iſte civ. Rom.

At nullis inimicior) *MSS. & editi, preter Manutii & Gruteri*, at nullus inimicior.

Verum hæc, quoniam ejuſmodi cauſa fuit) *C. Steph. ut & aliæ edd.* Verum hæc hujuſmodi caſus affuit. *Sed Victor. & Manut.* Verum hæc, quoniam hujuſmodi caſus affuit. *In Pall. non legitur* verum.

Ferenda arbitrentur) *Liber Nannii*, ferenda arbitrarentur.

Pollicitus ſum, pervenire) *Ita MS. Nannii & Grut. ed. alii:* pollicitus ſum, venire.

Ad conditiones ejus detractus) *Nann. MS.* ad conditiones ejus dejectus eſt.

CAPVT XXV.

Cumque is ager Apronio) *Edd. vett.* Cum is ager in Apronio.

Refertur ejus ſermo ad Apronium) *Al.* Refertur ejus ſermo Apronio.

Si hoc mediocre argumentum) *Edd. vett.* Si mediocre argumentum.

Non mehercule quæ loquor crederem) *Nann. MS.* non mehercule hæc quæ loquor crederem.

Nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus) *Edd.* nemo tuorum amicorum, nemo interrogatus. *Nann. MS.* nemo tuorum amicorum, nemo prome abductus, nemo abs te interrogatus.

CAPVT XXVI.

Iam vidatis) *Nonnullæ edd.* Iam ne videtis.

Non potuerit hoc novum) *Al. edd.* non potuerit novum.

Contumeliarumque perferre) *Edd. vett.* contumeliarum ferre.

Eo vocati homines honeſtiſſimos) *MSS.* evocari homines honeſtiſſimos. *edd. vett.* evocati homines honeſtiſſimos.

Quicum inire convivium) *Sic MS. Nann. edd.* quo cum inire convivium.

Si Athenio feciſſet, in Sicilia) *MS. Nann.* Si Athenio feciſſet, rex fugitivorum in Sicilia.

CAPVT XXVII.

Qui cum eo cum apparitoribus, id eſt, cum minis & vi) *Pall. & edd. vett.* Qui cum apparitoribus eo, cum minis & vi: *Lambin.* Qui cum apparitoribus vi ac minis eo veniſſet.

Accepta pecunia quam primum allam civitatem occurrere) *Lambini margo:* accepta pecunia velle quam primum aliam civitatem occurrere.

CAPVT XXVIII.

Artemidorum Cornelium medicum) *Sic MS.* Artemidorum medicum Cornelium.

Pictorem Tlepolemum) *Al.* Præconem Tlepolemum.

Si pareret adverſus edictum) *Victor. & nonnullæ aliæ edd.* ſi pateret adverſus edictum.

Quæ io judicio dicturum eſſe dicebat) *Nann. MS.* qua re ſe io judicio dicturum ajebat.

Si audet) *Sic Victor. Manut. Lambin. edd. & MSS. Sed Pall. edd. antiquiores, ut & C. Steph. ac Grut.* ſi volet.

CAPVT XXX.

Aratorum dominum ac regem fuiſſe) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* Arationum dominum ac regem fuiſſe.

Magno emerat) *Sic Manut. Lomb. & Grut. edd. Sed P. Victor. Car. Steph. aliæque*, magno emerant.

Putate Apronio datum) *Manut. ed.* putare Apronio datum.

Medimnum xxxiii.) *P. Victor. Lamb. edd.* Medimna xxxiv. *C. Steph.* Medimna xxxiii.

Tu magno decumas vendidiſti, cum tantum lucri decumano ſit datum?) *Edd. vett.* Tu magno decumas vendidiſti: cum tantum lucri decumano ſit datum.

Triticum, quod ei dabatur, imperat) *Sic MS. Nann. & Car. Steph. ed. Sed alii:* triticum imperat.

CAPVT XXXI.

Frumenti, lucri nomine, imperato) *Manut. & al. edd.* frumenti, lucri nomen, imperato.

Medimnum xxxiii.) *Al.* Medimna xxx.

H·S LX.) *MS. Nann.* H·S L.

Quos tu tui quæſtus cauſa) *Sic Nann. MS. & Car. Steph. ed. ſed Manut. Victor. & al. edd.* quos tui quæſtus cauſa.

Cauſa evocaſti) *Nonnulli* cauſa evocaras.

Cui Pyragro cognomen eſt) *MS. Nann.* cui Pyragro nomen eſt. *edd.* cui Pyragri cognomen eſt.

Tantus dolor in injuria) *Sic Nann. MSS. & Car. Steph. & Gruteri edd. Edd.* tantus dolor in injuria.

Non una te tantum, ſed univerſæ) *Sic MS. Nann. & C. Steph. at Grut. edd. ſed al.* non una te, ſed univerſæ.

CAPUT XXXII.

Tritici medimnum XVIII.) *Edd.* tritici medimna XVIII. *P. Manut. ed.* tritici medimnum XVIII. M. *Gruter. edd.* tritici medimnum XVIII.

Atidius iſtius item miniſter) *Edd.* Accenſus iſtius item miniſter.

Tritici medimnum XXXVII. millia) *Sic Manut. Grut. Hottom. al.* tritici modium XXXVII. millia.

Cum decumæ veniſſent tritici medimnum XVIII.) *Al.* Cum decumæ veniſſent M.XVIII.

Atque hoc tantum triticum) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. Ceteri*, Atque hoc triticum.

Decumas tritici medimnum XXV.) *C. Steph. Victor. Grut. aliæque edd.* decumas tritici modium XXV. millibus.

Cum illa prædonum copia) *Victor. & al. edd.* cum illa prædonis copia.

CAPUT XXXIII.

Siculorum ducebat) *Al.* Siculorum dicebat.

Addicuntur medimnum XXXV. millibus) *Sic Manut. & Grut. ſed Vict. C. Steph. Lambin. & edd. vett.* Addicitur medimnis MM. *MS. Nann* Addicitur med. VIII. c dimidio. *al.* Addicitur medimnum MM.

Medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IↃC.) *Sic ed. Grut. Sed Victor. Car. Steph. Lambin. & vett. aliæ:* Medimna DC. *ed. Manut.* Medimnum CIↃ CIↃ CIↃ.

Pro medimnum XXXI.) *Sic Grut. & Manut. Sed C. Steph. Victor. Lambin. & aliæ edd.* Pro medimnis MMMVIII.

Referri XXXI & CCCC.) *Sic Manut. & Grut. Victor. C. Steph. Lamb. & al. edd.* Referri DMMN & IIII

CAPUT XXXIV.

Tritici medimnum CIↃ CIↃ CIↃ DC.) *Sic Grut. ed. ſed Manutii*, tritici medimnum DC. *MS. Nann. Vict. & Carol. Steph. edd.* Tritici modios MMMDC. *Lamb. ed.* Tritici modios CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. *al.* Tritici med. D. III. DC.

H-S XV.) *Al.* H-S VII.

CAPUT XXXV.

Quod de capite ipſo demſit) *V. c.* Quod de capite iſte demſit. *Vulgg.* Quod de capite ipſi demſit.

Vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur) *Edd.* Vobis non modo ferendum, verum etiam animadvertendum videtur.

Se totam traderet) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. Ceteræ* totam ſe tradidit.

L. Sylla) *Al.* L. Sulla.

Propter majorum incommodorum) *Edd.* Propter malorum, incommodorum.

Remittere de ſumma) *Edd. vett.* dimittere de ſumma.

Mulieri teterrimæ) *Edd.* mulieri deterrimæ.

De quo lege populus Romanus) *MS.* de quo legem populus Romanus juſſerat.

Ut ipſius voluntas pop. Rom. eſſet) *MS.* ut ipſius voluntas ei poſſet eſſe.

CAPUT XXXVI.

Illi Decimo, hoc eſt, Tertiæ, tritici) *Sic vetus liber Fabrit. al. MSS. & edd.* Illi Decimo, hoc eſt, tritici.

Tritici modium quinque millibus) *Sic Manut. Gruter. aliæ vero editiones & libri*, tritici modium quinque millia.

H-S MD) *Francii MS.* ſextere. c ō d.

Tritici modium quinque millibus) *Sic Manut. & Grut. Ceteri edd. & MSS.* tritici modium quinque millia.

Te ulla vis, aut ulla largitio eripiet) *Edd. vett* te ulla vis eripiet, aut ulla largitio eripiet.

Sed ſi eripuerit) *MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd.* ſed ſi eripueris.

CAPUT XXXVII.

A. Valentius) *Al* A. Valentinus.

Te decumas vendidiſſe) *Edd. vett.* tibi decumas veniſſe.

Ut ad medimna IↃC H-S XXX millia lucri) *Sic Victor. C. Steph. Manut. edd. Sed Lamb. & Grut.* Ad medimna IↃC XXX millia lucri.

Tritici medimnis DC.) *Nann. MS.* tritici M°. DC.

Duo millia) *Sic MS. Francii, qui ubique ſcribit* milia, *ut fere omnes veteres codices. ed. C. Steph.* LI millia. *MS. Nann.* M°. ∞ ∞.

Cum magno decumas vendidiſſes) *Edd. vett.* Cum magno decumas vendidiſſet.

Solutum ſit, ex litteris) *Hottom. ed.* ſolutum ſit litteris.

In inſulula inculta) *Sic MS. Nann. alii vero & edd.* in inſula inculta. *Fabric.*

Digitized by Google

bris. MS. in inſiculæ inculta.

Redimere a piratis) *Edd. vett.* redimere a privatis.

C A P V T XXXVIII.

Sed aratoribus laborioſiſſimis) *Edd. vett.* & aratoribus laborioſiſſimis.

Diognotum) *Edd. vett.* Diognetum.

Romæ quoque ſervi publici ad vectigalia) *Edd. vett.* Romæ ſervi publici ad vectigalia. *MS. Nann.* Romæ quoque ſervi ad publica vectigalia. *Car. Steph. ed.* Romæ quoque ſervi publici ad publicæ vectigalia. *MS. Franc.* Romæ ſervi publice ad vectigalia.

Tertio anno CIↃ CIↃ CIↃ medimnum) *Victor. C. Steph. Lamb. & omnes veteriores:* Tertio anno H·S MM modium. *Sed Manutii:* Tertio anno CIↃ CIↃ medimnum. *Lectio Gruterianæ editionis eſt ex conjectura Hottomanni, quam ſecutus etiam eſt Manutius, niſi quod detraxerit unum millenarium propter codicum conſenſum.*

Aliquanto plus ipſi lucri auferant) *Edd. vett.* aliquanto plus ipſi auferant.

C A P V T XXXIX.

Dant Banobali medimnis DCCC H·S MD.) *Manut. ed.* Dant Banobali medimnis pro DCCC H·S MD *Car. Steph. ed.* Dant Banobali med. nccei., *al.* Dant Bariobali med. DCCC H·S CIↃ IↃ.

Quam populo Romano) *Edd. vett.* quam prætori Romano.

H·S $\overline{\text{III}}$) *Sic Nann. MS. & C. Steph. ed. At Victor. Lamb. & al edd.* H·S VII. *Manut. & Gruter. edd* H S $\overline{\text{XXXVII}}$. & D.

Cum medimnum eſſet H·S XV, decumæ autem ix xv millibus veniſſent, hoc eſt H·S XXXV.) *Sic MS. Nann. & C. Stephani editio. Sed Victor. ed.* Cum medimnum XV. millibus veniſſet, hoc eſt H S XXXV. *Lamb. ed.* Cum medimnum XV millibus veniſſent, hoc eſt H·S XXXV. *P. M·nt. & Grut. ed* Cum modium XV millibus veniſſent, medimnum CIↃ CIↃ CIↃ, hoc eſt H·S XLV millia. *ex conjectura Hottomanni.*

Vt lucri decumano H·S $\overline{\text{LII}}$ darentur?) *Victor. & Lamb. edd.* ut lucri decumano H·S MMM darentur? *Manut. & Gruter. edd.* ut lucri decumano darentur?

Permagno decumas eius agri vendidi) *Sic Victor. C. Steph Manut & vett. edd. Sed Lambini & Gruter.* Permagno decumas eius agri vendidiſti.

Videlicet gloriatur non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam) *Edd. vett.* Videlicet igitur non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniæ ereptæ.

C A P V T XL.

Vt ſibi contra S C. contra jura omnia) *Manut. & al. edd.* ut ſibi contra jura omnia.

Quemadmodum aratores eluſerit) *MS. Nann.* quemadmodum in aratores eluſerit.

Homo illuſtris ac nobilis) *Sic MSS. Nann. & C. Steph. ed.* arator. *Alii omnes:* Homo illuſtris ac nobilis arator.

Commercium in eo agro Panormitanis eſt) *MS. Nann. & C. Steph editio:* Commercium in eo agro nemini eſt.

Decidit H·S XV; millibus, & DCLIIII.) *Nann MS. & Car. Steph. ed.* Decidit H·S $\overline{\text{XS}}$ DCLIII. *Sed alii*, dedit H·S XVI millia, & DCLIV.

C A P V T XLI.

Ne hoc quidem ſciebas) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* nec hoc quidem ſciebas.

Eos qui in operis erant) *Sic Nann. MS. & ed C. Steph. Sed Grut. alíique edd.* eos quicumque in operis erant.

Pudentes ac boni viri) *Edd.* Prudentes ac boni viri.

In injuriis ſuis provinciales) *MSS. & edd. Victor. & vett.* in injuriis ſuis graves. *MS. Nann.* in injuriis ſuis. *ſi-ne graves & provinciales.*

Raroque decedunt) *Pal. ſec.* raroque deſcendunt.

Equitem Romanum) *Sic MSS. edd. Victor. C. Steph. Manut. edd. Sed Lamb. & Grut.* equites Romanos.

Iſtum ſenatorium) *Sic MS Nann. & C. Steph. ed. Sed vulgati*, iſtum ſenatorem.

Nomen ſenatorium) *Edd.* nomen ſenatorum.

In hac tam miſera & iniqua) *Edd.* In hac tam miſera & indignæ. *al.* in hac miſeria. *Lamb.* in hac miſera & iniqua.

C A P V T XLII.

Tritici mod. VI, præterea H·S CIↃ CIↃ.) *Edd.* tritici mod. VI, præterea H·S CIↃ CIↃ millia. *P. Manut. ed* tritici mod. VI. præterea H·S II. millia. *In margine Lambinianæ ſcribitur:* triti-

Digitized by Google

ritici modii CIↃ & prꝗterea H-S duo millia.

Tributum facere miſeros) *Edd.* tributum ferre miſeros.

Medimnum CIↃ CIↃ CIↃ CC.) *P. Manut. ed.* medimnis MMM CC. *MS. Nann.* medimnum VIIICC.

Tritici modium XVIII, & H S III millia) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Sed edd.* tritici modium LXXXIII, & H-S III millia. *al. vetuſtiores edd.* tritici modium LXXMMM & H-S III millia.

Percurrit oratio mea) *Sic MS. Nann. ſed edd. vett.* præcurrit oratio mea

CAPVT XLIII.

In agrum Mutycenſem) *MS. Nann. C. Steph. Manut. Hottom. Gruter. edd.* In agrum Mutyenſem.

Pactiones Menenorum) *Edd. vett.* Pactiones Mennorum. *Grut. & al.* pactiones Meneniorum.

Publicis. Profeſſiones) *P. Manut. & al. edd.* Publicis. Cognoſcite item profeſſiones ſationum.

Per acerbiſſimas contumelias) *Sic MS. Nann. & C. Steph. & Grut. ed. Sed P. Manut. & alii editi:* Per ſummas contumelias

Vt tamen in cauſa relinquam) *Sic C. Steph. & Grut. ex MS. Nann. P. Manut. & al. edd.* ut in cauſa relinquam.

Heracleinſium, Gelenſium, Solentinorum) *Sic Lamb. & Grut. edd. Sed vulgati,* Heracleinſium, Incilienſium, Ætnenſium, Solentinorum. *Alii pro* Incilienſium *ſcribunt* Icilienſium. *Pal. & P. Franc.* & Cilienſium. *pro* Ætnenſium *MS. Franc.* Hennenſium.

Hac iniquitate decumarum) *Sic Nann. MS. edd.* hac iniquitate decumanorum.

Cetarinos) *Vulgati:* Citarinos. *edd. vetuſtiores:* Cirataririnos.

Si cui quid aut remiſſum) *Sic MS. Nann. ſed vulgg.* Quibus quod tum aut remiſſum.

CAPVT XLIV.

Ætnenſem ac Leontinum) *Sic MSS. Nann. & C. Steph. edd. Vulgg.* Ætnenſium & Leontinorum.

Retinere ſolitum) *Lamb. ed.* retineri ſolitos.

CAPVT XLV.

L MEDIMNVM, L H-S *Per deos*) *Victor. Lambin. & multæ aliæ,* L MEDIMNA. Per deos. *P. Manut. ed.* L MILLIA. Per deos. *MS. Nann. & C. Steph. ed.* H S. L. Per deos.

Maximus hominum honeſtiſſimorum) *Edd.* maximus honeſtiſſimorum.

In omnium fere finibus) *Sic MS. Nann. C. Steph. P. Manut. & Grut. edd. Ceteræ,* in omnibus fere finibus.

CAPVT XLVI.

Verum, uti dixi, ratio) *Sic MS. Nann & C Steph. & Gruter. edd. Sed aliæ:* Verum, ut dixi, ratio.

Conſignata, meæ diligentiæ penſum) *P. Victor. C. Steph. P. Manut. & omnes vett. edd. & MSS.* Conſignata mea diligentia. Penſum.

Potius etiam adjuverunt) *Grut. ed. & margo Lambini,* potius etiam, judices, adjuverunt.

Quid ſi CC? quid ſi CCC? quid ſi CCCC millia?) *Sic MS. Nann. & C. Steph. Lamb. & Grut. edd. Sed Vict. P. Manut. aliæque edd.* quid ſi CC? quid ſi CCC millia?

Conjecturam capiam furti) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Vulgg.* conjecturam faciam furti.

Si tua iniquitas, ſi tui ex cohorte) *Sic MS. Nann. ſed vulgg.* Si tua iniquitas ſit, ut ex cohorte. *C. Steph. & Lamb. ed.* Si, ut tua iniquitas fuit, ſi tui ex cohorte.

Propter improbitatem tam magni quæſtus) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. Ceteræ vero,* propter iniquitatem tam magni quæſtus.

CAPVT XLVII.

Nullas confecerat litteras) *Pall. MSS. & edd. vett.* nullus confecerat litteras.

Ratio decumanorum) *Al.* ratio decumarum.

Tot cruces, tot ſupplicia) *Victor. P. Manut. Lamb. & vett. edd.* tot cruces, tot judicia.

Pluribus millibus medimnum) *MS. Nann.* pluribus millibus modium.

Ex jugero ararent) *Edd. vett.* ex jugere ararent.

Venibant aratorum) *P. Franc. MS.* veniebant aratorum.

Non eſt plus XXX millium) *In edd. vett. & multis MSS. non reperitur* millium.

CAPVT XLVIII.

Vt cum decumo) *Sic C. Steph. Manut. & Hottom. edd. Sed Victor. Lamb. Grut.* ut cum decumano.

Vt

Vt in jugera ſingula) *Sic Pal. prim. & Franc. MS. nec non Manut. Lambin. & Grut. edd. ſed vett.* ut jugera ſingula. *Pal. ſecundus*, uti iugera ſingula.

CAPVT XLIX.

Ad jugerum xxx millia) *Edd. vett.* ad jugera xxx. *al.* ad jugerum xxx.

Tritici medimnum xc.) *Al.* tritici medimna xc. *Manut. ed.* tritici medimnum xc.

Tritici mod. DXL millia) *Manut. ed.* tritici mod. DXL.

Mod ccxvi millibus) *Manut. ed.* mod. ccxvi. *ſic & paullo poſt eadem* tritici cccxxv. *pro* cccxxiv millia. *In edd. vett.* tritici ccxxiii. *& ſic in ſequentibus*.

Sunt hæc jam ad ccclvi millia cccc mod.) *Edd. vett.* ſunt hæc jam ad H-S ccc xl mod. tritici *Manut. ed.* ſunt hæc jam ad cccxl mod. tritici.

Exemplo H-S xc millia) *Sic MS. Nann. ſed edd. vett.* exemplo ad H S. xc millia.

Dimidio plus ipſe abſtulerit) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. ed. Vulgati* : Dimidio plus abſtulerit.

ccxvi. modium millibus decumas) *Sic Lamb. & Grut. ſed Victor. C. Steph. & aliæ vulgg.* ccxvi. decumas. *P. Manut. ed.* ccxvi decumas.

Atqui tum neque) *Edd. vett.* atque tum neque.

CAPVT L.

H-S faciebat acceſſiones) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Ceteræ* : nummorum faciebat acceſſiones.

Si quis villicus) *MS. Nann.* ſi qui villicus.

Ex eo fundo) *P. Manut. & Hottom. ed.* ex fundo *in MS. Nann.* ex fundo *non legitur*.

Cui H-S dena merces eſſet) *MS. Nan.* qui H-S. dena meritaſſet. *& ſic C. Steph. ed. & Pall. MSS. edd. primæ*, qui H-S dena mercaſſet.

CAPVT LI.

Neque id ſolum accidit) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. ed. ſed aliæ* : neque id ſolum actum eſt.

Agros lætos & fertiles) *Sic ex MSS. Grut. Vulgati* : agros latos & fertiles.

Agri Mutycenſis) *Pleriquæ vulgg.* Agri Mutyenſis.

Quam locupletium) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Vulgg.* quam locupletum.

CAPVT LII.

Minus multis jugis remanſiſſe) *Vulgg.* minus multis jugis minores remanſiſſe. *Vetuſtiores edd.* minus multis locis minores remanſiſſe.

Sui cauſa fecerant) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. ed. al.* ſua cauſa fecerant.

Iam vero, judices, ſi Siculorum) *Sic MS. Nann. C Steph. & Grut. edd. Ceteri vulgati* : Iam vero ſi Siculorum.

Doceo litteris civitatum) *Sic quoque MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. ſed Victor. P. Manut. & al.* doceo litteris, *ſine* civitatum.

CAPVT LIII.

Dicit quanti) *MS.* dicit dein quanti.

Summa vi data eſt) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Gruter. edd. Vulgati alii* : ſumma data eſt.

Ait ſe miſiſſe & præſentem confirmaſſe) *Sic ex MS. Hottom. Grut. Vulgati* : ait ſe miſiſſe & confirmaſſe.

Tantum non Metellus aratoribus obſides dedit) *Sic Victor. & Grut. edd. & MS. Nann. ſed vulgg* tantum quod Metellus aratoribus obſides non dedit.

Se nulla in re) *Edit. vetuſtiores* : ſe ulla in re. *MS. Nann.* ſe non ulla in re.

CAPVT LIV.

Poſt noſtra patrumque memoria) *Sic Gruter. ex Hottom MSS. ſed ceteræ edd.* poſt noſtram patrumque memoriam.

Verſata ſint) *MSS.* Verſatæ ſunt.

Aratorum interitio) *Sic MSS. vulgg.* aratorum internicio : *al.* internecio.

CAPVT LV.

Exſpectate etiam, judices, exſpectate, ſi poteſtis) *Sic Gruter. ed. MS. Nann. & C. Steph. ed.* Exſpectate etiam exſpectate. *Vulgati* : exſpectate etiam judices ſi poteſtis.

Deminuta) *Sic MS. Nann. & C. Steph. & Grut. edd. al.* diminuta.

Interierit, ſaltem commoda) *Edd. vett.* interiit, ſaltem commoda.

Commoda populi Romani reſpicite) *Edd vett.* commoda veſtra reſpicite.

Ex agris ejecti) *Sic MS. Nann. edd. meliores. Vulgatæ* : ex agris rejecti.

CA-

CAPUT LVI.

Mihi connitendum) *Edd. vett.* mihi contendendum.

CAPUT LVII

Non ſolum, id quod commune eſt, propter imperium) *Edd.* non ſolum id, quod commune eſt propter imperium.

Sed etiam id quod ipſius præcipuum eſt) *Sic diſtinguit Hottom. & Grut. al.* ſed etiam ipſius præcipuum eſt.

Avaritiæque ſuæ refrenaret) *Edd.* avaritiæque ſuæ frenaret.

CAPUT LVIII.

Exiſtimationi hominum ſe vendicaſſet) *MSS. & edd. nonnulli* : exiſtimationi ſe hominum vendicaſſet. *al.* exiſtimationi populi Romani ſe vendicaſſet. *al.* non aliqua re ſe ſimulatione exiſtimationi hominum vindicaſſet.

Ne verbo quidem graviore appellaſſes) *Pal. prim.* profecto ne verbo quidem, verbo quidem graviore.

Neque apud te) *Lamb. ed.* atque apud te.

Sponſio H·S v. mil.) *P. Manut. ed.* facta eſt ſponſio H·S v millia. *MS.* facta eſt ſponſio H·S. v. *al. MS.* facta eſt ſponſio H·S v̄.

CAPUT LX.

Teneo, teneo, inquam in mediis) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ac Grut. edd. al.* teneo te in mediis.

Furem manifeſte avertentem) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* furem manifeſte averrentem.

Ni ſocium ſe tibi) *Sic MS. Naun. Car. Steph. & Grut. edd. Sed ceteræ*, ni ſocium tibi. *Aldi Manut. & nonnullæ aliæ* : ni ſocium te ſibi.

Auget atque ornat te) *Edd. vett.* auget atque ornate. *Lamb. ed.* urget atque onerat.

CAPUT LXI.

H-S. v. millia) *MS. Nann.* H-S quingenta millia.

Mercedis ac præmii dare) *Sic MS. Naun. & ed. Grut. Ceteræ*, mercedis nomine ac præmii dare

CAPUT LXII.

Omnes omnia dicant in illum, niſi ita res) *Editiones fere omnes* : omnes omnia dicant : in illo niſi ita res. *P. Manut. ed.* omnes omnia dicant : niſi ita res.

Litteras manifeſtas quæris) *P. Manut. ed.* litteras, res manifeſtas quæris, *ex conjectura Hottomanni*.

CAPUT LXIV.

Quam manifeſtis in rebus teneare) *Sic MS. Naun. C. Steph. & Grut. edd. Sed ceteræ*, quam maximis in rebus teneare.

Nam ſi xxx mil. mod. trit.) *Sic Grut. Lamb. & P. Manut. edd. ſed Nann. MS. & C. Steph. ed.* Nam ſi xxx mod. tritici. *Vict. & al. vett. edd.* Si DXXX. mod. tritici.

Decumas xxx millibus mod. minoris) *Al. edd.* xxx mod. minoris. *MS. Nann. & P. Manut. ed.* decumas xxx millia minoris.

Te ita illud defendere) *Sic MS. Nann. ſed vulgati* : te illud defendere?

CAPUT LXV.

Tenetur ergo jam) *Sic MS. Naum & C. Steph. ed. Ceteræ* : tenetur igitur jam.

Amicos reddidiſſet) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Gruter. edd. Sed P. Manut. Victor. alieque*, amicos redemiſſet.

Additum eſt ad Metellum) *V. c.* Aditus eſt Metellus.

C Gallius ſenator : poſtulavit a L. Metello) *Sic MS. Naun. C. Steph. & Gruter. edd. Sed Victor. Manut. & al.* C Gallius ſenator a L. Metello.

Præjudicium a ſe de capite) *Sic MS. Nann. C. Steph. Lamb. & Gruter. edd. Sed Victor. Manut. alieque* : præjudicium ſe de capite.

CAPUT LXVI.

Epiſtolam Timarchidis) *Vetus liber* epiſtolam Timarchidi.

Crimen decumanum perorato) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Sed Gruter. cum ceteris* : crimen decumanum perorabo.

Quod redundarit) *Sic C. Steph. Lambin. & Gruter. edd. Sed Victor. & P. Manut. alieque edd.* quod redundaret.

Non ne verba domo tua) *Sic MS. Naun. C. Steph. & Grut. edd. al.* non verba domo tua.

Volo mi frater fraterculo) *Sic MS. Nann. & C. Steph. Lamb. & Grut. edd. ac Victor. Manut. aliæ* : Volo mihi fraterculo.

CAPUT LXVII.

In cohorte carus habebere) *Sic MS. Nann. & Grut. ed. Victor. Manut. Lamb.* In cohorte carus habeare. *Car. Steph.*

In

In cohorte carus habere.

Quod cuique opus ſit oppone) *MS.* quod cuique opus ſit appone.

Da, profunde, oppone) *Sic P. Manut. & Grut. edd. Sed P. Victor. Lamb. C. Steph. ceteraque*, dare, profundere, opponere, ſi velis. *Michaelis Bruti ed.* DA. PROFVNDE. SI VELIS VINCERE.

Hoc vero ferri jam non poteſt) *Pal. prim.* Hoc vero fieri utique jam non poteſt. *Pal. ſec.* Hoc vero ſperari jam non poteſt.

Omnia ludibundus conficies) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. Sed Victor. Lamb. Manut. edd.* Omnia ludibundus perficies.

CAPVT LXVIII.

Muneribus inſinuet in familiaritatem) *Sic P. Victor. Manut. & vetuſtiores editiones. Sed MS. Nann. C. Steph. Lamb. Grut. edd.* muneribus ſe inſinuet. *Brut. ed.* quibus ſe rebus ac muneribus inſin.

In hnc errat uno) *Edd. vetuſtiores:* in hoc erat uno.

Non ſermone impuro atque improbo) *Edd. nec MSS.* non ſermone incauto atque improbo.

Ad iſtius amicitiam adrepſerat) *Edd.* ad iſtius amicitiam arrepſerat.

Ex qua in aratorem recuperatores) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ed. Sed ceteræ Victor. Manut. Lamb. Grut.* ex qua recuperatores.

In iſto aut C. Lælii, aut M. Catonis materiem) *Sic MS. Nann. Sed edd. & MSS. alii*, fac C. Lælii M. Catonis materiem.

Nihil umquam patrem agere vidit) *MS. Nann.* nihil unquam patrem facere vidit.

CAPVT LXIX.

Civitatis diſciplinam, non ad tua flagitia, neque ad tuas) *Sic Grut. ed. ex MS. Lambini. Ceteræ edd.* civitatis diſciplinam non ad tuas.

Eſſet ex inerti) *Sic ex MS. Nann. Car. Steph. & Gruter. edd. Sed ceteræ:* eſſet inerti.

Quamvis bonum fortemque) *Edd. nonnullæ:* quantumvis bonum fortemque.

Ereptumque aratoribus) *Sic ex Nann. MS. C. Steph & Grut. at ceteræ:* abreptumque aratoribus.

CAPVT LXX.

Vnum alterarum decumarum) *Sic MS. Hottom. & duo Lambini, & ejuſd. ac Bruti edd. Sed MS. Nann & C. Steph. ed.* unum decumarum. *Vulgati:* unum certarum decumarum. *Vetuſtiores edd. MSS. Pall. Grut. ed.* unum ceterarum decumarum.

Fuiſſet, hujus imperati tritici mod. DCCCC millia) *Sic ex Nann. MS. Car. Steph. Manut. Grut. Lamb. ſed vetuſtiores*, fuiſſet tritici mod. DCCCC.

H-S. terni) *Edd. vett.* H-S. ternos, *al.* H-S ternis.

H-S bis & tricies) *Sic Lamb. & Grut. edd. ſed Victor. & ceteræ:* H-S. duo de tricies. *P. Manut. ed.* H-S. tt. & tricies. *C. Steph. ed.* H-S. duodevicies.

Prope centies & tricies) *MS. Nann.* prope centiens & triciens. *P. Manut. ed.* propes centies & vicies.

Nihil cuiquam probare velim) *Edd. vett.* nihil probare velim.

Primum eum poſita eſſet apud eas ſocietates) *Sic MSS. Lamb. & ed. Grut ſed aliæ edd.* Primum eam, cum poſita eſſet apud eas ſocietates.

CAPVT LXXI.

Ex Carpinatii litteris) *Edd. vett.* ex Arpinati litteris.

Quibus enim teſtibus? publicanis? tractati) *Edd. vett.* quibus enim teſtibus? publicani tractati.

Et ejus ſocietatis publicanorum) *edd. vett.* & ſex publicanorum.

Quas ego Syracuſis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romæ in litterarum miſſarum apud magiſtrum Tullium, familiarem tuum inveni) *MS. Nann.* Quas ego Syracuſis in litterarum miſſarum libris apud magiſtrum L. Tullium, familiarem tuum inveni. *& ſic Car. Steph. ed.*

Impudentiam ſœnerationis) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* impudentiam ſœneratoris.

L. Vettii) *Edd. vett.* L. Vectii.

C. Antiſtii) *Edd. nonnulli*, C. Antiſtitis.

Magiſtrorum litteris, primorum) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. Lamb. Grut.*

Tui quæſtoris teſtatur impudentiſſimum) *Sic MS. Nann. C. Steph. Lamb. Grut. edd. Sed Victor. P. Manut. aliæque omnes* teſtatur *non habent. unde ſtellis appoſitis notant locum eſſe defectum. Lamb. in margine notat neſcio an ex libro, an ex conjectura:* Tui quæſtoris teſtatur litteris impudentiſſimum.

Ca-

CAPVT LXXII.

Perſcriptorem tuæ fœnerationis) *MS.* præſcriptorem tuæ fœnerationis.

Etenim caſu ſcribæ tum duo) *Sic MS. Hottom. edd.* & caſu ſcribæ tum duo.

Minor eſſe nunc, judices, vobis diſceptantibus) *Sic P. Manut. Lambin. Grut. Sed cetera omnes:* minor eſſe nunc cura, judices, vobis diſceptantibus. *MS. Franc.* minor eſſet nunc cura, judices, vobis diſceptantibus.

CAPVT LXXIII.

Obſtupui, judices) *MS.* obſtipui judices.

Haleſinus Æneas) *MS.* Haleſinus Ænias.

LX millia modium) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* ſexagena millia mod.

Civitatum frumentum improbare, ſuum probare, cum ſuum probaſſet, pretium ei frumento conſtituere; *Sic MS. Nann. edd. Car. Steph. Lamb. & Grut. Sed Victor. P. Manut. aliaque vett. edd.* civitatum frumentum improbare, pretium ei frumento conſtituere.

Quod conſtituiſſet) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* quod cum conſtituiſſet.

CAPVT LXXV.

Retines H-S. XVIII.) *Al.* ſeſtertia XII. *Al.* ſeſtertia XXI.

Vt tu in multis epiſtolis) *liber Hott.* ut in multis epiſtolis.

Gloriaris, H S II. Sed) *MS.* Gloriaris, H-S II S.

Sed fuerit H-S III, quoniam) *MS. Nann.* Sed fuerit H-S III S. quoniam.

Cognoſcite & ex litteris publicis & ex teſtimoniis) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Gruter. edd. Sed aliæ edd.* cognoſcite ex litteris publicis & ex teſtimoniis.

Ad tempus accommodatum intelligitis) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. ſed ceteræ*, ad tempus accommodatum intelligatis.

CAPVT LXXVI.

Mancipes eſſe verſatos) *MS.* mancupes eſſe verſatos. *Sic mox idem MS.* proxume *pro* proxime.

Neque attigi, neque adſpexi) *Car. Steph. ed. ex MS. Nann.* neque attigi, neque inſpexi.

Remp. tum occupaverant) *Edd.* remp. tum occupaverat.

Quæſturam cum Dolabella) *MS. Nann. & C. Steph. ed.* cum A. Dolabella.

Lucra ligurientem) *Edd. nonnullæ*, lucra ligurrientem.

CAPVT LXXVII.

Alter, quod frumentum) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. ſed aliæ:* alter quod id frumentum.

H-S XVIII.) *MSS. & edd.* H-S XII.

Qui tibi vel ad ſtatuam) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Gruter. ed. aliæ*, qui vel ad ſtatuam.

CAPVT LXXVIII.

Cerarium vero quid? quomodo) *P. Victor. Manut. aliique editi:* cerarium vero quid vocas? quomodo.

Scriba tuus averreret) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. ed. Ceteræ:* Scriba tuus averteret.

Et mecum duos frugaliſſimos) *Hottom.* mecum duos frugaliſſimos.

L. Sergium) *Edd. vett.* L. Segetum.

CAPVT LXXIX.

Mulio qui advexerit) *Edd.* mulio qui adduxerit. *al.* multo qui adduxerit, tabellarius? Cujus adventu certiores facti.

Quæ pars operæ aut opportunitatis) *MS. Nann.* quæ pars operæ at oportunitatis.

Cur ei non modo merces) *Sic MS. Nann. C. Steph. P. Manut. & Grut. edd. ſed vett. edd.* cui rei non modo merces.

De nepotum donis) *Edd. & MSS.* de nepotum bonis.

Mirabimur turpes aliquos) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. edd. aliis* mirabimur turpes aliquot.

CAPVT LXXX.

H-S tredecies) *Edd. vett.* H-S terdecies. *MS. Nann.* H-S terdeciens.

H-S XVIII millibus) *Al.* H-S VIII. millibus. *Lambin. ed.* ⱵⱵS. CCIↃↃ. ɪↄ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. *MS. Nann.* CII. ∞ ∞ ∞.

Optime rep. geſta) *MS. Nann.* optume rep. geſta.

Q. Rubrium excellentem virtute) *Sic ex MS. Nann. C. Steph & Grut. Ceteri*, Q Rubrium excellenti virtute.

Ingenio, gratia præditum) *Sic MSS. ſed. edd. vett.* Ingenio, gloria præditum.

CAPVT LXXXI.

Quod cum magnitudine pecuniæ) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut: At vulga-*

vulgati: Quod tum magnitudine pecuniæ.

Tum vero eo magis) *Sic MS. Nann. & C. Steph. ac Grut. ed. ſed aliæ edd. & MSS.* te vero eo magis. *P. Manut. Lamb. ed.* & vero eo magis.

Frumenti in cellam quod ſumere oporteret æſtimaſſe) *Ex MS. Nann. & C. Steph. editione. Ceteræ omnes*, frumentum, in cellam quod ſumeret, æſtimaſſe.

CAPVT LXXXII.

Rationem defenſionis. Inſtituerunt ſemper) *Sic ex Lambini interpunctione Gruterus. Editiones ceteræ*, rationem defenſionis inſtituerunt. Semper.

Ad ultima ac difficillima ad portandum loca. ad portandum frumentum) *Sic ex MS. Lambini, Gruterus. Ceteri editi omnes*: ad ultima ac difficillima apportandum frumentum.

Vt ii quos innocentiſſimos meminimus, aut audivimus) *MS. Fabrit. & duo alii*, ut, ii, quos meminimus, aut vidimus.

CAPVT LXXXIII.

An, quoniam hoc cum non audes dicere) *Sic ex Nann. C. Steph. & Gruter. edd. At vulgg.* An, quoniam hoc non audes dicere.

CAPVT LXXXIV.

Is honeſtus) *Edd. vett.* his honeſtus.

CAPVT LXXXV.

Nam ego tribus H-S non poſſum) *MS. Nann.* Nam ego H-S ternis non poſſum.

Nam ſperaveram) *Sic P. Manut. aliique Vulgg* non ſperaveram.

Quaternos H-S. dederit) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. Sed vulgati*, quaternos nummos.

Dic, dic, inquit planius) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. Vulgati*, dic, inquit planius.

Hæc deerat injuria) *MS. Nann.* hoc deerat injuriæ.

CAPVT LXXXVI.

Quos non aratro ac manu quærit, boves, & aratrum) *Nann. MS. & Lamb. ed.* quos non exarat, quos non aratro ac manu quærit, boves & aratrum. *C. Steph. ed.* quos non exarat, boves & aratrum.

CAPVT LXXXVII.

Homo cum primis prudens) *Sic ex MS. Fabrit. Lamb. & Grut. ed Sed ceteri*, homo cum primis civitatis prudens.

Ad æquitatem conditionis) *Ex MS. Fabrit. ſic emendarunt Lambinus & Gruterus. Sed ceteri*, ad æquitatis conditionem.

Certe fructu ſuo) *Sic ex MSS. Pall. & Fabrit. Lamb. & Grut. Vulgati*: certo fructu ſuo.

Debet populo Romano) *Sic MS. Fabrit. Lamb. & Grut. Sed vulgati*: populo Romano det.

Ternos denarios) *MS.* ternos x

Proinde quaſi) *Al.* Perinde quaſi.

CAPVT LXXXVIII.

Non ea eo, quod oportuerit, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo) *Hæc verba*, non ex eo quod oportuerit: *ex Nanniano libro repoſuerunt, quæ in Manutii, aliiſque edd. deſiderantur, C. Steph. Lamb. Grut. edd.*

Fecerunt alii alia quam multa) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. Sed P. Manut. Lamb. Victor. aliæque*: fecerunt aliqui alia quam multa. *Alius liber*: fecerunt alii. Quid? alia quam multa.

CAPVT XC.

Hæc enim plurimum ſolent) *Sic MS. Nann. ſed edd.* Hæc plurimum ſolent.

Cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. Sed Gruterus cum ceteris edd.* cum eos non poteris, proferes hos recentes. *Sed alii*: cum eos non poteris proferre, hos recenſes.

Non quæram foris, cum habeas judices) *In Lamb. margine*: non quæram foris, habeo judices. *Palat. ſec.* non quæram foris, habeas judices tecum. *Pal. prim* non quæram foris, habebis judices tecum.

CAPVT XCI.

De cella ne Lepidus quidem fecerat) *Sic Lamb. & Grut. ex conjectura Hottomanni. Sed C. Steph. & Victor. edd.* de cella ante Lepidus quidem fecerat. *P. Manut* de cella ante ne Lepidus quidem fecerat.

Prætoribus, Proconſulibus) *Sic ex Nann. Grut. & C. Steph. ſed ceteri*, Prætoribus, Conſulibus.

Quam ſi defendere poſſit) *Sic ex Nann. MS. Rob. Steph. & Grut. Sed vulgata*: quam ſe defendere poſſet.

Multa contra utilitatem) *Edd. vett.* mul-

multa contra voluntatem. *Pall.* contra voluntatem *ſine* multa.

• Ita M. Antonii exemplo) *Sic cod. Nann. at vulgatæ*, ita Antonii.

Populuſque R. judices) *Sic edd. ſed Lamb. & Grut. rus*, S.P.Q.R. judices.

CAPUT XCII.

Tritici modius denariis quinque) *Lamb. ed.* tritici modius x. v. *edd. Hott. & al.* tritici modius H-S. xv.

Æſtimavit denariis III.) *MS.* æſtimavit XIII, *edd. vett.* æſtimavit denariis XIII.

CAPUT XCIII.

Non ſimili fecerat annonas) *Sic MS. Nann. edd. vett.* non ſimili fecerat anno.

Quid dicetis) *Edd.* quid dicitis.

Bienniunt provinciam obtinuit) *Edd. vett.* biennio provinciam obtinuit.

Num aut in vilitate nummum) *Edd. vett.* unum aut in vilitate nummum.

Pecuniam deportare) *Vett. edd.* pecuniam deportare.

Improbitatem coarguo) *Edd. vett.* improbitatem arguo.

CAPUT XCIV.

Occultis itineribus ac anguſtis) *Edd. vett.* occultis itineribus atque anguſtiis.

Quaternos, quinos, denos) *Sic Nann. MS. edd.* quaternos, denos.

Non ſit ferendus) *Sic MS. Nann. ſed edd. vett.* qui non ſit deferendus.

Genus æſtimationis erit comprobatum) *Sic Nann. MS. ſed edd.* genus æſtimationis eſt comprobatum.

Ternis denariis æſtimari licere, ternis non decere) *Sic ex MS. Nann. C. Steph. & Grut. Sed edd. ceteræ:* ternis denariis æſtimare licere.

CAPUT XCV.

Quam plurimos improbos) *Edd. vett.* quam plurimos impios.

At hoc parum eſt) *MS.* adhuc parum eſt. *al.* ad hoc parum eſt.

Per cellæ nomen) *Edd. vett.* prætextu cellæ.

Præclaros vero exiſtimas) *Sic MS. Lamb. & ejus, ac Grut. edd. Ceteræ*, Præclaros viros exiſtimas.

CAPUT XCVI.

Rempublicam ſiſtere negat) *MS. Nann. & edd. C. Steph. Lamb. & Grut.* rempublicam ſubſiſtere negat.

Per ſummam injuriam avertatur) *Sic MS. Nann. C. Steph. & Grut. ed. Sed ceteri MSS. & edd.* per ſummam injuriam auferatur.

Quis obſiſtet? quis erit tam cupidus veſtrum?) *Sic ex Nann. cod. C Steph. Sed ceteri*, quis obſtet? quis erit tam cupidus veſtri: *niſi quod* veſtrum *legatur quoque in Gruteriana*.

CAPUT XCVII.

Negaret hic æſtimatione ſe uſum?) *Lamb. & Grut.* negaret hac æſtimatione ſe uſum. *al.* Vellem negare poſſet, hac æſtimatione. *Si. Lamb. in margine, ſed unde hauſerit, nam in nulla editione hanc lectionem reperi, neſcio. Addit idem in margine, ex codice, an conjectura, incertum*, ſi negaret hac æſtimatione. *Multi ſine interrogationis nota, ut Victorius*, negaret hic æſtimatione ſe uſum.

Ne id quidem licet dicere) *al.* ne id quidem licebit dicere.

CAPUT XCVIII.

Lege & conſuetudine trahantur) *Sic MS. Nann. & C. Steph. & Gruter. edd. Sed vulgatæ*, lege & conditione trahantur.

VARIÆ LECTIONES

IN

LIBRVM QVARTVM

IN

C. VERREM.

Capvt I.

Vos eam ſuo, non nominis pondere) *Sic MSS. ſed edd. vett.* vos eam ſuo nominis pondere.

Vllam gemmam, aut margaritam) *Sic MSS. ſed edd.* nego ullam gemmam aut margaritam fuiſſe, aut.

Neque in tabula, neque in textili) *Sic MSS ſed edd.* neque in tabula, neque textilem.

Quod ad oculos animumque acciderit) *Sic MSS. at edd.* quod oculos animumque accenderit.

Capvt II.

Marmoreum Praxitelis) *MS.* Marmoreum Praxitele.

Cum Theſpiis ea quæ ad ædem) *Multi MSS. & edd.* Cum Theſpiadæ, quæ ad ædem. *Grut. MS.* Cum Theſpiæ quæ ad ædem.

Capvt III.

Erant arulæ) *Sic MSS. ſed edd.* erant tabulæ.

Sed earum artificem quem? quemnam?) *Edd vett.* ſed earum artificem quemnam? *Quinctil.* ſed earum rerum artificem quem? quemnam?

Diligens fuit ad reportandum) *MS. Cujac.* diligens fuit ad reponendum.

Quatridui cauſa, per ſimulationem) *MSS.* quatridui cauſam, per ſimulationem.

Capvt IV.

Tot homines cujuſque modi) *MSS.* tot homines cujuſce modi.

Ad hereditatem ſacrorum) *Pall. & vet. ed.* an hereditatem ſacrorum. *Grut. MS.* in hereditatem ſacrorum. *Cujac. MS* in hereditate ſacrorum. *edd. vett.* An hereditatem ſacrorum non quærebat? meretricis heredem quærebat?

Capvt V.

Cur emeris) *Edd. nonnullæ:* cur emeres.

Capvt VI.

Tanta vis oppreſſerit) *MS.* tanta vis preſſerit.

Ab humanitate, a pietate) *Sic C. Steph. Lamb. Grut. edd. Sed Victor. Manut. & aliæ*, ab humanitate & pietate.

H·S. vi. mill. & d) *Sic edd. Manut. & Gruter. Sed Victor Lambin. & C. Steph non agnoſcunt* & d. *Manut. ed.* vi. & d.

Capvt VII.

Commiſiſſet ut propter eum) *MS.* commiſſet ut propter eum.

H·S. cxx millibus) *MS.* H·S. xl. millibus.

Capvt VIII.

Ennenſi, Agyrinenſi) *Edd. vett.* Ætnenſi, Agyrinenſi.

Qua judicium eſt communis & privatæ rei ſociorum) *Edd vett.* qua judicium eſt communis: arte ſociorum. *MSS.* qua judicium eſt munia arce ſociorum. *Alii MSS. & in his primus Francii*, qua judicium eſt, communi arce ſociorum *alii:* qua judicium eſt communis arce ſociorum.

Apud eos deos) *Al.* apud deos.

Prope quotidie facere) *Quidam MS.* prope quotidiano facere.

Habe Canephoros) *Edd. multæ:* tibi habe Canephoros. *al.* habe Canephoras.

Capvt IX.

Neceſſe erit ingratis. *MSS. ed. Victor. & aliæ vetuſtiores:* neceſſe erit gratis.

Quæ malo integra reſervare, ut quam minimum ſit illis temporis) *Quidam MSS.* quæ modo integra reſer-

ſervare volui, ut quam minimum dem illis.

Multas familiam) *Quidam MSS. & edd. vett.* multas familias totas.

CAPVT X.

Exeuntes e Cilicia) *Edd. Lamb. & M.Bruti*: exeuntes ex Sicilia.

Clariſſimi potentiſſimique) *Pall. MSS. & edd.* clariſſimi potentiſſimi quoque. *Cujac.* clariſſimi ac potentiſſimi

Cum ſevera judicia fiebant) *MS.* cum judicia fiebant.

Mamertini irati fuerunt) *Edd.* Mamertini irati non fuerunt.

In Timarchidis prandium) *MSS.* in Timarchidi prandium.

His quidem temporibus) *Nonnullæ edd.* His quidem in temporibus.

Hinc in convivium) *Edd. vett.* quod in convivium.

CAPVT XI.

Ecquæ civitas eſt) *Al.* ecqua civitas eſt.

Non in provinciis noſtris) *Ed. Lamb.* non modo in provinciis noſtris.

Apud ſocios atque exteras) *Palatini & Gruteri MSS. & editio*: Apud ſocios in exteras.

Cn. Pompeii Baſiliſci) *Cujac. MS.* Cn Pompeii Baſiliti. *Pal. prim.* Cn. Pompeii Baſili.

Quo L. frater meus) *Edd. vetuſtiores*: qua L. frater meus.

CAPVT XII.

Quemadmodum revertiſſent) *Sic MSS. omnes & Victor. ed. Sed ceteræ omnes vulgatæ, etiam Gruteri*: quaeſivi, an domum revertiſſent.

Riſus populi atque admurmuratio facta eſt) *P Franc. & al. MSS.* Riſus populi atque admiratio omnium voſtrum facta eſt. *C. Steph. ed.* Riſus populi atque admurmuratio omnium veſtrum facta eſt.

H S. vi. millibus n. ſe tibi vendidiſſe) *Edd. vulgatæ*: H-S. n. quingentis ſe ſibi vendidiſſe.

A Philarcho) *MS.* a Philiarcho. *al.* a Philarchio.

Alias item nobiles) *Edd. vett.* alias ita nobiles.

CAPVT XIII.

Domo profugientes) *MSS.* domo fugientes.

Quibus in tabulis retulit) *P. Manut. ed.* quibus in tabulas retulit.

Vbi quidquid eſſet) *Grut. & P. Manut. ed.* ubi quidqnid eſſet.

CAPVT XIV.

Quod ſibi a patre & a majoribus) *Ed. Victor.* quod ſibi a matre, & a majoribus.

Ne multa H-S. cc. me, inquit, popoſcerunt.; dixi me c. daturum) *Sic Manut. Hottom. Lamb. Grut. edd. Sed Pall. & Grut. MSS nec non Victor. & aliæ vett edd.* ne multa: H S. cia. me inquit dixi daturum.

Et mehercules) *Al. edd.* & mehercule.

CAPVT XVI.

Vnde digreſſa eſt, oratio revertatur) *MSS. duo* unde digreſſa eſt oratio, revertamur. *Lamb ed.* unde degreſſa eſt, oratio reverratur.

Iam etiam ante præturam) *MS.* jam ante præturam.

In his quid habeas) *Pall. MSS. & edd vett* in his quas habeas. *Cujac. lib.* in his quæ habes.

CAPVT XVII.

Spoliaſti ac depeculatus es) *Cujac. MS.* ſpoliaſti ac depecuniatus es.

CAPVT XIX.

Res clara, tota Sicilia) *Sic MSS. ſed alii & edd. vett.* Reclamat tota Sicilia.

Neque ſolum præſentes reos fieri, ſed etiam abſentes) *Lamb. & Grut. edd. & duo MSS.* neque ſolum reos fieri, ſed etiam abſentes. *Manut ed.* neque ſolum præſentes, ſed etiam abſentes.

CAPVT XX.

Eſt tanti. cedo tabulas) *MS.* ea eant cedo tabulas.

abs te ſolo ita eſſe contemtum) *Sic MSS. & edd ſed aliæ*: abs te ſolo eſſe contemtum.

Vt etiam una cum ceteris) *Sic Grut. ex MSS. & edd. vett. ſed aliæ*: ut etiam cum ceteris.

Cum Siculis diſpoliaretur) *Sic Victor. C. Steph. & aliæ edd. Verum Manutii*: cum Siculis deſpoliaretur.

CAPVT XXI.

Peræqua proportione cetera) *Edd. vett.* æqua proportione cetera.

Omnium cupidiſſimorum) *Sic quidam MSS. & edd. Lamb. & Gruteri. Ceteræ,* omnium avariſſimorum.

In oppidum quopiam venerat) *Sic Gruter. ex MS. Vulgati*, in oppidum quoppiam.

CA-

CAPVT XXII.

Non modo oppidum nullum, ſed ne domus quidem ulla paullo) *Sic ex MSS. duobus Gruterus, & ante eum C. Stephanus. Sed ed. Victor. & aliæ:* non modo oppidum nullum, ſed ne domus quidem paullo. *Manut. ed.* non oppidum nullum, ſed ne domus quidem paullo.

Quin cum in convivium veniſſet) *Si MS. Hottom. Sed vulgati:* qui cum in convivium veniſſet. *Manut. ed.* quid cum in convivium veniſſet.

Eupolemo Calaſtino) *V. c.* Eupolemo Gelaſtino. *al.* Eupolemo Calatino.

CAPVT XXIII.

Proagorum, hoc eſt ſummum magiſtratum) *MSS. & edd.* Pardiorum, hoc eſt, ſummum magiſtratum.

Primum hominem) *Sic MSS. Pall. Cujac. Grut. legunt. Sed vulgatæ:* primarium hominem.

Per Apollodorum, quem teſtem) *Lambini edd.* per quem teſtem.

Cum ad Haluntium veniſſet) *Edd. pleræque*, cum Haluntium veniſſet.

CAPVT XXIV.

In illa provincia) *C. Steph. Manut. & Lamb. edd.* ulla in provincia.

Per magiſtratum) *MS.* per magiſtrum.

Vt ipſe de me detraham) *Edd. vett.* ut ipſe mihi detraham.

Aliquo leviter preſſo veſtigio) *MS.* Aliquid leviter preſſo veſtigio. *codd.* Aliquod leviter preſſo veſtigio.

Quanti teſtes, Siculos, negotiatoreſque fecerit) *Sic duo MSS* quanti teſtes, Siculos, negotiatores fecerit.

Iuſtituit officinam Syracuſis in regia maximam) *Sic nonnulli MSS. & ed. Lamb. ſed ceteræ:* inſtituit officinam Syracuſis; in Regiam maximam.

Eo conducit magnam hominum multitudinem) *MS.* Eos concludit magna hominum multitudine. *Alius:* Eos concludit magnam hominum multitudinem.

In ſcyphis aureis includebat) *Duo MSS.* ſcaphis aureis concludebat.

CAPVT XXV.

De iſtius pallio, tunica pulla) *Pall. Grut. vett. edd.* de iſtius pallio, palla. *Cujac.* de iſtius pallio, palla pulla.

Quin non modo in Sicilia, verum etiam Romæ in judicio audiret) *Edd. vett.* quin non modo in Sicilia, v. e. R. i. j. a. *ed. Manut. legit*, quin, & audiretur.

CAPVT XXVI.

Agrigentu allata eſſet) *Sic P. Manut. & Grut. ex conjectura Hottomanni, Victor. C. Steph. Lamb.* Agrigenti allata eſt.

In Cretula) *V. c.* in cerula.

Exquiſivit unde eſſet epiſtola) *MS.* quæſivit unde eſſet epiſtola.

Pecunioſus Neri; Lyſo) *Edd. vett. & MSS.* pecunioſus nec vulgo, Lyſo.

Quaſi hoc mihi) *Edd.* quaſi vero hoc mihi.

CAPVT XXVII.

Venio nunc non jam ad furtum) *C. Steph. & Lamb. edd.* Venio nunc non ad furtum. *Aldinæ:* Venio non jam furtum.

Hi ipſi poſteaquam temporibus reip.) *Sic duo MSS. & Grut. ed. Vulgati:* Hi poſteaquam temporibus reip.

Satis large: hæc ad uſum domeſticum. Vini, olei quod viſum eſt) *P. Manut. ed.* ſatis large; ad uſum domeſticum, vini olei, quod ſatis eſt.

De his decumis) *Ex MSS. duobus Grut.* de ſuis decumis.

Cogirare iſte nihil alind, quod ipſa res declaravit, niſi quemadmodum regem) *Edd. vett.* Cogitare iſte nihil aliud, quam id quod ipſa res declaravit, niſi quemadmodum regem *P. Manut. ed.* Cogitare iſte nihil aliud, quam, id quod ipſa res declaravit, quemadmodum regem. *ex conjectura Hottomanni.*

CAPVT XXVIII.

Ad ultimas terras pervagarum eſt) *Cujac. & Hittorp. MSS.* ad ultimas terras pervulgatum eſt.

Neque ponere potuerunt) *Non habetur in editionibus vulgatis* potuerunt.

Et plurimis gemmis) *Hittorp. Cujac. Grut.* & pulcherrimis gemmis. *Pal. prim.* & pulcrimis gemmis.

Quod cum ſatis) *vocula* quod *non eſt in Cujaciano.*

CAPVT XXIV.

Mittit rex ad iſtum) Rex *non eſt in Cujacii membranis.*

Precibus permoveri) *MSS.* precibus removeri.

CAPVT XXXI.

Omni e conventu) *P. Victor. ed. & MSS. quidam*, omnes ex conventu.

CAPUT XXXIII.

Vi captum atque deletum eſt) *Victor. ed.* vi captum atque dejectum eſt. *P. Franc. primus liber*: captum atque dejectum eſt, *ſine* vi.

Tranſlatum Carthaginem) *Edd. vett.* tranſlatum Carthagine.

CAPUT XXXIV.

Hæc erat poſita) *Pall. ac edd. vett.* hæc erat repoſita.

Ipſa face percuſſus eſſet) *quidam legunt*: ipſa face perculſus eſſet.

Donum populi Romani) *Non habetur* donum *in quibuſdam MSS.*

Monumentum victoriæ populi Romani) *In Hiſtorp MS.* populi Romani *non legitur*.

Vniverſam ſe funditus) *Duo MSS.* univerſis ſe funditus.

CAPUT XXXV.

Videte quanta religione fuerit) *MSS. duo & Lamb. ed.* Videte quanta religio fuit.

Scitote advocatos eſſe operarios) *Gruter. MS.* advocatos eſſe operarios. *Alii duo* ſcitote adductos eſſe operarios.

Omnes Segeſtanas matronas) *Pal. prim. ac Grut MS.* Omnes Segeſtanos, matronas. *Cujac. & Hiſtorp. MS.* Omnes Segeſtanæ matronas.

CAPUT XXXVI.

Qui non obtruſit) *MSS. nonnulli*, qui non obſtruxit. *Alii & ed. C. Steph.* qui non obruit.

CAPUT XXXVII.

Ne iſta præclara nobilitas) *MS. F. Vrſin.* dummodo iſta præclara nobilitas.

Novis atque induſtriis) *Cujac. MS.* novis induſtriis *ſine copula*.

CAPUT XXXVIII.

Nomen invictiſſimi imperatoris) *MS.* nomen invicti imperatoris.

Captum Carthagine reponatur) *P. Franc. liber*: captum reponatur Karthagine reponatur. *P. Manut. & Lamb. edd.* Karthagine capta recuperatum reponatur, *ex conjectura Hottomanni.*

Monumentaque rerum cum maxime conſtituat) *Sic MSS. quidam. Liber Cujac.* monumentaque rerum cum quam maxime conſtituat. *Fulv. MS.* monumentaque rerum nunc maxime conſtituat. *edd. vulgatæ*: monumentaque rerum maxime conſtituat.

Tanto dolore afficior) *MSS. & edd. antiquiores*: tantum dolore afficior.

Lenonumque flagitiis verſantur) *In vet. codice non eſt* verſantur.

CAPUT XLIII.

Rictum ejus ac mentum) *Sic MSS. & ed. Gruter. Sed aliæ Victor. C. Steph. P. Manut. Lamb.* rictus ejus ac mentum.

Male mulcati) *Edd.* male mulctati.

Adventu nec opinato, neque) *Editi & MSS. pleriqne*: adventu, neque.

Quod cuique ſors offerebat) *Edd. vulg.* quod cuique ſors offerebat.

CAPUT XLIV.

Facta manu armataque) *MSS. & edd. multi*: facta manu, armatique.

Æditui cuſtodeſque) *quidam libri*: æditimi cuſtodeſque.

Apud Enguinos) *Pall.* apud Inguinos. *Cujac. & Hiſtorp. MS.* apud Eguinos. *Pal. prim.* apud Æginnos. *Pal. ſec.* apud Eguinos.

CAPUT XLV.

Illius fani antiſtitæ) *Edd.* illius fani antiſtites.

Qua eſſet jam antea non obſcura) *Edd.* quæ eſſet antea non obſcura.

CAPUT XLVIII.

Tota vero ab omni aditu circumciſa) *Edd. vett.* tota vero omni aditu circumciſa.

Lætiſſimi flores) *Edd.* lectiſſimi flores.

Propter eſt ſpelunca) *Vet. codex Fulv. Vrſin.* propter eam eſt ſpelunca.

CAPUT L.

Victoriam deripere) *Sic MSS. ſed edd.* Victoriam diripere.

CAPUT LI.

Hæc a majoribus conſtituta) *MSS. aliquot & Lamb. ed.* hæc a majoribus inſtituta.

Propter eam cauſam ſcelere iſtius) *MS.* propter eam cauſam ſceleris iſtius. *Nonnulli editi*, propter eam cauſam ſceluſque iſtius.

Conſervate veſtram) *P. Mont. Victor. C. Steph. aliæque edd. nec non P. Franc. MS.* Conſervate veſtram auctoritatem.

CAPUT LII.

Putum a cæde ſervatum eſt) *Edd. vett.* plurima cæde ſervatum eſt.

Maximam eſſe Græcarum urbium) *In Hiſtorp. non habetur* urbium.

CAPUT LIII.

Regis Hieronis) *Hiſtorp.* Regis Gelonis.

Tycha

Tycha nominata) *Edd.* Tyche nominata.

Qui Temenites vocatur) *Ed. Vict. & al.* qui Theſmoto vocatur. *Pal.prim.* qui Temutes vocatur. *tres MSS.* qui Temnites vocatur. *al.* qui Themicles vocatur.

C A P V T LV.

Equeſtris Agathocli) *Sic MSS. edd.* equeſtris Agathoclis.

C A P V T LVI.

Vllo templo fuiſſe) *Edd. vett.* ullo rempore fuiſſe.

Crinitum anguibus) *Edd. vett.* cinctum anguibus.

Gramineas haſtas) *Ed.P.Manut.* fraxineas haſtas. *ex conjectura Hottomanni.*

C A P V T LVII.

Si quando aliquid) *P.Manut.ex conjectura Hottomanni:* ſi quando quis aliquid.

Spectet forum ornatum) *Edd. vett. & MSS.* ſpectet eorum ornatum.

Liberi parvum illud caput) *Pal. prim.* Liberi parmum illud caput. *Cujac.* Liberæ parvum illud caput.

C A P V T LVIII.

Hinc colligere poteſtis) *Lamb.ex MSS.* hinc conjicere poteſtis.

C A P V T LIX.

Crateras ex auro pulcherrimas) *Lamb.* crateras ex auro pulcherrimos.

Vllum denique ornamentum) *Ed. vet.* nullum denique ornamentum.

C A P V T LX.

Merere velle, ut ab eis marmorea Venus ne auferatur) *Edd. vett.* merere velle, ut ab eis marmorea Venus auferatur.

Tarentinos, ut Europam) *Edd.vett.* Tarentinos ut ne Europam.

Aut Paralum pictum) *P. Victor. ed.* Aut Parthalum pictum.

C A P V T LXIII.

Vt illam laudationem) *Vict. Manut. Lamb. aliique:* ut ei illam laudationem.

Tuendis conſervandiſque) *Non habetur in uno libro,* conſervandiſque.

C A P V T LXV.

Decernunt ſtatim, primum, ut L. fratri hoſpitium) *Cujac. cod.* Decernunt ſtatim, ut cum fratre L. hoſpitium.

C A P V T LXVI.

Ille contra. Inſtare ego, omnium) *Cujac. MS.* Ille contra dicere: negare eſſe illud a S C. in quo prætor appellatus eſt, negare id mihi tradi oportere. Ego legem recitare, omnium. *P. Franc. MS.* Ille contra. Recitare omnium.

C A P V T LXVII.

Qui ex tanta provincia) *MS. & Lamb. ed.* qui ex tota provincia. *al.* quoniam ex tota provincia.

Navem populo Romano debeantne?) *P. Victor. Manut. Lambin. edd. & MS. Franc.* Navem debeantne? *ed. R. Steph.* navem P. R. debeantne.

Feſtum diem ſuſtuliſſent) *Al.* feſtum diem ſuſtuliſſet.

VARIÆ LECTIONES
IN
LIBRVM QVINTVM
IN
C. VERREM.

C A P V T I.

PRæclara ejus defenſio) *V. c.* præclara defenſio ejus.

Multo mihi ante, judices, eſt providendum) *Al.* multo ante, judices, mihi eſt providendum.

Oratio M. Antonii. *al.* ratio M. Antonii.

Servatus. Hæc eadem nunc ab illis) *Al.* ſervatus. Eadem nunc ab illis.

Viaque temtatur) *Vetus codex:* viaque temptatur.

C A P V T II.

Iudicium certa lege ſit conſtitutum) *In MS. Cujac. non eſt* conſtitutum.

Magna laus, honeſta oratio) *Edd. vett.* magna laus, & honeſta oratio.

C A P V T III.

Ad ſe vocari juſſiſſe) *P. Vict. & edd. vett.* ad ſe vocari juſſit. *In R. tamen Steph. Manut. Lamb. Grut. edd.* ad ſe vocari juſſiſſe.

CAPVT IV.

Domino denunciatum eſt: cauſa) *Sic duo MSS. Edd. vulgatæ*: domino denunciatum eſt, ut adeſſet. cauſa.

CAPVT V.

Vſquequaque eadem quærere) *MSS.* uſquequaque idem quærere. *Alii ut & edd. vett.* uſquequaque quidem quærere.

Nomine ſceleris) *MS.* homines ſceleris.

CAPVT VI.

Hæc ubi eveniunt) *Sic Rob. Steph. & Manut. edd. Sed aliæ omnes & MSS.* hæc ubi veniunt.

At non ab iis) *Sic MSS. ſed edd. vett.* ut non ab iis. *ſic in ſequentibus emendarunt* at *pro* ut.

Ab eo ſceleris conjurationiſque) *P. Victor. Rob. Stephani & nonnullæ aliæ edd.* ab eo ſervorum ſceleris conjurationiſque.

In Leonte Megarenſi) *MSS. & edd. Victor. ac aliæ*: In Leonte Magarenſi. *Vetus liber*: In Leonida Imacharenſi. *Alius*: In Leonida Acharenſi.

CAPVT VII.

Apollonio Diocli filio) *Editi nonnulli*, Apollonio Dioclis filio.

Ecquid manifeſtius) *MS.* ecquid confeſtius.

Arripi a tribunali) *Editi nonnulli*: arripi a tribunali.

CAPVT VIII.

Locupletiſſimum hominem) *V. c.* hominem locupletiſſimum.

Cum conſilio belli) *V. c.* de conſilio belli.

Quid ſi ab Apollonio) *V. c.* Si aliquid ab Apollonio.

Tamen ne hanc rem) *V. c.* tamen non hanc rem.

Severius judicavit?) *V. c.* ſeverius judicaverit.

Vindicatum ſevere eſt) *V. c.* vindicatum eſt ſevere.

Nullam invidiam in te) *V. c.* nullam in te invidiam.

Tam diu fuit in carcere Apollonius) *V. c.* tam diu fuit in carcere Apollonius.

Relinquam hæc omnia) *V. c.* relinquo hæc omnia.

CAPVT IX.

Quam multos redemiſſe) *Al.* quam multo redemiſſe.

Injectum ad tam incredibile crimen) *Cujac. MS.* ejectum ad tam incredibile crimen.

CAPVT X.

Diligenter retinendum & conſervandum) *Lamb.* eſſe referendum ſaneque diligenter eetinendum & conſervandum.

Et ad tempeſtatum vim ae fluminum) *MS.* & tempeſtatum vim ac imbrium. *Lamb. ed.* & ad tempeſtatum vim ac imbrium.

Quin aliquo tempore ſolem ejus diei) *Lamb. & Grut. edd.* quin aliquo tempore ejus diei ſolem.

CAPVT XI.

Perlucidus, Melitenſi roſa fartus) *MSS. nonnulli & Lamb. ed.* Perlucidus Melitenſis, roſa fartus.

Ad nares ſibi admovebat) *Edd.* ad nares ſibi apponebat.

Delecta ad libidinem mulier) *MSS.* dilecta ad libidinem mulier.

Prætorum atque imperatorum) *MS.* Prætorum populi Romani atque imperatorum.

CAPVT XII.

Labor operis maxime offenditur) *Edd. vett.* labor operis maxime oſtenditur. *Cujac. MS.* labor operis maaime offendit.

Pulcherrimo Syracuſarum loco) *Sic Manut. & Gruter. edd. Sed P. Victor. aliæque edd.* pulcherrimo Syracuſarum loco. *Pall. & Franc. MSS.* Syracuſarum loco, *omiſſo* pulcherrimo.

CAPVT XIII.

Talarique tunica) *MS.* parique tunica.

Mulierum vocibus) *Al.* muliebribus vocibus.

Iura omnia prætoris urbani) *Franſii & alii MSS. & edd. vett.* jura populi Romani.

CAPVT XIV.

In aliquo orbis terræ theatro) *MS.* in aliquo orbis terrarum theatro.

Maxima cum cæremonia) *MS.* maxima cum cura, tum cærimonia.

Ius imaginis ad memoriam) *Edd. vett.* jus imagines ad memoriam.

In loco poſita) *Edd. nonnulli*, digno in loco poſita.

CAPVT XV.

Eatrudere noluiſti) *MSS.* eacludere noluiſti.

CAPVT XVII.

Diligentiamque adhibuit in eo ſingularem) *Edd. vett. ut & Victor. R. Steph.* diligentiamque in eo ſingularem. *Sed* adhibuit *ex uno MS. repoſuit Lambinus,*

binus, quem ſequitur Gruterus. In P. Francii libro non habetur.

Maieſtaris, dementiæ) *Lambinus ex conjectura Hottomanni recepit*, majeſtatis deminutæ, *contra veteres omnes libros & editiones.*

CAPVT XVIII.

Fuit iſta reip. quondam) *Sic Cujac. & P. Franc. MSS. & Grut. ed. Sed P. Victor. R. Steph. P. Manut. & pleræque aliæ omnes edd.* Fuit iſta reprehenſio quondam. *Duo MSS.* Fuit iſta reſp. rentio quondam.

Quid enim tibi nave opus fuit?) *Cujac.* quid enim tibi navim.

Tu tibi hoc numquam turpe, numquam criminoſum) *P. Victor. ed. non agnoſcit*, hoc numquam turpe.

CAPVT XIX.

Deinde id quod perſpicio, quod & oſtendam) *Edd. vett.* Deinde id quod perſpicio, & quod oſtendam.

CAPVT XX.

Cum hoc munus imperaretur) *Ed. R. Steph. & Lamb. ed.* cum hoc munus imponebatur. *Duo MSS.* cum hoc munus imperabatur.

CAPVT XXII.

Tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti) *MS.* qui tam religioſum exiſtimari te voluiſti.

Libenter te Mamertinis quiddam remittere) *Al.* libenter te Mamertinis quidem remittere.

Frumentum dare non oportere) *MS.* frumentum dare non debere.

Litteras & rerum decretarum frumenti imperati) *Pleræque edd.* litteras & rerum decretarum & frumenti imperati.

Primum in judiciis) *Sic Manut. & Grut. edd. Sed MSS. & edd.* primum, ut in judiciis.

Laudatio, ſed tamen ita provinciæ præfuiſſe) *Sic ex MSS. Lambini Gruterus edidit P.Victor. Rob. Steph. P.Manut. Lambini & ceteræ omnes edd.* laudatio. Sed tamen ita Verres provinciæ præfuiſti.

Spoliatos expoliatoſque) *Edd. vett.* Spoliatos exſpoliatoſque.

Ea conditione vitæ fuerunt) *Cujac. MS.* Ea conditione vitæ vixerunt.

CAPVT XXIII.

Contra legem) *MS.* contra leges.

Quo furta undique portares) *Cujac. MS.* quo furta undique deportares.

Auxilii, juris conſuetudinis) *Edd.* auxilium juris, conſuetudinis.

CAPVT XXV.

Certum pretium, ſexcentenos nummos) *Sic MS. Cujac. ſed edd.* certo pretio, ſexcentenos nummos.

Quod ejus nautæ) *Sic cod.Mem. ſed edd.* quod & nautæ.

Nomine claſſis eſſet in Sicilia re quidem) *Sic MSS. quidam & Lamb. & Grut. edd. Sed ceteræ*, nomine claſſis, eſſent in Sicilia re quidem vera naves inanes.

In acta cum mulierculis) *P. Victor. Rob.Steph. P.Manut. aliique*, noctu cum mulierculis.

Ab omnibus, ſupplicium ſumi de captivis putatur) *MSS.* ab omnibus ſupplicium. *Cetera verba*, ſumi de captivis putatur *non habetur in multis MSS. teſte Lambino.*

Symphoniacos ſex) *MS.* Symphoniacos homines ſex.

Omnes ſic habent, quid ejus ſit) *Sic MSS. & R. Steph. ed. Sed P. Vict. P.Manut. Lamb. Grut.* omnes ſic habent perſuaſum, quid ejus ſit.

CAPVT XXVI.

Homines maritimi Syracuſis) *Nonnulli libri :* Erant homines maritimi Syracuſis. *edd. vett.* Homines Mamertini Syracuſis.

CAPVT XXVII.

Commodiſſimeque habeatur) *MSS.* commodiſſime adhibeatur. *al.* commodiſſimeque adhiberetur.

CAPVT XXIX.

Cum is cives Romanos) *MS.Cujac.* cum is civem Rom.

Qui igitur cum eſſes) *Edd. vett.* quid igitur cum eſſes.

Cum eſſes in imperio) *Rob. Steph. Lamb. & Grut. edd.* cum eſſes cum imperio.

Reus cum tot teſtibus) *In quibuſdam MSS. deeſt* reus.

CAPVT XXX.

Privatis cuſtodiis) *MSS. quidam*, privati hominis cuſtodiis.

Eo diutius vivos hoſtium duces) *Victor. R.Steph P.Manut. Lambin. Grut. edd.* eoque diutius vivos hoſtium duces. *edd. vett.* eo quoque diutius vivos hoſtium duces.

Eſt nunc cuiquam, credo, dubium) *P.Vict. & Grut. edd.* Et nunc cuiquam credo dubium eſſe. *edd. vett.* & nunc

credo

credo eſſe dubium. *P.Franc. & Iuntina editio Florentina minor anni* 1515. Et non credo eſſe dubium.

Quæro, cui probares) *P.Franc. MS.* quæ cui probares.

Producis, tamen te derideri vides) *P.Victor. & edd. vett.* produces, tamen te derideri vides. *Rob Steph. P.Manut. Lamb. Grut. edd.* produces, tamen pe eredi vides?

Nobiliſſimus pirata fecit) *MSS. nonnulli*, nobiliſſimus pirata ſugit.

CAPUT XXXI.

Iubet atque imperate) *Edd. plerique omnes & multi MSS.* jubet atque imperat.

CAPUT XXXII.

Prætoris denique) *Edd. vett.* P. R. denique. *alii*: Populi R. denique.

Illi habitare in eo loco) *Edd. vets.* Illi habitari in eo loco.

Quo naves accedere) *Edd. vett.* qua naves accedere.

CAPUT XXXIII.

Egreditur Centuripina) *MS.* Egreditur in Centuripina.

CAPUT XXXIV.

In portu Odyſſeæ) *MSS. & edd.* in portu Ediſſæ.

Quod erat terreſtre præſidium non re, ſed nomine) *Lambin.* quod erat ibi terreſtre præſidium non re, ſed nomine.

Quod reliquum vitæ viriumque) *MSS*, quod reliquum vitæ virumque.

CAPUT XXXV.

Cum primum adveſperaſceret) *MS. Cujac.* cum primum inveſperaſceret.

CAPUT XXXVII.

Opes illius civitatis) *Edd.* opes ipſius civitatis.

CAPUT XLI.

Implorare illi fidem populi Romani) *Cujac. MS.* Implorare illi fidem prætoris.

Fit clamor & admiratio populi) *MS.* Fit clamor & admurmurario populi.

Prædonum ſocius putaretur) *MS. Cujac.* prædonum ſocius arbitraretur.

CAPUT XLII.

Cum illa auctoritate & miſeria) *MS.* cum illa auctoritate, miſeria.

Dexionis filius) *MS.* Dexonis filius.

Pene eſt deſtitutus) *MS.* pœne eſt deſtitutus.

Frange cervices) *Sic MS. & R.Steph. ed. Vulgata*: frange cervicem.

CAPUT XLIII.

Cum commeatu) *MSS. & edd.* in commeatu.

Iſte certe non prodidit) *MS.* Is certe neque prodidit.

Domi ſuæ non ſolum poſt mortem) *MS.* non domi ſuæ ſolum poſt mortem.

Poſt mortem tota Sicilia) *MS.* poſt mortem Siciliam.

Libertate quam vos, &c. hac ille) *MS.* libertate qnam vos, &c. hane ille. *Pal. ſec.* libertatem quam vos, &c. hac vos.

CAPUT XLIV.

Navarchus nobiliſſimus ſuæ civitatis) *MSS.* navarchus, homo nobiliſſimus ſummæ civitatis.

CAPUT XLV.

Veſtitumque ſerre) *MSS.* veſtitumque inferre.

Filiorum extremum ſpiritum ore excipere ſibi liceret) *Edd. vett.* filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret.

Cum Sextio de eadem) *MS. Cujac.* Cum Seſtio ſuo de eadem.

CAPUT XLVI.

Plus quam ſatis eſt) *Sic Cujac. MS. P.Manut. & Lamb. edd. Sed cetera omnes* plus quam ſatis opus eſt.

Doleo in tanta calamitate) *Cujac.* doleo tanta calamitate.

CAPUT XLVII.

Eorum ne agrorum alumnos) *Sic ex duobus Pall. Grut. Ceteræ edd.* eorum ne agrorum colonos.

Ne hoc quidem juris obtinuit) *MS. Cujac.* ne hoc quidem obtinuit.

CAPUT XLVIII.

Qua ſpe denique, ut vivere velint, tenebuntur) *MS. Cujac.* qua denique preces ut vivere vel tenebunt.

CAPUT XLIX.

Floruit princeps) *Edd. vett.* fuit princeps.

Aliquid ex ſuis bonis recuperaret) *MS. Cujac. & Lamb. ed.* aliquid de ſuis bonis recuperaret. *ed. vet.* aliquid ex hujus bonis exurparet. *Pall.* aliquid ex hujue bonis exuperat. *Vulgg.* aliquid ex hujus bonis uſurparet.

Sicilia detulit. Lacrymis ego ad hoc) *Edd. vett.* Sicilia detulit lacrymis. Ego ad hoc. *MS. Cujac.* Steilia detulit lacrymis. Ego huc.

Ca-

Digitized by Google

CAPVT L.

Is ita defendat) *Edd. vett.* iſta defendat.

Si fortunam tibi objici) *Al.* ſi fortunam ribi objicere.

Etiam illud præcidas licet) *Edd.* etiam illud prædices licet. *edd. vett.* etiam illud prædicas licet.

CAPVT LI.

Te pretio milites remigeſque) *Sic MS. ſed edd.* pretio milites remigeſque.

Se in terram eſſe egreſſum) *Victor. ed.* in terram eſſe projectum.

CAPVT LII.

Non, ut quiſque maxime eſt) *Quidam MSS.* imo, ut quiſque maxime eſt.

Ita tui hujuſcemodi criminis maxime eum pudet) *Vetuſtiores edd. & Pall.* ita te hujuſcemodi crimine maxime ejus pudet) *Cujac.* ita te in hujuſcemodi crimine ejus maaime pudet.

Quid facere poſſet) *Ed. Grut.* quid facere poſſis. *Apud Quinctil.* quid facere poſſes.

Populi Romani prætor, cum tibi) *Edd. vett.* populi Romani, cum tibi.

De complexu parentium ſuorum, hoſpitum tuorum) *Edd.* de complexu parentum ſuorum, hoſpitumque tuorum.

CAPVT LIV.

In conventu Panormitano) *P. Manut. ed.* e conventu Panormitano.

CAPVT LVI.

Ex Aſia, quæ ex Syria) *Edd. Lamb. & Grut.* ex Aſia, ex Syria.

Inſulam obtinebat) *MS.* inſulam obſidebat.

Quibus adjumentis) *MS.* quibus argumentis.

CAPVT LX.

Hæccine plebi Romanæ) *Pall. MSS. Victor. & edd. vett.* Hæc in plebe Romana.

Negotii gerendi ſpes) *MS.* Negotii gerendi ſpecies.

CAPVT LXI.

De P. Gavio Coſano) *Pal. prim. & edd. vett.* Conſano. *Pal. ſecund.* de P. Gavio Coſſano.

Cum illo in numero) *V. c.* cum in illo numero. *& ſic R. Steph. ed.*

CAPVT LXII.

Cruciatumque a corpore) *Edd. vett.* cruciatum a corpore.

CAPVT LXIII.

Ardenteſque laminæ) *Edd.* candenteſque laminæ.

Miſerabilis non inhibebat) *Lambin. ed. & Gellius*, non leniebat.

Primo homini) *Edd. quædam*, primario homini.

CAPVT LXIV.

Ut dubitationem aliquam) ut crudeliſſimi) *MSS. & ed. vet.* ut dubitationem aliquam, crudeliſſimi. *edd. recentiores*: ut dubitationem aliquam crucis; ut crudeliſſimi.

CAPVT LXV.

Eſſe dicat, quod quis ignoret: jam omnes) *Ed. R. Steph.* eſſe dicat. quod quis ignoret. *In margine Lambini*, eſſe dicat, (quod quis ignoret?)

Qui tum in Sicilia, nominabat?) *Vulgatæ edd.* qui tum in Sicilia negotiabatur. nominabat.

CAPVT LXVI.

Supplicio affixum videret) *Sic MSS. & inter eos P. Francii, & edd. vett. Sed recentiores*, ſupplicio affectum videret.

CAPVT LXVII.

Rerum atrocitate) *MSS. quidam*, rerum acerbitate.

CAPVT LXVIII.

Hortenſi, ſi quia monendi locus) *Edd. vulgg.* Hortenſi, quia monendi locus.

Et qua ratione) *MSS. Pall.* ex qua ratione.

Occultius eatra judicium, quæ ad judicium) *Duo MSS.* occultius extra, quæ ad judicium.

Deſiſtas, & illa quæ tentata) *Cujac. MS.* deſiſtas iſta, ſed & illa quæ tentata.

CAPVT LXIX.

Iudicibuſque novis) *Edd. vett.* judicibuſque nobis.

Vehementer adverſaretur) *MS.* vehementer adverſetur.

CAPVT LXX.

Hominis ſapientiſſimi) *MS.* hominis ſapientiſſimi & vigilanriſſimi.

CAPVT LXXI.

Optandum eſt illud) *MS. Cujac.* optatum eſt illud.

Corrumpendi judicii) *V. c.* corrupti judicii.

CAPVT LXXII.

Denique uti C. Verrem) *Edd. vett.* deinde uti C Verrem.

Meaque fides, una hac) *P. Manut. ed.* mea fide unaqne hac.

FINIS TOMI III. ORATIONVM.

Al-

Addenda, & corrigenda in Notis.

Pag. 4. col. 2. lin. 26. *poſt* verbum *adde*. Verumtamen quid ſi *perſpicere* hic ſit perſcrutari, & obſervare? Supra: *vitam ſuam pluribus, quam vellet, obſervari oculis arbitrabatur*. Huc trahi forte poſſunt, quæ de h. v. habet Index Cl. Erneſti, locique Latinorum complures, ut Svet. Aug. LXIX. & hic præcipue Frontini I. Stratag. 2. n. 1. *Tribunos &c. ire juſſit, quibus curæ eſſet perſpicere regias vires*. Quod eſt in cod. Metell. *percipitur* oriri etiam potuit ex *perſpicitur*: nam hæc duo commutantur in Curtio III 1. ut conſtat ex V. L. Snakenb. *Perſpicere* valet penitus videre oculis, atque animo intelligere. Sic locis omnibus hæc notio directa convenit, non item huic noſtro. Sed eadem per conſequens, ut iiſdem in locis, aliquando examen continet, curioſamque obſervationem, ac ſedulam. Imo generatim nihil perſpici poteſt, quod non inſpiciatur. Si liceat ergo ſenſum conſequentem abſtrahere ab illo primario, *perſpicere* valebit etiam explorare tantummodo, atque obſervare. Eſt quidam, ut ita dicam, perſpiciendi actus, obſervatio. Hæc mihi veniebant in mentem recogitanti, quam caute ſit de rebus hujuſmodi pronunciandum.

P. 12. c. 2. l. 38. Idem. *lege* Hotom.

P. 26. c. 2. l. 41. ſummo viro, ac Valeſio, *lege*: ſummo viro Henrico Valeſio

P. 33. c. 2. l. 4. edidimus *lege* editur.

P. 40. c. 1. l. 6. *poſt* locutionem *adde*: quam eadem in Iuſtino II. 3. ferre non poterant, viri docti complures, licet MSis omnibus comprobatam.

P. 50. c. 1. l. 33. eoſque non ducit *lege* eoque non ducit

P. 78. c. 2. l. 15. *poſt* Græv. *adde*. Recte: nam vulgata fere ſine ſyntaxi erat: quod vidit Corradus in Quæſt. p. 339. emendabatque, *vel etiam*, ſeu, *quomodo tandem non modo ferendum*. Gar.

P. 95. c. 2. l. 22. *poſt*, ut hic, *adde*, ipſe Cicero VII. ad Diverſ. 29. &

P. 123. c. 2. l. 7. *poſt* indigitaret. *adde*. I. de Inv. 33. *ei, qui ſibi ex lege Prætor ſucceſſerat*. Ita hic: *qui M. Levino &c. Prætores in eam provinciam ſucceſſerant*. Certe ſatius erit ita emendare, quam cum Pighio &c. Ibid. lin. 11. poſt, *Proconſulibus*. adde: eaque de cauſa ſummum Erneſtum in Ind. v. *Prætor* nihil mutandum cenſuiſſe.

P. 131. c. 2. l. ult. *poſt* Idem. *adde*. Vide Donat. ad Terent. Hecyr. IV. 4. 80. Gar.

P. 136. c. 2. l. 5. a fine poſt *deportatum*. adde. Sic pro Mur. 5. *ex Aſia deportatum flagitium*.

P. 158. c. 2. l. 21. *publicani?* lege, *publicanis?*

P. 189. c. 1. l. 3. *a fine poſt* Drakenborchius. *adde*. Anagnoſten habuit Cicero nomine *Soſitheum* ex I. ad Att. 12.

P. 197. c. 2. l. 8. *ante* Gar. *adde*. Inſignis eſt locus Ciceronis ipſius I. de Leg. 20. *cum* (Gellius) *pro Conſule ex Pretura in Græciam veniſſet*.

P. 205. c. 1. l. 5. *a fine poſt* putabuntur. *adde*. Haud etiam ſcio, an ſatis hoc noſtrum *inmane* firmet ſimilis quidam nominis *ſublime* uſus, quo non poetæ modo delectantur, verum etiam cum Livio, aliiſque Cicero ipſe: apud quem I. Tuſcul. 43. & II. de Divin. 31. iſta opponuntur, *ſublime*, & *humi*. Vide porro Daviſium ad II. de Nat. Deor. 39.

P. 213. c. 1. l. 5. *poſt* præfixum. *adde*. Cicero de Leg. II. 18. *Textile ne operoſius &c. in textili color albus*.

P. 214. c. 1. l. 17. *poſt* ad Diverſ. 12. *adde*. Henſ. ad Virgil. I. Æn. 120.

P. 216. c. 1. l. 24. *poſt* ſunt. *adde*. Bis hæc optime recitat Donatus ad Eunuch. III. 2. 51. & ad V. 3. 1.

P. 232. c. 1. inter lin. 15. & 16. hæc interſere. *Quod in vobis fuit*) Vide Donat. ad Ter. Adelph. IV. 5. 58. Supra *qus* erat in Ven. ver. & in Naug. &c. Sed *quo*, ut volebat Hott. jam dederat Hervag. & Gruteri, aliorumque MSi comprobarunt. Gar. *Tum lin. pen. pro* Idem. *repone* Hott.

Digitized by Google

P. 233. c. 2. l. 13. *poſt* derivavit. *adde.* Idem fecit Calphurnius iſta exhibens ad Heaut. II. 3. 115. Ipſe tamen Donatus &c.

P. 235. c. 1. l. 3. *poſt* Grævium, *adde*, & Ind. Gr. Lat. Erneſti. Omnino extra rem illa ſunt. *Ibid. lin.* 10. *ſic refinge*. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 6. ipſum Sanctium, qui IV. 4 hunc locum inter exempla hujus generis retulit, legens, *Siciliæ cum eſſem*, licet aliena permiſceat, Oudend. &c. *Ibid. lin.* 19. *poſt* facere. *adde*. Exempla ſunt de Creta præcipua: nam præter Virgilium *Cretæ* dixerunt Cicero I. de Leg. 5. Varro de R. R. I. 7. n. 6. Vitruvius I. 4.

P. 237. c. 1. l. 10. *poſt* exempla. *adde:* vide Servium ad I. Æn. 176. Sed lectionem hanc omnes movendam non eſſe fatebuntur. Neque item erat, cur verba Paſſionis SS. Perpet. & Felicit. *in litteris ſunt digeſta*, ſollicitaret vir doctiſſimus Holſtenius, *in litteras* reponens. Sic in prol. Vegetii de Re Mil. duo codices a Beſſelio Miſcell. p. 143. 256. producti dant, *in libris redacta*, pro vulg. *in libros*. Huc facile revocatur, quamquam & aliter capi poteſt, Tulliana locutio I. de N. D. 10. *imagines in Deorum numero refert.*

P. 237. c. 2. *l. pen.* Doleo, *lege*, Deleo.

P. 261. c. 2. l. 4. a fine poſt *textrinam*. adde: quod præferre videtur Oudend. ad Sveton. de ill. Gram. c. XXIII. *Ibid. lin. pen. ante* Gar. *adde*. Ammianus XIV. 6. *juxta vehiculi frontem omne texteinum incedit*.

P. 268. c. 2. lin. pen. *claris*, lege, *clariſſimo*.

P. 287. c. 2. l. 5. *ante* Gar. *adde*. Vide porro Waſſeum ad Salluſt. Iug. LIII. *Ibid. c.* 1. *l.* 8. *a fine* Briſſardi *lege* Boiſſardi.

P. 288. c. 1. inter lin. 19. & 20. hæc inſere. *Litteris minutis argenteis*] Digna lectu eſt Cl. Oudendorpii de duobus adjectivis ſine copula poſitis obſervatio ad Sveton. Ner. XXXVII. quæ hunc, alioſque Tullii locos illuſtrat. Gar. *Tum lin. pen. pro* Idem *repone* Hott.

P. 299. c. 1. l. 5. poſt *ex qua*, adde. Servius autem ad VI. Æn. 273. *quia Ditem patrem emerſiſſe ab inferis putant.* Sed vide ibi Burm. & quem ille citat, Broukhus. Quis ſcit, an fuerit: *qua D. p. ferunt emeeſiſſe ab inferis, & repente &c.*? Profert ibidem Servius alterum ex hac orat. locum itidem contractum. *Ut alter Orcus veniſſe Hennam, & non Perſerpinam, ſed ipſam Cerreem rapuiſſe videatur.* Confer Tullii verba infra c. 50. Ibi tantum vox *Veeees* ſuſpecta mihi de gloſſa eſt.

P. 323. c. 1. l. 2. Idem. *lege.* Gar.

P. 338. c. 2. l. 13. *poſt* improbabo. *adde*. Etiam apud Servium, qui hæc profert ad I. Æn. 176. exhibetur, *in capite*. Verumtamen ſuſpicor, ipſum legiſſe *caput*: ita enim poſtulatur ab illa exemplorum vice, quam videtur Servius inſtituiſſe. Certe non inſolens varietas, & commutatio eſt, *caput*, & *capite*. II. Agrar. 15. ubi recte legitur, *Hoc capite*, *Quieites*, *omnes gentes &c.* binæ Venetæ antiquæ dant, *Hoc caput*. Quid ſi contra *caput* Tullius hic dederit, idque ab ipſo, & Servio male abiverit, ſervatumque ab uno Auguſtino fuerit? Lectio *in caput* confirmari etiam forte poteſt Livianis iis, quæ collegit Drak. ad XXI. 46. Iulius Paulus Sentent. V. 4. *Injuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus.* Vide inprimis Priſcianum p. 1174.

P. 351. c. 2. l. 2. Idem. *lege* Hott.

P. 389. c. 2. l. 10. *poſt* Grav. *adde*. Vetus Ven. *cum audiſſent*, *cum eum &c.* An igitur *τὸ qui* delendum? Ita ſane conſtructio planiſſima evaderet, *cum homines &c. audiſſent*. Sed eadem haud minus erit plana, ſi relativum potius geminemus, & legamus, *qui ſæpe iſtius ducis nomen audiſſent*, *qui eum ſæpe timuiſſent*. Hoc mihi verum videtur: non quod ita ſim ſtultus, ut damnem ἀνανταπόδοτα, cum id imo, ſi quis mavult, mea emendatione relinquam: conſtrui enim poteſt, *cum homines &c. qui &c. ejus cruciatu &c.* non eſt tamen neceſſe: non hac, inquam, de cauſa, ſed quod Tullianam elegantiam poſtulare propemodum ſentiam, ut ſic legatur. Si loci ſenſum, & verborum ſtructuram ſedulo perpendas; fatebere, opinor, vulgatam non eſſe admodum Tullio dignam, & ſublato *qui*, ejuſque loco *eum* poſito, fieri melio-

Digitized by Google

meliorem; optimam denique, ſi mecum legas, *qui ſæpe*, *qui eum*. Ex *qui* paſſim *cui* fit in MSis, ex hoc autem facile *cum*, ſequente præſertim paullo poſt eadem particula, potuit exoriri. Item *qui*, & *quum* permutantur, ſi ſcriptum ita mavis. Vide Drak. ad Liv. XXI. 40. & conſuetas permutationes omnino favere nobis intelliges, quidquid eligas, ſive *qui*, ſive *quum*, utroque loco ſervandum exiſtimantibus. Neque diſſimulabo videri poſſe in Venetam *το cum* ex margine irrepſiſſe, quod aliquis loco *τυ qui* reponendum adnotaverit. Gar.

P. 400. c. 2. l. 8. *poſt* Graev. *adde*. Confer viros doctos ad IX. ad Diverſ. 6. & ad Cornel. Nep. Ageſil. c. viii. Gar.

P. 443. c. 2. l. 22. *poſt* Lipsius: *adde*. Vide Cl. Erneſt. ad Tacit. III. Hiſt. 40. Garaton.

P. 444. ante omnes adnotat. hanc appone. *Homo Venerius*] Similem vide locum II. Accuſ. 38. Quod attinet ad hujus nominis ſcripturam, in libris omnibus, quos ego noverim, ea conſtans eſt, quam hic cernimus, ſane quam multis Verrinarum locis. Tantum c. 17. Divin. *omnium Venereorum*: qui locus ad longe plurimum rationem eſt exigendus, ut alter pro Cluent. 15. ubi vide. Non eſt certe ita ferenda inconſtantia: & quos *Ἀφροδισίους* Siculi appellarent, eos a Tullio Romano more *Venerios* dici ſemper exiſtimo. Singulare eſt, quod e Doſithei Gloſſis MSis, quæ in Bibliotheca Lugd. Bat. adſervantur, protulit in ſuis doctiſſimis ad Ammon. animadverſ. III. 1. Valckenarius: *Νυμφίδες*, *Venereæ*. Ita hic, & II. 38. *homo Venerius*: niſi quod in Verris probrum lepide id nomen vertitur. Firmant autem Gloſſæ illæ Tullianam, quam defendimus, nominis formam: ut etiam verſus Ennii p. 184. ed. Heſſel. tam apud Varronem, quam apud Feſtum in ſchedis antiquiſſimis Pomponii Læti. Gar.

P. 445. c. 1. l. 9. *poſt* Io. *adde*. Vetus Veneta, & Hervag. *Nam ut illi, quos a portis accepimus, qui ſinus &c.* Eadem Ven. *ut qui eſſent appulſi*. Vehemens porro infra, & hoſtile verbum eſt, *imminebat*, quo Cicero eſt uſus, cum de Kartagine Romanis maxime infeſta loqueretur. Item pro L. Mao 5. *Imminent duo Reges toti Aſiæ, non ſolum vobis inimiciſſimi, &c.* Notat autem id verbum hoc loco non modo inimicam, & inhiantem animi cupiditatem, verum etiam opportunitatem loci ad eam explendam, ut II. Agrar. 32. Garaton.

P. 456 c. 1. l. 4. *a fine poſt* accedit; *adde*, itemque Gothanus a Geſnero conſultus.

P. 457. c. 1. l. 13. *poſt* CIV. *adde*: qui porro nobiſcum ſentit ad Auctor. de B. Hiſpan. c. xxxi. eum heic antea *ſtrepitumque* maluiſſe ſe dicat. Adfert ibi vir doctiſſimus appoſitum Prudentii locum *περὶ στεφ* l. 56. *verbera poſt vim crepantium*.

Ibid. lin. 3. a fine poſt Io. *adde*. Ut hic editur, etiam apud Quinctil. IX. 2. hæc recitantem codex Gothan. & Voſſi ſecundus exhibent. In cod. Barberino hoc deeſt exemplum. Sed verius videri poſſunt ceteri ſcripti, editique omnes Fabii dediſſe, *a leges Porciæ*. Fuit enim, ut una lex Porcia, ita etiam de civibus Romanis una Sempronia. Cur non æque pluraliter utraque nominatur? Pro Rab. perd. 4. *C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injuſſu veſtro judicaretur*. In Catil. IV. 5. *legem Semproniam eſſe de civibus Romanis conſtitutam*: & ſtatim: *ipſum latorem Legis Semproniæ &c.* Gar. Nota ſeq. pro Io. repone. Horr.

P. 465. in textu lin. 4. conjectus *lege* conjunctus.

141066

Google

523611

Digitized by Google

523611

Digitized by Google

Digitized by Google